Omelie de tempore
[illegible]





Homiliae de Tpe. Bedae

In adventu domini nostri Ihesu Christi
dominica prima secundum Marcum primo capitulo.

Initium evangelii Ihesu Christi filii dei sicut
scriptum est in Ysaya propheta. Ecce mit-
to angelum meum ante faciem tu-
am qui preparabit viam tuam ante te
vox clamantis in deserto parate viam
domini rectas facite semitas eius
et reliqua. Omelia venerabilis Bede presbyteri

Conferendum est cum hoc evan-
gelii Marci prin-
cipium principio Ma-
thei quo ait liber
generationis Ihesu Christi
filii David filii Abra-
ham atque ex utroque
unus dominus noster Ihesus Christus dei et hominis
filius est intelligendus. Et apte pri-
mus evangelista filium hominis eum secun-
dus filium dei nominat ut a minori-
bus paulatim ad maiora sensus
noster conscenderet ac per fidem et sacra-
mentum humanitatis assumpte ad
agnitionem divine eternitatis sensus noster
ascenderet. Apte qui humanam
erat generationem descripturus a
filio hominis cepit David videlicet
Abrahe de quorum stirpe carnem tam-
men assumpsit. Apte is qui librum
suum suum ab initio evangelice predica-
tionis inchoat filium magis dei
appellare voluit dominum nostrum Ihesum Christum
quia nimirum ex humane erat
nature de progenie patriarcharum
sive regum veritatem carnis sus-
cipere et divine fuit potencie evange-
lium mundo predicare. Ewangelium
quippe bonum nuncium dicitur quod ac
melius est nuncium quam penitenciam
agite appropinquabit enim regnum ce-
lorum. Hominis itaque est humanitatis
nasci dei vero regni celestis in-
troitum penitentibus predicare. Et ideo
Matheus vere filium David inve-
niat quem Marcus vere dei
asseverat vere Marcus filium dei
quem in prima voluit sui fronte
auctorem evangelii et institutorem regni
designat eterni. Ubi notandum quod evangeliste
sancti qui dispensacione nobis domini
sancti (?) qui dispensatione scripturam reliquerunt
et narrationis scripturam reliquere
uno quidem spiritu accensi ad officium
scribendi accesserunt sed diverso nar-
rationis sue primordio singuli dis-
rationis statuere terminum. Matheus na-
scimur statuere terminum. Matheus na-
que a nativitate dominica exordium sum-
mens ad tempus usque dominice resur-
rectionis seriem sue perduxit nar-
rationis. Marcus ab initio evangelice
predicationis incipiens pervenit usque
ad tempus ascensionis domini et pre-
dicationis discipulorum eius cunctis
gentibus porrecte. Lucas a nativitate
precursoris inchoans evangelium terminavit
in ascensione dominica cum videlicet
discipuli Ierusalem adventum spiritus
sancti diutius in laudibus expectarent.
Johannes ab eternitate verbi dei per quod
omnia facta sunt principium sumens
et ipse ad tempus dominice resurrectio-
nis evangelizando pertingit. Scrip-
turus ergo evangelium Marcus congrue pri-
mo omnium ponit testimonia prophetarum
quibus hoc futurum iam olim pre-
cinebant ut eo cunctis verba ac
sine scrupulo dubietatis suscipienda
que scriberet intimaret quo scilicet
apparet spiritu sancto impletis antea
prescita ac predicta esse narraret. Simul-
que uno eodemque evangelii sui principio et in-
deos qui legem ac prophetas susceperant
ad suscipienda etiam evangelii sacramenta
que iidem prophete predixerant in-

Matheus Marcus Lucas Johannes

sacuit et gentiles qui per evangelium postmodum
ad deum venerint ad auctoritatem legis
et prophetarum suscipienda venerandamque pro
vocat. ne si quis iuxta hereticos aut
veteris solum testamentum aut solum no
vum suscepisset alienus a testamento
dei remaneret. Ecce ego mitto an
gelum meum ante faciem tuam qui
preparabit viam tuam ante te. Angelus
vocatur iohannes non nature societate
iuxta heresim origenis sed officii di
gnitate. Angelus enim grece / latine
nuncius dicitur. quo nomine recte appella
ri potuit homo ille qui fuit missus
a deo ut testimonium perhiberet de lumine
ut venientem in carne dominum in mundo
nunciaret. Cum liquido constet ange
lum nominari eum / quo inter natos
mulierum maior nemo surrexit
cum constet omnes qui sacerdotii gra
du rite funguntur ob evangelizandi
officium angelos posse vocari dicente
propheta. Labia sacerdotis custodiunt sci
enciam et legem requirunt ex ore
eius quia angelus domini exercituum est.
Vox clamantis in deserto parate via
domini rectas facite semitas eius.
Constat quia unigenitus filius eius
verbum patris vocatur iohanne attesta
te qui ait In principio erat verbum et
verbum erat apud deum et deus erat
verbum. Et ex ipsa nostra locucione
cognoscimus quia prius vox sonat. ut
verbum postmodum possit audiri. Iohannes
ergo vox a propheta vocatur quia verbum
precedit adventumque dominicum preve
niens vox dicitur quia per eius ministerium
patris verbum ab hominibus auditur.
Qui etiam in deserto clamat quia
derelicte ac destitute iudee solacium
redempcionis annunciat. Quid autem
clamaret aperitur cum subditur. apertur cum sub
ditur. parate viam domini rectas
facite semitas eius. Omnis qui fide
rectam et bona opera predicat quid ali
quam venienti domino ad corda audiencium
viam parat ut hec vis gracie penetret
et lumen veritatis illustret / ut et rectas
deo semitas faciat dum mundas in
animo cogitaciones per sermonem bo
ne predicacionis format. Sane nota
dum quod ex testimoniis propheticis que
posuit marcus unum solum modo
in ysaia aliud vero invenitur in
malachia. nec tamen falli aut fallere
putandus est evangelista qui hoc scriptum
dicit in ysaia quod ysayas non scripsit
sed prudens intelligendum est quia et si
non hec verba que de malachia po
suit inveniuntur in ysaia sensus tamen
eorum invenitur in ysaia et in no
nullis locis invenimus eundem sensum
et si non eadem verba et manifestius
in eo quod hic ipse subiunxit. Vox clama
tis in deserto parate viam domini rectas
facite semitas eius. Quis enim non
videat quanta sit in utraque sententia co
cordia. Nam quod dixit malachias
mittendum angelum ante faciem domini qui
prepararet viam eius hoc est utique quod
dixit ysayas. vocem clamantis au
diendam in deserto que diceret parate
viam domini rectas facite semitas eius
quia sicut iohannes recte angelus po
tuit vocari pro eo quod faciem domini evan
gelizando prevenit. ita recte et vox
appellari potuit. quia verbum dei so
nando preibat sicut supra dictum est.
In utraque autem sententia similiter paranda
via domini predicatur. Ideoque non fallitur
evangelista qui hoc dictum ab ysaia scribit.
quod et si non eisdem verbis eodem tamen
sensu ab ipso scriptum invenitur. potuit
tamen fieri ut animo marci evangeliste scri
bentis pro malachia ysayas occurre
ret. ut fieri solet. quod tamen sine ulla
dubitacione emendaret saltem

cunctis admonitus qui ipso adiutore in carne veniente hoc legere potuerunt nisi cogitaret recordacionem sive quia spiritu sancto regebatur non frustra occurrisse aliud pro alio nomine prophete nisi quia ita dominus hoc scribi constituit. Cur autem ita constituerit dominus prima illa causa utilissima debet facillime cogitari etiam sic esse insinuatum, ita omnes sanctos prophetas uno spiritu locutos mirabili inter se consensione constare, ut hoc multo amplius sit quam si omnia prophetarum unius hominis ore dicerentur et ideo indubitanter accipi debere que cumque per eos spiritus sanctus dixit et singula esse omnium et omnia singulorum. Cum ergo et que dicta sunt per ysayam tam sint malachie quam ysaye et que dicta sunt per malachiam quam ysaye quid opus erat ut emendaret marcus cum aliud pro alio sibi nomen occurrens ab se conscriptum legisset, ut non potius sequens auctoritatem spiritus sancti ad mentem suam regi plus nobis ille utique sentiebat ita hoc scriptum relinqueret sicut eum admonendo constituerat ei dominus ad informandos nos tantam verborum suorum inter prophetas esse concordiam, ut non absurde immo congruentissime etiam ysaye deputaremus, quod per malachiam dictum reperimus. Fuit iohannes in deserto baptizans et predicans baptismum penitencie in remissionem peccatorum. Cunctis legentibus liquet, quia iohannes baptismum penitencie non solum predicavit, verum etiam quibusdam dedit. sed tamen remissionem peccatorum dare non potuit. Remissio enim peccatorum in solo nobis baptismo christi tribuitur.

nota Notandum itaque quod dicitur predicans baptismum penitencie in remissionem peccatorum quia baptismum quod peccata solveret, quia dare non poterat predicabat. et ut sicut incarnatum verbum patris precurrebat verbo predicacionis, ita baptismum penitencie quo peccata solvuntur precurreret suo baptismate quo peccata solvi non possunt. Et baptizabantur ab illo in iordane flumine confitentes peccata sua. Exemplum est confitendi peccata ac meliorem vitam promittendi eis, qui per baptismum accipere desiderant sicut etiam predicante paulo in epheso multi credencium veniebant confitentes et annunciantes actus suos, quatenus abdicata vita veteri renovari mererentur in christo. unde etiam beato petro ostenso in lintheo celesti genus diversis animantibus dictum est. Surge petre occide et manduca. quod est aperte dicere. occide infideles ab eo, quod fuerant per abrenunciacione scelerum et promissione pie religionis ac sic fidei christiane imbutos sacramentis, in sancte ecclesie membra commuta. Et erat iohannes vestitus pilis camelorum et zona pellicea circa lumbos eius. Aliud austere vestis indicium est aliud luxurie mollicie. Porro quod sequitur et locustas et mel silvestre edebat. habitatori solitudinis congruum est ut non delicias ciborum, sed necessitatem humane carnis expleret. Potest habitus eius et victus eius per significacionem etiam qualitatem interne conversacionis eius non inconvenienter exprimere. Nam quia austerioribus utebatur indumentis sicut etiam dominus in laudibus eius protestatus est dicens ad iudeos. Quid existis videre hominem mollibus vestitum. Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. quia vitam peccancium non blandimentis fovit. sed rigore asperioris increpacionis increpavit dicens. Genimina viperarum, quis vobis de

instaurat fugere a futura ira. Zonam pelliceam habebat circa lumbos suos quia carnem suam crucifixit cum viciis et concupiscentiis quod eorum esse proprium qui sunt Ihesu Christi apostolo attestante didicimus. Locustas et mel silvestre edebat quia dulce quidem sapiebat turbis predicatio eius existimante populo et cogitantibus omnibus in cordibus suis de eo ne forte ipse esset Christus. Sed citius finem sortita intelligentibus eius auditoribus quia non ipse Christus sed precursor et propheta esset Christi. In melle enim dulcedo in locustis est alacer volatus sed cito decidens. Et predicabat dicens. Venit fortior me post me cuius non sum dignus procumbens solvere corrigiam calciamentorum eius. Mos erat apud veteres ut si quis eam que sibi competeret accipere uxorem nollet. ille ei calciamentum solveret. qui ad hanc sponsam iure propinquitatis veniret. Quid ergo inter homines Christus nisi sancte ecclesie sponsus apparuit. de quo et idem Iohannes dicit. Qui habet sponsam sponsus est. Sed quia Iohannem homines Christum esse putaverunt quod idem Iohannes negat recte se indignum esse ad solvendam corrigiam eius calciamenti denuntiat. Ac si aperte dicat. Ego redemptoris vestigia denudare non valeo. quia nomen sponsi immeritus non usurpo. Quod tamen et aliter intelligi potest. Quis enim nesciat quod calciamenta ex mortuis animalibus fiant. Incarnatus vero Dominus veniens quasi calciatus apparuit qui in divinitate sua morticinam nostre corruptionis assumpsit. Sed huius incarnationis misterium humanus oculus penetrare non sufficit. Investigari enim nullatenus potest quomodo corporatur verbum. quomodo summus et vivificator spiritus intra uterum matris animatur. quomodo is qui initium non habet et existit et concipitur. Corrigia ergo calciamenti est ligatura misterii. Iohannes itaque solvere corrigiam calciamenti eius non valet quia incarnationis misterium nec ipse investigare sufficit qui hanc per prophetie spiritum agnovit. Ego baptizavi vos in aqua. ille vero baptizabit vos spiritu sancto. Aperte quidem Iohannes adhuc Dominum manifeste deum aut dei esse filium. sed tamen virum se fortiorem predicat. Non enim rudes adhuc auditores tanti capiebant archana sacramenti. quod filius dei eternus hodie assumpto ex virgine homine natus esset in mundo sed paulatim per agnitionem glorificate humanitatis introducendi erant ad fidem divine eternitatis. Quibus tamen latenter quodam modo ac velato sermone deum hunc esse verum declaravit dum eum spiritu sancto baptizaturum esse confirmat. Cui enim dubium est nullum posse aliud gratiam sancti spiritus nisi deum dare. Ipse autem procedente capaciores iam ad intelligendum eosdem suos videret auditores et filium dei illum aperte predicavit dicens. Sed qui misit me baptizare in aqua ille mihi dixit super quem videris spiritum descendentem et manentem super eum hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi et testimonium perhibui quia hic est filius dei. Baptizamur autem a domino in spiritu sancto. non solum cum in die baptismatis fonte vite in remissionem peccatorum abluimur. Verum etiam cottidie per gratiam eiusdem spiritus ad agenda que deo placent accendimur.

Item eodem die secundum Marcum primo

In illo tempore. Fuit Iohannes in deserto baptizans et predicans baptismum penitentie in remissionem peccatorum et reliqua. Omelia venerabilis Bede

Adventum dominice predicationis Iohannes preveniens sicut in lectione sancti

euangelii fratres karissimi audistis. Fuit in
deserto baptizans et predicans baptis-
mum penitencie in remissionem peccatorum. Ubi so-
lerter intuenda distinctio verborum que
dicit quia fuit baptizans et predicans
baptismum penitencie in remissionem pecca-
torum. Baptizabat namque ipse baptismo
penitencie in confessionem et emendationem pecca-
torum et predicabat baptismum penitencie
futurum in Christo in remissionem peccatorum
in cuius solo baptismate peccatorum nobis
remissio donatur apostolo attestante
qui ait: Unus deus una fides unum
baptisma. Quod baptisma penitencie recte vo-
catur quia non ob aliud quis inso-
lite baptizari desiderit nisi quia
crederet se nova penitencie purificationis
anime simul et corporis munere constrin-
gi. Quod si quimus quare iohannes bap-
tizavit cuius baptismate peccata remitti
nequiverint patet aperte vobis quia pre-
cursionis sue servans officium sicut
ante dominum nasci predicare et mori ita
etiam baptizare debebat simul ne dominum
dispensacionem si primus ipse baptisma ho-
minibus daret phariseorum et scribarum ca-
pet invidiosa contencio sed et inter-
rogare si voluissent in qua potestate bap-
tizaret statim audirent baptismum
iohannis unde erat e celo an ex hominibus
quod cum e celo esse negare non aude-
rent etiam eius quem iohannes predica-
bat opera celitus acta cogerentur
fateri. Licet enim baptisma iohannis
quamvis peccata non laxaret instructio
tamen omnibus accipientibus extitit quia
etsi non remissione peccatorum presigna-
tum fidei et penitencie dabatur. Et inde
licet recolerent se omnes qui hoc
imitabantur aptius continere ele-
mosinis insistere in Christum credere
atque eius baptisma quo in remissione
peccatorum abluerentur mox ut ap-
pareret percipere debere. Quod autem io-
hannes in deserto baptisma suum

dat et baptisma Christi predicat primo quo-
tam aperte insinuatur ut nuntiare ideo
sit ut summus doctor quod verbis predica-
bat exemplis astrueret et qui suos
auditores aptius penitendo discedere
suadebat ipse peccatorum vitia non
solum mundicia mentis sed et corporis
situ declinaret. Typice autem deser-
tum in quo iohannes manebat segrega-
tam a mundi illecebris sanctorum vi-
tam designat qui sive solitariam sive tur-
bis admixti vivunt tota semper intencione
animi presentis seculi desideria contemnunt
soli deo in absconditis cordis adherere
et in illo spem suam ponere delectantur.
Quam dilectissimam deo solitudinem
mentis muniare spiritus sancti gratia deside-
rabat adire psalmista qui dicebat: Quis
dabit mihi pennas sicut columbe
et volabo et requiescam. Eandemque
se mox domino iuvante consecutum
gratulatur quasi communibus terrenorum
desideriorum implicamentis insultans
adiungit: Ecce elongavi fugiens et
mansi in solitudine. Denique dominus li-
beratum sanguine agni populum de egypto
et per rubrum mare eductum prius in
deserto quadraginta annis instituit et
sic in terram repromissionis induxit.
Quia nimirum populus fidelium non
statim post baptisma celestis patrie
potest gaudia subire sed primo longis
virtutum exercendus agonibus ac de-
inde percipiendus superne beatitudinis est
donandus muneribus. Quo autem fruc-
tu predicavit iohannes consequenter osten-
ditur cum dicitur: Et egrediebatur ad
illum omnis regio iudee et therosol-
limite universi et baptizabantur
ab illo in iordane flumine confitentes
peccata sua. Patet littere sensus quia
qui vicinares erant primi affluentes
verbum suscipere salutis. Sed quia
iudea confessio iherusalem pacis visio

dicatur possimus mistice intelligere eos
qui confessionem vere fidei didicerunt
qui visionem superne pacis amaverunt
in iudee et iherosolimitarum appellacione
designatos. Nam tales tunc maxime
ad iohannem in desertum pro accipiendo
baptismate exisse credendi sunt. Ta
les etiam nunc iudicio verbi dei deposi
ta sua conversatione egredi ad solitudinem
vite spiritualis ad exemplum fidelium
doctorum constat egredi quia crimi
num vite nove conversatione cottidie
extinguunt. quod cottidiano iordanis bap
tismate, lacrimis sive compunctionis ab
omni viciorum surrepencium contagi
one purgantur. iuxta eum qui di
xit: Lavabo per singulas noctes lectum
meum lacrimis meis stratum meum
rigabo. Unde recte iordanis rivus
iudicii interpretatur. et quia immun
dicia quo publicanus suam conscienci
am discuciendo examinant eo acrio
res ex intimo cordis fonte lacrimarum
fluvios fundunt. ut quia nimis per
fectos se esse deprehenderunt sordes sue
fragilitatis undis penitentie diluant.
Sequitur. Et erat iohannes vestitus pilis
cameli et zona pellicea circa lumbos
eius et locustas et mel silvestre
edebat. Qualitatem ad victum indumenti
et esse vilitas que solitarium et
penitenciam predicantem deceat ostenditur.
Sed et figurative pilis cameli e
quibus cilicium fit penitencia vel continen
cia qua et ipse excellebat et cete
ros instituebat exprimitur. Zona
pellicea quo ex mortuo tollitur
animante et ipsum mortificasse me
bra sua terrena et auditores su
os idem docuisse signatur. Con
stat enim per lumbos sepe luxuriam
designari. Unde propter hanc compescen
dam ad castitatis gratiam nasascenda
dominus precepit. Sint lumbi vestri pre

cincti et lucerne ardentes in manibus ve
stris. Qui ergo tenere amoris conti
nentiae funditus edomuit lumbos
utique zona pellicea cincti locustisque
alacriter a terra evolantes. Sed cicius ad
terram recidunt, et melle silvestri
quod simul sic edebat. brevitas et dulce
do predicationis eius intimatur. quia
et libenter a populis audiebatur predi
cans et citissime domino veniente pre
dicationi ac baptismati suo terminum
posuit. Sed si quis habitum et sine
victum iohannis ad figuram domini salvatoris
inspicere desiderat optimum ducens
ut quem prophetando nunciabat etiam
vivendo figuravit, libenter est
huius intencio sequenda intelligendumque
quod pili cameli propter cilicium, eos
qui peccata penitendo ieiunando et flendo
abstergere curant. zona pellicea
propter mortem animantis de quo fit
illos significet. qui carnem suam
crucifixerunt cum viciis et concupiscentiis
Et quia scriptum est quotquot
ergo in christo baptizati estis christum in
duistis, cum tales christo intencione se
dula amore inhererent. Quasi pilis
cameli vestita zona pellicea lumbos
attingunt. locusta propter brevem
volatum mobilem iudaice gentis
animum, quo inter deum et ydola sensu
instabili ferebatur, insinuat, mel sil
vestre dulcedinem naturalem ingenii
quo inculta exterarum nacionum
plebs vesciebantur significat. Et bene
exutaque per illa dominus quos in unitate
sui corporis quod est ecclesia docendo tru
ciat. elegit locustas nimirum. et
melle silvestri pascitur. quia et ex
ea que ex instabili intencione celestia
quesierat. et ex illa gente que terre
ne solum prophetie soporem noverat.
multos in sua membra convertit
Deserto autem iohannes loco misterio

habitu et alimento mox etiam pre
dicationis forma subinfertur. Nam
sequitur. Et predicabat dicens ve
nit fortior me post me. Fortis qui
dem est mulatum qui in confessione
peccatorum. fortior qui in remissionem
baptisat. fortis qui spiritum sanctum
meruit habere, fortior qui dignatus
est tribuere, fortis quo in natis
mulierum maior nemo est. fortior
cui paruulo innato ab angelis
omnia subiecta sunt sub pedibus eius.
fortis qui regnum celorum venit
predicare. fortior qui hoc potuit
dare. Cuius non sum dignus pro
cumbens solvere corrigiam calci
amentorum eius. corrigiam procumbens
solveret se dignum fateretur. Ma
gne perfecto esset devocionis indicium
nunc autem premie humiliat. Vtu
te ne hoc quidem misterio digne se
fungi testatur. Quod si misterio intendimus
patet legis decretum quia qui de
bitam sibi iure propinquitatis uxorem
nollet ipse accipere sed alteri accipiendam
permittere noluisset insigne permissionis
eiusdem calciamento depede suo soluto
ei qui hanc acciperet dare iubebatur.
Et quia iohannem merito virtutum ipsum
esse cristum credebant. sponsumque
perfecto ecclesie credebant. Sed ipse iohannes
ut quis sit ostendit ait. Qui habet
sponsam sponsus est. amicus autem
sponsi qui stat et audit eum. Gau
dio gaudet propter vocem sponsi. Non
ergo se sponsum patitur credi. ne
amiciciam sponsi perdat. quod est ad
solucionem calciamentorum eius se
dignum non esse testari. Denique
moyses et iosue cum duces synago
ge constituerentur calciamentum solvere
precepti sunt. ut intelligerent eum
qui hec sibi mandabat sponsum
id est dominum synagoge credendum se autem

amicos sponsi in eo quod eius synagoge
preessent appellari et esse debere. Ego
baptisaui vos in aqua. ille vero bap
tisabit vos in spiritu sancto. Apud evangelistam
mattheum fertur dixisse iohannes
Ego quidem baptiso vos in aqua in
penitentiam. Ob hoc ergo baptisabat aqua
iohannes. ut omnes quos ad penitendum
ipsoque credendum persuadere potuisset suo
signaculo baptismatis ab infidelium
et impenitentium turbis secerneret. qui
ne hoc sibi baptisma sufficere ad sa
lutem crederent. sed ad cristi potius bap
tisma festinarent. consequenter vero ad
iunxit. Ille vero baptisabit vos spiritu
sancto. Baptisat quippe spiritu sancto. quia
munere spiritus sancti peccata dimittit et
accepta remissione peccatorum etiam spiritus
eiusdem graciam tribuit. Nam ad distinctio
nem baptismatum in spiritu baptisma
spiritus recte vocari testatur ipse qui asce
surus in celum discipulis promittit dicens
Iohannes quidem baptisavit aqua, vos
autem baptisabimini spiritu sancto. non
post multos hos dies significans de
cimo ascensionis sue die spiritum sanc
tum in linguis igneis super eos esse ve
nturum. Queritur sane utrum dominus
qui amicos fideles spiritu baptisat ipse
etiam aliquos aqua baptisavit. nec
indignum tante maiestatis credendus est
baptisandi ministerium aliquibus disci
pulorum suorum exhibuisse. per quos
in cetera sua membra baptismi sacra
menta propagaret. qui memorabile illud
lavandi pedes discipulorum munus sibi
bire non despexit. sed sive tunc per
se seu deinceps per suos aqua bapti
savit. solus tamen ipse spiritu sancto bap
tisat. qui spiritum nobis tribuit et
operatur virtute in nobis. cum in
nobis graciam sui reficit atque conser
vare curet omni videlicet tempore bo
nis insistendo operibus. sed maxime

Nota questio

minime

solucio.

nunc in nativitatem ipsius nostri salvatoris proxime celebrare desideramus diligentius posito invigilando ut si quid neglegentie surrepserit nobis in esse deprehendimus citius abstergere satagemus et quidquid habere virtutis deesse nobis inspeximus nobis citius acquirere studeamus evulsis discordiarum vitiorum nunc iurgiorum murmurationum ceterorumque fructetis vitiorum plantemus in nobis karitatis gaudium bonitatem pacem patientiam benignitatis mansuetudinem continentiam et ceteros spiritus fructus insignia quatenus illa die mundo corpore et pura conscientia ad altare divinum accedere et eius sacrosanctis mereamur communicare sacramentis qui vivit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum amen. Item eodem die secundum Iohannem. Primo capitulo.

In illo tempore. Iohannes testimonium perhibuit de domino et clamavit dicens. Hic erat quem dixi vobis qui post me venturus est qui ante me factus est quia prior me erat et reliqua. Omelia Bede.

Redemptor noster praecursor testimonio de ipso perhibens celsitudinem humanitatis eius pariter et divinitatis eternitatem manifesta voce pronuntiat. Clamat enim dicens, sicut modo cum ewangelium legeretur vestra fraternitas audivit: Hic erat quem dixi vobis qui post me venturus est qui ante me factus est quia prior me erat. In eo namque quod ait: Qui post me venturus est, ordinem humane dispensationis qua post eum natus post eum etiam praedicaturus baptizaturus signa facturus et mortem erat passurus insinuat. In eo vero quod subiungit ante me factus est sublimitatem eiusdem humanitatis qua ceteris omnibus creaturis erat merito praeferendus designat. Ante enim me non ad ordinem temporis sed ad distinctionem pertinet dignitatis iuxta

quod de Ioseph filiis benedicente Iacob scriptum est. Constituit quoque Effraym ante Manassen. Ubi recte potuit dicere Manasses qui post me venit ante me factus est, id est qui post me natus est potentia me regni antecessit. Ad eundem modum Iohannes de domino: Qui post me inquit venturus est ante me factus est, id est qui post me ad praedicandum venturus est culmine me regni et sacerdotii perhennis antecellit. Et iure autem is qui post eum venturus erat eum dignitate antecelleret, apparuit causam subiunxit: quia prior me erat, id est quia eternus ante secula deus erat. Praeterea me licet posterior natus gratia immortalitatis etiam in assumpta humanitate praeibit. Exposito autem ewangelii praecursor dominum testimonio quod de illo perhibuerat, reddit statim sive quoque assertionis quod exequat illi testimonium dare; nam sequitur: Et de plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam pro gratia. Superius namque dixit: Quia verbum caro factum est et habitavit in nobis et vidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti a patre plenum gratia et veritate. Ad cuius praecursor quoque eius testimonio firmissime dicentis: Hic erat quem dixi vobis qui post me venturus est qui ante me factus est quia prior me erat. Rursus ipse quod ceperat exequitur dicens: Et de plenitudine eius omnes nos accepimus gratiam pro gratia. Plenus quippe erat dominus spiritu sancto plenus gratia et veritate quia sicut apostolus ait: In ipso habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter; de cuius plenitudine nos omnes iuxta modum nostre capacitatis accepimus quia unicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. De toto namque mediatore dei et hominum homine Ihesu Christo veraciter dici possit. Et

requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientie
et intellectus, spiritus consilii et fortitu-
dinis, spiritus scientie et pietatis, et replebit
eum spiritus timoris domini. Omnes vero
sancti non plenitudinem spiritus eius sed
de plenitudine eius quantumcumque ille do-
nat accipiunt. quia alii datur per spiritum
sermo sapientie. alii sermo scientie secundum
eundem spiritum. alteri fides in eodem spiritu.
alii gratia sanitatum in uno spiritu. alii
operatio virtutum alii prophetia. alii dis-
cretio spirituum alii genera linguarum
alii interpretatio sermonum. Hec autem
omnia operatur unus atque idem spiritus.
dividens singulis prout vult. Omnia
ergo de plenitudine conditoris nostri
non quedam sed omne quidquid boni ac-
cepimus curandumque summopere est. ne ipsum
aut desidia sine actione vel cogitatione
inanitus extollat. ne si ingratus lar-
gitori remanserit, perdat bonum quod
accepit. Ac digne apostolica interpretatio-
ne percellatur qui dicit. Quid enim ha-
bes quod non accepisti. Si autem acce-
pisti. quid gloriaris quasi non acce-
peris. Unde ipse apostolus quia dignum nil
nosse vel operari posset. si non de ple-
nitudine Christi acciperet. Alibi manifeste
attestatur dicens. Non quod sufficien-
tes sumus cogitare aliquid a nobis.
quasi ex nobis, sed sufficientia nostra
ex deo est. Et alio loco. Et gratia eius
in me vacua non fuit. sed plus
illis omnibus laboravi. non autem e-
go, sed gratia dei mecum (quod ipsum suis
auditoribus humiliter cogitandum sedulus
inculcat. unde est illud. Cum timore
et tremore vestram salutem operamini. Deus
enim est qui operatur in nobis et velle et
perficere pro bona voluntate. Cum autem
dixisset evangelista nos omnes de plenitu-
dine Christi accepisse. confestim adiunxit
et ait. Gratiam pro gratia. Geminam quoque
nos gratiam accepisse testatur. unam

videlicet in presenti et alteram in futuro.
In presenti quidem fidem, que per dilectionem
operatur. In futuro autem vitam e-
ternam. Fides quippe que per dilectionem
operatur. gratia dei est, quia ut credere-
mus, ut diligamus, ut operemur bona
que novimus, nullis precedentibus nostris
meritis, sed ipso largiente percepimus
qui dicit. Non vos me elegistis sed
ego elegi vos et posui vos, ut eatis
et fructum afferatis. et ut vitam
propter fidem et dilectionem et opera bona
percipiamus eternam, gratia dei est.
quia ne a bono deviemus itinere. ipso
duce semper opus habemus cum dici-
tur. Deduc me domine in via tua et ambu-
labo in veritate tua. Ac si aperte dica-
tur. nisi te duce ingrediar viam ve-
ritatis conceptam, quam cepi tenere
nequaquam sufficio. ne manus operum
deficiamus, illius auxilio debemus
semper inniti, qui ait. Quia sine me nichil
potestis facere. Unde recte psalmista
ut initium fidei, et bone actionis a
domino nobis dari designaret ait. Deus
meus misericordia eius preveniet me. Ut bo-
na que agimus illa opitulante perficien-
da doceret. Item dicit. Et misericordia tua
subsequetur me omnibus diebus vite
mee. Ut mercedem vite eterne que
nobis redditur operibus gratis tribui
nobis ostenderet ait. Qui coronat
te in misericordia et miseratione. In misericordia ergo
et miseratione nos coronat, quan-
do propter bona opera, que nobis ipse
misericorditer exercenda donavit. sine
fine beatitudinis premia tribuit. et
hoc est quod dicitur accepimus gratiam
pro gratia. quia nimirum pro gratia bone con-
versationis, quam dedit. et ne desistere
possimus ipse servando adiuvat. Dabit
gratiam beate remunerationis, in qua [illegible]
eius [illegible]. Denique apostolus
ipsam vite eterne perceptionem que utique
meritis precedentibus redditur. gratiam

datae non dubitavit qui cum premis-
sisset stipendium peccati esse mortem
noluit e contrario dicere stipendium
iustitiae esse vitam eternam. Sed ait
gratia autem dei vita eterna in christo
ihesu domino nostro. non quia non iustis
meritis bonis a iusto iudice datur.
Sed quia ipsa merita per quem dantur
primo sunt gratis a pio salvatore dona-
ta. Sequitur. Quia lex per moysen
data est gratia et veritas per ihesum christum
facta est. Lex quidem data est per mo-
ysen. in qua quid agendum quid vitandum
sit celesti iure discernitur. Sed quod
illa precipit non nisi gratia christi compel-
litur. Illa siquidem nitebatur peccatum in-
dicando docere et transgressores fu-
turos esse ostendere volebat. Porro
gratia christi diffusa per spiritum caritatis in
cordibus fidelium facit ut quod lex pre-
cepit impleatur. Unde illud quod scrip-
tum est. Non concupisces. per moysen
lex est quod iubetur sed per christum sit gratia
quando quod iubetur impletur. Veritas
autem facta est per christum. quia umbram
habebat lex bonorum futurorum. non ipsam
ymaginem rerum ~~que figurabantur~~
Et sicut alibi dicit apostolus Omnia in fi-
gura contingebant illis. sed per umbram
lucem veritatis per figuram legis ipsam
ymaginem rerum que figurabantur.
et tribuit christus qui dator est gratie ap-
peruit discipulis suis sensum ut in-
telligerent scripturas. Lex per moysen
data est. quia per ipsum precepta saluta-
ribus instituens. si haec observaret
terram repromissionis intraturum et
in ea perhenniter victurum sin alias per
sternendum ab hoste predixit. Gratia
et veritas per ihesum christum facta est. quia
dato suo spiritus dono et legem spiritualiter
intelligi ac servari posse donavit.
et eos qui servant in terram celestis
vite Beatitudinem quam terra promissio

nis signabat introducat. Que sit
autem summa gratie et veritatis que
per ihesum christum facta est. euangelista subdendo
manifestat. Deum nemo vidit um-
quam nisi unigenitus filius qui
est in sinu patris ipse narravit. Nul-
la enim gratia maior hominibus nulla ve-
ritas altior potest ab hominibus cogno-
sci. quam ea de qua unigenitus dei
filius suis fidelibus narrat. Beati
inquit mundo corde quoniam ipsi deum vi-
debunt. et de qua patrem supplicans
ait. Haec est autem vita eterna.
ut cognoscant te verum et unum
deum. et quem misisti ihesum christum. quod
nimirum beatissima perceptio gratie et
veritatis quia in seculo huius vite
fieri non potest. recte dicitur. Deum ne-
mo vidit umquam. i. eo nemo cor-
ruptibili adhuc et mortali carne
circumdatus in circumspectum potest di-
vinitatis lucem contueri. Unde ma-
nifestius dicit apostolus. Quem nec
vidit hominum nec videre potest. Nemo
enim hominum dicit. nemo humano adhuc
habitu aggravatus humana conversa-
tione circumdatus. Hinc est enim quod moy- xo
ses qui deum qui in angelo videbat
in ipsa eius natura videre desiderans
orabat. Si inveni gratiam in conspectu
tuo ostende michi gloriam tuam. Audivit
non poteris videre faciem meam.
non enim videbit me homo et vivet.
neque huic assertioni putandum est esse
contrarium. quod aliquociens patriarche
vel prophete deum vidisse perhibentur.
Apparuit enim dominus abraham in conval-
le mambre et iacob ait. Vidi dominum
facie ad faciem. Item ysayas anno
quo mortuus est rex ozias. Vidi
dominum sedentem super solium excelsum
et elevatum. Sed recte intelligendum
in cunctis huiusmodi visionibus ho-
mines sanctos deum. non per ipsam

nature sue speciem, sed per quasdam yma-
gines esse contemplatos. Et viderunt
ergo sancti deum per subiectam crea-
turam, ubi sicut quem angelicam, humanam,
nubem, electam, et tamen veraciter
attestatur Iohannes: Deum nemo
vidit umquam. Veraciter Moysi di-
citur: Non enim videbit me homo et vivet,
quia singuli adhuc vasculo carnis in-
clusi per creaturam subiectas vel ymagines
videre possunt, quem per creaturam subiectam
eternitatis sue lumen nequaquam valet
intueri. Qua autem ratione ad visionem
incommutabilis eternitatis lumen pervenire
debeat, evangelista exposuit dicens: Unige-
nitus dei filius, qui est in sinu patris,
ipse narravit. Cui simile est quod ipse
dominus ait: Nemo venit ad patrem nisi
per me. Et alibi: Nemo novit filium
nisi pater, neque patrem quis novit nisi
filius, et cui voluerit filius revelare.
Prius quippe dicatur ad patrem venire,
ipsius magisterio patrem et filium, necnon
et spiritum sanctum unum deum ac dominum
nosse debemus, quia nimirum ipse fac-
tus homo pro nobis in hominis habitu
loquens nobis, quid de unitate trinitatis
sentiendum, qualiterque ad eius con-
templationem fidelibus properandum, quibus acti-
bus ad hanc sit perveniendum, perveniendum
dum clara luce revelavit. Sacramen-
tis sue incarnationis nos imbuens, nos
spiritus karismatibus sanctificans, ut et ad
hanc venire valeamus, adiuvit. Ipse
pariter in hominis forma iudicio novis-
simo ad visionem nos divine maiestatis
sublimiter introducet, atque archana
nobis regni celestis invisibilia enar-
rabit. Sane quod ait: Qui est in sinu
patris in secreto patris significat.
Neque enim sinus patris pueriliter
est cogitandus in similitudinem nostri
sinus, quem habemus in vestibus, aut
putandus est deus, qui humanorum
forma membrorum compaginatus non
est, sic sedere quemadmodum nos,
sed quia sinus intimus est, more

nostro loquens scriptura in sinu pa-
tris esse dicitur, quem in secreto patris
quo humanus intuitus pingere
non valet, semper manentem vult intelli-
gi. Non tunc autem solum enar-
rabit unigenitus filius deum, id est
sancte et individue trinitatis, que est
unus deus, gloriam manifestabit homi-
nibus, cum post universale iudicium
omnes pariter electos ad visionem clarita-
tis eius inducet. Sed et cotidie narrat
cum singulis quibusque fidelium perfec-
torum mox a carnis corruptione
solutis implere cepit quod promisit:
Qui diligit me, diligetur a patre meo,
et ego diligam eum et manifesta-
bo me ei ipsum. Manifestabo in-
quit dilectoribus meis, ut quem in
sua cognoverunt mortalem in mea iam
natura patri et spiritui sancto videre
possint equalem. Verum hoc de apostolis,
martiribus, confessoribus ceterisque altio-
ribus ac perfectioribus vite viris sic cre-
dendum est, quorum unus certaminum
suorum conscius non dubitabat de
se ipso testari: Cupio dissolvi et esse
cum Christo. Ceterum sunt plures in
ecclesia iusti, qui post carnis solutionem
continuo beata paradisi requie susci-
piuntur, expectantes cum magno gau-
dio in magnis gaudentium choris,
quando recepto corpore et appareant
ante faciem dei. At vero non nulli
propter bona quidem opera ad electorum
sortem preordinati, sed propter mala a-
liqua quibus polluti de corpore exierunt,
post mortem severe castigandi excipi-
untur flammis ignis purgatorii, et
vel usque ad diem iudicii longa exami-
natione a vitiorum sorde mundantur,
vel certe prius amicorum fidelium pre-
cibus, elemosinis, ieiuniis, fletibus, et
hostie salutaris oblationibus absoluti
a penis et ipsi ad beatorum perveni-
unt requiem, quibus tamen omnibus uni-
genitus dei filius qui est in sinu

patris/ deum iuxta modum cuiusque
sue capacitatis narrabit. cum tempore
resurrectionis benedictionem dederit qui
legem dedit. ut ambulantes de vir-
tute fidei et spei in virtutem contem-
placionis videant deum deorum in
syon .i. incommutabili veritate. cui
benedictio et iubilus eternus/ laus et
graciarum actio in omnia secula seculorum
amen. Dominica i in adventu domini sermo.

In illo tempore. Cum appropinquasset mathei 21º
ihesus ierosolimam/ et venisset bethfage
et illam omeliam ergo dominica i adven-
tus domini. ~~Require in vigilia palmarum~~

Dominica ii in adventu domini sermo luce 21º

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Erunt
signa in sole et luna et stellis/ et in
terris pressura gentium pre confusione
sonitus maris et fluctuum et reliqua.

Dominus ac re- Omelia Gregorii pape
demptor noster paratos nos in-
venire desiderans. senescentem mun-
dum que mala sequantur denunciat
ut nos ab eius amore compescat. a-
propinquantem eius finem/ quante percussi-
ones preveniant innotescat. ut si deum
in tranquillitate metuere nolumus
vicinum eius iudicium vel percussionibus
attriti timeamus. Huic enim lectioni sancti
euangelii quam modo vestra fraternitas au-
divit paulo superius dominus premisit di-
cens. Exsurget gens contra gentem
et regnum adversus regnum et erunt
terre motus magni per loca et pestilen-
cie et fames et quibusdam inter-
positis. Hoc quod modo audistis ad-
iunxit. Et erunt signa in sole et
luna etc. Ex quibus profecto omnibus
iam alia facta cernimus/ alia in proxi-
mo ventura formidamus. Nam gentem
super gentem exsurgere. earumque pressu-
ram terris insistere plus iam in nostris
tribulacionibus cernimus quam in codi-
cibus legimus. Quod terre motus urbes

innumeras subruat ex aliis mundi partibus
satis quam frequenter audimus. pesti-
lencias sine cessacione patimur.
Signa vero in sole et luna et stellis
adhuc aperte minime videmus/ sed quia
et hec non longe sint. ex ipsa iam
aeris immutacione intelligimus col-
ligimus/ quamvis prius quam italia
gentili gladio ferienda traderetur.
igneas in celo acies vidimus. et ip-
sum qui postea humani generis fusus
est sanguinem coruscantem. Confu-
sio autem maris et fluctuum nec-
dum nova exorta est/ sed tamen
multa iam prenunciata completa sunt
dubium non est quod sequantur pau-
ca que restant/ quia sequencium re-
rum certitudo est preteritorum exhibicio.
Hec nos fratres karissimi ideo dicimus
ut ad cautele studium vestre mentes
evigilent. ne securitate torpeant
ne ignorancia languescant/ sed
semper et eas timor sollicitet. et in
bono opere sollicitudo confirmet. pe-
pensantes hoc quod redemptoris nostri
voce subiungitur. Arescentibus
hominibus pre timore et expectacione que
supervenient universo orbi. Nam
virtutes celorum movebuntur.
Quid enim dominus virtutes celorum nisi
angelos/ archangelos/ tronos/ domina-
ciones/ principatus/ potestates appellat.
que in adventu districti iudicis no-
stris tunc oculis visibiliter apparebunt.
ut districte tunc a nobis exigant
hoc quod nos modo invisibilis condi-
tor equanimiter portat. Unde et
subditur. Et tunc videbunt filium
hominis venientem in nubibus cum
potestate magna et maiestate. Vi-
debunt quem in humilitate positum
audire noluit/ ut virtutem eius
tanto tunc districtius senciant/
quanto nunc cervicem cordis ad

eius pacienciam non inclinant.
Sed quia hec contra reprobos dicta
sunt. mox ad electorum consolacionem
verba vertuntur. Nam subditur.
His autem fieri incipientibus respi
cite et levate capita vestra / quoniam a
ppropinquat redempcio vestra. ac si
aperte veritas electos suos ammone
at dicens. Cum plage mundi cre
brescunt. cum terror iudicii virtu
tibus commotis ostenditur. levate vos
capita / i. exhilarate corda / quia
dum finitur mundus / cuius amici
non estis / prope fit redempcio quam
per fidem quesistis / In scriptura etenim
sacra / sepe caput pro mente accipitur.
quia sicut capite reguntur omnia
membra / ita cogitaciones mente
disponuntur. Levare itaque est capi
ta. mentes nostras ad gaudia patrie
celestis erigere / Qui ergo deum
diligunt. ex mundi fine gaudere
atque hylarescere iubentur. quia
videlicet eum quem amant / mox
inveniunt cum dum transit is
quem non amaverunt. Absit enim ut
fidelis quisque / qui deum videre de
siderat. de mundi percussionibus luge
at / quem finiri eisdem suis percus
sionibus non ignorat. Scriptum
namque est. Quicumque voluerit
amicus esse seculi huius / inimicus dei
constituetur. Qui ergo appropinquan
te mundi fine non gaudet ami
cum se illius esse testatur / atque per
hoc inimicus dei esse convincitur.
Sed absit hoc a fidelium cordibus.
absit hoc ab hiis / qui et esse aliam
vitam per fidem credunt / et eam o
peracione diligunt. Ex mundi enim
destructione lugere eorum est
qui radices cordis in eius amore
plantaverunt / qui sequentem vitam
non querunt. / qui illam neque esse
suspicantur. Nos autem qui celestis
patrie gaudia eterna cognovimus.
festinare ad eam quantocius debemus
Optandum nobis est citius pergere at
que ad illam viam breviorem pervenire. Qui
bus autem malis non mundus ur
getur / que nos nunc tristicia / que
adversitas non angustat. Quid est
enim vita mortalis / nisi via. Et qua
le sit fratres mei / perpendite in labore vie
lassescere. et tamen eandem viam
nolle finire. Quia autem calcari
mundus ac despici debeat / Re
demptor noster provida comparacione
manifestat / cum protinus adiungit
Videte ficulneam et omnes arbo
res / cum producunt iam ex se fruc
tum. scitis quoniam prope est iam estas.
ita et vos cum videritis hec fieri
scitote quoniam prope est regnum dei. ac
si aperte dicat / quia sicut ex fructu
arborum vicina estas agnoscitur.
ita ex ruina mundi prope esse cogno
scitur regnum dei. Quibus profecto
verbis ostenditur / quia fructus
mundi ruina est. ad hec enim cre
scat ut cadat / ad hoc germinat ut
queque germinavit / cladibus consumat
Bene autem regnum dei estati com
paratur / quia tunc meroris nostri
nubila transeunt. et vite dies eter
ni solis claritate fulgescunt. / que
omnia sub magna certitudine confir
mantur / cum sentencia subiungitur. quia
dicit Amen dico vobis / quia non pre
teribit generacio hec donec omnia
fiant. Celum et terra transibunt
verba autem mea non transibunt.
Nichil enim in rerum corporalium na
tura celo et terra durabilius. et nichil
in rerum natura / tam velociter quam
sermo transit. Verba enim quousque
imperfecta sunt verba non sunt. / cum
vero perfecta fuerint / omnino iam non
sunt. quia nec perfici / nisi transeundo
possunt / Ait ergo celum et terra tran
sibunt. verba autem mea non transibunt.

Ac si aperte dicat. Omne quod apud vos durabile est sine dubitatione ad eternitatem durabile non est. Et omne quod apud me transire cernitur fixum et sine transitu tenetur. quia sine mutabilitate manentes sentencias exprimit meus sermo qui transit. Ecce iam fratres mei iam cernimus quod audiebamus. novis cotidie et crebrescentibus malis mundus urgetur. Ex quanta plebe innumerabili quam pauci remanseritis aspicitis. et tamen adhuc cotidie flagella urgent. repentini casus opprimunt. nove nos et improvise clades affligunt. Sicut enim in iuventute viget corpus forte et incolume manet pectus. torosa cervix plena sunt brachia In annis autem senilibus statura curvatur. cervix exsiccata deponitur. frequentibus suspiriis pectus urgetur. virtus deficit. loquentis verba anhelitus intercipit. nam et si langor desit plerumque sensibus ipsa sua sanitas egritudo est. Ita mundus in annis prioribus velut iuventute viguit ad propagandam humani generis sobolem. robustus fuit salute corporum viridis opulencia rerum pinguis. At nunc ipsa sua senectute deprimitur et quasi ad vicinam mortem molestiis crebrescentibus urgetur. Nolite ergo diligere fratres mei mundum quem videtis diu stare non posse. Precepta apostoli in animo ponite quibus nos admonet dicens. Nolite diligere mundum neque ea que in mundo sunt. quia si quis diligit mundum non est karitas patris in eo. Nudiustercius fratres agnovistis quod subito turbine annosa arbusta eruta destructe domus atque ecclesie a fundamentis everse sunt. Quanti ad vesperum sani atque incolumes acturos se in crastinum aliquid putabant et tamen in nocte eadem repentina morte defuncti sunt in laqueo ruine deprehensi. Sed

considerandum nobis est quod ad hec agenda invisibilis iudex venti tenuissimi spiritum movit. unius procellam nubis excitavit. et terram subruit. casura tot edificiorum fundamenta concussit. Quid ergo iudex iste facturus est cum per semetipsum veniens et in ultionem peccatorum eius ira exarserit. Quis portare poterit cum nos per tenuissimam nubem ferit. in ire eius presentia que caro subsistet. Si ventum movit et terram subruit concitavit aera et tot edificia stravit. Hanc districtionem venturi iudicis paulus considerans ait. Horrendum est incidere in manus dei viventis. Hanc psalmista exprimit dicens. Deus manifeste veniet deus noster et non silebit. Ignis in conspectu eius ardebit. et in circuitu eius tempestas valida. Districtionem quippe tante iusticie tempestas ignisque comitantur. quia tempestas examinat quos ignis exurit. Illum ergo diem fratres karissimi illum ante oculos ponite et quidquid modo grave creditur in eius comparatione levigatur. De illo enim die per prophetam dicitur. Iuxta est dies domini magnus iuxta est et velox nimis. Vox diei domini amara tribulabitur ibi fortis. Dies ille dies ire dies tribulacionis et angustie. dies calamitatis et miserie. dies tenebrarum et caliginis. dies nebule et turbinis. dies tube et clangoris. De hac die rursum dominus per prophetam dicit. Adhuc semel et ego movebo non solum terram sed etiam celum. Ecce ut prediximus aerem movit et terra non subsistit. Quis ergo sustinebit cum celum moverit. Quid autem terrores quos cernimus nisi sequentis ire precones dicimus. Unde et considerare necesse est quia ab illa tribulacione ultima tantum sunt tribulaciones iste dissimiles quantum indicis per

persona districti pro omnibus apparentia. Illum ergo diem fratres karissimi tota intencione cogitate, vitam corrigite, mores mutate, mala temptancia resistendo vincite, perpetrata autem fletibus punite. Adventum namque eterni iudicis tanto securiores quandoque videbitis quanto nunc districtionem illius timendo prevenitis.

Dominica iii secundum Mattheum xi°.

In illo tempore. Cum audisset Iohannes in vinculis opera Christi, mittens duos ex discipulis suis ait illi: Tu es qui venturus es an alium expectamus. Et reliqua. **Omelia Gregorii.**

Querendum est nobis fratres karissimi, Iohannes propheta et plus quam propheta, qui venientem ad Iordanis fluminis baptismum dominum ostendit dicens: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi, qui et humilitatem suam et divinitatis eius potentiam considerans dicit: Qui de terra est de terra loquitur, qui de celo venit super omnes est, cur in carcere positus mittens discipulos requirit: Tu es qui venturus es an alium expectamus, tamquam si ignoraret quem ostenderat, et an ipse sit nesciat, quem ipsum esse prophetando, baptizando, ostendendo clamaverat. Sed hec citius questio solvitur, si geste rei tempus et ordo pensetur. Ad Iordanis enim fluenta positus quia ipse redemptor mundi esset asseruit, missus vero in carcerem an ipse veniat requirit, non quia ipsum esse redemptorem mundi dubitet, sed querit ut sciat si is qui per se in mundum venerat, per se etiam ad inferni claustra descendat. Quem enim precurrens in mundo nunciaverat, hunc moriendo et ad inferos ~~[struck word]~~ descendendo precurrebat. Ait ergo: Tu es qui venturus es an alium expectamus. Ac si aperte dicat: Sicut pro hominibus nasci dignatus es, an etiam pro hominibus ad inferos descendere dignaris, ut qui nativitatis tue precursor extiti, descensionis etiam precursor fiam, et venturum inferno te nunciem, quem iam venisse mundo nunciavi. Unde et inquisitus dominus enumeratis potencie sue miraculis, de mortis sue humilitate protinus respondit dicens: Ceci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur. Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Visis tot signis tantisque virtutibus, non scandalizari quisque potuit sed mirari. Sed infidelium ~~[struck word]~~ mens grave in illo scandalum pertulit, cum eum post tot miracula morientem vidit. Unde et Paulus dicit: Nos autem predicamus Christum crucifixum, Iudeis quidem scandalum, gentibus autem stulticiam. Stultum quippe hominibus visum est, ut pro hominibus auctor vite moreretur, et inde contra eum homo sumpsit scandalum, unde ei amplius debitor fieri debuit. Nam tanto deus ab hominibus condignius honorandus est, quanto pro hominibus indigna suscepit. Quid est ergo dicere: Beatus qui non fuerit scandalizatus in me, nisi aperta voce abiectionem mortis sue humilitatemque designare. Ac si patenter dicat: Mira quidem facio, sed abiecta perpeti non dedignor. Quia ergo moriendo te subsequor, cavendum est valde hominibus, ne in me mortem despiciant, qui signa venerantur. Sed dimissis Iohannis discipulis, quid de eodem Iohanne dominus dicat turbis audiamus: Quid existis videre in desertum? arundinem vento agitatam? Quod videlicet non asserendo sed negando intulit. Arundinem quippe mox ut aura contigerit, in partem alteram flectit. Et quid per arundinem nisi carnalis ~~[struck word]~~ designatur, qui mox ut favore vel detractione tangitur, in partem quamlibet inclinatur. Si enim

ab humano ore aura favoris flau
erit, hilarescit, extollitur, totumque
se quasi ad gratiam flectit. Sed si inde
ventus detractionis erupit, unde
aura laudis veniebat, mox hunc
quasi in partem alteram ad vim furo
ris declinant. Sed arundo vento
agitata iohannes non erat, quia hunc
neque blandum gratia, nec cuiuslibet
ira asperum faciebat, nec prospera hunc
erigere, nec adversa noverant inclina
re. Arundo ergo vento agitata non
erat, quem a status sui rectitudine
nulla rerum varietas inflectebat.
Discamus ergo fratres karissimi arundo ven
to agitata non esse, solidemus animum inter
auras linguarum positum, stet inflexi
bilis status nostre mentis, nulla
nos detractio ad iracundiam provocet, atque
ad remissionem inutilis gratie nullus
favor inclinet, non nos elevent
prospera, non adversa perturbent, ut qui
in soliditate fidei figimur, nequaquam
rerum transeuntium mutabilitate
moveamur. Adhuc autem de eius
expressione subiungitur. Sed quid
existis in desertum videre hominem
vestitum mollibus? Ecce qui mollibus
vestiuntur in domibus regum sunt.
Camelorum etenim pilis contextis
vestitus iohannes fuisse descri
bitur. Et ecce quid est dicere, qui
mollibus vestiuntur in domibus regum
sunt, nisi aperta sententia demonstrare quia non
celesti sed terreno regno militant hi
qui pro deo perpeti aspera fugiunt, qui
etiam nichil de interioribus cogitantes
sed solis exterioribus dediti presentis vi
te mollitiem et delectationem querunt.

De vestibus preciosis

Nemo ergo existimet in studio atque
in fluxu preciosarum vestium peccatum
deesse, quia si hoc culpa non
esset, nullo modo iohannem dominus de vesti
menti sui asperitate laudasset. Si hoc
culpa non esset, nequaquam petrus
apostolus per epistolam suam feminas a precio
sarum vestium appetitu compesceret
dicens: Non in veste preciosa. Perpendite
ergo que culpa sit hoc etiam viros
appetere, a quo curavit pastor ecclesie
et feminas prohibere. Quamvis hoc
quod iohannes non esse vestitus mollibus
dicitur, per significationem et aliter intelligi potest.
Quia mollibus enim vestitus non fuit, quia
vitam peccantium blandimentis non
fovit, sed rigore aspere invectionis
increpavit dicens: Genimina vipe
rarum, quis vobis demonstravit fugere
a ventura ira. Unde per salomonem dicitur:
Verba sapientium quasi stimuli et
sicut clavi in altum defixi. Clavis
atque stimulis sapientium verba
comparantur, quia culpas delinque
ntium nesciunt palpare, sed pungere.
Sed quid existis videre? prophetam? Etiam
dico vobis, et plusquam prophetam. Prophete
quippe ministerium est ventura predicere,
non etiam demonstrare. Iohannes ergo plus
quam propheta est, quia eum quem pre
currendo prophetaverat, etiam
iam ostendendo monstrabat. Sed quia a
rundo vento agitata esse denegatur,
quia non esse mollibus vestitus dicitur, quia
prophete nomen habuit impar esse perhi
betur, iam quid digne possit dici au
diamus. Sequitur: De quo scriptum
est: Ecce ego mitto angelum meum
ante faciem tuam, qui preparabit viam
tuam ante te. Quod enim grece angelus,
hoc latine nuntius dicitur. Recte ergo
qui nuntiare supernum iudicem mit
titur, angelus vocatur, ut digni
tatem servet in nomine, quam explet
in operatione. Altum quidem nomen
est, sed vita nomine inferior non est.
Utinam fratres karissimi non ad iudicium
nostrum dicamus, quia omnes qui sacer
dotali nomine censentur, angeli voca
ntur, propheta attestante, qui ait: Labia
sacerdotis custodiunt scientiam, et legem
requirunt ex ore eius, quia an

de presbiteris [illegible] predicatione

gelus domini exercituum est. Sed huius altitu-
dinem nominis et vos si vultis potestis
promereri. Nam unusquisque vestrum in
quantum sufficit, in quantum gratiam
superne aspirationis accepit, si a pravi-
tate proximum revocat, si exhortari
ad bene operandum curat, si eternum
regnum vel supplicium erranti denun-
ciat, cum verbi sancte ammonitionis
impendit, profecto angelus existit. Et
nemo dicat: ammonere non sufficio,
exhortari idoneus non sum. Quan-
tum potes exhibe, ne male servatum
talentum quod acceperas in tormentis
exigaris. Neque enim plusquam unum
talentum acceperat, qui hoc abscondere
magis studuit quam erogare.
Et scimus quod in tabernaculo non so-
lum phiale tantummodo, sed precepto
domino etiam ciati facti sunt. Per phia-
las quippe doctrina exuberans, per cia-
tos vero parva atque angusta sciencia
designatur. Alius veritatis doctri-
na plenus audientium mentes in-
ebriat; per hoc ergo quod dicit, quod pro-
fecto phialam porrigit. Alius exple-
re quod sentit non valet. Sed quia hoc
utcumque denuntiat, profecto per ciatum
gustum prebet. Vos ergo tabernaculo,
id est in sancta ecclesia positi, si per doctrine sa-
pientiam ministrare phialas minime
potestis, in quantum pro divina largi-
tione sufficit, proximis vestris boni
verbi ciatos date. In quantum vos
profecisse pensatis, alios trahite, in
via dei habere socios desiderate. Si
quis vestrum fratres ad forum aut fortas-
se ad balneum pergit, quem otiosum
esse desiderat considerat ut secum
veniat. Invitat ipsa terrena actio
vestra vos conveniat, et si ad deum
tenditis, curate ne ad eum soli ve-
niatis. Hinc etenim scriptum est: Qui
audit dicat veni, ne qui iam in cor-
de vocem superni amoris accepit, fo-
ris in proximo vocem superne exhor-
tationis reddat. Sed fortasse panem
nec indigenti elemosinam porrigat,
non habet; sed maius est, quod tribuere
valeat, qui linguam habet. Plus est enim
verbi pabulo victurum in perpetuum men-
tem reficere, quam ventrem moritu-
re carnis terreno pane satiare.
Nolite ergo fratres proximis vestris
elemosinam verbi subtrahere.
Mecum vos ammoneo ab otioso sermo-
ne parcamus, et inutilia loqui de-
clinemus. In quantum venit lingue
prevalemus, in ventum verba non de-
fluant. Cum iudex dicat: omne verbum
otiosum quod locuti fuerint homines
reddent de eo rationem in die iudicii.
Otiosum quippe verbum est, quod aut
utilitate rectitudinis aut ratione iuste
necessitatis caret. Otiosa ergo eloquia ad
edificationem studii vertite, quam celer-
rime huius vite tempora fugiant. Con-
siderate quam districtus iudex veniat.
Attendite hunc ante oculos vestri
cordis ponite, hunc proximorum ve-
strorum mentibus intimate, ut in qua-
tum vires suppetunt, si nunciare eum
negligitis, vocare ab eo angeli cum
ipso nomine valeatis. Feria quarta.

de predicatione

Missus est angelus secundum lucam. Primo. Missus
est angelus gabriel. et reliqua. Omelia
venerabilis bede presbiteri.

Exordium nostre redemptionis fratres karissimi ho-
diernam nobis sancti ewangelii lectio comme-
dat; que [narrat] angelum de celis a deo missum
ad virginem, ut novam nativitatem
in carne filii dei predicaret, per quam nos
abiecta vetustate novati renovari atque
inter filios dei computari possimus.
Ut ergo ad promisse salutis mereamur
dona pertingere, primordium eius in-
tenta aurem percipite. Missus
inquit gabriel angelus a deo in
civitatem galilee cui nomen nazareth,
ad virginem desponsatam viro cui

nomen maria. Aptum profecto humane re
staurationis principium. Ut angelus
a deo mitteretur ad virginem partu
consecrandam divino, quia prima per
dicionis humane fuit causa, cum
serpens a dyabolo mittebatur ad mittendum
spiritu superbie decipiendum; immo ipse in
serpente dyabolus veniebat, qui genus
humanum deceptis primis parentibus im
mortalitatis gloria nudaret. Quia er
go mors intravit per feminam, ap
te redyt et vita per feminam; illa a
dyabolo seducta per serpentem gustum
viro necis obtulit; hec edocta per
angelum mundo esse auctorem sa
lutis edidit. Missus est ergo angelus
gabriel a deo. Raro autem legimus
apparentes hominibus angelos designari
ex nomine. Verum quotiens cumque
fit, ideo utique fit, ut etiam nomine
ipso quid ministratum veniunt insi
nuent. Gabriel namque fortitudo
dei dicitur. Et merito tali nomine
prefulget qui nasciturum in carne deum
testimonium perhibet; de quo propheta in
psalmo: Dominus inquit fortis et potens,
potens in prelio. Illo nimirum prelio
qui potestates aereas debellare, et
ab earum tirannide mundum veniebat
eripere. Ad virginem desponsatam vi
ro cui nomen erat ioseph de domo
david et nomen virginis maria. Quod
dicitur de domo david, non tantum ad
ioseph sed etiam pertinet ad mariam.
Legis namque preceptum erat ut de
sua quisque tribu ac familia duceret
uxorem, apostolo attestante qui ad thimo
theum scribens ait: Memor esto dominum [margin: + affari]
ihesum christum resurrexisse a mortuis ex semine
david secundum evangelium meum; ideo enim de
muliere ex semine david ortus est dominus,
quia incorrupta eius genitrix vera
de stirpe david originem duxit. Cur
autem iste non de simplici virgine, sed

desponsata viro concipi et nasci voluit?
plane a patribus cause rationabiles proferun
tur. Ex quibus prima maxima est, ne velut
stupri rea dampnaretur, si virum
non habens filium pareret. Deinde ut
his etiam que domestica cura natu
raliter colebat, precipua solatio suste
ntaretur viri. Oportebat ergo beatam virginem
mariam habere virum, qui et testis
integritatis eius certissimus, et nati ex
ea domini salvatoris nostri esset nutri
tius fidelissimus. Quique et pro eo parvulo
secundum legem hostias ad templum deferret,
et cum instante persecutionis articulo
in egiptum cum matre ferret ac referret,
aliaque illi plura que assumpte huma
nitatis fragilitas poscebat ministraret.
Nec multum obfuit, si quis illum
ad tempus eius filium credidit, cum
predicantibus apostolis post ascensionem
eius cunctis palam credentibus, quod de
virgine natus esset pateret. Nec silen
cium quod beata dei genitrix meruerat,
proprius etiam nomine testimonium reddit.
Interpretatur enim stella maris. Et ipsa
quoque sidus eximium inter fluctus
seculi labentis gratia privilegii specialis
effulsit. Ingressus autem ad eam
angelus dixit: Ave gratia plena dominus
tecum, benedicta tu in mulieribus. Que
salutatio quantum humane consue
tudinis inaudita, tantum est beate
marie dignitati congrua. Vere etenim
gratia erat plena, cui divino munere colla
tum est, ut prima inter feminas glori
osissimum deo virginitatis munus
offerret. Unde et angelico aspectu
simul et affectu meruit perfrui, que
angelicam vitam studuit imitari.
Vere gratia erat plena, cui ipsum per quem
gratia et veritas facta est, ihesum christum
generare donatum est. Et ideo vere
dominus cum illa erat, quam et prius
nove castitatis amore accenderat.

ad celestia desideranda sustulit. et postmodum mediante humana natura omni plenitudine divinitatis consecravit. Recte ergo benedicta inter mulieres, que sine exemplo muliebris conditionis cum decore virginitatis gratulata est honore parentis, quippe quam virginem matrem decebat dei filium parere. Que postquam more humane fragilitatis et visione angelica et insolita est salutatione conturbata, mox idem angelus iam repetito sermone ne timeat hortatur. Quod maxime timorem pellere consuevit, quasi bene cognitam ac domesticam proprio eam nomine vocat. Et quare gratia plenam dixerit diligenter edocet. Ne timeas inquit maria. Invenisti enim gratiam apud dominum. Ecce concipies in utero et paries filium et vocabis nomen eius ihesum. Hic erit magnus et filius altissimi vocabitur. Notandus potenter ordo verborum et tanto artius est cordi inserendus quanto manifestius patet quia in his tota redemptionis nostre summa consistit. Nam manifestissime dominum ihesum id est salvatorem nostrum et dei patris et verum hominis matris filium predicat. Ecce inquit concipies in utero et paries filium. agnosce verum hunc hominem verum de carne virginis assumpsisse substantiam carnis. Hic erit magnus et filius altissimi vocabitur. Confitere eundem et deum de deo verum et eterni patris filium semper esse coeternum. Quod autem futuro tempore dicitur Hic erit magnus et filius altissimi vocabitur, nemo ita intelligendum putet quod dominus christus ante partum virginis non fuerit. Sed ita hoc potius dictum intelligimus quod potentiam divine maiestatis quam dei filius eternaliter habuit, hanc idem homo natus ex tempore accepit, ut in una in duabus naturis persona esset mediator

ac redemptor noster. Et dabit illi dominus sedem ~~maiestatis sue~~ david patris eius. Sedem david regnum dicit israelitice plebis quod in suo tempore david iubente pariter et adiuvante domino fideli devotione gubernaverat. Dedit ergo dominus redemptori nostro sedem david patris eius quando eum de genere david incarnari disposuit, ut populum quem david temporali imperio rexit ipse gratia spirituali ad eternum perduceret regnum. De quo apostolus ait. Qui eruit nos de potestate tenebrarum et transtulit in regnum filii claritatis sue. Hinc est quod idem populus divino admonitus instinctu cum passurus ille hierusalem peteret in eius laudem gaudens acclamabat. Benedictus qui venit in nomine domini rex israel. Et iuxta alium evangelistam. Benedictum quod venit regnum patris nostri david. Advenit enim tempus quo redemptor per eius propaginem mundo rex agnosceretur, non solum domus david sed et totius ecclesie, immo omnium rector et conditor seculorum. Unde recte angelus postquam dixit Et dabit illi dominus deus sedem david patris eius, continuo subiunxit. Et regnabit in domo iacob in eternum. Domum namque iacob ecclesiam dicit universam, que per fidem et confessionem christi ad patriarcharum pertinet sortem sive in his que de patriarcharum stirpe carnis originem duxerunt, seu in illis qui de aliis nationibus carnaliter editi spirituali lavacro sunt in christo renati. In qua videlicet domo regnabit in eternum et regni eius non erit finis. Regnat in ea in presenti vita cum electorum corda per fidem et dilectionem suam inhabitans regit, atque ad percipiendam superne retributionis dona continua protectione

quid sit sedes david

quid sit domus iacob

gubernat. Regnat in futuro cum eis-
dem finito statu temporalis certaminis ad
habitationem patriae caelestis introdu-
cit in qua perpetua eius visione semper
admoniti nichil aliud agere quam eius
vacare laudibus gaudent. Dixit autem
Maria ad angelum: quomodo fiet istud
quoniam virum non cognosco. Quomodo
inquit fieri potest ut concipiam pa-
riamque filium quae in castimonia vir-
ginitatis vitam consummare disposui.
Non autem quasi incredula verbis
angeli quomodo haec impleri valeant requi-
rit, sed certa quae oportebat impleri
quaerit et tunc ab angelo audierat et
prius a propheta dictum legerat quo id or-
dine complendum sit interrogat quia
videlicet propheta qui hoc futurum prae-
dixit quomodo fieri posset non dixit sed an-
gelo dicendum reservavit. Respondit er-
go angelus et dixit ei: Spiritus sanctus
superveniet in te et virtus altissimi
obumbrabit tibi, ideoque et quod nascetur
ex te sanctum vocabitur filius dei.

quod spiritus sanctus operatus est in beata virgine

Superveniens in virginem spiritus sanctus
duobus modis in ea divinae suae poten-
tiae efficaciam ostendit. quia et men-
tem illius adeo quantum humana
fragilitas patitur ab omni vitiorum sor-
de castigavit ut caelesti esset digna
partu et in utero sanctum illius et
venerabile redemptoris nostri corpus
sola sua operatione creavit id est nullo
viri interveniente tactu carnem
de carne virginis sacrosanctam de
intemerata formavit. quem enim supra
appellat spiritum sanctum dixit. Hunc ipsum
denuo virtutem altissimi nominavit
iuxta hoc quod dominus cum eiusdem spiritus
adventum discipulis promitteret ait:
Et ego mitto promissum patris mei
in vos, vos autem sedete in civitate
quoadusque induamini virtute ex al-
to. Obumbravit autem beatae ge-
nitrici virtus altissimi quia spiritus
sanctus cor illius cum implevit
ab omni aestu concupiscentiae carnalis tempera-
vit et emundavit a desideriis tem-
poralibus ac donis caelestibus mentem illius
simul consecravit et corpus. Ideoque
et quod nascetur inquit sanctum ex te
vocabitur filius dei. Quia de spiritu sancto
concipies sanctum erit quod gi-
gnitur congruit conceptioni nativitas
ut quae contra humanae conditionis
morem virgo concepis supra huma-
nae consuetudinis modum dei filium
generares. Omnes quippe homines in i-
niquitatibus concipimur et in delictis
nascimur. quotquot autem donante
deo adiutorium praeordinati sumus ad e-
ternam ex aqua et spiritu sancto renasci-
mur. Solus vero redemptor noster in-
carnari dignatus mox sanctus
natus est quia sine iniquitate concep-
tus est. possumus sane pulchre in eo
quod dicitur: Et virtus altissimi obumbra-
bit tibi, etiam quod dicitur dominicae
incarnationis intelligere. Obumbrare
enim dicimus nobis cum fervente me-
ridiano sole vel arborem media
vel aliud quodlibet umbraculi genus
inter nos et solem opponimus quo
ardorem eius vel lucem nobis tolle-
rabiliorem reddimus. Redemptor er-
go noster non incongrue solis luce
vel ardore designatur qui nos veritatis
scientia illustrat vel amore inflammat.
Unde ipse per prophetam dicit: Vobis autem
qui timetis nomen domini orietur sol iu-
stitiae. Illius videlicet solis radios be-
ata virgo suscepit quando dominum
concepit. Sed eidem soli id est divinitatis
redemptoris nostri tegmine se huma-
nae naturae quasi umbraculo quo

dam obtexit quo mediante vir-
ginis eius viscera ferre sufficeret.
sicque virtus altissimi obumbrauit
ei dum diuina christi potencia et
eius pectora impleuit. et ut capi
...ella posset substantia se humane fra-
gilitati obumbrauit. Et ecce eliza-
beth cognata tua et ipsa concepit
filium in senectute sua. Non quasi
incredulam exemplis hortatur ad
fidem. sed ut iam bene credenti que
audierat ampliora superne dispen-
sationis miracula replicat. ut que
dum erat virgo paritura pauso-
rem quoque dum. de anum dum sterilem
partum cognosceret esse nasciturum
nec mirandum iuxta historiam quod e-
lizabeth cognata dicitur marie cum
superius hoc de domo dauid illa de
filiabus aaron orta esse narratur.
legimus namque quod aaron ipse de tri-
bu iuda de qua dauid ortus est
uxorem accepit videlicet elizabeth
filiam aminadab sororem naas-
son. qui fuit dux tribus iuda cum
in deserto egrederentur de egipto. rur-
susque regnantibus dauid posteris le-
gimus quod ioiada pontifex maximus
uxorem habuit de tribu regali hoc
est iosabeth filiam regis ioram
ipse ioiada est cuius filium zachariam
virum eque sanctissimum lapidaue-
runt inter templum et altare
sicut etiam ipse dominus beatorum mar-
tirum mentionem faciens in ewangelio
testatur. Unde liquet utramque hoc
est sacerdotalis et regia cognatione
se adinuicem probatur esse coniunc-
ta. Potuit autem huiusmodi cognatio
etiam recentiori tempore fieri. datis
nuptiis feminis de tribu in tribum

ut manifeste beatam dei genitri-
cem que de tribu regia descendit
cum tribu sacerdotali cognationem
generis habuisse constaret. et
quod misterijs celestibus altissime con-
gruit. oportebat namque ut apud
homines mediator dei et hominum
de utraque tribu carnis originem
haberet quia nimirum ipse in hu-
manitate assumpta utriusque habitu-
nis erat personam sacerdotis scilicet
et regis. Siquidem de regia eius
potestate qua electis suis regnum
perhenne tribuit. et prius sancti ewan-
gelio testatur quod regnabit in domo
iacob in eternum et regni eius por-
ro de pontificali dignitate eius in
qua pro nostra redemptione hostiam
sue carnis offerre dignatus est. psalmista
testatur qui ait. tu es sacerdos in
eternum secundum ordinem melchisedech.
Accepta autem tanta gratia videamus
ubi maria insignita humilitatis ar-
ce persistat. Ecce inquit ancilla domini
fiat michi secundum verbum tuum. Magnam
quippe humilitatis constanciam tenet
que se ancillam sui conditoris cum
mater eligitur appellat. Beata in
mulieribus angelico vocabulo oraculo.
predicatur incognita adhuc ceteris
mortalibus archana nostre redemp-
tionis edocetur. nec se tamen de
singularitate meriti excellentioris
singulariter extollit sed potius sue condi-
tionis ac dignitatis diuine digna-
tionis in omnibus memor famularum
se christi consortio humiliter adiungit
famulatum christo deuota quod iubetur
impendit. Fiat michi inquit secundum ver-
bum tuum. fiat ut spiritus sanctus ad-
ueniens me celestibus dignam misterijs
reddat. fiat ut in meo utero filius
dei humane substantie induat ha-

bitum/ atque ad redemptionem mundi tan
quam sponsus suo procedat de thala
mo. Cuius semper obsequiis omnia cor
poris nostri membra mancipemus/
ad eius impendendam voluntatem to
tum nostre mentis dirigamus intui
tum/ sicque preceptis eius in omnibus gratis
recte vivendo reddamus/ ut ad ma
iora percipienda dignum existere me
reamur/ premium scilicet cum beata dei
genitrice/ ut fiat nobis secundum verbum
eius Ihesum videlicet dominum quo ratio
ne sue incarnationis ipse exponens
ait. Sic enim deus dilexit mundum ut fi
lium suum unigenitum daret/ ut
omnis qui credit in ipsum non pereat sed
habeat vitam eternam/ nec dubitan
dum quia nos deprecantes ad se clama
tes etiam exaudire dignabitur pro
quibus necdum se cognoscentibus ipse ad
perferendam hanc convallem lacrimarum
descendere dignatus est Ihesus Christus dominus
noster qui vivit cum deo patre etc.

Eadem omelia egregii doctoris sancti Am
Luce primo. Missus est gabri brosii. E
el angelus et ~~reliqua~~. piscopi.

Latent quedam divina misteria/
nec facile iuxta ~~prophetam~~ dic
tum quispiam hominum potest scire
consilium dei/ sed tamen ex ceteris fac
tis atque preceptis domini salvatoris
possimus intelligere/ et hoc propositionis
fuisse consilii/ quod ea potissimum est
electa/ ut dominum pareret/ que erat
desponsata viro. Cur autem antequam
desponsaretur impleta est fortasse
ne diceretur/ quod concepit ex adul
terio/ et bene utrumque posuit scrip
tura/ ut et desponsata esset virgo/
ut expers virilis consortii et vide
retur desponsata/ ne temerate vir
ginitatis adureretur infamia/
cui gravis alvus corruptele videret
insigne preferre/ Maluit autem dominus
aliquos de suo ortu/ quam de

matris pudore dubitare. Sciebat enim
teneram esse virginis verecundiam et
lubricam famam honoris pudoris
nec putavit ortus sui fidem matris
iniuriis astruendam. Servatur itaque
beate marie sicut pudore integra/
ita opinione inviolabilis virginitas
oportet enim sanctos et ab his testimonium ha
bere qui foris sunt. Nec decuit si
nistre virginibus opinione viventibus
velamen excusationis relinqui quod in
famata mater domini videretur. Quid
autem iudeis quid herodi possit a
scribi si natum viderentur ex adul
terio persecuti/ quem admodum ipse autem
diceret. Non veni legem solvere
sed adimplere/ si videretur cepisse
a legis iniuria/ cum partus innupte le
ge dampnetur. Tum etiam locupletior
testis pudoris maritus adhibetur
qui posset et dolere iniuriam et vin
dicare obprobrium si non agnosceret
sacramentum. Quid quod etiam fides ma
rie verbis maior asciscitur/ et men
dacii causa removetur. Videretur
culpam obumbrare voluisse men
dacio innupta pregnans. Causam au
tem mentiendi/ ut desponsata habuerit
desponsata non habuit. Cum con
iugii premium et gratia nuptiarum partus
sit feminarum non mediocris est
causa ut virginitas marie fal
leret principem mundi. Qui cum de
sponsatam viro cerneret partum non
potuit habere suspectum/ fallendi autem
ut dixi principis mundi fuisse con
silium/ ipsius domini verba declarant/
cum ~~apostoli~~ tacere iubentur de eo/
cum sancti prohibentur gloriam de re
medio/ cum demones prohibentur
silere de dei filio/ ~~de eo autem~~ fallen
di autem ut dixi principis mundi
fuisse consilium/ etiam ~~apostolus~~ declarat

dicens. Sed loquimur dei sapientiam
in mysterio absconditam, quam nemo
principum huius mundi cognovit.
Si enim cognovissent, nunquam dominum
glorie crucifixissent. Hoc est dominum
ne redimi morte fecissent. Fefellit
ergo prudentes fefellit ut vinceret
fefellit dyabolum cum temptaretur.
cum negaretur cum dei filius di-
ceretur. ut nunquam divinitatem
propriam fateretur. Sed tamen magis fefel-
lit principem seculi. dyabolus enim et si
aliquando dubitavit. cum diceret
si filius dei es mitte te deorsum.
cum vel sero cognovit et discessit
ab eo. Cognovit et demones qui
dicebant. Qui si filius dei
es quid venisti ante tempus perdere
nos. Et hii quidem venisse cognoverunt
quia peregrinum sperabant et venturum
principes autem seculi non cognoverunt.
Sed quo maiore possimus quam apostolice
sententie probare documento. Si enim cog-
novissent nunquam dominum crucifixissent.
Demonum enim malicia finale et
occulta deprendit. Hii vero qui secularibus
vanitatibus occupantur. scire divina
non possunt. Bene autem sibi dimisserit
eam ut sanctus matheus. ut ioseph
ab angelo moneri indicaret ut di-
mitteret mariam. lucas tulit cetera
testimonium virginis quod non cognovisset.
Licet ipsa maria fatetur. cum dicat an-
gelo. Quomodo fiet istud quoniam virum non
cognosco. Sed et ipse sanctus lucas
virginem declaravit dicens. Et no-
men virginis maria. Et ysaia nunciat
qui ait. Ecce virgo in utero acce-
pit. et ioseph designavit. qui quam
signantem videbat. qui quam non
cognoverat. dimittere gestabat. et
dominus in cruce positus ipse manifesta-
vit. Unde dicit. Mulier ecce filius
tuus. deinde discipulo ait. Ecce ma-
ter tua. Etiam utrique testatus est dis-
cipulus. in sua utique si cognovisset

nunquam virum proprium vel nuxissent
nec vir eam iustus esse discedere passus
esset. Quod autem dominus divorcium pre-
cepisset. cum prius sit sinat. Quia
nemo dimittere uxorem suam excepta
causa fornicationis. Pulcre autem
docuit sanctus matheus quid facere de-
beat iustus qui opprobrium coniugis
deprehendit. ut innocentem ab homi-
cidio custodiret ab adulterio purgare se
deberet. Qui enim coniungitur meretrici
unum corpus est. Ergo utique iam ioseph
iusta gratia et persona servatur. in testis
timetur. Os enim iusti meditabitur no-
sat. et lingua eius indicavit loquitur.
indicium eius loquitur veritatem
sicut te moneat quod firmavit coniuge
scriptura dicat. Non enim virginitatis
exceptio sed coniugii testificatio nup-
tiarum celebratio declaratur. Deni-
que quam non accepit nemo dimittit.
Et ideo qui nolebat dimittere fatebatur
acceptam. Sunt etiam movere non debet
quod ait evangelista et non cognovit eam
donec peperit filium. Illud enim vel usi-
tata scripture est. sicut ait alibi. Et
donec senescatis ego sum. Numquid
post illorum senectutem deus esse de-
sinit. Et in psalmo. Dixit dominus domino
meo sede a dextris meis. donec po-
nam inimicos scabellum pedum tuorum.
Numquid postea non sedebit. Vel
quod qui ita ait. satis putat quod cause
est dicere aut redundancia non re-
quirit. Satis enim est ut causam suscep-
tam astruat dicendum difficultur.
Ideo qui macinacionis incorruptum
suscepat. probare misterium non putavit
ulterius prosequendum virginitatis marie
testimonium ne defensor magis virginis
quam assertor misterii crederetur.
Certe quando iustum docuit ioseph
satis declaravit quod ipse temporibus
mulierem domini meruit misterii violare
non potuit. Didicimus etiam verbis

diditimus consilium. discamus et misterium
bene desponsata / sed virgo que est ecclesie
est typus / que est immaculata / sed
nupta. concepit nos virgo de spiritu.
parit nos virgo sine gemitu. ideo
fortasse sancta maria alii nupta ab
alio repleta. quia et singule ecclesie spiritu
quidem replentur. et gratia iunguntur.
ad temporalis speciem sacerdotis. Ingressus
angelus ad eam dixit. Ave gratia ple-
na dominus tecum benedicta tu in mulieribus.
Ipsa autem ut vidit eum turbata est
in introitu eius / disce virginem mo-
ribus / disce virginem verecundia / di-
sce virginem oraculo / disce virginem
misterio / trepidare virginum est / et
ad omnes viri ingressus pavere / ob
viri affatus vereri. discant mulieres
propositum pudoris imitari. Solam in
penetrabilibus quam nemo virorum
videret / solus angelus repperit sola
mea sine comite / solam sine teste
Ne quo degeneri depravaretur
affatu / ab angelo salutatur / disce vir-
go verborum vitare lasciviam. Ma-
ria etiam salutationem angeli verebatur.
Erat enim inquit cogitans / qualis
esset salutatio. ideo cum verecundia
que pavebat. cum prudentia quia
benedictionis novam formulam.
mirabatur que nusquam. lecta est
nusquam ante comperta soli marie
hec cogitatio servabatur / bene enim
enim sola plena gratia dicitur. que sola
gratiam quam nulla alia meruerat
consecuta est. ut gratia repleretur auc-
tore. Et ait angelus domini Ne time-
as maria invenisti gratiam
apud dominum. Ecce concipies et paries
in utero filium. et vocabis nomen
eius ihesum. Hic erit magnus. Erubes-
cat ergo maria / erubescat elizabeth
et ideo cognoscamus / quid inter sit
inter mulieres et virginis verecun-
diam. illa de causa erubescat. in

verecundiam in mulieribus. modus pu-
doris adhibeatur / in virgine pudor
augeatur gratia. Hic erit magnus et
filius altissimi vocabitur. dictum
est quidem etiam de iohanne ab ange-
lo quia erit magnus / sed ille quasi homo
magnus hic quasi deus magnus
Magnus dominus et laudabilis nimis
et magnitudinis eius non est finis
Et vere ille magnus / quia maior
inter natos mulierum / propheta maior
iohanne baptista nemo est. causam ma-
ioris / quia qui minor est in regno
dei maior est ille. magnus / maior
autem iohannes. Sed coram domino
et magnus iohannes. Vinum et
siceram non bibit. hic cum publicanis
et cum peccatoribus / manducat et
bibit. Ille abstinentia meritum.
cui potentia nulla nature est. Christus
autem cui naturale est [illegible]
delicta donare cur nos declinaret
cum abstinentibus poterat prestare meliores.
Sed ieiunare non dedignatur corpo-
ieiunium / quibus datum est sacramentum
hic et manducat. ille ieiunat. utrique
tamen typus in illo ieiunat. in hoc pa-
scitur. sed ieiunavit. et ipse ne pre-
ceptum declinaret manducavit cum
peccatoribus. ut gratiam cerneres agno-
sceres potestatem. magnus ergo et
ihesus. Sed hic magnus est principium.
idem primus et novissimus. nichil ante
principium. nichil ultra novissimum
neque cognationis humane consuetudi-
nem trahat / ut prius non primus
est. quia filius est. Sequere scriptu-
ras ut errare non possis. Primus filius
dei. lectum etiam est. quia et solus
pater qui solus habet immortalitatem. et
lucem habitat inaccessibilem. sicut
legisti. et immortalis soli deo sed
neque primus ante patrem. neque solus
sine filio. Si affectum negas alterius
astruis utrumque sequere et utrumque

confirmas. Non dixit ego prior et
ego posterior/ sed ego primus et
ego novissimus. Primus est filius
et ideo coeternus. habet enim prem
cum sit coeternus. Audeo dicere primus
est filius/ sed solus ~~dico et~~ non est
et tenedico. et religiosis dico/ quid
eligetis ad impietatem heretici an
iros laqueos quos tendistis michi iste
primus est filius et non est solus
primus/ quia cum patre semper/ est
solus non est. quia sine patre nun
quam est. Non ego hoc dico/ sed
ipse dixit et non sum solus. quia
pater meum est solus pater/ quia
unus deus. Solus pater quia diui
tas patris et filii et spiritus sancti. Et
quod unum est solum est./ solus pater
solus unigenitus/ solus spiritus sanctus.
Neque enim qui filius et pater/ aut
qui pater filius/ aut qui spiritus sanctus
et filius/ alius pater alius filius
alius spiritus sanctus. legimus enim. Ro
gabo patrem. et alium paraclitum
dabit vobis et cetera. Solus deus
qui unus deus ex quo omnia. Solus
filius qui unus dominus et per quem omnia
solum divinitas facit graciam et pa
trem testificatur et filium/ ut nusquam
filius sine patre/ aut pater vide
atur esse sine filio. Ergo nec solus
inhabitat lucem inaccessibilem. quem
deum nemo vidit umquam nisi
unigenitus filius qui est in sinu
patris qui sedet ad dexteram patris
et hunc quidem audent dicere inacce
ssibilem lucem. Et quam habitat pater
et nunquid lux melior patre
Que autem lux inaccessibilis ei
cui non est inaccessibilis pater et
ipse lux vera et genitor eternus)
de qua dictum est Erat lux vera
que illuminat omnem hominem
venientem in hunc mundum

Vide ne ipsa sit lux inaccessibilis
quam habitat pater. habitat et filius
quia pater in filio et filius in patre
Bene ergo magnus unus ac funda
tor dei unitatis late/ celestis substancia
magnitudo porrigitur. Nichil circumscri
ptum nichil dimensum/ nichil circumsti
tutum est. Non loco clauditur. non
opinione comprehenditur/ non estima
cione concluditur. non etate variatur.
dedit quidem dominus ihesus hominibus magnitu
dinem. In omnem terram exiuit so
nus eorum et cetera. non in fines
tantum mundi/ non in fines celi
non ultra celos/ at vero in domino ihesu
omnia condita sunt. in celis et in ter
ra visibilia et invisibilia/ et ipse est
ante omnia/ et omnia in ipso constant
Celum aspice ihesus illic est/ terram in
tuere ihesus ad est. Ascende verbo in
celum/ descende verbo in infernum
ihesus ad est/ Et enim si ascenderis in ce
lum ihesus illic est. Et si descenderis
ad infernum adest. hodie cum loquor
mecum est intra hunc punctum.
intra hoc momentum/ et si in arme
nia nunc loquor xpianus/ adest ihesus ad
est. Nemo enim dicit dominus ihesus/ nisi in
spiritu sancto/ Abyssos opinione si pe
netres/ illic quoque ihesum videbis opera
ri/ Scriptum est enim. ne dixeris in
corde tuo. Quis ascendit in celum
id est xpm deducere. aut quis ascendit
in abissum id est xpm ex mortuis re
ducere/ ubi ergo non est/ qui cele
stia/ inferna et terrena conplevit
Bene ergo et cetera Feria vi. quattuor temporum Luce primo capitulo

Exsurgens maria abiit in
montana cum festinacione in civi
tatem iuda/ et intravit in domum
zacharie/ et salutavit elizabeth. Re
Lectio quarta Omelia ven. Bede
Audivimus sancti evangelii fratres
karissimi et redemptionis nostre

nobis semper veneranda primordia predicat et salutaria semper imitande humilitatis remedio commendat. Nam quia peste superbie adtactum genus humanum perierat, decebat ut medicamentum humilitatis quo sanaretur prima mox inapientis salutis tempora pretenderet. Et quia per mentitatem seducte mulieris mors in mundum introierat, congruum fuit ut inditium vite redeuntis initio se devote humilitatis mulier ac pietatis prevenirent obsequio. Prior ergo nobis beata dei genitrix ad e sublimitatem celestis patrie iter ostendit. humilitatis non minus religionis quam castitatis exemplo. venerabilis siquidem gratia virginei et intemerati corporis / qualis sit vita superne civitatis ad quam suspiramus insinuat / ubi neque nubent neque nubentur / sed sunt sicut angeli dei in celis. At virtutem mentis eximiam / qua quasi ad hanc pertingere debeamus indicat. Namque sicut precedente sancti evangelii lectione cognovimus postquam angelica visione et allocutione meruit sublimari / postquam se celesti partu honorandam didicit nequaquam se de donis celestibus quasi a se hec essent extulit / sed ut magis magisque donis esset apta divinis in custodia humilitatis gressum mentis fixit. Ita evangelizanti sibi archangelo respondens Ecce ancilla domini fiat michi secundum verbum tuum. Ut vero ex hodierna lectione audivimus / eandem qua angelo exhibuerat humilitatem hominibus quoque cunctis exhibere Et quod maioris est virtutis hec etiam minoribus. Quis enim nesciat virginem deo consecratam multo viro dedicata gradum habere potiorem. Quis dubitet matrem regis eterni / nunc matris / multis te preferendam / at tamen ipsa memor scripture precipientis: Quanto magnus es humilia te in omnibus. mox ut angelus qui loquebatur ei ad celestia redit / surgit ad montana conscendit gestansque in utero deum servorum dei habitacula petit ac venit alloquia. Et apte post visionem angeli in montana subiit que gradum suum superiorum civium humilitatis se gressibus ad virtutum alta transtulit. domum Zacharie atque elizabeth quasi servorum ac precursorem domini parituram honoravit salutat. non quasi dubia de oraculo quod acceperat / sed ut gratulatura de dono quod conservam accepisse didicerat. non ut verbum angeli mulieris attestatione probaret / sed ut provecte viri / virgo iuvencula ministerium sedula impenderet. Ut autem audivit salutationem marie elizabeth exultavit infans in utero eius et repleta est spiritu sancto. Elizabeth aperiente os ad salutandum beata maria repleta est mox spiritu sancto elizabeth. repletus et iohannes / atque uno eodemque spiritu ambo edocti / illam salutantem que esset agnovit / et ut matrem domini sui debita cum benedictione veneranda est. Ille ipsum esse deum qui utero virginis portaretur intellexit / et quia lingua necdum valuit animo exultante salutavit Officium sue precursionis quam libenter quam devote iuvenis esset impleturus. Et antequam nasceretur adveniente domino quibus valebat inditiis insinuavit. Aderat namque tempus quo impleretur angeli sermo / quem dixerat quia spiritu sancto

repleatur adhuc ex utero matris sue. Repleta est ergo spiritu sancto elizabeth et exclamavit voce magna. Recte voce magna/ quia magna dei dona cognovit/ recte voce magna quia illum/ quem ubique presentem noverat/ etiam corporaliter adesse sentiebat./ Magna etenim voce/ non tam clamoris quam devotionis intelligendum est/ neque modica voce devotionis dominum laudare volebat. que spiritu sancto plena flagrabat. que et illum in utero gestabat quo in natis mulierum nemo maior est. Etenim advenisse gaudebat. Qui conceptus ex carne matris virginis filius altissimi vocaretur et esset. Exclamavit autem et dixit. Benedicta tu inter mulieres/ et benedictus fructus ventris tui. Benedicta tu inter mulieres non solum benedicta inter mulieres/ sed inter mulieres benedictas maiori benedictione specialiter insignis. Benedictus fructus ventris tui/ nec ipse generali more benedictus. sed sicut apostolus ait. Quorum patres et ex quibus christus secundum carnem. qui est super omnia benedictus/ deus in secula/ de cuius ortu fructus propheta mistico sermone testatur dicens. Etenim dominus dabit benignitatem et terra nostra dabit fructum suum. Dedit quippe dominus benignitatem/ quia genus humanum a reatu prevaricationis protoplastorum suum liberare disposuit/ dedit benignitatem quia eius ingressu virginalis uteri templum sancti spiritus gratia consecravit. Et terra nostra dedit fructum suum. quia et virgo que de terra corpus habuerat filium genuit divinitate quidem deo patri coequalem/ sed sibi carnis veritate substantialem/ de hoc et ysayas templum humane redemptionis intuens ait. In illa die erit germen dei in magnificentia et in gloria Et fructus terre sublimis. Germen namque domini fuit in magnificentia et gloria cum sempiternus dei filius in carne temporaliter apparens magnitudine virtutum celestium mundo clarus effulsit fructus quoque terre effectus est. quia eandem carnem/ quam de nostra natura mortalem deus susceperat. virtute resurrectionis immortalem/ iam redditam etiam ad celos sublevavit. Recte ergo dicitur Benedicta tu inter mulieres/ et benedictus fructus ventris tui. Benedicta est enim incomparabiliter/ que et divini germinis suscepit gloriam/ et coronam integritatis servavit. Benedicta tu inter mulieres per quam primam virginem/ a natis mulierum maledictio prime matris exclusa est/ Benedictus fructus ventris tui/ per quem et semen incorruptionis/ et superne hereditatis quam perdidimus in adam fructum recepimus. Et vere hac singulari benedictus qui non nostro more postquam natus est/ gratiam a deo benedictionis percepit/ sed ipse ad salvandum mundum benedictus venit in nomine domini. Et unde hoc michi ut veniat mater domini mei. O quanta in prophetasse corde humilitas/ quam verus sermo domini quem dixit. Super quem requiescet spiritus meus/ nisi super humilem et quietum/ et trementem verba mea. Matrem quidem domini que ad se venit mox ut vidit esse cognovit. Sed et nullius se tantis meritis respiciens quod digna fieret tanta hospite visitari. Unde hoc michi ut veniat mater domini mei ad me. quia nimirum ipse spiritus qui ei prophetie donum contulit. nimirum pariter humilitatis prestat prophetico repleta spiritu sancto genitricem ad se advenisse salvatoris intellexit. sed quia humilitatis spiritu circumplecta minus dignam se eius adventu deprehendit. Ecce enim michi

facta est vox salutationis tue in au-
ribus meis. exultavit in gaudio
infans in utero meo. Intellexit Eliza-
beth eodem quo impleta erat spiritu
revelante quid illa exultatio sit sig-
nificasset infantis, hoc est illius venis-
se matrem cuius ipse precursor ac de-
monstrator esset futurus. Et quam mi-
randa quamque cita sancti spiritus operatio
nulla quippe in discendo mora est.
ubi spiritus sanctus doctor adest. Et
uno eodemque momento cum voce sa-
lutantis gaudium nascitur infantis,
quia dum vox ad aures pervenit cor-
porales. virtus spiritalis cor intravit
audientis. Per spiritum genitricem et
prolem amore domini vehementius ac-
cendit. Unde mox eandem precursoris
domini genitricem ei que in occulto co-
gnoverat hiis qui simul aderant
et audierant palam evangeliza-
re curavit. etiam subdit. Et beata
que credidit quoniam perficientur in ea
que dicta sunt a domino. Nam et hoc quoque
pro spiritu dicit. Elizabeth. que an-
gelus ad mariam verba protulit. Ita
illa mox evangelizanti credidit.
que hec divina operante gratia absque ulla.
essent ambiguitate complenda. Mirum
quam in modum idem spiritus eam cum re-
plevit preteritum simul presentium et
futurorum scientia instruxit. Dequibus
nunquam se edoctam monstravit. Cum
beatam mariam matrem domini sui vo-
cavit quia redemptorem humani
generis in utero gestaret indicavit.
Unde etiam fructum ventris sui
singulariter benedictum esse professa est
presentium se noticiam accepisse si-
gnavit, que et verba angeli ad
mariam et consensum marie cre-
dentis sibi innotuisse prodidit. Et de
futurorum sibi scientiam non nega-
tam intimavit cum perficienda

a domino que ei dicta essent asserit. Quis
autem fidelium dicere, quis estima-
re sufficiat que tunc gratia spiritus dei ge-
nitricem repleverit. cum tantam in ma-
tre precursoris sui dominus celestis con-
tulit. Verum audiamus verba que dixit.
fortasse ex hiis valeamus aliquatulum
dinoscere quid intus habuit. Audi-
ta quippe responsione Elizabeth, qua eam
beatam inter mulieres predicavit ma-
trem domini sui cognominavit. fide forte
laudavit. ad cuius ingressum se ipsam
cum filio spiritu sancto repletam esse
signavit. Tamen ut virginitatem de-
cebat pudorem acceptum divinitus ar-
canum aliquamdiu diu silencio tege-
bat archanum misterii celestis in sui
pectoris abdito venerabatur occulta.
Expectabat reverenter. donec ipse donorum
distributor quod sibi dono specialis gratie tri-
buisset. quod sibi secreti revelasset.
quandocumque vellet ostenderet. At
postquam eadem que sibi erant tanquam
manifesta per alios spiritu revelante
esse patefacta cernebat. mox etiam
thesaurum celi quem in corde servabat
aperuit. Dixit ergo: Luce primo ca.
Magnificat anima mea dominum. Ubi
primo dona sibi specialiter concessa
confitetur. deinde generalia dei benefi-
cia quibus generi humano in eternum
consulere non desistit enumerat. Mag-
nificat autem anima dominum. quia
omnis interioris hominis sui affectus
divinis laudibus ac serviciis mancipat
qui observantia preceptorum dei semper
eius magnificenciam potenciam maies-
se cogitare demonstrat. Cuius in deo salu-
tari suo spiritus exultat. que
nil in terrenis libet. nulla caducarum
rerum affluencia emollit. nulla ad-
versitas frangit. sed sola illius a quo
salus speratur eterna sui condito-

membra delectatur, que cum omnibus per
fectis verba recte conveniant, maxime
tamen ea beatam dei genitricem proferre de
cebant, que merito privilegio singularis
spiritali ipsius dilectione flagrabat.
cuius corporalis conceptione gaudebat.
Que iure in ihesu id est salutari suo specia
li precetris sanctis gaudio potuit exul
tare, quia quem perpetuum salutis
auctorem noverat. hunc ipsum tempora
li ortu de sua carne nasciturum esse
sciebat, quatenus in una eademque
persona veraciter suus et filius esset
et dominus, que sequentibus quoque verbis
quam nulla de se ipsa senserit edocet
et quod omne quicquid boni meruit
habuit. hoc superna gratia largiente
percepit dicens. Quia respexit humili
tatem ancille sue. humilem quippe christi
ancillam suo iudicio se fuisse demon
strat. sed respectu se gratie celestis
repente sublimatam pronunciat atque
in tantum glorificatam, ut sua beati
tudo precipua merito cunctarum gene
racionum voce monstretur. addit eciam
adhuc divine pietatis munera. que mira
biliter accepit digna graciarum actione
collaudans. Quia fecit michi ma
gna qui potens est etc. Nichil ergo
suis meritis tribuit. qui totam su
am magnitudinem ad illius donum
refert. qui essencialiter potens et ma
gnus existens fideles suos de parvis at
que infirmis fortes facere consuevit.
et magnos. Bene autem addit. Et
sanctum nomen eius. ut admoneret au
dientes ymmo omnes ad quos eius
verba pervenirent instrueret. ad fidem
et invocacionem eius nominis advolare
quatenus et ipsi sanctitatis eterne et salu
tis vere possint esse participes. iuxta illud
propheticum. Et erit omnis qui cumque
invocaverit nomen domini salvus. Ipsum
est enim nomen de quo supra ait. Et
exultavit spiritus meus in deo salutari
meo. Unde adhuc apercius addit. Et
misericordia eius a progenie in progenies timentibus
eum. progenies autem et progenies vel
utriusque populi iudei videlicet et gentilis
appellat, vel certe omnem posteritatem na
cionem quas et in christo credituras esse
providebat. Quia sicut petrus ait.
Non est personarum acceptor deus,
sed in omni gente qui timet deum.
et operatur iusticiam acceptus est illi.
Concinit huic autem beate marie
verbis ipsius domini sermo qui non tan
tum matrem, que se corporaliter generare
meruit, sed et omnes qui sua precepta
servaret pronunciavit, esse beatos.
Cum enim docente illo populum quodam
loco et miracula facientem, omnes
eius sapienciam ac virtutes mirarentur,
extollens vocem quedam mulier de
turba dixit ei. Beatus venter qui
te portavit, et ubera que suxisti.
At ille testimonium veritatis placatum,
libenter accipiens, continuo respon
dit. Beati qui audiunt verbum dei,
et custodiunt illud, ut ipsa quoque
mulier ymmo universi qui audierant se
beatos fore considerent, si divinis vel
lent obtemperare mandatis. Et si
apte dicat. Quamvis singulare pri
vilegium beatitudinis habeat, que
filium dei incarnatum virgo in u
tero gestare, parere ac nutrire
digna est, percipiunt tamen in eadem
vita perpetue beatitudinis locum et
ipsi sunt habituri, qui eius fidem
ac dilectionem casto corpore concipiunt,
qui sedula in mente preceptorum eius
memoriam portant. qui hanc nunc
te eius memoriam portant. qui hanc
et in mente proximorum solerti exhor
tacione nutrire satagunt. Verum
quia venerabilis dei genitrix misericordiam
eius omnibus portendit, qui eum timent

Timentibus enim eum. Et
[illegible] caveat [illegible] a deo
[illegible] progenieis [illegible]
[illegible] ab [illegible]
[illegible] sup timentes eum
[illegible] excludit a [illegible]
[illegible] qui dei [illegible]
per [illegible] excludit
Sicut ita miseros [illegible] misericordia
faciat nec ita iustus ut amans ex
cludit

venit affuturam et pervenit. testatur
ut etiam superbi et contempnentes
monita veritatis, quid maneat in-
sinuet. Fecit inquit potentiam in Saulus
brachio suo etc. In brachio suo medi-
ationem ipse voluntatis virtutis sig-
nificat. Non enim alieno ad operandum
indiget auxilio, cui ut scriptum est
subest cum voluerit posse. quod ad distinc-
tionem nostre utique conditionis dicitur, qui non
in nostris viribus libertatis, sed in deo
facimus virtutem. et sicut alias scrip-
tum est. et brachium eorum non sal-
vabit eos, sed dextera tua et brachium
tuum et illuminatio vultus tui. Dispersit
autem superbos mente cordis sui. In-
itium omnis peccati superbia. ob eam
meritam dominus genus humanum a statu
sue habitationis patrie celestis eiciens
in huius peregrinationis exilium longe la-
teque dispulit. Sed et hiis qui in presenti
presumere non timent, graviorem fu-
ture dispersionis vindictam reserva-
vit. Deposuit potentes de sede etc.
Eosdem potentes appellat, quos ante
dixerat superbos, qui ideo nimirum
superbi vocantur, quia supra mensuram
se sue conditionis extollunt. Potentes
autem non quia vere potentes sunt,
sed quia confidentes in virtute sua
conditoris adiutorium querere detrec-
tant. Illi autem vere potentes sunt
quia dicere cum apostolo: omnia possum
in eo qui nos confortat ~~dns~~ dno
ihu xpo. De qualibus scriptum est: deus
potentes non abicit, cum et ipse sit
potens. Deposuit ergo potentes de
sede et exaltavit humiles. quia omnis
qui se exaltat humiliabitur, et qui se
humiliat exaltabitur. Quod etiam
recte possit intelligi quod non nulli
illi ipsi qui merito sue elationis a
deo fuerunt deiecti, demum insperate

illo ad humilitatis gratiam redeant sicque
merito devote humilitatis erigantur
ad gratiam domini quemadmodum paulus ob superbiam
de sede doctrine legalis depositus sed
mox ob humilitatis subiectionem ad evan-
gelizandam xpi fidem est levatus. E-
iustos pauperes
surientes implevit bonis et divites nota d[iv]i-tes
dimisit inanes. Qui eterna bona
perfecte nunc esuriunt atque adhuc ap-
petenda infatigabili opum instantium
instantia certare non desistunt, sa-
tiabuntur utique, cum sui redemptoris
gloria quam desiderant apparuerit.
Nota Et qui amici celestibus divitias terre-
nas preponere gaudent, hii nimirum
tempore ultime discretionis inanes, tocius
beatitudinis dimittentur a deo. atque
cum dyabolo plerumque inferne pena plec-
tentur. Quod etiam in hac vita sepe
non nimia videmus impleri, ut et
humiles usque superne bonitatis alto alimo-
nie repleantur. Divitesque cele-
stium largitate ditescant. Et qui vel
de terrenis divitiis gloriantes super-
biunt, et de opibus se bonorum operum
quasi per se hec habeant extollunt, in-
anes veritatis manserunt. Singul-
autem hiis versibus quos de diverso
superborum atque humilium statu beata
maria protulit, adiungendum est quod primum
sit ~~[illegible]~~ impugnemus et pugnemus
quia nimirum pro omni labentis seculi
tempus creator iustus et invictus?
et superbis resistere, et humilibus dare
gratiam consuevit. Unde bene post
generalem divine pietatis et iusti-
cie commemorationem ad specialem no-
ve incarnationis dispensationem qua
mundum redimere dignatus est, devote
confessionis sue verba convertit dicens.
Suscepit israel puerum suum memorari.

Beda in lucam. Cum gentium non humiliat nos per
vias salvari, ut dicit cum propheta: deus adiuvat
me et dominus susceptor est anime mee. Cum ergo
aut humiliaverit se sicut parvulus, hic est maior
in regno celorum.

misericordie sue. Israel quippe vir videns deum
interpretatur. Quo nomine omnis redemp-
torum cetus hominum designatur, propter
quos ut deum videre valeant ipse
deus homo visibilis inter homines
apparuit. Suscepit Israel quasi me-
dicus egrotum quem curaret, quasi
rex populum quem ab hostium incursione
defenderet, immo hoste prostrato in regnum
redderet, ut secum perenne regnare fa-
ceret. Et bene addidit puerum suum,
videlicet humilem et obedientem, quod significat
quia non nisi per virtutem humilitatis
quis ad sortem redemptionis pertingit.
Unde et dominus ait: Nisi conversi fueritis et
efficiamini sicut parvuli, non intrabitis
in regnum celorum. Bene quoque subiun-
xit memorari misericordie sue, quia quod deus
hominem ut redimeret assumpsit, non
humane meritum conditionis, sed di-
vine donum pietatis extitit. Etenim
post culpam prevaricationis nisi iustam
conditoris iram meruimus. Unde restat
ut quod quod ad salutem vitamque recupera-
vimus eternam, hoc non nobis, sed
eius gratie tribuamus, cui dictum
est: In ira misericordie memor eris. Sicut
locutus est ad patres nostros etc.
Patrum memoriam faciens beata
Maria, recte Abraham nominatim expri-
mit, quia et si multi patres ac sancti
dominice incarnationis adventum mysti-
ce pretulerunt, ipsi tamen primo manifeste
est eiusdem incarnationis ac nostre
redemptionis archana predicta, ipsi
specialiter dictum est: In te benedicentur
universe cognationes terre, quod ad do-
minum salvatorem pertinere nullus fide-
lium dubitat, qui ad dandam nobis
benedictionem perpetuam de stirpe Abrahe
ad nos venire dignatus est. Semen
autem Abrahe non illos tantum dicit
electos, qui ex Abrahe progenie sunt

Misericors in promittendo, verax in exhibendo, quia sine
debito promisit, sine dolo exhibuit sicut promisit
patribus nostris

corporali sunt editi, verum etiam nos
qui de gentibus ad Christum congregati et
iure fidei societate patribus copulamur,
a quibus proprie carnis origine lon-
ge segregamur. Et nos enim semen
sumus filii Abrahe, cum sacramentis no-
stre redemptionis, qui de genere Abra-
he carnem assumpsit, renascimur;
nos sumus filii Abrahe cum illum vi-
dere solerti intentione querimus, cuius
diem beatus Abraham exultavit ut
videret, et vidit et gavisus est. Hinc
etenim apostolus ait: Si autem vos Christi,
ergo Abrahe semen estis secundum promissionem
heredes. Recte autem in conclusione sub-
iungitur in secula, quia videlicet
promissio superne hereditatis nullo
umquam fine clauditur. Nam et
usque in finem seculi homines non deerunt
qui in Christum credendo semen fiant A-
brahe, et future beatitudinis eiusdem
semini manebit gloria perhennis. Unde,
nos necesse est fratres karissimi, quibus et
in mentes anno promittitur, indefes-
so nisu mentis perennis perceptione lu-
crari. Oportet enim ut postmodo bono
quod sine fine cupimus habere, sine ul-
la intermissione, donec accipiamus
certare curemus. Verba quoque evange-
lectionis frequenti meditatione revol-
vamus, exempla beate dei genitricis
semper animo retineamus, ut et in con-
spectu dei humiles inveniri et proximis
quoque debito honore submissi inveni-
amur. Una ipsa specialiter sublimari.
Studeamus sollicite ne nos indebi-
te laudantium favor extollat, ac
tamen videamus inter verba veri
laudationis modestiam humilitatis
tenuisse constantiam. Si immo deva-
cuis temporalium rerum nos appetitus
delectat renunciamus, quia inde

noster dimittes dimittit inanes. Si te
pacis afflictio forte mentem contur-
bat recogitemus, quia et humiles ex
altat. Numquid decurrendi animi
spiritum veniam desperemus quia inna cum
angeme ingemens tumidis cum recti
inter mala que fecit gravior inferi
tendi culpa surripiat, quia deus super-
bis resistit contra a beatorum sorte se
cernens per varia penarum loca propter
peccatorum varietatem disspergit. Fiat
autem largiente domino. Ut si beate ma-
rie preclarus et dicta recolamus, spem in
nobis et observancia castitatis et
virtutis inna pervenerit. Etiam et ob
timus et pacificentimus in seruitia cetera
mos molemur ut ymnis ipsius cot
tidie cum psalmodia vespertine laudis
cantetur, quatenus cohortet animus fide
lium et frequencior dominice nativitatis
memoria, ad affectum devotionis ac
cendat. Et recogitata sepius exempla
genitricis illius in virtutum soliditate
confirment, et hoc optime ad ves
peros fieri complacuit, ut fatigata per
diem vel distenta diversis cogitationibus
mens nostra inuitente tempore quietis ad
unionem se sine consideratione colligat,
iamque salubriter ammonita, quod
surreptum vel notum divina veritate
cuncta vidisset, totum hinc nostra in de
uno pectore ac lacrimis expiemus.
Verum nos quia in longum diximus
sermonem, iam conversi ad dominum cle-
menciam ipsius postulemus ut et
memoriam beate marie congruis
veneremur officiis. et ad celebranda
dominice nativitatis sollempnia puro
nobis animus venire mereamur
adiuvat ipse ad facienda opera spiri
tualia, ad percipienda dona celestia
desiderium nostrum qui pro nobis
incarnari, itaque inter homines inven-
di formam dare voluit virginem or-
sum. Ihesum Christum dominum cum quo vivit
et regnat deus. Porma secta secl. amen
Omnibus Sermo beati Ambrosii
O morale est ut qui fidem adi-
ungunt fidem astruant, et ideo an-
gelus, cum abscondita nunciaret
ut fides astrueretur exemplo senioris fe-
mine sterilis, que conceptum virgini
marie manifestavit, ut possibile deo
omne quod ei placuerit assereret. Ubi
audivit hoc maria hoc quasi non
incredula de nuncio, nec quasi dubitans
de exemplo. sed quasi leta pro voto re-
ligiosa, pro officio festina, pro gaudio in
montana perrexit, quo enim iam deo
plena nisi ad superiora cum festina-
tione conscenderet. Nescit tarda mo-
limina sancti gratia spiritus. Discite vos sancte
mulieres sedulitatem quam pregna-
tibus debeatis compatere cognatis.
mariam que ante sola in intimis pe-
netrabilibus versabatur. non a publico
virginitatis pudor, non a studio a
speritatis montium, non ab officio preteri-
tus itineris retardavit. In monta-
na virgo cum festinatione. Virgo
officii memor iniurie immemor. af-
fectu urgente non sexu relicta pre-
vit domus. Discite virgines non cer-
tum cursare per alienas edes. non de-
morari in plateis, non aliquos in
publico miscere sermones. Maria
in domo sedula, in publico festina
mansit apud cognatam suam ex
tribus mensibus ~~mansit~~. Ipsa enim que
propter officium venerit. inherebat
officio mansit tribus mensibus non quod
domus eam delectaret aliena, sed
quod frequentius videri in publico dis-
plicebat. Didicistis virgines pu

No lxi

Sermo beati ambro

vocem marie / visitare humilitatem ve-
nit proxima ad proximam, minor ad
seniorem / nec solum venit sed etiam
prior salutavit. decet enim ut quanto
castior virgo tanto humilior sit no-
verit deferre senioribus sit magistra humi-
litatis / in qua est professio castitatis
est causa pietatis sicut etiam hon-
doctrine conveniens est enim quod superior
venit ad inferiorem / ut inferior ad-
iuvetur. maria ad elizabeth / christus
ad iohannem deinde et postea ut sanctifi-
caret baptismum iohannis / dominus venit
ad baptismum. Cito quam adventus marie
et presencia domini beneficia declarantur.
¶ Simul enim ut audivit salutacionem ma-
rie elizabet. exultavit infans in ute-
ro eius / et repleta est spiritu sancto
Vide distinctionem singulorumque verborum
proprietates / vocem prior elizabeth audi-
vit / sed iohannes prior graciam sensit
illa nature ordinem audivit. iste
exultavit racione misterii. illa marie
iste domini misterium sensit. illa marie
iste domini sensit adventum / femina mulieris
et pignus pignoris. iste graciam loquun-
tur. illi intus operantur. pietatisque mi-
sterium maternis adoriuntur profecti-
bus duplicique miraculo prophetant matres
spiritu parvulorum. Exultavit infans.
repleta est mater / non prius mater
repleta quam filius / sed cum filius
esset repletus spiritu sancto replevit
et matrem. Exultavit et iohannes / ex-
ultavit et marie spiritus / exultante iohanne
repletur elizabeth / mariam tamen
non repleri spiritu sancto sed spiritum eius
exultare cognoscimus / incomprehensibi-
lis enim incomprehensibiliter operabatur in
matrem et illa post conceptum re-
pletur. ista ante conceptum. Bene-
dicta tu inter mulieres et benedictus
fructus ventris tui. Et unde hoc

michi ut veniat mater domini mei ad me.
Novit spiritus sanctus sermonem suum
nec umquam obliviscitur / et prophecia
non solum rerum completur miraculis
sed etiam proprietate verborum. Cuius est ventris
iste fructus / nisi ille de quo dictum est
Ecce hereditas domini filii merces / fruc-
tus ventris / hoc est hereditas domini filii
sunt / qui merces sunt. fructus illius qui
de marie ventre processit / iste fructus
ventris est / flos radicis de quo bene
prophetavit ysayas dicens. Exiet virga
de radice yesse / et flos de radice eius
ascendet. Radix enim est familia iude-
orum. virga maria. flos marie christus
Qui velud bone arboris fructus.
nunc virtutis processit. nunc floret. nunc
fructificat in nobis. nunc redivivus.
corporis resurrectione reparatur. Et un-
de hoc michi ut veniat mater domini mei ad
me. non quasi ignorans dicit. sciebat
enim esse sancti spiritus graciam et operacionem ut
mater prophete et matre domini ad profectum
sui pignoris salutetur. Sed quasi
non humani hoc meriti / sed divine
gracie munus esse cognoscat. ita
dicit Unde hoc michi. hoc est quantum
bonum michi accidit. ut veniat mater
domini ad me. non cognosco / unde hoc
michi / qua iusticia / quibus factis / aut
quibus meritis non usitata hec offi-
cia facta sunt. Ut veniat mater domini mei
ad me / miraculum sencio. cognosco
misterium / mater domini verbo feta / deo ple-
na est. Ecce enim ut facta est vox sa-
lutacionis tue in auribus meis. exul-
tavit in gaudio infans in utero
meo. Et beata que credidisti / vides
non dubitasse mariam sed credidis-
se et ideo fructum fidei consecutam.
Et beata inquit que credidisti. Sed
et vos beati qui audistis et credidistis

Quicumque enim audierit et crediderit
anima et concipit et generat verbum
et opera eius agnoscat. Sit in singulis
Marie anima, ut magnificet dominum.
Ut sit in singulis spiritus Marie, ut ex-
ultet in deo. Si secundum carnem una ma-
ter Christi, secundum fidem tamen fructus est
iia Christus. Omnis enim anima accipit dei
verbum, si tamen sit immaculata et im-
munis a viciis, intemerata castimo-
nia pudore custodiat. Quecumque igitur
talis esse potuerit anima, magnificat dominum
sicut anima Marie magnificat dominum et ex-
ultavit spiritus eius in deo salutari meo.
Magnificatur enim dominus, sicut et ali-
bi legimus: Magnificate dominum mecum.
Non quod adiectione aliqua humana voce
possit adiungi, sed quia magnificatur
in nobis. Ymago enim dei Christus est, et
ideo si quid iustum religiosumque fecerit
anima illa ymaginem dei ad cuius
similitudinem est creata magnificat
et ideo dominum magnificat. Etiam magnifi-
cationem eius quasi quadam participatio-
ne sublimior fit, ut illam ymaginem
splendidis bonorum actuum coloribus et
quadam emulatione virtutis in se
videatur exprimere. Magnificat autem
anima Marie dominum, et exultat spiritus
eius in deo, eo quod anima et spiritu patri
filioque devota unum deum ex quo
omnia et unum dominum per quem omnia
pio veneretur affectu. Sequitur. Ma-
rie quoque persona melior, eo perfecta
melior prior. Ut ociosum videtur
quod et ante Iohannem Elizabeth pro-
phetavit et Maria ante domini genera-
cionem. Primitur enim iam temperamentum
capacitatis humane. Nam sicut
peccatum a muliere cepit, ita etiam
bona a mulieribus inchoantur, ut
femine quoque muliebria opera de-
ponentes infirmitatem renuncient

et anima que non habet sexum, ut
Maria que nescit errorem religiose
imitetur studio castitatem. Mansit
autem Maria cum illa mensibus tribus
et reversa est in domum suam. Bene
inducitur sancta Maria exhibuisse
officium et misterium custodisse.
Non enim sola familiaritas est causa
quod diu mansit, sed etiam tanti vatis
profectus. Nam si primo ingressu tantus
processus extitit, ut ad salutationem Ma-
rie exultaret infans in utero et re-
pleretur spiritu sancto mater infantis, quan-
tum putamus usu tanti temporis sancte
Marie addidisse presenciam. Mansit autem
Maria cum illa mensibus tribus. Un-
gebatur itaque et quasi bonus athle-
ta exercebatur in utero matris propheta;
amplissime enim virtutis eius certa-
mini parabatur. Denique tamdiu man-
sit Maria quamdiu Elizabeth parien-
di tempus impleret. Quod si diligenter
advertas invenies hoc misterium po-
situm nisi in generatione. Mistice
deinde impleti sunt dies ut pareret.
Marie impletum est tempus ut pa-
reret Elizabeth. Impletum est tempus
vite. Cum sancti viri corpore vite
curriculo demigraret, plenitudinem
vite iusti habet. Inanes autem
sunt dies impiorum. Secundum Lucam.
Anno quintodecimo imperii Tiberii ce-
saris procurante Poncio Pilato Iudea,
tetrarcha autem Galilee Herode, Phi-
lippo et fratre eius tetrarcha Yturee
et Traconitidis regionis et Lisania
Abiline tetrarcha, sub principibus sa-
cerdotum Anna et Caypha, factum
est verbum domini super Iohannem Zacha-
rie filium in deserto et reliqua. Omelia Gregorii.
Redemptoris nostri precursor

quo tempore verbum predicationis acceperat memoratis romane rei publice principe et iudee regibus designatur cum dicitur. Anno quintodecimo imperii tyberii cesaris procurante poncio pilato iudeam. tetrarcha autem galilee herode. philippo autem fratre eius tetrarcha iturie et traconitidis regionis et lisania abiline tetrarcha sub principibus sacerdotum anna et cayapha. factum est verbum domini super iohannem filium zacharie in deserto. Quia enim illum predicare veniebat qui ex iudea quosdam et multos ex gentibus redempturus erat. per regem gentium et principes iudeorum predicationis eius tempora designantur. Quia autem gentilitas colligenda erat et iudea pro culpa perfidie dispergenda. ipsa quoque descripcio terreni principatus ostendit. quia et in romana re publica unus prefuisse describitur. et in iudee regno per quartam partem plurimi principabantur. Voce etenim redemptoris nostri dicitur. Omne regnum in se divisum desolabitur. Liquet ergo quod ad finem regni iudea pervenerat que tot regibus divisa subiacebat. Apte quoque non solum quibus regibus sed etiam quibus sacerdotibus actum sit demonstratur. Ut quia illum iohannes baptista predicare veniebat. qui simul et rex et sacerdos existeret. lucas evangelista predicationis eius tempora per regnum et sacerdotium designavit. Et venit in omnem regionem iordanis predicans baptismum penitentie. Cunctis legentibus liquet. quia baptismum penitentie non solum predicavit. verum etiam quibusdam dedit. sed tamen baptismum suum in remissionem peccatorum dare non potuit. Remissio enim peccatorum in solo nobis baptismate Christi tribuitur. Notandum itaque quod dicitur predicans baptismum penitentie in remissionem peccatorum. quia baptismum quod peccata solveret. quia dare non poterat predicabat. ut sicut incarnatum verbum patris precurrebat verbo predicationis. ita baptismum penitentie quo peccata solvuntur precurreret suo baptismate quo peccata solvi non possunt. ut quia eius sermo precurrebat presentiam redemptoris. ipsum quoque eius baptisma precedendo fieret umbra veritatis. Sequitur. Sicut scriptum est in libro sermonum ysaye prophete. Vox clamantis in deserto parate viam domini rectas facite semitas eius. Idem vero iohannes baptista requisitus quis esset respondit. Vox clamantis in deserto. quia sicut ante nos dictum est. ideo vox a propheta vocatus est. quia verbum precurrebat. Quid autem clamaret aperitur cum subditur. parate viam domino rectas facite semitas eius. Omnis qui fidem rectam et bona opera predicat. quid aliud quam venienti domino ad corda audientium viam parat. ut haec vis gratie penetret lumen veritatis illustret. ut rectas semitas deo faciat. dum mundas in animo cogitationes per sermonem bone predicationis format. Omnis vallis implebitur et omnis mons et collis humiliabitur. Quid hoc loco vallium nisi humiles. quid montium et collium nisi superbi homines designantur. In adventu ergo redemptoris valles implete. montes vero et colles humiliati sunt. Quia iuxta eius vocem. Omnis qui se exaltat humiliabitur. et qui se humiliat exaltabitur. Vallis enim impleta crescit.

Nota

Mons autem et collis humiliatus de
cessat quia nimirum in fide media
toris dei et hominum homines iudei et
gentilitas plenitudine gratie accepit
et iudea per errorem perfidie, unde
hoc tenebat perdidit. Omnis ergo val
lis implebitur, quia corda humili
tate doctrine eloquio virtutum gratia
replebuntur, iuxta hoc scriptum
est. Qui emittit fontes in convalli
bus et in rursum dicitur. et valles
habundabunt frumento. A montibus namque
aqua dilabitur. quia superbis mentes
veritatis doctrina deserit. Sed fontes
in convallibus surgunt, quia mentes hu
milium verbum predicationis accipiunt.
Iam videmus iam convalles frumento
habundare conspicimus. quia ore
orum pabulo veritatis completa sunt
qui mites et simplices huic mundo
despicabiles esse videbantur. Populi quoque
iohannem baptistam, quia mire
sanctitatis preditum plus viderant. illum
hunc esse singulariter celsum ac solidum
montem credebat. De quo scriptum est
In novissimis diebus erit mons domus
domini preparatus in vertice montium. Ita
hunc xpm esse putabant. sicut per
evangelium dicitur. Estimante autem populo
et cogitantibus omnibus in cordibus suis
de iohanne, ne forte ipse esset xpc
eum requirebant dicentes. Tu quis
xpc es tu. Sed nisi idem iohannes
apud se vallis esset. repletus gratia
spiritus non fuisset, qui ut hoc quod erat
ostenderet. dixit. venit fortior
me post me, cuius non sum dignus
solvere corrigiam calciamentorum eius
Et rursum ait. Qui habet sponsam
sponsus est, amicus autem sponsi qui
stat et audit eum gaudio gaudet

propter vocem sponsi. hoc autem gaudium
meum impletum est. Illum oportet cres
cere me autem minui. Ecce cum per
mira operatione virtutum, talis esset
iohannes ut xpc esse crederetur, non
solum xpm non esse se dixit, sed
et corrigiam calciamenti eius solvere
id est calciamenti eius solvere id est incarna
tionis eius misterium perscrutari se
dignum esse perhibuit. Quis esse spon
sum credebat etiam, qui hunc quem
xpc esset estimabat. Sed ait. Qui
habet sponsam sponsus est ac si di
ceret. Sponsus ego non sum, sed
amicus sponsi, nec propter vocem suam
sed in voce sponsi gaudere se perhibebat
quia non ideo letabatur in corde,
quod a populis humiliter audiebatur lo
quens, sed quia ipse veritatis voce
audiebat intus ut loqueretur foris
Quod bene gaudium impletum dicit
Quia quisquis de sua voce gaudet
plenum gaudium non habet, a quo
subditur. Illum oportet crescere me 20
autem minui. Qua in re querendum est
qua in re crevit xpc. in quo minutus
est iohannes, nisi quod populus iohannis ab
stinenciam videns remotum hunc
ab hominibus esse conspiciens non esse
xpm putabat. xpm vero cum pu
blicanis comedentem inter pecca
tores ambulantem intuens eum
non xpm sed esse prophetam credebat.
Sed dum processu temporis et xpc
qui propheta esse credebatur xpc est
agnitus, et iohannes qui xpc esse cre
debatur. propheta esse innotuit. Imple
tum est quod de xpo suus precursor
predixit. Illum oportet crescere me au
tem minui. In estimatione quippe populi
et xpc crevit qui agnitus est

quod erat / et iohannes declinat quod es-
se sentit dici quod non erat. Igitur quia
idem iohannes non in sanctitatis presumptione sed
in cordis humilitate perdurauit. Et
multi idcirco ceciderunt quia apud
semetipsos elata cogitatione tumue-
runt. Dicatur recte Omnis vallis im-
plebitur et omnis mons et collis
humiliabitur quia humiles donum ac-
cipiunt quod a se corda superbientium re-
pellunt. Sequitur. Et erunt praua in
directa / Praua etenim malorum corda per ini-
quitatem detorta / ad iusticie regulam
diriguntur. Et aspera in vias planas
praua in directa fiunt / cum malorum
corda immutantur tunc iniqui atque
iracunde mentes per infusionem superne
gratie ad lenitatem mansuetudinis
redeunt. Cum enim verbum veritatis ab
iracunda mente non percipitur quasi
asperitas itineris gressum pergentis re-
pellit. Sed cum mens iracunda per accep-
tam mansuetudinis gratiam correpcionis
vel exhortacionis verbum recipit / ubi
planam viam predicator invenit / ubi
prius asperitatem itineris pergere id est predi-
cacionis gressum ponere non valebat.
Sequitur. Et videbit omnis caro
salutare / quia omnis caro accipitur
omnis homo vel salutare dei xpm in
hac vita omnis homo videre non
potuit. Ubi ergo in hac sententia propheta
prophetie oculum nisi ad extremum
iudicii diem tetendit. Ubi cum apertis
celis ministrantibus angelis consedenti-
bus apostolis in sede maiestatis sue xpus
apparuit omnes hunc electi et reprobi
pariter videbunt / ut et iusti de munere
retribucionis sine fine gaudeant
et iniusti in vltionis supplicio in eter-
num gemant. Quia quia ad hanc
istam sententiam intendit / quod in extre-
mo examine ab omni carne vi-
debitur recte subiungitur. Dicebat
autem recte ad turbas que exiebant
ut baptizarentur ab eo Genimina
viperarum quis ostendit vobis fuge-
re a ventura ira / Ventura enim ira ani-
madversionis ultionis extreme / quam
tunc peccator fugere non valet / qui nunc
ad lamenta penitentie non recurrit. Et notandum
quod male sobolis / malorum parentum
actiones imitantes genimina viper-
arum vocantur / quia per hoc quod bonis in-
vident. eos persequuntur. quod mala qui-
dam retribuunt. quod lesiones proximis
exquirunt. / quia in his omnibus priorum
suorum carnalium vias sequuntur
quia venenati filii de venenatis parentibus
nati sunt. Sed quia iam peccauimus quia
usu male consuetudinis involuti sumus
dicat quid nobis faciendum sit ut fugere
a ventura ira valeamus. Sequitur
Ergo facite dignos fructus penitentie.
In quibus verbis notandum est quod amicus
sponsi non solum fructus penitentie sed
dignos penitentie amonet esse faciendos. aliud
namque est fructum facere. aliud dignos
penitentie facere. Ut enim secundum dignos fructus
penitentie loquamur. sciendum est quia si quis
illicita nulla commisit. huic iure con-
ceditur ut licitis utatur. Sicque pietatis
opera faciat. ut si voluerit ea que mun-
di sunt non relinquat. At si quis
in fornicationis culpam vel fortasse quod
est gravius in adulterio lapsus est.
tanto a se debet licita abscidere quanto se
meminit et illicita perpetrasse. Neque par
fructus boni operis esse debet. eius qui minus
et eius qui amplius delinquit / aut
illius qui in nullis et eius qui in
quibusdam facinoribus cecidit. et eius
qui in multis est lapsus. Per hoc ergo
quod dicitur. Facite dignos fructus penitentie
ut uniuscuiusque conscientia conuenitur

conveniat quatinus ut tanto maiora
quereret bonorum operum lucra per penitentiam
quanto graviora sibi intulit per culpam
dampna. Sed iudei de generis nobilitate
gloriantes idcirco se agnoscere peccatores
nolebant quia de abrahe stirpe descen
derunt quibus recte dicitur. Et ne cepi
tis dicere patrem habemus abraham.
Dico enim vobis quia potens est deus
de lapidibus istis suscitare filios abrahe.
Quid enim lapides nisi corda gentilium
fuerunt ad intellectum dei omnipotentis in
sensibilia. Sicut etiam ex iudeis quibus
dam dicitur. Auferam cor lapideum de
carne vestra. Nec inmerito lapidum no
mine gentes signate sunt, que lapides
coluerunt. Unde scriptum est. Simi
les illis fiant qui faciunt ea et omnes
qui confidunt in eis. De quibus nimi
rum lapidibus filii abrahe suscitati
sunt. quia dum dura corda gentilium
in abrahe semine id est in christo crediderunt
eius filii facti sunt, cuius semini sunt
uniti. Unde et eisdem gentibus per egre
gium predicatorem dicitur. Si autem vos
christi, ergo semen abrahe estis, si ergo
nos per fidem christi iam abrahe semen
existimus, iudei propter perfidiam, abra
he filii esse desierunt. Quia vero in
illo die districti examinis, boni parentes
malis filiis prodesse non possunt. te
statur propheta qui dicit. Noe et Daniel
et Iob si fuerint in medio eius, vi
vo ego dicit dominus deus, quia filium
et filiam non liberabunt animas
suas. Et rursum quia boni filii ma
lis parentibus nichil prosunt. Sed ad rea
tum potius malorum parentum profi
ciat bonitas filiorum. Ipsa per se
veritas iudeis non credentibus dicit
Si ego in beelzebub eicio demonia
in quo filii vestri eiciunt. Ideo ipsi
vestri iudices erunt. Sequitur.

Iam enim securis ad radicem arboris
posita est. Omnis enim arbor non fa
ciens fructum bonum excidetur
et in ignem mittetur. Arbor huius mun
di. Est universum genus humanum.
Securis vero est scilicet redemptor
noster qui velut ex manubrio et fer
ro tenetur ex humanitate sed incidit
ex divinitate, que videlicet securis iam
ad radicem arboris posita est. quia
et si per patientiam expectat videtur tamen
quid facturus est. Omnis enim arbor
non faciens fructum excidetur et
in ignem mittetur, quia unusquisque
perversus paratam citius gehennam et
concremationem invenit. qui hic fruc
tum boni operis facere contempnit.
Et notandum quod securim non iuxta
ramos, sed ad radicem positam di
cit. Cum enim malorum filii tollun
tur quid aliud quam rami infructuo
si arboris abscinduntur. Cum vero
tota simul progenies cum parente tollitur
infructuosa arbor a radice abscisa est.
ne iam remaneat unde prava iterum
soboles succrescat. In quibus iohannis bap
tiste verbis constat, quod audientium
corda turbata sunt. cum protinus subiungitur.
Et interrogabant eum turbe dicentes
Quid ergo faciemus. Perculsi terrore
fuerant, qui consilium querebant.
Sequitur. Respondens autem dicebat illis.
Qui habet duas tunicas det unam
non habenti. et qui habet escas simili
ter faciat. Per hoc quod tunica plus est
necessaria usui nostro quam pal
lium. ad fructum dignum penitentie per
tinet. ut non solum exteriora que
sunt et minus necessaria, sed ipsa valde nobis
necessaria dividere debeamus
scilicet vel escam qua carnaliter vivimus
vel tunicam qua vestimur. Qua

enim in lege scriptum. Diliges proximum
No tuum sicut te ipsum. Minus proximum a-
mare convincitur qui non cum eo
in necessitate illius etiam ea que sibi
sunt necessaria partitur. Pro eo ergo de divi-
dendis cum proximis duabus tunicis datur
No preceptum/ quia hoc de una dici non
potuit/ quia si una dividitur nemo ve-
stitur. In dimidia quippe tunica/ et nu-
dus remanet qui accipit et nudus
qui dedit. Inter hec autem sciendum
est. quantum misericordie opera valeant. cum
ad fructus dignos penitentie ipsa pre ceteris
precipiuntur. Hinc per semet ipsum [illegible]
veritas. Date elemosinam/ et ecce omnia
munda sunt vobis. Hinc rursum ait
Date et dabitur vobis. Hinc scriptum
est. Ignem ardentem extinguit aqua
et elemosina resistit peccatis. Hinc
iterum dicitur. Conclude elemosinam
in sinu pauperis/ et hec pro te exorabit.
Hinc bonus pater innocentem filium
ammonuit dicens. Si multum tibi fuerit
habundanter tribue. Si exiguum
fuerit etiam exiguum libenter stude
impertire. Ut autem quanta esset vir-
tus misericordie/ et susceptionis indi-
gentium ostenderet. redemptor noster
dixit. Qui recipit prophetam in nomine
prophete. mercedem prophete accipiet. Et
qui recipit iustum/ in nomine iusti
mercedem iusti accipiet. In quibus
notandum est. quia non ait. mercedem
de propheta vel mercedem de iusto. sed
mercedem prophete et iusti mercedem
accipiet. Aliud est enim merces de
propheta et aliud merces prophete. atque aliud
merces de iusto. aliud merces iusti.
Quid est enim dicere. mercedem prophete
accipiet. nisi quia is. qui prophetam sua
largitate sustentat. quamvis ipse prophe-
tiam non habeat. apud omnipotentem

dominum prophetie premia habebit. Iste enim
fortasse iustus est. et quanto in hoc de loquendo iusticiam
mundo nichil possidet. tanto loquendi pro
iusticia fiduciam maiorem habet. Hunc
dum ille sustentat. qui in hoc mundo
aliquid possidet. et fortasse pro iusticia
adhuc loqui libere non presumit. iusticie
illius libertatem participem sibi facit/ ut
cum eo pariter iusticie premia recipiat.
quem sustentando adiuvit/ quatenus eandem
iusticiam libere loqui potuisset. Ille
prophetie spiritu plenus est. sed tamen cor-
poreo eget alimento. et si corpus non
reficiatur. certum est. quod vox subtra-
hatur. Qui ergo alimentum prophete prebet
hoc quod prophetavit. prophete illius vi- est
res ad loquendum dedit. cum propheta ergo
mercedem prophete accipiet. qui et si
spiritu prophetie non fuit plenus. hoc tamen
ante dei oculos exhibuit quod adiuvit.
Hinc est enim. quod de quibusdam predi-
cantibus fratribus. Gaio carissimo per Iohannem
dicitur. Pro nomine enim Christi profecti sunt.
nichil in hoc mundo accipientes ab
gentibus. Nos ergo debemus susci-
pere eiusmodi. ut cooperatores simus
veritatis. Qui enim spiritualia dona haben-
tibus temporalia subsidia tribuit.
in ipsis donis spiritualibus ~~habuit~~ cooperator
Nam cum pauci sint. qui spiritualia do-
na percipiunt. et multi qui rebus tempora-
libus habundant per hoc se divites.
virtutibus pauperum inserunt/ quo eis-
dem sanctis pauperibus de suis divitiis
refrigerant/ Unde cum per Ysaiam vocem.
domini dilecte gentilitati. id est sancte ecclesie
spiritualium virtutum/ merita tamquam
arbusta deserti promitteret./ ultimum
quoque pariter ~~dicens~~. promisit dicens.
Ponam desertum in stagnum ~~deserte~~
aque et terram inviam in rivos

~~aquarum posuit. quia gentilitati que~~
~~prius~~ Dabo in solitudinem cedrum et
spinam myrtum et lignum olive po
nam in deserto abietem et ulmum et
buxum simul ut videant et sciant.
et recogitent et intelligant pariter
desertum quippe dominus in stagnum a
quarum. et terram in viam in rivos
aquarum posuit, quia gentilitati que
prius pro ariditate mentis nullos bo
norum operum fructus ferebat fluenta
sancte predicationis dedit et ipsa ad
quam prius per asperitatem sue siccitatis
via predicationis non patebat. doctri
ne post modum rivos emanavit.
Cui adhuc promittitur magno promittitur.
Dabo in solitudinem cedrum et spinam.
Cedrum quia magni odoris est. et
imputribilis nature nos accipimus
in promissione, de spina vero cum peccanti
homini dictum sit. terra tua spinas
et tribulos germinabit tibi. Quid
minimum sancte ecclesie istud promittitur.
quid peccanti homini pena multiplicatur.
Sed cedri nomine significantur
hii qui virtutes et signa accipient
in sua operatione. Qui dicere cum paulo
valent. Christi bonus odor sumus deo
Quorum corda ita interno amore
solidata sunt, ut ea iam terreni
amoris putredo nulla corrumpat.
Per spinam vero signati sunt. doctrine spiritu
alis viri qui cum ipsa de peccatis
ac virtutibus disseruntur. et modo et
ita supplicia minantur. non celestis
regni gaudia promittuntur. Cor audi
entium pungunt. sicque in eterni do
lore compunctionis perforant. ut
ab eorum oculis. quasi quidam.
sanguis anime lacrime decurrant
Myrtus vero temperative virtutis
est. ita ut dissoluta membra tem
perando restringat. Quid itaque per
myrtum nisi hii signati sunt qui afflic
tionibus proximorum compati sciunt
eorumque tribulationem per compassionem
temperant. iuxta hoc quod scriptum est
Gratias ago deo qui consolatur nos.
in omni tribulatione nostra, ut possi
mus et ipsi consolari eos qui in omni pressu
ra sunt. Qui dum afflictis proximis
verbum et opem consolationis ferunt
eos procul dubio ad statum rectitudinis
restringunt, ne immoderata tribulatione
in desperationem solvantur. Quos autem
per olivam nisi misericordes accipimus.
quod et grece eleos misericordia vocatur.
et quasi olive liquor. ante omnipo
tentis dei oculos misericordie fructus luc
et ad hoc in promissione subiungitur.
Ponam in deserto abietem ulmum
et buxum simul. Quid per abietem
que valde crescendo ad aeris alta sus
tollitur. nisi hii designati sunt. qui
intra sanctam ecclesiam adhuc inter
terrenis corporibus positi. iam celestia
contemplantur. Et quamvis nascen
do de terra exeunt. contemplando
tamen iuxta etera verticem mentis
extollunt. Et quid per ulmum nisi
secularium mentes expresse sunt.
Que dum terrenis adhuc curis
inserviunt. nullum fructum virtutum
spiritualium ferunt. Sed et si fructum
proprium ulmus non habet. portare
tamen vitem cum fructu solet. Quia
et seculares viri intra sanctam
ecclesiam quamvis spiritualium virtutum
dona non habeant. dum tamen sanctos
viros. donis spiritualibus plenos sua
largitate sustentant. quid aliud quam
vitem cum botris portant. Buxus
autem alios designat. que in altum
non proficit. et quamvis fructum non
habeat, viriditatem tamen habet et signi

eos qui intra sanctam ecclesiam. adhuc
cecitatis infirmitate bona opera ferre
non valent. sed tamen priorum fidelium
credulitatem sequentes. fidem pro eterne
viriditatis tenent. Postque omnia
apte subiungitur. Ut videant et sci
ant. et recogitent et intelligant
pariter. Ad hoc enim cedrus in ecclesia
ponitur. ut quisquis a proximo odorem
virtutum spiritualium trahit ipse quoque
interne vite delectatione non torpe
at. sed ad bonorum celestium deside
rium ignescat. ad hoc enim spina ponitur.
ut qui predicacionis eius verbo com
punctus fuit. ipse quoque exemplo
illius. discat corda sequencium predica
cionis verbo compungere. Ad hoc enim
myrtus ponitur. ut qui merore tri
bulacionis ab eius ore vel opere proximi
compacientis temperamentum conso
lacionis accepit. ipse etiam discat
quemadmodum afflictis proximis sue
consolacionis temperamentum proferat.
Ad hoc enim oliva ponitur. ut qui
aliene misericordie opera cognoscit. discat
quemadmodum debeat indigenti pro
ximo et ipse misereri. Ad hoc abies
ponitur. ut quisquis virum contemplaci
onis eius cognovit. ipse quoque ad
contemplanda superna eterna sua
datur. Ad hoc ulmus ponitur. ut
quisquis se innititur. eum qui licet fruc
tum virtutum spiritualium non habet
sed tamen eos qui spiritualibus donis ple
ni sunt sustentat. ipse quoque sanctorum
vite quantum valet largitate inservi
at. et celestium bonorum botros
quos gignendo non valet ferre
sustinendo ferat. Ad hoc buxus
ponitur. ut qui habere multos ad
huc infirma etate positos. vere fi
dei viriditatem consideravit. quod se

ipse infidelis erubescat. Bene ergo de
scriptis arboribus prius dicitur. ut vi
deant et sciant et recogitent et
intelligant. ubi et apte subiungitur
pariter. quia cum intra sanctam ecclesiam
diversi hominum mores. diversi sint homi
nes necesse est. ut omnes simul dis
cant. dum in ea spirituales viri. diver
se qualitatis. etatis. ordinis. ad i
mitandum sunt videntur. Sed et
et nos dum monstrare ulmum vo
lumus per multa arbusta. longius
evagati sumus. ad hoc itaque propter quod
prophete testimonium protulimus revertamur.
Qui recipit prophetam in nomine prophete
mercedem prophete accipiet. Quia et
si fructum ulmus non habet. vitem
tamen cum fructibus portans. hec ipsa
sua efficit. qui bene sustentat aliena.
Quia vero nos ad ~~bona opera~~ magis
opera iohannes admonet dicens: Facite
ergo dignos fructus penitentie. Et rur
sum qui habet duas tunicas det una
non habenti. et qui habet escas simili
faciet. Iam patenter datur intelligi
quid est verbis dicit. Adiecit autem
iohannis baptiste usque nunc regnum ce
lorum vim patitur. et violenti ra
piunt illud. Que siquidem verba sunt
nobis sed magno opere perscrutanda
Nam querendum est quomodo vim prorsus re qo. xo
gnum celorum possit. Quis et
celo violenciam irrogat. Et rur qo. 2o
sum querendum est. si pati vim regnum
celorum potest. et quomodo violenti di
ripiunt illud. cur eandem vim
adiecit iohannis baptiste et non etiam
ante pertulerit. In lege vero scrip
tum est. Si quis hec vel illa fecerit
morte moriatur. cunctis legenti
bus liquet. quia peccatores quosque
pena sue severitatis perculit

non autem primam aditum reduxit.
Cum vero baptista redemptionis gra
ciam preveniens penitentiam predicat. Ut
peccator qui ex culpa est mortuus
per confessionem vivat profecto a diebus
iohannis baptiste regnum celorum
vim patitur. Quid est autem reg
num celorum, nisi locus iustorum.
Solis enim iustis celestis patrie pre
humiles mia debentur, ut homines casti mi
tes atque misericordes ad gaudia eter
na perveniant. Cum vero quis vel
superbia tumidus vel carnis facinore
pollutus vel iracundia accensus vel
crudelitate impius, post culpas ad
penitentiam redit, et vitam eternam per
cipit, quasi in locum alienum pec
cator intrat. A diebus ergo iohannis bap
tiste regnum celorum vim patitur
et violenti rapiunt illud. Quia
qui penitentiam peccatoribus indixit, quid
aliud quam celorum regno fieri vi
olentiam docuit. Recogitemus ergo
fratres karissimi mala que fecimus, et nos
metipsos assiduis lamentis attera
mus. Hereditatem iustorum, quam
non tenuimus, per vitam capiamus
per penitentiam. Vult a nobis omnipotens deus ta
lem sibi violentiam inferri. Nam reg
num celorum rapi vult nostris fle
[illegible] tibus, quod nostris meritis non de
betur. Absit ergo certitudine.
Nulla nos nostrorum malorum qua
litas, nulla quantitas frangat.
Prebet enim magnam venie fiduciam
latro ille venerabilis, qui non in
venerabilis, unde latro. Nam la
tro ex crudelitate, venerabilis ex con
fessione. Cogitate ergo cogitate
quam sint incomprehensibilia, in om
nipotenti deo [illegible] viscera. Latro

iste cruentis manibus abstractus
a fauce itineris, suspensus est in pa
tibulum crucis, ibi confessus est,
ibi sanatus est, ibi audire meruit
Hodie mecum eris in paradiso. Quid
hoc est, quis tantam bonitatem dei
dicere, quis estimare sufficiat. De
ipsa pena criminis pervenit virtutis.
Id circo autem omnipotens deus electos
suos in quibusdam lapsibus cadere
permisit, ut aliis in culpa iacentibus
si toto ad eum corde confugerint
spem venie reddat, et post eius la
menta penitentie viam pietatis aperiat.
Occupemus nos metipsos in lamentis,
extinguamus fletibus et dignis
penitentie fructibus culpas quas fecimus.
Ad indulgentiam nobis tempora in
dulta non pereant. Quia qui mul
tos actus iniquitatibus iam sanatos
aspicimus, quid aliud quam superne
venie pignus tenemus. Ipso adiuvan
te qui cum patre vivit et regnat
deus per omnia secula seculorum. Dominica iiii. secundum iohannem i°.
In illo tempore miserunt iudei ab ierosolimis
sacerdotes et levitas ad iohannem. Ut
interrogarent eum, tu quis es.
Et confessus est et non negavit
et confessus est quia non sum ego
christus etc. Omelia beati Gregorii pape.
Ex huius nobis verbis lectionis
fratres karissimi iohannis humilitas comme
datur. qui cum tante virtutis esset
ut christus credi potuisset, elegit solide
subsistere in se, ne humana opinione
raperetur inaniter super se. Nam con
fessus est et non negavit. et con
fessus est quia non sum ego christus.
Sed quia dixit non sum, negavit

plane quod non erat, sed non negauit
quod erat. Ut veritatem loquens eius
membrum fieret, cuius sibi nomen fal
laciter non usurpauit. Cum ergo
non vult appetere nomen Christi, factus est
membrum Christi, quia dum infirmitatem
suam studuit humiliter agnoscere, eius cel
situdinem meruit veraciter obtinere.
Sed cum ex lectione alia redemptoris
nostri sententia ad mentem reducitur, ex
huius nobis lectionis verbis questio val
de perplexa generatur. Alio quippe in lo
co requisitus a discipulis dominus de ad
uentu helie respondit. Helias iam
~~non~~ venit et non cognouerunt eum,
sed fecerunt in eo que cumque voluerunt.
Et si vultis scire iohannes ipse est he
lias. Requisitus autem iohannes dicit
Non sum helias. Quid est hoc fratres
karissimi, quia quod veritas affirmat, hoc
propheta veritatis negat. Valde namque in
ter se diuersa sunt, ipse est, et non sum.
Quomodo ergo propheta veritatis est, sed
eiusdem veritatis sermonibus dis
cors non est? Si subtiliter veritas ipsa
requiratur, hoc quod inter se contrarium
sonuit, quomodo contrarium non sit
inuenitur. Ad zachariam namque
de iohannis promissione angelus dicit.
Ipse preibit ante illum in spiritu et
virtute helie. ~~dicitur~~ Qui idcirco
venturus in spiritu et virtute helie
dicitur, quia sicut helias secundum domini
aduentum preueniet, ita iohannes pre
uenit primum. Et sicut ille precursor
venturus est iudicis, ita iste precur
sor factus est redemptoris. Iohannes
igitur in spiritu helias erat, in persona
helias non erat. Quod ergo dominus

fatetur de spiritu, hoc iohannes denegat
de persona. Quia et iustum sic erat.
Ut et discipulis dominus spiritualem de
iohanne sententiam diceret. Et iohannes iste
turbis carnalibus non de suo spiritu
sed de corpore responderet. Contrarium
ergo veritati videtur esse quod iohannes
sonuit, sed tamen a veritatis tramite
non recessit. Qui cum se prophetam
negauit, quia videlicet non solum
poterit predicare redemptorem mun
di, sed etiam demonstrare. Quis namque
sit continuo exprimitur, cum sub
iungit. Ego vox clamantis in deser
to. Scitis fratres karissimi quia unigenitus
filius verbum patris vocatur, iohanne
attestante qui ait. In principio erat
verbum et verbum erat apud deum
et deus erat verbum. Ex ipsa vestra
locutione cognoscitis quia prius
vox sonat, ut verbum postmodum
possit audiri. Iohannes ergo vocem
esse se asserit, quia verbum precedit.
Aduentum itaque dominicum precurrens
vox dicitur, quia per eius ministerium pa
tris verbum ab hominibus auditur. Qui
etiam in deserto clamat, quia de
relicte ac destitute iudee solatium
redemptoris annuntiat. Quid autem
clamet insinuat, cum subiungit.
Dirigite viam domini sicut dixit ysa
ias propheta. Via domini ad cor dirigi
tur cum ad ~~perfectum~~ vita paratur. Vnde
scriptum est. Si quis diligit me ser
monem meum seruabit, et pater meus
diliget eum, et ad eum veniemus
et mansionem apud eum faciemus.
Quisquis ergo in superbiam mentem
eleuat, quisquis auaritie estibus anhelat

quippe liuoris machinacionibus pollutum cordis hostium contra ueritatem claudit / et ne ad se dominus ueniat / claustra ianue sera uiciorum dampnat. Sed adhuc qui missi fuerant percunctantur. Quid ergo baptizas si non es Christus neque Helias neque propheta. Quod quia non studio cognoscende ueritatis sed malicia exercende emulacionis dicitur, euangelista tacite innotuit cum subiungit dicens. Et qui missi fuerant erant ex phariseis / Ac si aperte dicat illi Iohannem de suis actibus requirunt / qui doctrinam ueritatis nesciunt querere sed inuidere. Sed sanctus quippe etiam dum ex peruersa mente requiritur a bonitatis sue studio non mutatur. Unde Iohannes quoque ad uerba inuidie / predicamenta inserit uite. Nam protinus adiungit dicens. Ego baptizo in aqua / medius autem uestrum stetit quem uos nescitis. Iohannes non spiritu / sed aqua baptizat / quia peccata soluere non ualens baptizatorum corpora per aquam lauat sed tamen mentem per ueniam non lauat. Cur ergo baptizat qui peccata per baptismum non laxat. nisi ut precursionis sue ordinem seruans / qui nasciturum nascendo preuenerat, baptizaturum quoque dominum baptizando preueniret. Et qui predicando factus est precursor Christi, baptizando etiam precursor eius fieret imitacione sacramenti. Et inter hec misterium nostri redemptoris annuncians hunc in medio hominum et stetisse asserit et nesciri. quia dominus apparens et uisibilis extitit corpore et inuisibilis maiestate. De quo et subdit. Qui post me uenit ante me factus est. Sic namque dicitur ante me factus est. ac si dicatur ante me positus. Post me ergo uenit quia postmodum natus / ante me autem factus est. quia michi prelatus / Sed hoc paulo superius dicens. etiam prelacionis eius causas aperuit cum subiungit. Quia prior me erat. ac si aperte dicat ante me etiam post natus superat quo cum sic natum tempora non angustant. Nam qui per matrem in tempore nascitur. sine tempore ex patre generatur. Cui quante reuerencie humilitatem debeat subdendo manifestat. Cuius non sum dignus soluere corrigiam calciamenti. Mos apud ueteres fuit. ut si quis eam que sibi competeret. uxorem accipere nollet. ille ei calciamentum solueret qui ad hanc sponsus iure propinquitatis ueniret. Quid igitur inter homines Christus nisi sancte ecclesie sponsus apparuit. de quo et idem Iohannes dicit. Qui habet sponsam sponsus est. Sed quia Iohannem homines putauerunt esse Christum. quod idem Iohannes negat. recte se indignum esse ad soluendam corrigiam eius calciamenti denunciat. ac si aperte dicat. Ego redemptoris uestigia denudare non ualeo / quia sponsi nomen michi immerito non usurpo. Sed tamen intelligi et aliter potest. Quis enim nesciat quod calciamenta ex mortuis fiant animalibus. In carne uero dominus ueniens quasi calciatus apparuit. qui in diuinitate sua morticina nostre corrupcionis assumpsit. Unde etiam per prophetam dicit. In ydumeam extendam calciamentum meum / per ydumeam quippe gentilitas / per calciamentum uero assumpta mortalitas designatur. In ydumeam ergo dominus calciamentum suum se extendere asserit / quia dum per carnem gentibus innotuit.

quasi calciata ad nos divinitas venit
sed huius incarnationis misterium car-
nalis vel humanis oculis penetra-
re non sufficit. Investigare enim nulla-
tenus potest, quo incorporatur verbum
patris summus et vivificator spiritus utero
matris animatur, quod vero qui
initium non habet existit et concipitur.
Corrigia ergo calciamenti est ea
nostris sensibus obvoluti misterii.
Johannes ergo solvere corrigiam
calciamenti eius non valet, quia
incarnationis eius misterium nec
ipse investigare sufficit qui hoc per pro-
phetie spiritum agnovit. Quid est ergo
dicere non sum dignus solvere
corrigiam calciamenti eius nisi aperte
et humiliter ignoranciam suam profitea-
tur ac si patenter dicat. Quid mirum
si michi ille prelatus est. quem post
me natum esse considero, sed nativita-
tis eius misterium non agnosco [illegible]
Ecce iohannes spiritu prophetie impletus. mi-
ra sciencia emicat, sed tamen istud de
se insinuat quod ignorat. Qua in re
pensandum est nobis fratres karissimi. et to-
ta intentione cogitandum. cum sancti
viri humilitatis in se virtutem custo-
diunt, cum quedam mirabiliter sciunt.
illud ante mentis oculos student
revocare quod nesciunt. ut dum ex
parte alia infirmitatem suam considerant
ex ea parte perfectus est eorum se animus
non extollat. Que etenim virtus
est humilitas et custos virtutis.
Restat ergo ut in omne quod scit, se se
mens deprimat, ne quod virtus scie
~~deprimat~~. congregat ventus elatio-
nis tollat. cum bona fratres agitis
semper ad memoriam mala acta re-
vocate. ut dum caute culpa respicitur
numquam de bono opere incaute animus

letetur. Simpliciores in vita eos maxime
qui nobis commissi non sunt. proximos
vestros attendite. quia ad quos agere
aliqua parva conspicitis, que in eis
latent bona nescitis. Magnus er-
go magnum unusquisque studeat.
sed tamen aliquo modo magnum in-
tus quod erat esse se nesciat. ne dum
sibi magnitudinem arroganter tri-
buit. amittet intus quod erat. amittit.
Hinc etenim per prophetam dicitur. Ve qui
sapientes estis in oculis vestris. et
coram vobis metipsis prudentes.
Hinc paulus ait. Nolite esse prudentes
apud vosmetipsos. Hinc contra superbi-
entem saul dicitur. Cum esses parvulus
in oculis tuis. caput in tribubus israel
factus es. Ac si aperte diceretur. Cum
te parvulum conspiceres. ego te preter
magnum feci. Quia vero cum magnum
tu te conspicis. a me parvulus estimaris.
Econtra david. cum regni sui
potenciam. coram archa domini saltando
despiceret dixit, Ludam et vilior fi-
am, plusquam factus sum, et ero
humilis in oculis meis, Quem enim non
extolleret, ora leonum frangere,
ursorum brachia dissipare, et de-
spectis prioribus fratribus eligi, reprobato
rege ad regni gubernacula ungi, tim-
endum cunctis uno lapide goliam
sternere, a rege propositam extinctis al-
lophilis numerosa prepucia reportare,
regimen ex promissione percipere, cunctum-
que israheliticum populum sine ulla postmodum
contradictione possidere, et tamen in cunctis
se despicit, qui in suis oculis se esse
humilem confitetur. Si igitur sancti viri
etiam cum agunt fortia desemet
ipsis vilia sentiunt, quid in sua ex-
cusatione dictum sit, qui sine opere
virtutis intumescunt. Sed et qualiter

assunt tempora. Nulla res nisi ex humilitate condiantur. Aura quippe actio cum elatione non elevat sed gravat. Qui enim sine humilitate virtutes congregat quasi in ventum pulverem portat. Et unde aliquid ferre cernitur, inde deterius cecatur. In cunctis ergo que agitis fratres mei radicem boni operis humilitatem tenete. Nec quibus iam superiores sed quibus adhuc inferiores estis aspicite ut dum meliorum vobis exempla proponitis ad maiora semper ascendere ex humilitate valeatis.

In vigilia nativitatis secundum matheum .1o.

Cum esset desponsata mater ihesu maria ioseph. antequam convenirent inventa est in utero habens de spiritu sancto. et reliqua. Omelia origenis.

Cum esset desponsata mater ihesu maria ioseph. Que fuit necessitas ut desponsata fuisset maria ioseph. nisi propterea quatenus hoc sacrum dyabolo celaretur. et ille malignus fraudis commenta ~~adinveniens~~ adversus desponsatam virginem nequaquam inveniret. vel ideo desponsata fuerat ioseph. ut nato infanti vel ipsi marie curam videretur gerere ioseph. sive in egyptum ~~fugere~~ parans vel inde denuo veniens. ideo desponsata fuit ioseph non tamen in concupiscencia iuncta. Mater igitur eius mater immaculata. mater incorrupta. mater intacta. mater eius // eius cuius. mater unigeniti domini et regis omnium. salvatoris plasmatoris et creatoris cunctorum. Illius qui in excelsis sine matre et in terris sine patre. Ipsius qui in celis secundum divinitatem in sinu est patris. et in terris secundum corporis susceptionem in sinu est matris. O magne admirationis gratia. O inenarrabilis suavitas. O ineffabile magisterium quod sacramentum. ipsa eadem virgo ipsa et mater domini. ipsa genitrix ipsa eius ancilla. plasmatorem suum ipsa que genuit. Quis ista umquam audivit. quis vidit talia. Quis hoc excogitare potuit ut mater esset virgo. Maria generaret que et virgo permansit. et genuit. Sicut enim rubus ardens crebrum videbatur et tamen ignis eum non tangebat. et sicut tres pueri inclusi in camino ~~videbantur~~ habebantur. et tamen eos non ledebat incendium. nec odor fumi erat in eis. vel quemadmodum daniel intra lacum leonum. inclusis claustris non apertis allatum est ei prandium ab abakuk. ita et hec virgo sancta genuit dominum. sed intacta permansit. mater effecta est. sed virginitatem non amisit. genuit infantem. sed sicut dictum est virgo permansit. Virgo ergo genuit et virgo permansit. mater filii facta est. et castitatis sigillum non perdidit. Quare quia non homo iste tantum qui videbatur. sed et unigenitus deus erat. qui in carne venerat. nec sicut carnali genitus est. sed perfecta deitas in corpore venit. Integer ergo iste et indivisus deus. in humano advenit vel genitus est corpore quamquam deus et dominus figuram servi suscepit. Non enim pars unigeniti venit in corpore. nec se ipse divisit ut ~~nec~~ dimidius apud patrem. et dimidius esset in virgine. sed totus apud patrem. et totus in virgine totus in sinu patris et totus in humano corpore non relinquens superiora venit querere terrena. Que

in celis sunt conservans et que in
terra sunt palians (ubique operatur in
scissis et indivisis) sic sanctus uni-
genitus deus. si enim ~~hoc~~ lumen solis
minimum et corporale immissum in an-
tris plurimorum non dividitur per singulos
ut pars in alio et pars sit iterum in alio
sed in omnibus integrum et plenum ha-
betur et in uno quoque totum. sic quan-
to magis lumen dei unigeniti ubi-
que totus est in celo et in terra et apud
patrem et in virgine et non dividitur
ut dictum est. neque scinditur. nec in
partes totus totum tenet. totum im-
plet totum illustrat et possidet. huius
itaque unigeniti dei dei. hec mater
virgo maria digna dignum immacula-
ta sancta una unum unica unicum. nec
enim alter unigenitus super terram vel
aut alia virgo unigenitum genuit.
In his omnibus que dicta sunt. despon-
sata legitur mater eius maria et
ante inventa est in utero habens. Cum
inventa aut a quo inventa est. pri-
mo ab angelis custodientibus eamque pro-
tegentibus eam conservantibus eam
vel eius dulcissimam curam ad hono-
rem illius qui ab ipsa gignendus
erat deinde inventa non incongrue
putatur. ab ipso ioseph beato sancto
et iusto qui pene licentia maritali
licet eam non contingeret futurae
tamen ut putabat uxoris omnia nove-
rat. Joseph autem vir eius cum
esset iustus et nollet eam tra-
ducere. virum appellavit. contra in
decorum suspicionem. ut ad usus vir-
ginem non requirerent. propterea et
desponsata fuit ipsi ioseph. ut supra
dictum est. Si enim non fuisset de-
sponsata ioseph cum tenorem in-
credibiles et insania iudei lapidibus
eam occiderent. Ideo virum eius

hic appellavit eum ioseph vir et-
enim cum esset homo iustus. iustus
autem in verbo iustus in facto iustus
in legis consummatione iustus in inicio
gratie noluit eam traducere noluit
eam accipere noluit eam diffamare
sed voluit occulte dimittere. Occul-
te eam ac si voluit dimittere sicut ma-
nsuetus sicut pius sicut misericors. ta-
lis ergo cum esset ioseph cogitavit
eam occulte dimittere. Hec illa in-
quit cogitavit querendum nobis est quid
cogitavit ut occulte eam dimitteret.
Si suspicionem in ea habebat quomodo iu-
stus erat si non est suspicatus vel
tale aliquid cogitavit cur eam di-
mittere volebat ut immaculatam et
sanctam vellet dimittere. Iniustum
enim et hoc erat. Sed enim simpliciter
sensum audi huius ordinis. Joseph
iustus erat et illa virgo immacula-
ta erat. Si ideo dimittere eam vo-
lebat quod virtutem mysterii et quoddam
sacramentum magnificum in ea cogno-
scebat cui approximare sese indignum
estimabat. ergo humilians se ante
tantam et tam ineffabilem rem que-
rebat longe se facere sicut et beatus
petrus domino se humilians dicebat.
Recede a me domine quia homo peccator
sum. vel sicut ille centurio ad eundem
dominum dicebat. Non sum dignus
ut sub tectum meum intres quia
nec me ipsum dignum estimavi ad
te venire. vel sicut sancta elizabeth
ad ipsam beatam locuta est mariam
dicens. Et unde hoc mihi ut ve-
niat mater domini mei ad me. sic et
ioseph iuste humilians sese in omnibus
timebat. et timebat sibimet istius
tante sanctitatis coniunctionem adhibere

ideirco volebat eam occulte dimittere dicens. dimitto eam, et ante longe faciam eam a cognatione mea, maior est enim eius dignitas, satis excellit eius sanctitas, nec mee congruit indignitati. Ideo occulte volebat dimittere eam. Hec eo cogitante angelus domini promissum ei apparuit dicens. Quid dubitas o ioseph? Quare irrationabiliter [?] meditaris? Quare imprudenter cogitas? Deus est qui generatur, virgo est que generat, sis generatoris minister et non largitor, servus et non dominus, mancipium et non plasmator. Propterea ministra, servi, custodi, serva curam, intende, et hunc qui nascitur, et que generat. Est enim si tibi uxor nominatur, si in desponsatione esse tibi dicitur, non tamen uxor est, sed dei unigeniti electa mater est. Propterea ioseph fili david, qui has promissiones accepit, cui ista fidelia data sunt testamenta, ioseph fili david, non tantum secundum carnem, sed secundum spiritum ioseph. fili david, si enim filii david iuste, et heredes eius, tamquam filii patris, ideo in hereditatem accipe eam, quia illi promissa sunt testamenta fidelia, ioseph fili david ne timueris accipe mariam coniugem tuam, ne timueris, ne trepidaveris, ne conturberis, sed securus et intrepidus accipe eam, secundum legis preceptum, uxorem tibi nominatam, et secundum nuptiarum consuetudinem et conditionem longe alienam. Accipe ergo eam sicut commendatum est. celestem thesaurum ut deitatis divitias sicut plenissimam sanctitatem sicut perfectam iusticiam. Accipe eam sicut virgineam mansionem, sicut honorabile templum, sicut domum dei, sicut creatoris omnium propriam, sicut regis sponsi celestis domum immaculatam. Ita ergo ioseph

fili david ne timueris accipe eam tibi commendatam, tue religiositati creditam, serva, ser[va] curam, attende, fugiens ab herode duc in egiptum, iterum remeans post herodis mortem, reduc in terram israel. Ne timueris accipe mariam coniugem tuam, coniugem audiens non expavescas non conturberis nec tu nec perniciem [?] sequentium usque inconsummatam secularem coniugem dico eam, propterea ut dyabolo virginitatem eius occultem, ut in deorum pravitatem excludam atque deiciam, ut legis instituta non deseruiam, et inconsequentibus [illegible], quia ista nec tua coniux secundum consuetudinem coniugum habebatur, nec iste qui generatur tuus filius esse creditur. Quod enim ex ea nascetur de spiritu sancto est // quia spiritu cooperante huius nativitatis spiritus sanctus est. Nam unigenitus filius, qui ante secula ineffabiliter ex solo patre natus est, iam secula promiscue [illegible], consolatione patris, in humano corpore, sancto cooperante spiritu, in homines venit. iste est, de quo scriptura pronunciavit dicens. Puer natus est nobis et filius datus est nobis. Patris etenim unigenitus, filius ex virgine genitus est, ut illam virginem priorem evam que cecidit iterum renovaret, atque erigeret. eam qui per primam voluntate filii effecti fuerunt dyaboli. Ad operem gratie filios efficeret dei. Pariet inquit filium et vocabis nomen eius ihesum. Virgo generat et tu hunc genitum vocabis ihesum quod interpretatur salvator. Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Vocabis ait nomen eius. Hoc quod ante fuit: quod ante secula nominatum est

non tu ei pones nomen / nec exte voca
bulum constitues / sed nomina et vo
ca exultando ihc .i. salvator. Ipse enim
salvum faciet populum suum a peccatis eo
rum. Duo enim per hoc verbum preclara
designantur. quod et deus fuit. et
dominus prius ante incarnationem xpisti. et
quod ante populus eius ab ipso salvandus
iam tunc annunciabatur / et ideo dictum
est. ipse salvum faciet populum suum a peccatis
eorum / ut verus deus. dei enim est vir
tus a peccatis salvare / vel etiam peccata
dimittere. Iste ergo filius est. ihesus
populum suum / ipsum venit ut dictum est
liberare a peccatis atque salvare
sive iudeis sive ex gentibus de quo
ipse iam per prophetam elocutus est di
cens. dominus dixit ad me filius meus
es tu. ego hodie genui te / pete a me
et dabo tibi gentes hereditatem tuam
et possessionem tuam terminos terre / ipse sal
vabit populum suum a peccatis eorum
sanguine suo videlicet cunctos redimens
morte sua demortuos eos liberans
perpetue / ipse salvabit hoc est salvator
omnium hominum fidelium atque credencium
hoc autem totum factum est ut ad
totum hoc per unigeniti descensionem.
hoc de ista domini incarnatione. hoc
de angeli. hoc de primis virginis de
sponsatione. vel ad ignem destina
tione / castitatis / hoc enim totum factum
est ad totius mundi salutem. hoc
totum factum est ut unum compleret.
et unum consummaret. Quod aliud.
quod virgo genuit. quod virgo perma
sit quod mater fuit / et intacta virgo
perseveravit. Ecce virgo in utero
accipiet audite. quod dicit / omnes fi
lie tue audite / vos omnes que hedi
tate. et dolorio et estate per illam

et exilius temptacione suimpsistis.
vos qui in estiua generatis filios
contemptacionum / vel magis que eos
capiam corruptibilem. non enim
istis audite et lectum. audite et eo
solamen / audite quod virgo in utero
accipiet / non ex desiderio partum co
ncipiens / neque serpentis persuasione de
cepta est / neque eius afflatibus vene
nosis infecta est / sed virgo in utero
accipiet per dictatione angeli / suscipi
ens prophetarum testimonium / assumens
virgo in utero accipiet. ut deum
dignanter incarnatum / ad mundi
pariat salutem. Ecce inquit hoc ipsum
quod dicit. Ecce commiratis est tanta
misterii magnitudinem / ut omnes ve
lut ex somno suscitatus / ad hoc dic
tum evigilent. Ecce virgo dicit
in utero accipiet. et pariet filium
ad colligendum illum. fortem armatum
ad conculcandum serpentis impii caput.
ad conterendas vires eius / ad pedes
eius disipiendum / atque captivita
tem sui populi tollendam. pariet filium
ad denuo reparandum / adam ad inobe
dienciam eius / per marie obiciem ex
cludendam / ad erigendum iacentium
genus quod per mulieris temeritatem
credelitatem fuerat ante deiectum.
Et vocabunt nomen eius emanuel /
quod est interpretatum nobiscum deus
vocavit nomen eius prius angeli psal
lentes in eius generacione / atque gau
dentes sicut deum omnium / et regem
patris ad homines venientem. deinde
apostoli unigeniti dei dominacionem atque
virtutem omnibus gentibus predicantes
ad hunc et sancti martires contra
ignes et gladios usque ad mor
tem resistentes. deinde cuncti ore

virgo

dentes / hoc ipsum nomen usque in consumma
tionem seculi / memoriter atque lau
dantes. Et vocabunt nomen eius E
manuel // quod est interpretatum nob
iscum deus / quem nominabunt nisi isti
quorum vocabitur nomen nomen
in terra / non sicut prius in figuris.
et in ymaginibus / sed sicut ad faciem
apparentem nobiscum deum abrahe
patri credentium / verbi honoris gra
tia non propriam ineffabilem deitatis
sue speciem / sed potius per angelum
speciem. Amen dico visus est trigin
ta tribus annis in terra apparuit. Et
cum hominibus conversari dignatus est.
Jacob etiam virum typice per angelum
intelligens apparuit colluctans.
cum eo / quinque se ab eo superari permisit
ut hoc mundi corde et mente be
nediceret atque vel notaret. nobis
cum deus / amplius magisque mag
nificum pro nobis certamen adimplens.
et usque ad mortem accedens / ut mor
te sua / mortem ostenderet / occideret
et benedictionem atque immortalitatem.
mundi corde populo condonaret / qui
fiducialiter dicat nobiscum deus / per evan
gelistarum et apostolorum predicationem
per unctionem sui corporis et sanguinis sacra
mentum / per gloriose crucis signaculum.
Presta ergo omnia nobiscum deus.
et ad nos atque in nobis sicut ipse
ait. Ecce ego vobiscum sum omnibus
diebus usque ad consummationem seculi

Liber generatio — Mathei primo.
nis ihesu christi filii david filii
abraham. Abraham autem ge
nuit iacob. et reliqua. Omel. Origen.

Moyses sanctus vir. liber gene
rationis celi et terre divina
fultus auctoritate conscripsit. in quo
primi hominis originem texuit. Ma
theus autem apostolus et evangelista christi / librum
generationis ihesu christi / in quo est et ini
tium nostre salutis / et qui est perfectus finis
perfecte eterne beatitudinis nostre con
gruo conscripsit exordio / Quia ihesus
salvator interpretatur. christus unctus quod
est nomen summe dignitatis / quia antiqui
reges et prophete atque sacerdotes oleo
ungebantur sanctificationis / ihesus autem christus
dominus noster oleo leticie pre participibus suis
unctus a deo legitur / qui venit in
hunc mundum per electos et antiquos
patres / quorum nomina per ordinem
matheus ideo in exordio huius libri
posuit. quia in hiis redemptionis nostre
eterneque salutis figuram spiritu sancto
revelante esse cognovit et easdem
figuras per se ipsum in veritate complevit
Sicut enim christus per horum patriarcharum
genealogiam ad nativitatem / in hunc mun
dum venit salutem / et horum omnium
in semetipso gerebat officium. ita etiam
in horum omnium interpretatione nominum no
stram salutem spiritualem voluit designa
re / ut nos quoque quantum ipso inspirante atque ad
iuvante possumus eorum imitari debe
amus interpretationem / ut ait evangelista iohannes.
Qui christum desiderat imitari debet quo
modo christus ambulavit et ipse ambulare
Nunc ad ipsius ordinem libri accedamus
videamus / Liber generationis ihesu christi
filii david / filii abraham // Quamquam
deum maior est electio / quam repromis
sio. nam electio scilicet de qua dicitur. Inveni
in filii mei david filium yesse secundum cor
meum qui faciat omnes voluntates
meas et iterum de fructu ventris
tui ponam super sedem tuam. Repromis
sio vero ad abraham cui dicitur. In

semine tuo benedicentur omnes gentes
Dauid manu fortis interpretatur. qui
superbissimum goliam solus vicit et
prostravit. Abraham pater multarum ge
ntium interpretatur. quod utique Christus
intelligitur. Igitur ipse est bella
tor noster fortissimus qui solus
cum dyabolo fortissimo hoste pugna
vit eumque superavit et dampnavit
et post hanc victoriam multorumque
effectus est pater populorum .i. pater
omnium credencium. qui omnibus ipse cre
dentibus se patrem invocare precepit
dicens. Sic autem orabitis. pater
noster qui es in celis. Nos quoque in bap
tismo dyabolo omnibus abrenuncian
tes operibus omnibusque pompis eius ab
negantes difficillimum contra eum
certamen spirituale inimus/ et quo ipse in nobis
insidiari desistit nobis cum dilige
ntissima cura vigilanter atque solicite
usque ad diem exitus nostri/ in eodem cer
tamine permanere necesse est deique omnipote
ntis clementissimam pietatem iugi
ter implorare quatenus nobis suam
magna in ea victoriam tribuat et
pares nos militarium virtutum
ei concedat/ que sunt arma milicie
spiritualis. Abraham autem genuit
ysaac. // Ysaac gaudium interpretatur.
Bene autem pater omnium credencium Christus
gaudium omnium suorum effectus est populorum
quia in nativitate eius angelus
pastoribus locutus est dicens. Ecce
ewangelizo vobis gaudium magnum
quod erit omni populo. ita et nos per multi
plicationem et perseveranciam bonorum oper
um. gaudium nobis vite eterne.
cum sanctis angelis preparare debemus
et in eo nos semper gaudio manere.
ut apostolus ammonet dicens. Gaudete

in domino semper/ iterum dico gaudete. ut
sic audiatur nos. ita de Christi nativitate
passione et resurrectione/ atque in
celos eius ascensione. gaudere debemus.
ut ad gaudia eterna mereamur per
venire. Ysaac autem genuit ia
cob. // Jacob supplantator interpretatur.
post dyabolum et humani generis
vastatorem sua passione supplan
tavit atque destruxit/ et vasa eius di
ripuit/ ita et nos post gaudium
secundum nativitatis nostre ~~diripuit~~
remissionis omnium peccatorum in baptis
mo ~~supplantaciones~~ supplantaciones nostre
est omnium viciorum et carnalium de
lectacionum/ et dyaboli in nobis sub
plantare temptamenta/ eiusque frau
des et insidias omnino cavere. quan
tum possimus dei gratia largiente. Jacob
autem genuit iudam. // Judas con
fessio interpretatur. Confessio namque
semper ad primam pertinet. sed aliquando
ad dei laudem. vel ad gratiarum actionem
Bene autem Christus supplantatis dyaboli
temptamentis/ confessionem .i. laudem
obtulit deo patri ut ibi. Confiteor
tibi pater celi et terre/ quod ad laudem
pertinet. Nos quoque dum auxiliante summi
domini salvatoris nostri aliquantulum
viciorum vel carnalium delectacionum
in nobismet ipsis vincere vel penitus
extirpare// hoc totum dei nunc depu
temus nichil nostris meritis tribu
amus. sed semper preveniamus faciem
eius in confessione peccatorum nostrorum
die quoque ac nocte in eius semper manea
mus laude/ ut sua nos clementissima
protectione ab insidiis antiqui hostis
defendere atque protegere dignetur/ et
confiteamur nomini sancto eius
et gloriemur in laude eius. in

scla seculorum. Judas autem genuit
phares et zaram de thamar. // Pha-
res diuisio interpretatur / Bene et
in xpo diuisio potest intelligi, quia
sanctam ecclesiam a societate infidelium
separauit. Itemque in iudicio segregat
iustos a peccatoribus. et reddet unicuique
secundum opera sua. Nobis ergo est necesse ut
diuidamus nos ab ipsis infidelibus actibus
quorum nostros ab eorum societate
seruemus / ut in diuisione ultima
non cum impiis dampnari, sed cum
iustis mereamur coronari. Bene in
zara qui oriens interpretatur xpc
intelligitur, de quo propheta Orietur
inquit nobis timentibus nomen domini
sol iusticie. et ipse in initio predicationis
sue ysaye usus testimonio desermet
ipso dicebat. populus qui sedebat in te-
nebris vidit lucem magnam / habi-
tantibus in regione umbre mortis
lux orta est eis. Et alibi. Ego sum
lux mundi. Ita et nobis. postquam
diuiderimus nos ab infidelibus actibus
et carnalia fugimus desideria orietur
in cordibus nostris / splendor lucis
eterne sol iusticie xpc et ipse in no-
bis habitare dignetur / sicque opera-
cionem virtutum impletur in nobis
quod ipse precepit dicens. Sic luceat
lumen vestrum. videant opera vestra
bona / et glorificent patrem vestrum
qui in celis est. Phares autem
genuit esrom. // Esrom sagitta sa-
lutis interpretatur. Domini / xpc enim
sagitta salutis nostre / potest intelligi
quia sagitta venenata dum in
quolibet configitur mortificat.
et xpc cum sagitta predicationis sue.
nostra in nobis vicia et peccata mor-
tificauit dicens. Penitentiam agite

appropinquabit enim regnum celorum.
Et sancti apostoli vel predicatores ecclesie
sagitte domini acute dicuntur. quorum
predicatione compunguntur infideles.
et corriguntur fideles dum peccatis
suis compunguntur ad penitentiam / Nos
ergo sagittam districte examinationis
iusti iudicii dei ponamus ante
oculos nostros / et digna refleamus
penitentia / mala que gessimus / ut in no-
vissimum mereamur delictorum veniam
et aliis formam prebeamus salutis.
Esrom autem genuit aram. // A-
ram electus interpretatur. xpc electus
dei de quo pater loquitur. Ecce puer
electus meus quem elegi. Nosque nos
magno opere eligimus. que sit vo-
luntas dei bona / eam quantum pos-
simus operemur / ut ait apostolus petrus
Vos autem genus electum regale
sacerdotium. Aram autem genuit
aminadab. // Aminadab populus meus
spontaneus interpretatur. xpc autem
recte spontaneus intelligitur / quia
sponte semetipsum obtulit pro nostra
salute in ara crucis hostiam deo.
Nos ergo sponte domino deo nostro oportet
obedire / eiusque voluntatem quanti
possimus. non coacti sed sponte ope-
remur / quia voluntas bona coram deo
pro opere facto reputatur. Et ipse in
ewangelio eos qui voluntatem eius facie-
bant / fratres ac matres et sorores
eius asserit dicens. Si quis fece-
rit voluntatem patris mei qui in
celis est. ipse meus frater et mater
et soror. Aminadab autem genuit
naason // Naason augur fortis in-
terpretatur. quod xpc recte intelligitur
qui est propheta fortis / cum de die in
diem discipulis prophetauit dicens //

Cum venerit filius hominis in sede maie-
statis / ut iudicet orbem in equitate / red-
det unicuique secundum opera sua. Nos quoque
in typo xpisti nunciamus angustias gen-
tium relictis primis / divinis fidem ad-
hibeamus et eam propter caritatem veni-
am dei potius voluntate / non infallibilibus
divinacionibus colloceremus. Naason
autem genuit salmon // Salmon
autem sensibilis interpretatur. xpistus sen-
sibilis est. qui mulieri vero testimonia
tangenti dixit. Tetigit me aliquis
nam et ego novi virtutem de me
exisse / qui novit et scit omnia an-
tequam fiant. qui novit omnia pre-
terita et futura. Nos ergo in domino sen-
sibiles oportet existere / et sola ea que
bona sunt teneamus. et sensibus perfecti
in malicia parvuli simus / ut unanimes
uno ore honorificemus deum et
patrem domini dei nostri ihesu xpisti. ac
sensibiles per sacre scripture instructi ho-
norabiles deo efficiamur. secundum ysaye va-
ticinium dicentis. Et erunt omnes ho-
norabiles deo. Salmon autem genuit
booz // Boos robur virtutis inter-
pretatur. quod est xpistus. qui de passione
loquens discipulis suis dixit. Cumque
exaltatus fuero de terra. omnia ad
me ipsum traham. Et alibi potestatem
habeo ponendi animam meam et iterum
sumendi eam. Secundum nos ut con-
fortaremur in domino et viriliter
agamus per confirmate manus nostras
ad prelium et digitos nostros ad bel-
lum / ut robore patientie firmati / omnium
temptationum genera possimus sufferre
et de inimicis triumphare / sensus quoque
nostros exercitatos habentes ad discre-
tionem boni et mali / tenentes illud
apostoli quod dicebat. Omnia pos-
sum in eo qui me confortat. Booz
autem genuit obeth // Obeth ser-
viens interpretatur. xpistus bene serviens
intelligitur. quia ipse dixit. Non ve-
ni ministrari sed ministrare / formam
servi accipiens / et habitu inventus
ut homo. humiliavit semetipsum fac-
tus obediens usque ad mortem. Nos
quoque serviamus in leticia et servi-
tute. quia non propter timorem. sed
propter adoptionem filiorum serviamus
domino ut perfecti servitute perfectos ser-
vos exhibeamus deo nos. ut cum
tempus servitutis fuerit finitum.
vocemur a domino in eterna regni gau-
dia. Obeth autem genuit iesse
Jesse incensum interpretatur. xpistus ad
incensum bene intelligitur. qui ait
Ignem veni mittere in terram quem
et volo ut ardeat. Ignem domini ad-
vos seminare in corda fidelium dicit.
Nos ergo incensum orationum nostrarum
in ara cordis nostri iugiter accendamus
et in amore domini nostri summo flagre-
mus desiderio. dicentes cum psalmi-
sta domino. Dirigatur oratio mea sicut
incensum in conspectu tuo. Jesse autem
genuit david regem // David desi-
derabilis sive manu fortis inter-
pretatur. quod utrumque recte xpistus intelli-
gitur. de quo propheta dicit. Speciosus
forma pre filiis hominum. et evangelista etc.
Resplenduit facies eius sicut sol
et vestimenta eius tamquam nix al-
ba facta sunt. Sive bellator fortis qui
dyabolum vincebat. et humiliavit
calumpniatorem nostrum. Nos quoque in
typo xpisti ac david prophete prophetas venera-
tamus mirabiles / et desiderabiles
domino efficiamur. audiamusque erga

deum habeamus desiderium ut diligen-
tes deum diligamur ab eo fortes sim(us)
debellatores .i. perfecto opere spiritualem
nequitiam dyabolum proprio occidamus gladio
et de potestate eius tamquam nostris quasi
propriorum animas eripientes. ut
extremo adveniente iudicio fulgeamus
desiderabiles sicut sol in regno pa-
tris eius. et bono certato certamine
repositam nobis inmarcescibilem accipiamus
a iusto iudice in fine coronam. Da-
uid autem genuit salomonem regem.
Salomon pacificus interpretatur.
xpistus enim pax nostra. ut ait apostolus.
qui utraque fecit unum .i. ex gentibus
et iudeis unam ecclesiam fecit sibi. quam
proprio sanguine suo redemit. et recon-
ciliavit patri suo. Nos ergo cum
apostolo quantum ex nobis est. cum
hominibus omnibus pacem habentes. et
intestino bello vitiorum spiritualibus vir-
tutibus virtutibus et in utroque homine
nostro .i. interiori et exteriori in unum
celeste desiderium concordia habeamus
pacem ad deum et ad proximum. et non
solum cum hominibus existamus pacifi-
ci. sed et discordantes scilicet fratres.
ad concordiam revocemus. Beati
inquit pacifici quoniam filii dei vocabun-
tur. Salomon autem genuit robo-
am. Roboam latitudo populi interpreta-
tur. xpistus enim latitudo populi fidelis recte
intelligitur. quia multi ab oriente
et accidente et occidente venient
et recumbent cum abraham et ysa-
ac et iacob in regno celorum. ex
omnibus partibus mundi vocantur ad re-
gna celorum. Fideles nos quoque
latum mandatum caritatis imple-
tes sine ulla personarum acceptione

cum omnibus caritate perfruamur in
celis. Roboam autem genuit abi-
am. Abia pater dominus interpretatur
xpistus enim pater noster est. Unde di-
xit nolite vobis vocare patrem super
terram unus enim est pater vester qui in
celis est. Nos quoque dignis exerceamus
operibus ut patrem habeamus deum et
fratres simus in domino. ut veraciter possimus
dicere. pater noster qui es in celis
et mereamur quidem heredes dei co-
heredes autem ex xpisti. Abia autem
genuit aza. Aza tollens interpretatur.
xpistus tollens dicitur. de quo iohannes ait.
Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata
mundi. Nos ergo tollamus mentes de
presentibus ad futura. ut de terrenis
ad celestia sublevemur. Aza autem
genuit iosaphat. Iosaphat quod
interpretatur iudicans. Iosaphat xpistus
iudicans intelligitur qui dicit pater
non iudicat quemquam. sed omne
iudicium dedit filio. Nos quoque ut
recte iudicemus. cum nostra quam
subditorum examinantes peccata. co-
gitantes istud quod ipse ait. Nolite iu-
dicare ut non iudicemini. et in quo
iudicio iudicaveritis iudicabitur de
vobis. Iosaphat autem genuit io-
ram. Ioram excelsus vocatur-
an iorum xpistus intelligitur. qui ait
nemo ascendit in celum nisi filius
hominis. qui est in celo. Nos quoque
ut a morte peccatorum per opera iustitie
exurgamus cum xpisto. queramus que
sursum sunt .i. celestia non terrena. ut
effecti in domino sublimes. nostram conversa-
tionem habeamus in celis. Ioram autem
genuit iosiam. Iosias interpretatur
robustus domini. quod xpisto convenit quia

in voce virtutis sue quadriduanum
lazarum suscitavit de monumento mor-
tuum. Nos ergo confortemur in domino
secundum apostolum et in potentia virtutis eius
ut in domino nostro ihesu christo voluntate
et pro nobis pugnante contra diabolum
sathanas sub pedibus nostris velociter
Josias autem genuit ionatham. Io-
natha autem interpretatur perfectus. quod
bene christo congruit. qui baptizatori
suo iohanni renitenti dicebat. Non
enim veni solvere legem sed adimplere.
Qui etiam nos per discipulos suos perfec-
tos esse in operatione nostra precepit dicens.
Estote perfecti sicut et pater vester perfectus
est celestis. Ideoque perfecta opera facientes
perfecti existamus et integri nullatenus
malignis temptationibus consensum ad-
hibeamus. Ionatha autem genuit
achas // qui apprehendens dicitur. quod christus in-
telligitur. qui celum palmo pondera-
vit et terram pugillo condidit. ut
ipse ait. Omnia michi tradita sunt
a patre meo. Nos quoque apprehendamus
et concludamus christum in cordibus no-
stris posteriora oblivi[s]centes. ad fu-
tura nos semper extendentes. ut possi-
mus comprehendere vitam eternam. Achas
autem genuit ezechiam // qui for-
tis domini vel confortans dominus inter-
pretatur. quod est christus. de quo paulus
apostolus ait. Nos autem predicamus
christum dei virtutem et dei sapientiam. Et
ipse discipulos suos confortans dicebat.
Confidite ego vici mundum. Nos ergo
fortitudinem iugiter pro nobis pugnan-
tem laudemus. ut et ipse nos in sua
voluntate confortet. humiliter depre[ce]-
mur et sua nos misericordia ab omni malo
liberet. et vitam eternam concedat

Ezechias autem genuit manassen //
qui obliviosus dicitur. christus enim ob-
liviosus peccatorum qui ait per ezechie-
lem prophetam dicens. In quacumque die
conversus fuerit peccator. omnium iniquitatum
eius non memorabor amplius. Ipse
nos iniuriarum nostrarum oblivisci do-
cet. dicens. Cum stabitis ad orandum
dimittite si quid habetis adversus ali-
quem de cordibus vestris ut et pater
celestis vester dimittet vobis peccata vestra.
Nos quoque in nocte presentis seculi malorum
preteritorum obliviscentes. memores
semper nominis domini. ultionem non queramus
remittentes debita fratribus nostris. ut
nostra a nobis a domino remittantur. Ma-
nasses autem genuit amon // qui
interpretatur fidelis. christus fidelis est
promissis. Qui dixit. petite et accipie-
tis querite et invenietis. pulsate et aperie-
tur vobis. de quo iohannes in apocalipsi
dicit. Qui est testis fidelis. Fidelis
autem qui est. eterna premia eius
sperantibus semper prebet et ex pauceste
da. Nos quoque viriliter in fide christi stre-
nuis fideli domino viriliter adhereamus.
Quia iustus ex fide vivit. ut ipse ait.
Qui credit in me habet vitam eternam.
et fidelem servum in gaudium domini
intrare concedet. et super omnia bona
constituet eum. Amon autem ge[nuit]
iosiam // qui interpretatur salus. christus
enim est salus nostra. de quo apostolus ait.
Omnis enim qui invocaverit nomen domini
salvus erit. Nos ergo operibus iustitie
et pietatis salutem nostram operantes
et ideo per invocationem sancti sui nominis
salutem consequi mereamur eternam.
Iosias autem genuit iechoniam.
qui interpretatur adventus domini.
quod est christus. qui dixit. Si enim abi-

eis et preparavero vobis locum / iterum
venio / et accipio vos ad me ipsum. =
Nos quoque in adventu domini nos met
ipsos iugiter preparemus. semperque vigi
les simus et suspecti / ne superveniat
repentina dies. illa que / tamquam
laqueus veniet super omnes / qui sedent
super faciem omnis terre. Caveamus
ergo ne exemplo fatuarum virginum
excludamur. accipiamus venienti domino
sed cum prudentibus lampadas adimpleta
as atque ad eterna gaudia intromitti
mur. Ezechias autem genuit
ioachim. // qui resurrectio interpretatur
xpc enim resurrectio nostra est. qui
dixit. Ego sum resurrectio et vita
Qui credit in me non morietur in
eternum. sed ego resuscitabo eum
in novissimo die. Nos quoque a mor
te peccati ad iustitie viam surgamus
ne per istam resurrectionem que in resur
rectione novissima cum sanctis et
iustis eterna mereamur possidere gau
dia. Ioachim autem genuit sala
thiel // qui interpretatur petitio mea
deus. xpc pro nobis petit patrem
qui ait. Pater sancte serva eos
in nomine tuo. quos dedisti michi.
Nos quoque unam peticionem petamus a
domino. ut inhabitemus in domo domini
diebus omnibus vite nostre. Omnis enim qui
petit accipit / et qui querit invenit
et pulsanti aperietur. Salathiel
autem genuit zorobabel // quod est
magister. xpc enim magister est omnium cre
dentium. Qui dixit discipulis suis
Ne vocemini magistri / quia magister ve
ster unus est xpc. Nos quoque omni stu
dio satagamus tam discipuli cele
stis et veri magistri fieri. quam magistri
imperitorum. ut quecumque didicerimus

opere complentes alios doceamus ut scrip
tum est. qui audit dicat veni. i. qui
ad spiritualem cenam invitatus est cete
ros quoque invitet. ut sit domus plena
discumbentium in vitam eternam.
Zorobabel autem genuit abiud //
quod dicitur pater meus. iste quod est xpc
qui dicit. Ego et pater unum sumus
et qui est expresse et pater omnium crede
ntium. Nos quoque dignis exerceamus
operibus ut sit nobis ipse deus xpc in
patrem. et nos ei in filios et filius
ut talis progenies regnet cum patre
in celis. Abiud autem genuit elia
chim qui resuscitans interpretatur.
quod est xpc qui ait. Qui credit in
me non morietur in eternum. et ego
resuscitabo eum in novissimo die =
Nos quoque in confessione atque lamento
delictorum nostrorum / in omnia cotti
die surgamus alacres adstantes. ut
deo vivere mereamur. in spiritu sancto. =
Eliachim autem genuit azor // qui
dicitur adiutus quod est xpc / qui ait. non
solus sed qui misit me pater mecum
est. Nos quoque adiuvante domino
aereas vincamus potestates. ut in do
mino solo confidentes dicamus. Auxi
lium meum a domino qui fecit celum et
terram. Azor autem genuit sadoch
qui iustus interpretatur. quod intelligitur
xpc de quo iohannes ait. Advocatum
habemus apud patrem ihesum xpm iustum.
Nos quoque imploremus eius clementiam
ut iustificari mereamur ab eo qui iu
stificat impium qui dicit per prophetam
Impius enim in quacumque die ab iniquitate
sua conversus fuerit iustificabitur et vi
ta vivet et non morietur. Sadoch
autem genuit achim qui interpretatur.

fr meus. xpc enim fr noster est, qui fr
et deum patrem suum eundem nobis pa
trem invocare concessit dicendo. Sic
autem orabitis. Pater noster qui
es in celis, et alibi, Qui quis fecit
voluntatem patris mei qui in cel
est. ipse meus fr et soror et mater e.
et mulieribus post resurrectionem, Ite in
quite nunciate fratribus meis. Nos ergo
omni conamine eius inquirere facientes
voluntatem. ut simul nobis dignitatem
in regno celorum percipere mereamur.
Achim autem genuit eliud. quod est
interpretatum deus meus. Iste ut thomas
ait. ad xpm dns meus. et deus meus
Nos ergo unum habeamus dnm. preter
patrem et filium, et spm unum deum.
et unum dnm nostrum. Eliud aut
genuit Eleazar quod interpretatur deus
meus adiutor. xpc enim ait. Qui me
misit mecum est. et non relinquet
me solum et idem. Amen amen dico vobis.
Quid quid orantes petistis in nomine
meo accipietis. Nos ergo confiteamur
salutem nram in dno nostro ihu xpo
tantum non constare cogitantes
illud dictum. Querite ergo primum regnum
dei et iusticiam eius et omnia adia
cientur nobis. Eleazar autem ge
nuit mathan. quod interpretatur do
nans pro xpm enim deus pr omnia nra
nobis per donavit debita et ipse as
cendens in celum dedit dona hominibus
i. beatitudinem quam in adam prevari
catione perdidimus sua nobis passi
one et resurrectione, atque ascensione
reddidit. sive cum spm sanctum aplis
misit tradidit. Nos ergo donantes
proximis nostris delicta et donum
sancti spus accipientes multiplicia eius
gra mereamur ditari. Mathan
autem genuit iacob, quod est supplanta
tor. xpc enim supplantator antiqui
hostis noster est. qui suis fidelibus
dedit potestatem calcandi super serpentes
et scorpiones et super omnem virtutem
inimici. Nos quoque tenebrarum victo
res harum cum vicia et concupiscen
cias carnis virtute dei et fortitudine
supplantemus spirituali. ut ait aplus pe
trus in epla sua. Resistite dyabolo et
fugiet a nobis. Sine certamine enim
nequaquam belli victoria acquiretur
eterna. Jacob autem genuit io
seph virum marie de qua natus
est ihc qui vocatur xpc. Joseph
vita interpretatur. que signat xpm
qui dixit. Ego veni ut vitam ha
beant. et iterum rogabo patrem
meum et alium paraclitum dabit
vobis quem mundus non accipit
nisi exterior homo sine mortificatione
viciorum corrumpitur. interior enim
de die in diem renovatur et spiritua
lium incrementorum augetur profectibus
donec demum quasi vir spirituali di
ci possit. filius accrescens ioseph.
Crescamus itaque in caritate do
nec occurramus omnes in virum
perfectum in mensuram etatis ple
nitudinis xpi. vitantes transeuntes
de virtute in virtutem de amore
dei qui est initium sapientie, per gradus
perfectionis ascendentes. ad caritatem
que tocius precepti finis est. postea
possimus videre deum deorum in
syon. Maria ut plerique estimant
interpretatur illuminatrix vel stella
maris. Syrice autem sive domina
dicitur. Bene autem illuminatrix di
citur quia per partum lux tocius orbis

natus est xpc / quia sicut per ene transgressionem in tenebris et in umbre mortis est dampnata omnis terra ita etiam per merita beate semperque virginis marie et per partum eius liberata et sanctificata et illustrata et illuminata est omnis terra. Navigantium mos est ut cum malignam terram et remigare disponunt. unum aliquod sidus eligant. signo lucemque radiante in eam quam desiderant partem sine errore possint adduci. Idem in stella marie observatum est nomine. quia nobis in mari huius mundi navigantibus stella maris data est. Per cuiusque conversationem navita mundi perturbationibus periclitatur. si in stelle huius lumen hoc est in xpm de maria virgine natum tota mentis intentione respexit. et in eo spem suam fixit. et sectorum illius exemplorumque ducatu / et secutus fuit sine ullo naufragio salutis vel dispendio ad portum pervenit vite eterne. Domina vero quare sit nominata / explanatione non indiget. que dominum peperit salvatorem. Revera etenim nati regis regum regina / mater domini dominorum domina debuit nuncupari per quam lumen fidei et divine gratie accipientes ducimur ad ineffabilem dei omnipotentis visionem. in qua gaudentes ab omni tristitia scilicet liberati in eterna beatitudine regnare cum xpo mereamur. Decimo quarto generationum numerum matheus recapitulat dicens. ab abraham usque ad david quatuordecim generationes.

Cur itaque patres ordines ter sunt positi / nisi quod cum trinum ordi tricesimo scilicet sexagesimo centesimo fructu. tres ista generationum ordines conveniunt. tricesimus quippe ordo qui coniugatis fidelibus deputatur / bene abraham congruit / qui fideli connubio ysaac filium suum / quem in figura xpi deo hostiam obtulit. scribitur genuisse. Secundus etiam ordo qui viduis deputatur / bene usque ad transmigrationem babilonis ducitur / quo tempore [vidua] stirps regia regali induta est dignitate. Tertius inde ordo usque ad mariam virginem / vel ad ipsum virginum caput numeratur / quia centesimi perfectione numeri / corona virginum describitur. Sive etiam quia sancte trinitatis confessione atque observantia novi atque veteris testamenti quippe salvamur. et ad vitam pervenimus sempiternam. quia per decem precepta legis et per quatuor evangelia / salutis nostre perfectio determinatur. / Sive etiam quia tribus partibus mundi. asia videlicet affrica et europa fidelium numerus adimpletur. Omnes generationes ab abraham usque ad xpm generationes quadraginta due. / quia filii israel ex egipto profecti / qui huius mundi significant sive tenebras / per quadraginta et duas mansiones / terram promissionis ingressi sunt. Sic et per quadraginta duos patres advenit nobis liberatio et redemptio nostra. Hinc et quadragenarius numerus iste omne vite nostre profectum vult designare ubi per corporis et animi virium sub labore et pro temptationum spem tes quod non videmus et per patientiam expectantes quousque usque ad promissum felicitatis eterne patriam pervenire me

Audivistis et intellexistis dei famuli beatum moysen librum creacionis celi et terre omnium elementorum visibilium et invisibilium atque tocius mundi condicionem ab inicio describentem et primi hominis de paradiso eiectionem. Et in ea similitudine matheum ewangelistam tocius mundi restauracionem in Christo sicut antiquis patribus prenunciata vel figurata fuerunt plenius et perfectius omnium descripsisse. Non immerito beatus matheus apostolus pater et ewangelistarum seriem patrum in Christi genealogie texat, quia omnibus in quibus presentem sumpsit misterium nostre salutis figuram cognovit. Et quia singuli eorum in se domini nostri salvacionis typum gerebant, et ipse dominus et salvator noster vel omnium horum in semetipso reparacionis nostre causa implevit officium. Ipse enim in patriarchis patriarcha, in prophetis propheta, in sacerdotibus sacerdos, in iudicibus iudex est. sicut supra satis evidenter congruentibus testimoniis declaratur. Nos quoque summa hec diligencia pertractantes intelligere debemus, quia easdem interpretaciones nominum atque figuras quas prima cum redempcione et salute in semetipso Christus in veritate complevit suis discipulis et successoribus eorum imitandum reliquit. Ideoque magno opere pensandum est dulcissimi magnaque fortitudine cogitandum, quia nos qui vitam vel successores beatorum apostolorum atque patrum constituti sumus, ea que ipse suis in ewangelio concessit discipulis et si nos ad vitam eternam pervenire volumus, quantum possimus ipso auxiliante imitari debemus. Magna sunt hec enim fratres sed quanto maiora sunt quantoque plurima que imitari debemus, tanto maiora et feliciora nobis preparata sunt premia, si fideliter ea que commissa sunt non nostre tantum salutis causa sed eorum qui nobis ad providendum subiecti sunt observare studeamus, et adimplere cogitantes apostoli illud: quia qui plus laborat plus mercedis accipiet. Et ipse dominus ait in ewangelio: Qui autem in preceptis meis perseveraverit usque in finem hic salvus erit. Per eum qui vivit et regnat in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum.

In prima missa nativitatis domini secundum lucam. ewangelium. In illo tempore.

Exiit edictum a cesare augusto ut describeretur universus orbis. Hec descripcio prima facta est a preside sirie cirino. Et ibant omnes ut profiterentur singuli in suam civitatem. Et reliqua.

Omelia beati gregorii pape de eadem.

Quia largiente domino missarum sollempnia ter hodie celebraturi sumus, loqui diu de ewangelica leccione non possumus, sed nos aliquid vel breviter dicere redemptoris nostri nativitas ipsa compellit. Quid est quod nascituro domino mundus describitur, nisi hoc quod aperte designatur quod ille apparebat in carne qui electos suos ascriberet in eternitate. Quo contra de reprobis per prophetam dicitur: Deleantur de libro viventium et cum iustis non scribantur. Qui bene et in bethleem nascitur. Bethleem quippe domus panis interpretatur. Ipse namque ait: Ego sum panis vivus qui de celo descendi. Locus ergo in quo dominus nascitur domus panis ante vocatus est, quia profecto futurum erat ut ille ibi per materiam carnis appareret qui electorum mentes in eterna societate

reficeret. Qui non in parentum domo sed in via nascitur. Ut profecto ostenderet quia per humanitatem quam assumpserat quasi in alieno nascebatur. Alienum videlicet non secundum potestatem dico sed secundum naturam. Nam de potestate eius scriptum est. In propria venit et sui eum non cognoverunt. In natura enim sua ante tempora natus est. in nostra venit ex tempore. Qui ergo eternus permanens temporalis apparuit. profecto alienum est ubi descendit. Et quia per prophetam dicitur. Omnis caro fenum factus est homo fenum nostrum vertit in frumentum qui de semetipso ait. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solum manet. Unde et natus in presepio reclinatur. ut fideles omnes videlicet sancta animalia carnis sue [illegible] frumento reficeret ne [illegible] ab eterne intelligentie pabulo ieiuna remanerent. Quid est autem quod vigilantibus pastoribus angelus apparet eosque dei claritas circumfulget nisi quod illi pre ceteris sublimia videre merentur qui fidelibus gregibus preesse sollicite sciunt. Dumque ipsi pie super gregem vigilant divina super eos gratia largius coruscat. Regem vero natum angelus nuntiat eiusque voci angelorum chori concinunt congaudentes clamant gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus bone voluntatis. Prius quippe quam redemptor noster per carnem nasceretur discordiam cum angelis habuimus a quorum claritate atque munditia prime culpe merito per cottidiana delicta longe distabamus quia enim peccando extranei a deo eramus extraneos nos a dei consortio deputabant angeli cives dei. Sed quia nos cognovimus regem nostrum recognoverunt nos angeli cives dei suos. Quia enim celi rex terram nostre carnis assumpsit. infirmitatem nostram illa iam angelica celsitudo non despicit. Ad pacem nostram angeli redeunt intentionem prioris discordie postponunt Et quos prius infirmos abiectosque despexerant. iam socios venerantur. Hinc est enim quod Loth et Iosue angelos adorant. nec tamen adorare prohibentur. Iohannes vero in apocalipsi adorare angelum voluit. sed tamen hunc idem angelus ne se debeat adorare compescuit dicens. Vide ne feceris conservus tuus sum et fratrum tuorum habentium testimonium Iesu. Quid est quod ante redemptoris nostri adventum angeli adorabantur ab hominibus et tacent. postea vero adorari refugiunt nisi quod naturam nostram quam prius despexerant. postquam hanc super se assumptam conspiciunt substratam sibi videri pertimescunt. Nec iam sub se velut infirmam contempnere ausi sunt. quam videlicet super se in celi rege venerantur. Nec hinc dedignantur hominem socium. qui super se adorant ~~dominum deum~~ hominem deum. Curemus ergo fratres karissimi ne qua nos immunditia polluat. qui in eterna prescientia. et dei cives et angelis eius equales sumus. Vendicemus moribus dignitatem nostram nulla nos luxuria inquinet. nulla nos turpis cogitatio accuset. non malitia mentem mordeat non invidie rubigo consumat. non elatio inflet. non

ambicio peruersa oblectamenta dila
niet. non ira inflammet. Hiis etenim
uocati sunt homines/ defende ergo te
o homo contra vicia. honorem dei
quia propter te factus est deus ho-
Eiusdem super lectionem. Die eodem sequitur.

Audiuimus ex lectione euangelica fratres
karissimi quod nascituro in mundo
redemptore mundi/ deo et domino nostro
ihesu christo exiit edictum a cesare augu
sto. qui tunc mundanum regni apicem
tenebat/ ut mundus describeretur uni-
uersus. Quod non casu contigisse
putandum est. sed certissima dispensatio
ne eiusdem nostri redemptoris intelli
gendum esse promissum. Ipse enim medi
ator dei et hominum sicut mirum sibi di
ui(ni)tus quando voluit prouidit. de qua
nasceretur quando uellet humanitus/
ita etiam tempora natiuitatis/ que vo-
luit elegit. Ipse qualia uoluit esse.
donauit talia videlicet in quibus sopito tur-
bine bellorum/ noua pacis insolite
tranquillitas totum contegeret or
bem. Quod enim manus inhiat uitam pe
tunt. esse pacis inditium/ quam ab
uno homine orbem describi dimisit
atque unius census numerositate conclu
di. Matrem quippe elegit. virginem
quia non aliter dei filium nasci in
carne quam de intemerata genitrice de
cebat/ tempus quo nasceretur. summe
pacis elegit. quia hec nimirum
ei in nascendo/ causa in mundo fuit quo
genus humanum ad superne pacis
dona. reduceret hinc etenim scriptum
est. Ipse enim est pax nostra/ qui fecit
utraque unum .i. qui de angelis et
hominibus unam dei domum primus me
diator et reconciliator instituit/ pa
cis ergo tempore natus est dominus noster
ut etiam status temporis. ipsum se esse

doceret. de quo promissa propheta dicebat.
Multiplicabitur eius imperium et
pacis non erit finis. Unde bene idem
propheta alias/ cum natiuitatis illius
ac nostre redemptionis sacramenta mysti
co sermone describeret dicens. Et erit
in nouissimis diebus preparatus mons domus
domini in uertice montium. et eleuabitur
super colles/ et fluent ad eum omnes
gentes. serenitatem quoque pacis/ que tunc
esset futura manifeste designauit
subiciens. Et conflabunt gladios
suos in uomeres. et lanceas suas
in falces/ non leuabit gens contra
gentem gladium/ nec exercebuntur
ultra ad prelium. propter quod mox ex
hortando subiungit. Domus iacob
venite et ambulemus in lumine domini.
Promisit ergo tempora pacis/ et sic apparens
in carne ipse auctor pacis et temporum
conditor primo domum iacob .i. ple
bi israhelitice deinde gentibus ad se con
fluentibus ianuam lucis aperuit. ac
pacis eterne gaudia predicauit. Nec
pretereundum quod eiusdem pacis tem
pore serenitas nato rege celesti. non
solum testimonium. uerum prebuit. sed
et obsequium impendit. quia predicatores
verbi diuini illius tranquillitatis orbem fa
cultatem tribuit. et ubicumque vel
lent. euangelium dissemnandi. quod fi
eri minime posset. si non uno toto
orbis regeretur imperio. Sed et
ipsa totius orbis descriptio que a
terreno rege facta memoratur
celestis opera regis manifeste desi
gnat. qui ad hoc nimirum appa
ruit in mundo. ut de cunctis per te
nationibus electos in unitatem fidei
sue colligeret. ac nomina eorum si
cut ipse promisit. inclitum scriberet
in celo. Hec est quod ad edictum an

gressi ibant omnes. ut profiterentur singuli
in suam civitatem. in nostra nobis est
servicio spirituali agenda una quippe
civitas ecclesia sancta, que partim ad huc
peregrinatur a domino in terris. partim iam
cum domino regnat in celis. et post finem
huius seculi perfecta in eternum tota cum illo
regnabit. In hanc ergo civitatem de-
bemus omnes ire. nullum actum salu-
bri iancere oz.(?) excipit. Omnes nos
necesse est nato regi debitum persolvere
censum. Hoc est et in unitate sancte
ecclesie pacis usque(?) observare divine et
ad ingressum patrie celestis inesti-
mabili bonorum operum censu preparare.
Dabatur autem in professione census
denarius qui decem nummorum pondus
in se habebat. cesaris ymaginem con-
tinens et nomen quod nos quoque spirita-
no liter oportet imitari. Solvimus enim regi
nostro denarium cum decem preceptis le-
gis illius imple(re)(?) satagimus. In quo
videlicet denario nomen eiusdem regis
nostri conscriptum gestamus, cum
in cunctis actibus nostris meminerimus
nos a christo christianos vocari ac digni-
tatem nominis ipsius inviolatam
in nobis conservare curemus. Imagi-
nem quoque eius in eodem denario bone no-
stre conversationis exprimere debemus illa
utique quam ipse docuit dicens. Sancti
estote quia et ego sanctus sum dominus
deus vester. Hec est namque ymago dei
ad quam in primo homine conditi sumus
ut scilicet participatione divine sanctitatis
speciosi sancti essemus. Hinc et enim
psalmista ait. Signatum est super
nos lumen vultus tui domine. Sed quia hoc
lumen divini vultus homo peccando a-
misit. placuit deo humani vultus

habitum in carne nascendo assume-
re quod nos doceret in spiritu debere renasci.
placuit in similitudine carnis peccati
sine peccato apparere, ut nos emundaret
ab omni peccato. ac claritatem in nobis
sic reformaret ymaginis. Ascen-
dit autem inquit et ioseph a gali-
lea de civitate nazareth in iudeam
civitatem david que vocatur beth-
leem, eo quod esset de domo et familia
david. ut profiteretur cum maria de-
sponsata sibi uxore pregnante. Quidem(?)
constat esse privatum, ut ad suam
quisque civitatem pergens ibi censum
profiteretur. quatenus hoc edicto genitri-
ces nostri salvatoris de nazareth
in bethleem venire contingeret.
Sicque ad complenda vaticinia prophetarum
utriusque civitatis mansionis eius
insignirentur archanis, una videlicet
conceptionis, altera nativitatis ho-
nore prefulgens. testatur namque propheta
ysaias, quod redemptorem nostrum in
nazareth concipi oporteret cum ait.
Egredietur virga de radice yesse
et nazareus de radice eius ascendet.
Interpretatur autem nazareus flos sive
mundans. Quo vocabulo incar-
natus pro nobis dei filius recte po-
tuit cognominari. Quia et ipse mun-
dam carnem omnibus naturam sus-
cepit homo, et in se credentibus vir-
tus, flos spiritualium fructuum origo
processit, quibus recte ac beate vi-
vendi, et miraculi exempla, et do-
na concessit. Egressa est ergo vir-
ga de radice yesse, et nazareus de
radice eius ascendit, quia inte-
merata virgo maria de stirpe da-
vid orta est de cuius carne dominus in

civitate nazareth veritatem carnis
sine initiamento carnis assumpsit.
eadem vero in bethleem esse nasciturum
hoc est propheticis designatur oraculis
cum dicitur. Et tu bethleem effrata par-
vula es in milibus iuda. ex te enim
egredietur qui sit dominator in israel.
Qui bene in bethleem nascitur. non
solum propter indicium regie stirpis.
quia david inde fuit. sed et propter no-
men ipsum. quia bethleem domus panis
interpretatur. Ipse namque ait. Ego sum
panis vivus qui de celo descendi. Qui
ergo propterea de celo ad terras descen-
dit. ut nobis vite celestis alimoniam
donaret. atque eterne dulcedinis nos
satiaret. merito locus in quo nasce-
retur domus panis vocatur. Est et alia
non superne dispensationis quia dominus non in ea
qua conceptus erat civitate sed in alia
nasceretur. ut videlicet hoc inimicos
insidiantes facilius nativitatis eius
conscios vel nescios declinarent. Proinde
tat quippe quod cum mox herodes natum
persequi ad mortem querere inciperet. Et
propterea sic nativitatis eius misterium
voluit in civitate david peragi. ut pa-
rentes eius non ibi domum non possessionem
haberent. sed tantum modo tempore nati-
vitatis ipsius illo novo advenirent.
hospites manerent. statimque comple-
ta eadem nativitate ac declaratis
signis celestibus que ei testimonium dare
debebant. in egyptum cum ipso secede-
rent. Sic etenim factum. ut non so-
lum eum dum quereret herodes
minime reperiret. sed nec ullam cogna-
tos eius requirendi occasionem haberet.
cum parentes qui essent explorare
non posset. Nec preterveunda sile-

tio. maxima conditionis et redemp-
toris nostri dignatio. qui non solum
incarnari pro nobis. sed eodem tempore
voluit incarnari. quo mox natus
professione census ascriberetur. In-
duit enim carnem. ut nos virtute in-
dueret. descendit ad terras ut nos
de terris elevaret ad celum. Voluit
tributum cesari. ut nobis perpetue lib-
ertatis gratiam donaret. Venit dei
filius in homine regi. qui divine per-
misit ignominiam obsequium ut
nobis per hoc etiam humilitatis for-
mam tribueret. Insinuat vero quan-
tum per caritatem servire debeamus
invicem. cum ipse non despexit ei
qui vere caritatis erat nescius in
pendere servitium. Ubi hoc quoque pre
misit suo exemplo. quod postmodum
apostolorum princeps erat. verbo doctum
subditi inquit estote omni humane
creature propter deum sive regi quasi
precellenti. sive ducibus tamquam ab eo
missis. Factum est autem inquit
cum essent ibi. impleti sunt dies ut
pareret. et peperit filium suum primoge-
nitum. Primogenitum vocat dominum
non quia credendus sit virum dei
genitricem. alios post eum filios
peperisse. quam perpetua castitate una
cum viro suo ioseph. constat esse me-
morabilem. Sed ob id eum recte pri-
mogenitum appellat. Quia sicut io-
hannes ait. Quotquot eum receperunt
dedit eis potestatem filios dei fieri.
In quibus filiis iure ipse primatum te-
net. Qui et antequam nasceretur
in carne dei filius absque initio na-
tus extiterat. descendit autem ad
terras factus est particeps nostre
nature. largitus est nobis sue

pricipium gre. ut sicut aplus ait
sit ipe primogenitus in multis fratribus.
Et pannis eum inquit involuit et
reclinavit eum in presepio / quia non
erat ei locus in diversorio // Etiam hec
intuenda est fratres karissimi magna rede
mptoris nostri dignatio. hec ex totis
medullis cordis / ymmo magis cum
propheta dicendum est. Quid retribuam
domino pro omnibus que retribuit michi.
Ille enim cum verraciter eamus / Magnus
dominus et laudabilis nimis et magni
tudinis eius non est finis. Parvulus na
tus est nobis / ut nos reniascendo de
parvulis magnos faceret. est depertarcul
bus faceret ursos. Qui ad dexteram
patris sedet in celo loco egebat in
diversorio / ut nobis copiam felicium
mansionum in domo patris sui donaret
Qui omnem creaturam sive in celis
invisibilem / seu visibilem in terra nun
do / multipharie induit ornatibus que
in sua maiestate sicut de eo dicit propheta
Amictus est lumine sicut vestimento. ipse
in assumpcione nostre fragilitatis exiguus
contegitur pannis ut primam nobis
stolam restituat. i. ad gratiam nos in
mortalitatis / quam in primo parente ac
cepimus ... misericordis reducat. Ille per quem
omnia facta sunt manus pedesque suos.
ymmo totum corpus quod induit / annis
involui disposuit. ut manus nostras
in bono opere redderet promptas. pedes
nostros in viam pacis dirigeret / cunc
ta corporis nostri membra divinis ma
nciparet obsequiis. Ille quem celum
et celi celorum non capiunt. pari
presepis angustia continetur. ut
amplitudinem nobis superni
sedium tribuerit et quod est pre
grandi facta in presepio sibi sedem na

Sy. de mis... contemp
nate sunt pompe mundi
... tu rex eterne
vilibus involutus est
tegumentis quod ut pie
credit non erat spatii
... sed ...
caut ex velaminibus
alijs aut ...
mutuati

tus elegit. ubi animalia solent ad
reficiendum venire. Insinuavit enim na
tivit quia fideles omnes homines in
sacrosancti altaris mensa eiusdem
incarnacionis sue misterijs esset refe
cturus / indicavit / quia auctos sibi homi
obsequentes interne suavitatis potest
gratia recreare. de quibus bene per prophetam
dicitur. Cognovit bos possessorem suum
et asinus presepe domini sui. In bove etenim
designat populum iudeorum. qui iugum
legis portare. et eius consueverunt
verba ruminare / In asino autem corp
rum populum gencium / qui sordibus ydo
latrie ... manebat immundus. Hec
utrique populo plurimi ad eius gratiam
adiuti. et possessorem agno creati se
cognoverunt / et celestibus eius quererent
alimonijs ad perpetuam crescere salutem.
quorum primicias ei consecrantis acci
pimus. In pastoribus istis merito tene
ritudis. qui nati ... in primis angelo
nunciante videre et predicare meruerunt
runt. et magis qui ad eius pueri
cunabula de oriente cum muneribus et
pulvis stella duce venerant. Hij namque
de iudeis ad eum illi venere de gen
tibus. venerunt de magis die sancto
epiphanie ipso ad quem venere domino pro
ante plenius audiemus. Interim de
pastoribus qui primi ad eum venientes
primos populi fideles designant. que fu
erint gestarum videamus // Ge. Et pa
stores erant in regione eadem vi
gilantes. et custodientes vigilias
noctis supra gregem suum. Et ecce
angelus domini stetit iuxta illos. cla
ritas dei circumfulsit illos // Apte
autem satis hoc signa est providen
cia dispensacium ut nascente domino

pastores in vicinia civitatis eiusdem
vigilarent suosque greges a timore
nocturno vigilando protegerent. Op-
tebat namque ut cum magnus pasto-
rum, hoc est cunctorum nutritor
fidelium mundo natus est, testes
eius nativitati vigilantes supra gre-
gem suum pastores adessent. Ipse est
enim qui ait: Oves mee vocem meam
audiunt, et ego cognosco eas et
sequuntur me, et vitam eternam do
eis. Nam et futurum iam tunc erat
ut per totum universum electi pastores
id est predicatores sancti mitterentur, qui
ad ovile dominicum videlicet sanctam ec-
clesiam populos gentium congregarent.
Quorum primo, hoc est beato Petro, cum
se domino cuncti profiteretur, idem dominus
ac princeps pastorum ad complendum
eiusdem amorem precepit dicens: Pas-
ce oves meas. Qui nimirum solus
illum auditorem perfecte diligit, qui
et proximis curam pii amoris impen-
dit. Et ecce angelus domini stetit iuxta
illos, et claritas dei circumfulsit illos.
q°. Quid est, quod apparente pastoribus an-
gelo divine quoque claritatis eos splen-
dor circumdedit, quod nusquam in to-
to testamenti veteris serie reperimus?
Cum enim tam innumeris vicibus prophetis
ac iustis apparuerint [illegible] nusquam
eos fulgore divine lucis homines cir-
cumdedisse legimus, nisi quod hoc
privilegium recte huius operis digni-
tatis servatum est. Cum enim vera
lux mundi nascebatur in mundo,
dignum profecto fuit ut preco nativitatis
illius etiam corporales hominum visus
novitate celestis perfunderet lucis.
Dicit namque de illius nativitate

propheta: Exortum est in tenebris lumen
rectis corde. Et quasi querentibus quid
esset lumen sequenter diceret, continuo sub-
ditur: Misericors et miserator et
iustus dominus. Cum ergo misericors et iustus
conditor ac redemptor generis humani
mundum gratia nove nativitatis
illustrare dignatus est, decebat omni-
modo ut ipsam etiam in qua natus
est regionem claritate lucis nove
compleret. Prius ergo cum clari-
tate lucis ~~nove compleret~~ quid ange-
lus pastoribus dicat audiamus. Noli-
te timere. Ecce evangelizo vobis
gaudium magnum, quia gaudium
celeste, gaudium eternum. Gaudium
quod nulla tristitia interveniente tur-
batur, quo cum solis electis fru-
untur. Quod erit omni populo. Non
omni populo iudeorum, neque omni populo
gentium, sed omni populo credentium,
qui vel de iudeis vel de gentibus orbe
toto ad unam sue confessionem aggrega-
tur, ab una eademque mysteriorum sue
perceptione sanctus vocatur. De quo
dicit propheta: Populus qui ambulabat
in tenebris vidit lucem magnam.
Quia natus est nobis hodie sal-
vator, qui est Christus dominus in civita-
te David. Bene dixit: hodie natus
est, non hac nocte, videlicet cum
luce celesti apparuit, quia diem
natum evangelizabat his qui
vigilias noctis agebant, illum
videlicet de quo psalmista precinit di-
cens: Bene nuntiate diem ex die
salutare eius. Salutare quippe est
id est dominus ipse dies est ex die, qui
temporaliter in civitate David homo
ex virgine matre apparuit, ipse ante
omnia tempora non localiter lumen
de lumine, deus verus de deo

natus est. quia et habitantibus nobis
in regione umbre mortis lux or
ta est. Unde apte matutinus ortus
eiusdem dicit. Quia natus est nobis
hodie salvator // Et hoc quoque ver
bo amoniti semper recordemur quod
nox precessit antique cecitatis dies
autem appropinquavit eterne salutis
et ideo abiciamus opera tenebrarum et
ut filii lucis ambulemus fructus enim
lucis est. sicut idem apostolus ait. et
omni iusticia et bonitate et sanctitate
et hoc vobis signum invenietis ut
infantem pannis involutum et po
situm in presepio. hoc signum nos na
ti in carne salvatoris semper ad
retinere condecet ut semper eius be
neficiis gratias rependere bene viven
do discamus / quia ita voluit homi
nis fragilitatis assumere / ut pau
pertatis quoque gravis statim non
refugeret. Est enim assumpte fra-
infirmitatis in
dicium quod infans pannis involutus
est. paupertatis quod non in strato sed
in presepio positus invenitur. Quas
ergo domini mecum cantabo qui ut
nos preclaro vite divine abiectis
ac mortalitatis nostre socius fieri
abluit. Annunciante autem ange
lo domino gaudium dominice nativitatis
repente multitudo milicie celestis
affuit / que eidem nato domino obse
quium sue devotionis redderet
et quem in celo semper glorificare
consueverat. nunc posita ymnorum
laude apprime in terra concelebrarent
ubi nos quoque sua laudatione ca
nere celi cives instruunt quanti-
que sacratissime nativitatis gaudia

celebrare / quantas verbo dei laudes
dicere debeamus. quod in eo caro factum
est et habitavit in nobis ut nos ad
sue glorie visionem sublevaret nobis par
ticipium gratie et veritatis qua ipsum
plenum est donaret. Laudant ergo
deum et dicunt / Gloria in excelsis deo
et in terra pax hominibus bone voluntatis
et apte deo gloriam dicunt pacem predicant
hominibus qui etenim in eius nativitate
letantur mediatorem dei et hominum
Hoc est deum et verum et hominem
norunt. gloriam in excelsis deo cantant
quia iam tunc illius exaltant quo mu
dus abiectis dyes qui ab hominibus facti
sunt. conditorem suum qui est in celis
cognoscerent. pacem optant hominibus
quia quos electos prius [illegible]
mento peccati desperaverunt iam nunc redi
mente domino in eiusdem superne habitationis
gaudiis secum futuros intelligunt.
Pacem hominibus mandant / quos mox
[illegible] hoc est immissione perpetue
pacis socios habere desiderant. ut
ipsis quoque homines admoneant per con
servanciam pacis ad suum debere per
venire consortium. et bene cum diceret
Et in terra pax hominibus bone voluntatis
quia cum illis
societatem pacis angelica spes habere
festinant. quorum mentibus puritate
bone voluntatis in deo consideravit.
Illas secum post absolutionem carnis
ad contemplationem vere pacis sublevasse
letantur / quos in carne commorantes
omnia que agunt aut loquuntur de ra
dice bone voluntatis proferre conspi
ciunt / tales namque et si infirmitas
forte aliquando vel ignorantia ad peccata

Quid sit bona voluntas

cuncta que capiunt ab compaccione re
tinerit. ante mentem tamen arbitri cordis
integritatis quam corde tenent bone
voluntatis excipit. Bona autem
voluntas est diligere conditorem
nostrum. ex toto corde tota anima.
tota virtute. diligere et proximos tamquam
nos ipsos. atque eiusdem dilectionis
in nobis vigorem indiciis quibus
valemus pie actionis ostendere.
Et cum omnibus horis ac momentis
facere debeamus quanto magis cum
nativitatem domini ac salvatoris nostri
vel annua festivitate colimus vel frequenta
ori devotione recolimus. In qua spe
cialiter angelica exhortatione do
cemur. Deo et bone voluntatis
ostendere. offerre in qua cives patrie
celestis eidem bone nostre voluntatis
consortium sue pacis promittunt. in
qua ipsi quoque eundem ympnum an
gelica concentu deo dicere solemus
Ut quod nobis fides summi. communis
sit solempnitatis terrestribus cum
celestibus. nec tantum ista solem
pnitatis. sed et omnis nostra con
versatio sit symphoniam civium apta
conspiratio. Meditemur interim in
via quod habere desideramus in ~~pa~~
patria. Contendamus etiam nunc in
quantum valemus vite illi mundis
sime beatorum spirituum. cui tunc as
sociari speramus. Interne puritatis
mutue dilectionis. mutue laudatio
nis. divine laudationis dona qui
bus in futuro vacare cupimus
et in presenti sectemur. dicamus cum
apostolo dicente nostra autem conversatio in celis
est. ut hoc quoque quod sequitur
cum fiducia possimus addere. Un

de etiam salvatorem expectamus dominum
nostrum Ihesum Christum. Illi namque salva
torem ad iudicium venientem cum
gaudio expectant. qui se ad eius vo
luntatem celestem in terris vitam
egisse meminerunt. Sit autem et
fragilibus nobis ac minus perfectis.
magnam spem percipiende salutis. ipse
conditor et salvator noster. qui a
pro nostra confirmatione fragilis apparens
mox ore consono milicie celestis bo
ne nostre voluntati dona sue superne
pacis promisit esse Christus. dominus deus noster.
Qui vivit et regnat cum patre in
unitate spiritus sancti per omnia secula seculorum. amen

In die nativitatis in secunda missa secundum
Lucam 2°. Pastores loquebantur Sine n° ca°
tur ad invicem. Transeamus usque ad
Bethleem et videamus hoc verbum
quod factum est. quod fecit dominus. et osten
dit nobis. et reliqua. Omelia sancti Bede.

Nato in Bethleem domino salvatore sic
sicut evangelii testatur historia
pastoribus qui in regione eadem e
rant vigilantes et custodientes
vigilias noctis super gregem suum. An
gelus magna cum luce apparuit. ex
ortaque ~~cum magna~~ immensa solem
nitate. non solum celestis voce ser
monis verum etiam claritate divine
lucis astruxit. Nusquam enim in to
ta veteris ~~instrumenti~~ testamenti serie reperimus
angelos qui tam sedule apparuere
patribus cum luce apparuisse. Sed hoc
privilegium recte hodierno tempori serva
tum est. quo exortum est in tenebris
lumen rectis corde misericors et misera
tor et iustus dominus. Deo ne plura unius
angeli videretur auctoritas postquam
unius sacramentum nove nativitatis
edocuit. statim multitudo celestium
agminum que gloriam deo caneret

pacemque simul hominibus nunciaret
assunt apte deinceps quia prestant
nativitatem homines ad pacem unius
fidei et dilectionis atque ad divine con
dicionis gloriam essent convertendi. Signi
ficant insuper pastores gregum
doctores quosque ac rectores fidelium
animarum. Hii autem vigilantes custo
diebant super gregem suum prout te
pus ordinem indicat / a quibus se suosque
subiectos omnes qui perfecte vigilant
custodire non desistunt. Et revera
nato duo pastores super gregem vi
gilant. Ille etiam natus est qui dicit
Ego sum pastor bonus. Bonus pa
stor animam suam dat pro ovibus suis. Et
et tempus imminebat quo idem pa
stor summe bonus nunc in mundo pa
storibus oves suas que longe lateque
disperse errabant ad pristina ce
lestis vite pascua revocaret. Quorum
summo pastori precepit. Si diligis me
pasce oves meas / confirma fratres
tuos. Et factum est ut discesserunt
ab eis angeli in celum pastores
loquebantur ad invicem transeamus
usque in Bethleem et videamus hoc
verbum quod factum est quod fecit deus
et ostendit nobis. Et venerunt festina
tes et invenerunt Mariam et Joseph
et infantem positum in presepio. Pa
stores quidem illi felici gaudio fe
stinant videre quod audierant et quod
ardenti amore quesierunt. Conti
nuo salvatorem quem quesierunt
invenire meruerunt. Sed intellec
tualiter pastores gregum ymo
cunctos fideles quia mentis indu
stria Christum sequi debeant. Dominus pa
riter sive ostenderet et sanctis
transeamus inquiunt usque ad Bethleem
et videamus hoc verbum quod factum

est. Transeamus ergo et nos fratres
karissimi cogitando usque in Bethleem civi
tatem David et recolamus amando
atque eius incarnationem dignis celebre
mus honoribus. Transeamus abiectis
concupiscentiis carnalibus toto mentis de
siderio usque in Bethleem supernam, id est do
mum panis vivi non manu facta
sed eternam in celis. Et recolamus
amando quia verbum caro factum est
illuc in carne ascendit ubi in dexte
ra dei patris sedet. Illum cum tota
virtutum instantia sequamur et
solicita cordis ac corporis castitate
paremus ut quem illi in presepio vide
runt vagientem nos in patris so
lio mereamur videre regnantem.
Et videamus hoc verbum quod factum
est. Quam recta et pura fidei sancte
confessio. In principio erat verbum et ver
bum erat apud deum et deus erat
verbum. Hoc verbum natum ex patre
non factum est quia creatura dei
non est. Nunquam in natura divina
videri ab hominibus non potuit. Sed
ut videri posset verbum caro factum est
et habitavit in nobis. Videamus igitur
hoc verbum quod factum est quia an
tequam factum esset hoc videre nequivimus
quod fecit dominus et ostendit nobis
quod incarnari fecit dominus et hoc vi
sibilem nobis exhibuit. Et venerunt
festinantes et invenerunt Mariam
Joseph et infantem positum in presepio.
Venerunt pastores festinantes et
invenerunt deum hominem natum sibi
et eiusdem nativitatis misteria.
Festinemus et nos fratres mei non
passibus pedum sed in bonorum perfecti
bus operum videre eandem glorifica
tam humanitatem cum eisdem misteriis
digna fruitionis sic mereamur

festinemus videre illum in divina patris sui ac sua maiestate fulgentem. Festinemus inquam. Non enim tanta beatitudo non cum desidia et torpore quaerenda, sed alacriter Christi sunt sequenda vestigia. Nam ipse cursum nostrum data manu iuvare desiderat, delectatur a nobis audiri: Trahe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum. Sicut ergo virtutum gressibus sequamur ut consequi mereamur. Nemo tardet converti ad Deum. Nemo differat de die in diem. Ipsum pro omnia et ante omnia precantes, ut gressus nostros dirigat secundum eloquium suum, ut non dominetur nostri omnis iniustitia. Videntes autem cognoverunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et nos fratres dilectissimi quae dicta sunt nobis de salvatore nostro Deo vero et homine interim pura fide plena perpetue dilectione festinemus amplecti ut haec in futuro perfecte cognitionis visu comprehendere valeamus. Haec etenim sola et vera est beatorum non solum hominum sed angelorum vita, faciem perpetue sui cernere creatoris, quam desiderabat ardenter psalmista qui dicebat: Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum, quando veniam et apparebo ante faciem Dei. Cuius solius visione non autem ulla terrena, non rerum affluentia desiderium suum satiari posse significat cum ait: Satiabor dum manifestabitur gloria tua. Verum quia non otiosi ac desides, sed virtutum operibus insudantes divina contemplatione sunt digni felicitate perfrui: Ego autem cum gloria apparebo in conspectu tuo. Videntes ergo pastores cognoverunt de verbo quod dictum erat

de Christo, quia visio Dei contemplatio eius est. Et haec est sola beata hominis vita ipso docente ac dicente cum nos patri commendans dicit inter alia: Haec est autem vita aeterna ut cognoscant te esse verum Deum et unum, et quem misisti Iesum Christum. Et omnes qui audierunt mirati sunt de his quae dicta erant a pastoribus ad ipsos. Non celavere silentio pastores arcana quae divinitus agnoverant, sed quibuscumque potuere dicebant, quia et spirituales ecclesiae pastores ad hoc maxime sunt ordinati ut verbi Dei mysteria praedicent, et quae in scripturis didicerunt mirandi suis auditoribus ostendunt. Non solum pastores, episcopi, presbyteri et diaconi, verum etiam rectores monasteriorum sunt intelligendi, sed et omnes fideles qui vel parvulae suae domus custodiam gerunt, pastores recte vocantur inquantum eidem domui suae sollicita vigilantia praesunt. Et quicumque vestrum saltem uni aut duobus fratribus cotidiano regimine praeest, pastoris eum debet officium implere, quia inquantum sufficit pascere eos verbi dapibus iubetur. Immo unusquisque vestrum fratres qui etiam privatus vivere creditur, pastoris officium tenet et spiritualem pascit gregem, vigiliasque noctis custodit super illum, si bonorum actuum cogitationumque mundarum sibi aggregans multitudinem, haec iusto moderamine gubernare, caelestibus scripturarum pascuis nutrire et pervigili sollertia contra immundorum spirituum insidias servare contendit. Maria autem conservabat omnia verba haec co- fe

ferens in corde suo // Maria virginalis pudicitie via. custodiens secreta Christi / que noverat nemini divulgare volebat / sed ipsum hoc quod vellet et quomodo vellet divulgare reverenter expectabat / ipsa autem eadem secreta ore tacito vigili tamen corde sedula tamen scrutabatur. et hoc est quod ait conferens in corde suo / conferebat quippe ea / que facta videbat hiis que agenda legerat. videbat namque se de stirpe David ortam / in nazareth de spiritu sancto filium dei concepisse / legerat in propheta. Exiet virga de radice yesse et nazareus de radice eius ascendet et requiescet super eum spiritus domini / legerat et tu bethleem effrata nequaquam parvula es in milibus iuda ex te enim egredietur qui sit dominator in israel. et egressus eius ab initio a diebus eternitatis / videbat se in bethleem peperisse dominatorem israel qui eternus ex patre ante secula natus est. Videbat se virginem concepisse / peperisse filium et vocasse nomen eius ihesum. legerat in prophetis. Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius emanuel. legerat bos cognovit possessorem suum et asinus presepe domini sui. Videbat dominum positum in presepe quod bos et asinus solet nutriendus adire. Meminerat sibi dictum ab angelo / Spiritus sanctus superveniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi / ideo et quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei / legerat modum nativitatis eius non nisi angelo revelante potuisse cognosci. dicente ysaya. Generationem

eius quis enarrabit. legerat et tu turris nebulosa filie syon usque ad te veniet. et veniet potestas prima regnum filie ierusalem. Audierat angelicas virtutes que sunt filie superne civitatis apparuisse pastoribus in loco / qui a conventu pecorum antiquitus turris gregis vocabatur et est uno miliari ad oriente bethleem ubi etiam nunc ecclesia pastorum trium nominata in ecclesia manoverit tunc in carne venisse dominum cuius una et eterna est cum patre potestas. qui regnum daret ecclesie filie sue celestis ierusalem / conferebat ergo maria / ea que fienda legerat. hiis que iam facta cognovit / nec tamen ore promens / sed clausa servans in corde. Et reversi sunt pastores glorificantes et laudantes deum in omnibus que audierant et viderant sicut dictum est ad illos. // Discamus et nos fratres karissimi. ad contemplationem divine dispensationis / qua nobis pie subvenire / dignatus est ad agendas sibi beneficiis eius gratias reverti. Si enim illi sola adhuc nativitate eius cognita reversi sunt. glorificantes et laudantes deum in omnibus que audierant et viderant sicut dictum est quanto magis et nos / qui totam incarnationis illius seriem ex ordine cognovimus. qui sacramentis illius imbuti sumus. in omnibus gloriam eius ad laudem non solum verbo. sed etiam factis predicare. qui neque umquam oblivisci. quia ideo deus homo natus est. ut nos ad ymaginem et similitudinem sue divinitatis renascendo reficeret. ideo baptizatus aqua ut ad nostrorum ablutionem omnium scelerum fluenta secundaret. aquasque ideo

temptatus in heremo ut vinceret
temptatorem nobis quoque vincendi per
eam virtutemque tribueret. Ideo mor-
tuus ut mortis destrueret imperium
Ideo surrexit et ascendit in celum ut
nobis resurgendi a mortuis atque in
celestibus sedibus regnandi spem exem-
plumque preberet. pro quibus singulis veluti
admirantes piissime dispensationis
eius glorificemus et laudemus ipsum
deum atque dominum nostrum qui vivit
et regnat in unitate spiritus sancti deus etc.

In summa nativitatis domini in missa. sermo iohannis. 1°

In principio erat verbum et verbum erat
apud deum et deus erat verbum
hoc erat in principio apud deum. omnia
per ipsum facta sunt etc. Omnes boni angeli per
Audientes quod modo audivimus ex lectione
apostoli. quod animalis homo non percipit ea
que sunt spiritus dei et cogitantes in
hac presenti turba caritatis vestre necesse
est ut multi animales sint qui ad-
huc secundum carnem sapiant. non dumque
se possint ad spiritalem intellectum eri-
gere hesito vehementer quomodo ut deus
dederit possim dicere vel pro modulo
meo explicare quod lectum est ex evangelio.
In principio erat verbum et verbum erat a-
pud deum et deus erat verbum
hoc enim animalis homo non percipit. quid ergo
silebimus hinc. quare ergo legitur.
etiam si silebitur quare auditur
si non exponitur. sed ut quid expo-
natur si non intelligitur. Itaque
quo rursus non dubito in numero
vestro quosdam a quibus possit non
solum expositum capi sed et ante
quam exponatur intelligi. nimium
fraudabo eos qui possunt intelligi
capere dum timeo simpliciores esse
animabus eorum qui non possunt
capere postremo. ad erit misericordia

dei fortasse ut omnibus satisfiat et
capiat quisque quod potest. quia et
qui loquitur dicat quod potest. Na(m)
dicere ut est quis potest audio
dicere fratres mei. fortassis nec ipse
iohannes dixit. ut est. sed et ipse ut
potuit. quia de deo homo dixit.
et quidem inspiratus a deo. Sed
tamen homo quia inspiratus dixit
aliquid si non inspiratus esset di-
xisset homo nichil. quia vero homo
inspiratus non totum quod est dixit
sed quod potuit homo dixit. Erat
enim iste iohannes. fratres karissimi de illis
montibus de quibus scriptum est Sus-
cipiant montes pacem populo. et
et colles iusticiam. montes excel-
se anime sunt. colles parvule anime
sunt. Sed ideo montes excipiunt pa-
cem ut colles possint excipere iusti-
ciam. que est iusticia quam colles
excipiunt. Fides. Quia iustus
ex fide vivit. non autem exciper-
ent minores anime fidem. nisi
maiores anime que montes dicte
sunt ab ipsa sapientia illustrarentur. ut
possint parvulis traicere quod possunt
parvuli capere et vivere ex fide. col-
les quia montes pacem suscipi-
unt ab ipsis montibus dictum est
ecce pax vobiscum. et ipsi montes
pacem annunciando ecclesie non se diviserunt
adversus eum a quo susceperunt
unt pacem. ut veraciter et non
ficte annunciarent pacem. Sunt
autem alii montes naufragosi
quo quisque navim cum impulerit
solvitur. facile est enim cum videtur
terra appetentibus quasi tonare
ad terram. Sed alii videtur terra
in monte. et saxa latent submon-
te. et cum quisque conatur in monte

incidit in saxa et non ibi invenit
portum sed planctum. Sic sunt quidam
montes et magni apparuerunt inter
homines et fecerunt hereses et sci-
smata / et diviserunt eciam dei -
isti qui diviserunt eciam dei. non
erant illi montes de quibus dictum
est suscipiant montes pacem populo
tuo. Quomodo enim pacem susceperunt.
qui unitatem diviserunt / qui autem
susceperunt pacem nunciandam populo.
contemplati sunt ipsam sapientiam quantum
potuit humanis cordibus contingi
quod nec oculus vidit. nec auris
audivit / nec in cor hominis ascendit.
Si in cor hominis non ascendit. quo-
modo in cor iohannis ascendit. an non erat
homo iohannes. an forte nec in cor
hominis ascendit. sed cor iohannis in
illam ascendit. Quod enim ascendit in
cor hominis de ymo est ad hominem
quo autem ascendit cor hominis.
sursum est ab homine. Etiam sic
fratres dici potest. quia si ascendit in
cor iohannis. si aliquo modo potest in tan-
tum ascendit. in cor iohannis inqua-
ntum ipse iohannes non erat homo. quid
est. non erat homo. inquantum ce-
perat esse angelus. quia omnes sancti
angeli sunt qui nunciatores sunt
dei. ideo carnalibus et animalibus non
valentibus percipere que sunt dei. quid
ait apostolus. Ego sum pauli. ego
apollo. nonne homines estis. Quid
eos volebat facere. quibus exprobra-
bant. quia homines erant. vultis
nosse. quid eos facere volebat.
audi in psalmis. Ego dixi dii
estis. et filii excelsi omnes. Ergo
ad hoc nos vocat deus ne simus
homines sed tunc in melius. non
erimus homines si prius nos homines

esse agnoscamus. id est ut ad illam celsi-
tudinem. ab humilitate surgamus ne
cum premamus nos esse aliquid cum
nichil simus. Non solum non acci-
piamus quod non sumus. sed et agnos-
camus quod sumus. Ergo fratres et de
hiis montibus et iohannes erat qui dixit.
In principio erat verbum / susceperat pacem
mons iste contemplabatur divinita-
tem verbi dei. Qualis iste mons
erat / quam excelsus transcenderat.
omnia cacumina terrarum transcenderat
omnes campos aeris transcenderat
omnes altitudines siderum transcen-
derat omnes choros et legiones
angelorum. nisi enim transcenderet
ista omnia que creata sunt. non perve-
niret ad eum per quem facta sunt
omnia. non potestis cogitare quid
transcenderet. nisi videatis quo per-
venit. Queritis de celo et terra / fac-
ta sunt omnia. Queritis de hiis que sunt
in celo et in terra / utique multo magis
et ipsa facta sunt. Queritis de spi-
ritualibus creaturis de angelis archan-
gelis sedibus dominacionibus / virtutibus
principatibus et ipsa facta sunt. Na-
m cum enumeravit hec omnia propheta con-
texuit. Sic ipse dixit. et facta sunt.
ipse mandavit et creata sunt. Si
dixit / et facta sunt. per verbum facta
sunt. Si autem per verbum facta sunt
non potuit iohannis cor pervenire
ad id quod ait. In principio erat ver-
bum. et verbum erat apud deum.
et deus erat verbum. nisi transcen-
disset omnia / que facta sunt per ver-
bum. Qualis ergo mons iste /
quam sanctus / quam altus / inter
illos montes qui susceperunt pa-
cem populo dei / ut posset colles suscipe-

iustitiam. videte ergo fratres ne forte
de ipsis montibus est iohannes. de qui
bus paulo ante cantauimus leuaui
oculos meos in montes unde veniat
auxilium michi. Ergo fratres si vol
tis intelligere leuate oculos vestros
in istum montem .i. erigite vos
ad euangelium erigite ad eius sensum
Sed quia montes isti pacem susci
piunt non possunt autem illi in pace
qui spem ponunt in homine. nolite sic
erigere in montes oculos ut putetis
in homine spem vestram esse collocan
dam. Sed sic dicite. leuaui oculos
meos in montes unde veniat au
xilium michi ut statim subiunga
tis. Auxilium meum a domino qui
fecit celum et terram. Ergo le
uemus oculos in montes unde veniet
auxilium nobis et tamen non ipsi
montes sunt in quibus spes nostra
ponenda est. oculos nostros cum
leuamus ad scripturas quia per
homines ministrate sunt scripture
leuamus oculos nostros ad mon
tes unde veniet auxilium nobis
Sed tamen quia ipsi homines qui scrip
serunt scripturis non de se luce
bant. sed ille erat lumen verum
qui illuminat omnem hominem veni
entem in hunc mundum. Mons erat
et ille iohannes baptista qui dixit
non sum ego christus. ne quisquam
in montem spem ponens caderet
ab illo qui montes illustrat. Et
ipse confessus ait. Nam de plenitu
dine eius omnes accepimus.
ita debemus dicere leuaui oculos
meos in montes unde veniet
auxilium michi. ne auxilium
quod tibi venit montibus imputes
sed sequaris et dicas. Auxilium
meum a domino qui fecit celum et terram.
Ergo fratres ad hoc ista monuerim ut
quando erexistis cor ad scripturas cum so
naret euangelium In principio erat verbum et
verbum erat apud deum etc. et cetera que lecta
sunt intelligeretis non leuasse oculos
ad montes. nisi montes ista dicerent
unde omnino cogitaretis non inuenire
tis. Ergo de montibus venit nobis
auxilium ut hec vel audiretis sed
non dum intelligitis quod audistis. Inuo
cate auxilium qui fecit celum et
terram. quia montes sic potuerunt
loqui ut non possint ipsi illuminare
quia et ipsi illuminati sunt audiendo. In
de qui hec dixit accepit. Iohannes ille frater
qui discumbebat supra pectus domini
et de pectore domini bibebat quod nobis
propinaret. Sed propinauit verba. intelligentiam
autem inde debes accipere unde et ipse
bibebat. qui tibi propinauit. ut le
ues oculos in montes unde veniet
auxilium tibi ut inde tamquam
calicem et verbum propinatum accipias
et tamen quia auxilium tuum a
domino qui fecit celum et terram qui
impleuit pectus unde impleuit ille
unde dixisti auxilium meum a domino
qui fecit celum et terram. Ipse
impleat ergo fratres. hoc dixi. leuet
unusquisque cor suum quo illud vi
det idoneum et capiat quod dicatur.
Sed forte hoc dicitis quia sum pre
dicator vobis quam deus. Absit.
multo est ille predicator. Nam ego
oculis vestris appareo ille conscien
tijs vestris presidet. Ad me aures ad
illum cor. ut utrumque impleatis
Ecce oculos vestros et sursum istos
corporis leuatis ad nos. nec ad nos
non enim nos illis montibus. sed ad
ipsum euangelium ad ipsum euangelistam cor autem
implendum ad deum. Ut unusquisque sic

lucet ut videat quid lucet, et quo
lucet. Quid dixi. Quid dixi. Quid
lucet. et quo lucet. Quale cor
lucet videat. Anima ad deum levat
ne sarcinam voluptatis carnalis pre-
gravatam ante cadat, quam sub-
levatam. Sed videt se quos gestare
omnis carnis. Et operam pro constanciam
ut purget quod lucet ad deum. Beati
enim mundo corde, quia ipsi deum vide-
bunt. Nam ecce quid prodest, quia
sonuerunt verba. In principio erat ver-
bum, et verbum erat apud deum et
deus erat verbum. Et nos diximus
verba cum loquimur. Numquam
tale verbum erat apud deum. Nonne
ea que diximus sonuerunt. atque tran-
sierunt ergo verbum dei sonuit.
et transactum est. Quomodo omnia per ipsum
facta sunt, et sine ipso factum est
nichil. Quomodo per illud regitur, quod per
illud creatum est, si sonuit et
transiit. Quale ergo verbum quod dicitur
et non transit. Intendat caritas
vestra magna res est. Cotidie dictis
verba viluerunt nobis, quia so-
nando verba, et transeundo viluerunt.
et nichil aliud videntur quam
verba. Est verbum et in ipso homine.
quod manet intus. Nam sonus pro-
cedit ex ore. Est verbum quod vere spiri-
taliter dicitur illud quod intelligis de so-
no non ipse sonus. Ecce verbum dico
cum dico deus. quam breve est quod
dixi, quatuor litteras et sillabas duas.
Numquid nam hoc totum est.
deus quatuor littere. et sillabe due.
An quantum hoc vile est, tantum
carum est quod in eis intelligitur. Quid
factum est in corde tuo. cum dice-
res deus. magna et summa quedam
substancia cogitata est. que trans-
cendit omnem mutabilem creatu-
ram carnalem et animalem. et si
dicam tibi deus mutabilis est

an incommutabilis respondebis statim ab-
sit. ut ego credam aut senciam commu-
tabilem deum incommutabilis est. Ani-
ma tua, quamvis parva. quamvis forte ad-
huc forte carnalis, non michi potuit
respondere, nisi incommutabilem deum.
Omnis autem creatura mutabilis
quomodo potuisti scintillare in illud quod
est super omnem creaturam, ut certus
michi responderes incommutabilem deum
Quid est ergo illud in corde tuo.
quando cogitas quandam substanciam.
vivam perpetuam omnipotentem infini-
tam ubique presentem. ubique totam nus-
quam inclusam, quando ista cogitas
hoc est verbum de deo in corde tuo.
Numquam autem hoc est sonus
ille, qui quatuor litteris constat.
et duabus sillabis. Ergo que dicuntur di-
cuntur et transeunt soni sunt. littere
sunt. sillabe sunt. Hoc verbum sonat
et transit. Quod autem significavit
sonus et in cogitante est, qui dixit
et in intelligente qui audivit. manet
hec transeuntibus sonis. Refer animum
ad illud verbum. Si tu potes habere
verbum in corde tuo tamquam con-
silium natum in mente tua, ut mens
tua pariat consilium. et ut sit con-
silium quasi proles mentis tue, quasi
filius cordis tui. Prius enim generat
cor consilium, ut aliquam fabricam
constituas, construas aliquid am-
plum in terra moliaris, iam natum
est consilium et opus nondum.
impletum est. et vides tu quid fac-
turus es. Sed alius non miratur.
nisi cum feceris et construxeris mo-
lem et fabricam illam ad expolicionem.
perfectionemque perduxeris. Attendunt homines
mirabilem fabricam et mirantur
consilium fabricantis, stupent quod
vident et amant. quod non vident
quis est. qui potest videre consilium.

Si ergo ex magna aliqua laudatur
fabrica humanum consilium, vis videre
quale consilium dei domini ihesu christi
i. verbum dei. Attende fabricam istam
mundi. vide que sunt facta per verbum.
et tunc cognosces quale sit verbum
Attende hec duo mundi corpora. celum
et terram. quis explicat verbis fe
cunditatem terre. Quis digne collau
dat seminum vim. Quis digne collau
dat. quam vices videtis que taceam
ne diu commemorando parum dicam.
forte quam potestis cogitare. fabrica
ergo ista animadverte quale verbum est
per quod facta est et non solum facta est
omnia enim ista videntur que parent
ad sensum corporis per illud verbum et an
geli et archangeli facti sunt potestates
sedes dominationes principatus per illud verbum
facta sunt omnia. Hinc cogitate quale
verbum factum est. Fundet michi for
te modo nescio quis. et quis hoc verbum
cogitat. Noli ergo tibi quasi vile a
liquid facere cum audis verbum. et
conicere verba que audis cottidie. ille
talia verba dixit / talia verba locutus
est. talia michi verba narras / assidue
enim dicendo nomina verborum quasi
verba viluerunt. Et quando audis
in principio erat verbum / ne vile ali
quid putares / quale consuevisti co
gitare. cum verba humana soleres
audire. audi quid cogites deus erat
verbum. Exeat nunc / nescio quis
infidelis arrianus. et dicat. quia v
erbum dei factum est. Qua racio potest fieri
ut verbum dei factum sit. cum deus per
verbum fecit omnia. Si et verbum ipsum
factum est per quod aliud verbum fac
tum est. Si hoc dicis. quia est ver
bum verbi per quod factum est illud
ipsum. dico ego unicum filium dei / si
autem non dicis verbum verbi. concede
de non factum per quod facta sunt.

omnia. Crede ergo evangeliste poterat enim
dicere In principio fecit deus verbum.
quomodo dixit moyses In principio fecit deus
celum et terram et omnia sic enumerat
dixit deus fiat et factum est. Si di
xit quis dixit utique deus. et quid
factum est. creatura aliqua. inter
dicentem deum. et factam creatu
ram. quid est per quod factum est.
nisi verbum quia dixit deus fiat et
factum est. Hoc verbum incommutabile
est. quamvis mutabilia per ipsum fiant.
ipsum incommutabile est. noli ergo
credere factum per quod facta sunt
omnia. ne non reficiaris per verbum per quod
reficiuntur omnia. Iam enim factus
es per verbum. sed oportet te refici per verbum.
Si autem mala fuit fides tua de
verbo non poteris refici per verbum. Et
si tibi contingerit fieri per verbum ut
per illud factus sis. per te deficias. si per te
deficis. ille te reficiat qui te fecit
Si per te deterior effectus es. ille te re
creet qui te creavit. Quo autem te
recreet per verbum si male aliquid sen
tias de verbo. Evangelista dicit In principio
erat verbum et tu dicis In principio
factum est verbum. Ille dicit omnia
per ipsum facta sunt. et tu dicis. quia et
per ipsum verbum factum est. Poterat
dicere evangelista In principio factum est
verbum. Sed quid ait. In principio erat
verbum. Si erat non est factum
ut ista omnia per ipsum fierent. et
sine ipso nichil. Si ergo erat in
principio verbum. et verbum erat apud
deum. et deus erat verbum.
Si non potes cogitare quid sit
differ / ut crescas. Ille cibus est
accipe lac. ut nutriaris ut sis
validus. ad capiendum cibum

Hanc fratres quod sequitur. Omnia per ipsum facta sunt. et sine ipso factum est nichil. Videte ne sic cogitetis. quia nichil aliquid est. Solent enim multi male intelligentes. sine ipso factum est nichil. putare aliquid esse nichil. Peccatum quidem non per ipsum factum est et manifestum est quia peccatum nichil est. et nichil fiunt homines cum peccant. Et ydolum non est per verbum factum. habet quidem formam quandam humanam. sed ipse homo per verbum factus est. non forma hominis in ydolo non per verbum facta est. Et scriptum est. Scimus quia ydolum est nichil. ergo ista non sunt facta per verbum. Sed quecumque sunt naturaliter facta quecumque sunt in creatura omnia omnino que fixa in celo sunt. que fulgurant desuper que volitant sub celo. et que mouentur in vniuersa creatura verum omnis omnino creatura dicam planius dicam fratres ut intelligatis ab angelo usque ad vermiculum. Quid preclarius angelo in creaturis. quid extremius vermiculo in creaturis. Per quem factus est angelus per ipsum factus est et vermiculus. Sed angelus dignus est celo. vermiculus terra. Qui creauit ipse disposuit. Si poneret vermiculum in celo reprehenderes. Si vellet angelum nasci de putrescentibus carnibus reprehenderes. Et tamen prope hoc fecit deus et non est reprehendendus. Nam omnes de carne nascentes quid sunt nisi vermes et de

6 vermibus angelos facit. Si enim ipse dominus dicit. Ego autem sum vermis et non homo. Quis dubitat hoc dicere quod scriptum est in Job. Quanto magis homo putredo. et filius hominis vermis. Primum dixit homo putredo. et postea filius hominis vermis. quia vermis de putredine nascitur. ideo homo putredo et filius hominis vermis. Ecce quid fieri voluit propter te ille qui In principio erat verbum. et verbum erat apud deum et deus erat verbum. Quare hoc factum est propter te. Ut sugeres qui manducare non poteras. Omnino ergo fratres sic accipite. Omnia per ipsum facta sunt. et sine ipso factum est nichil. Vniuersa enim creatura per ipsum facta est. maior minor per ipsum facta sunt superiora inferiora spiritualia corporalia per ipsum facta sunt. Nulla enim forma nulla compages nulla concordia partium. Nulla qualiscumque substantia que potest habere pondus numerum mensuram facta est nisi per illud verbum et ab illo creatore verbo cui dictum est. Omnia in mensura et numero et pondere disposuisti. Nemo ergo nos fallat. cum forte tedium patimur a muscis. Et enim quidam illusi sunt a dyabolo et a muscis capti sunt. Solent enim aucupes ponere in muscipulam muscas. ut esurientes aves decipiant. Sic et isti a muscis a dyabolo decepti sunt. Nam nescio quis tedio a muscis patiebatur. a muscis. Inuenit illum manicheus tedio affectum et cum diceret se non posse pati muscas et odisse eas vehementer. statim ille. quis fecit has. et quia tedio affectus erat et oderat illas. non ausus est dicere. deus illas fecit. erat autem katholicus. Ille statim subiecit. Si deus illas non fecit quis eas fecit. plane ille ait.

Ego credo quod deus fecit muscas. Et ille statim: Si muscam deus fecit, sicut te video confiteri, quia prudenter intelligis, apem quis fecit, que paulo amplior est musca? Non ausus est ille dicere quia apem deus fecit, et muscam non fecit, quia res erat proxima. Ab ape duxit ad locustam, a locusta ad lacertam, a lacerta ad avem, ab ave duxit ad pecus, inde ad bovem, inde ad elephantem, postremo ad hominem, et persuasit homini quia non a deo factus esset homo. Ita ille miser cum tedium passus est a muscis, musca factus est quem diabolus possideret. Beelzebub quippe interpretari dicitur princeps muscarum, de quibus scriptum est: Musce morituro exterminant oleum suavitatis. Quid ergo fratres? Quare ista dixi? Claudite aures cordis vestri adversus dolos inimici. Intelligite quia deus fecit omnia, in gradibus suis collocavit. Quare autem patimur multa mala a creatura quam fecit deus? Quia offendimus deum. Numquid hec angeli patiuntur? Fortassis et nos in illa vita ista non timebimus. De pena tua peccatum tuum accusa, non iudicem. Nam propter superbiam instituit deus ut ista creatura minima et abiectissima ipsa nos torqueret, ut cum superbus esset homo et se iactavit adversus deum, et cum sit mortalis mortalem terreret, et cum sit homo proximum suum non agnoverit, cum se erexerit pulicibus subdatur. Quid est quod te inflas humana superbia? Homo tibi dixit convicium et tumuisti et iratus es; pulicibus resiste ut dormias; agnosce homo quis sis. Nam ut noveritis fratres propter superbiam nostram domandam creata ista sunt que molesta nobis essent, propter superbum pharaonem potuit deus domare de ursis, de leonibus, de serpentibus; deus muscas et ranas illis immisit, ut de rebus vilissimis superbia domaretur. Omnia ergo fratres, omnino omnia per ipsum facta sunt. Et sine ipso factum est nichil. Sed quomodo per ipsum facta sunt omnia? Quod factum est in illo vita est. Ergo totum vita est, si sic pronunciaverimus. Quid enim non in illo factum est? Ipse est enim sapientia dei, et dicitur in psalmo: Omnia in sapientia fecisti. Si ergo est christus sapientia dei, et psalmus dicit: Omnia in sapientia fecisti, omnia sic per illum facta, ita in illo facta sunt. Si ergo omnia in illo fratres, et quod in illo factum est vita est, ergo et terra vita est, ergo et lignum vita est. Dicimus quidem et lignum vitam, sed secundum intellectum ligni crucis unde accepimus et vitam. Ergo et lapis vita est. Inhonestum est sic intelligere, ne iterum nobis surrepat illa sordidissima secta manicheorum, et dicat quia habet vitam lapis, habet animam et paries, et resticula habet animam, et lana et paries et vestis. Solent enim deliratores dicere, et cum repressi fuerint et repulsi, quasi de scripturis proferunt dicentes: Ut quid dictum est Quod factum est in illo vita est? Si enim omnia in ipso facta sunt, omnia vita sunt. Non te inducant. Pronuncia sic: Quod factum est. Hic distingue. et

et deinde inferre. in illo vita est. ergo
et facta est terra. sed ipsa terra
que facta est. non est vita. est autem
in ipsa sapientia spiritualiter ratio quedam
qua facta est hec vita est. Quomodo possum
dicam karitati vestre. faber facit
archam. primo in arte habet archam.
si enim archam in arte non haberet.
unde illam fabricando proferret. Sed
archa sic est in arte. ut non ipsa ar-
cha sit que videtur oculis. in arte in-
visibiliter est. in opere visibiliter erit.
Ecce facta est in opere. numquid de-
stitit esse in arte. et illa in opere est
facta. et illa manet. que in arte est.
Nam potest illa archa putrescere. et
iterum ex illa que est in arte alia
fabricari. Attendite ergo archam
in arte et archam in opere. archa in
opere non est vita. archa in arte
vita est. quia vivit anima artificis
ubi sunt omnia ista. antequam proferan-
tur. Sic ergo fratres karissimi quia sa-
pientia dei per quam facta sunt omnia secundum
artem continet omnia. antequam
fabricet omnia. hec que fiunt per ip-
sam artem non continuo vita sunt.
Sed quidquid factum est vita est
in illo. terram vides est in arte terra.
celum vides in arte est celum. solem
et lunam vides sunt ista in arte. sed
foris corpora sunt. in arte vita sunt.
videte si quo potestis. magna enim
res dicta est. et si non a me magno
aut per me magnum. tamen a magno. non
enim a me parvulo dicta sunt hec. sed ille
non est parvulus ad quem respicio.
ut dicam. capiat quisque ut potest in
quantum potest. et qui non potest
nutriat cor ut possit. unde nutri-
at. de lacte nutriat. ut ad cibum
perveniat a christo per carnem nato

non recedat donec perveniat ad unum
ab uno patre natum verbum deum
apud deum per quod facta sunt omnia.
quia illa vita est. que in illo est
lux hominum. hoc enim sequitur. Et
vita erat lux hominum. et ex ipsa vi-
ta homines illuminantur. pecora non
illuminantur. quia pecora non habent
rationabiles mentes que possint
videre sapientiam. Ergo illa vita per quam
facta sunt omnia ipsa vita lux est.
et non quorumcumque animalium.
sed lux hominum. unde paulo post dicit.
Erat lux vera que illuminat omnem
hominem venientem in hunc mundum.
Ab ista luce illuminatus est iohannes
baptista. et ab ista et ipse iohannes
evangelista. ipsa luce plenus erat qui
dixit. Non sum ego christus. sed qui
post me venit. cuius ego non sum
dignus corrigiam calciamenti solvere.
Ab ipsa luce illuminatus erat. qui dixit.
In principio erat verbum. Ergo illa vita
lux est hominum. Sed forte adhuc stul-
ta corda capere istam lucem non possunt.
quia peccatis suis aggravantur.
ut eam videre non possint. ideo co-
gitent quasi absentem esse lucem.
quia eam videre non possunt. Ipsi enim
propter peccata sua tenebre sunt. Et
lux lucet in tenebris et tenebre
eam non comprehenderunt. Ergo
fratres quomodo homo positus in sole
cecus presens est illi sol. Sed ipse soli
absens est. Sic omnis stultus omnis
iniquus omnis impius cecus est cor-
de. sed presens est sapientia. Sed cum ce-
cus presens est. oculis eius absens
est. non quia ipsa illi absens est.
sed quia ipse absens est ab illa.
Quid ergo faciat iste. mundet unde

posset videri deus. Nunc si propterea videre non posset. quia sordidos et sauciatos oculos haberet. irruente pulvere aut festuca. vel fumo diceret illi medicus. purga de oculo tuo quicquid mali est. ut posses videre lucem oculorum tuorum. pulveris festuca. fumus peccata et iniquitates sunt. Tolle ibi ista omnia et videbis sapientiam que presens est. quia deus est ipsa sapientia. et dictum est beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt.

Sequitur. Fuit homo missus a deo cui nomen erat iohannes. Etenim ea que dicta sunt superius. karissimi de divinitate christi dicta sunt ineffabili et [illegible]. Unde enim cepit. In principio erat verbum et verbum erat apud deum etc. Et ne vilescat tibi nomen verbi per consuetudinem cottidianorum verborum et deus erat verbum. Hoc verbum ipsum. et unde iam multa locuti sumus. et presentet deus. ut tanta loquendo. aliquid ad corda vestra perveniremus. In principio erat verbum. ipsum est. eodem modo est. sicut est semper sic est mutari non potest. hoc est est. quod nomen suum dixit famulo suo moysi. Ego sum qui sum. et qui est misit me. Quis ergo capiat cum videatis omnia mortalia mutabilia. cum videatis non solum corpora variari per qualitates nascendo crescendo deficiendo moriendo. Sed etiam ipsas animas propter affectum diversarum voluntatum distendi atque discindi. cum videatis homines et percipere posse sapientiam si se illius luci et calori admoverint. et amittere posse sapientiam. si inde malo affectu recesserint. Cum videatis ergo ista omnia esse mutabilia. quid est quod est. nisi quod transcendit omnia

que sic sunt et non sunt. Quis ergo hoc capiat. aut quis quomodolibet intenderit vires mentis sue ut attingat. quod potest id quod est. ut cum id utcumque mente attigerit possit pervenire. sic et est enim tamquam videat quisque de longe patriam. et mare interiaceat. videt quo eat. sed non habet qua eat. Sic ad illam stabilitatem nostram. ubi quod est. quia hoc solum semper sic est. ut est. volumus pervenire. interiacet mare huius seculi qua imus. et si iam videmus quo imus. nam multi nec quo eant vident. Ut ergo esset qua iremus. venit inde ad quem ire volebamus. et quid fecit. instituit lignum quo mare transeamus. nemo enim potest transire mare huius seculi. nisi cruce christi portatus. Hanc crucem aliqui amplectitur. aliquando et infirmus oculis. et qui non videt longe quo eat. non ab illa recedat. et ipsa illum perducet. Itaque fratres mei hoc insinuaverim caritati vestre. Si vultis pie et christiane vivere. herete christo secundum id quod pro nobis factus est. ut perveniatis ad eum secundum id quod est. et secundum id quod erat. accessit. ut pro nobis fieret hoc. quia hoc pro nobis factus est. supportantur infirmi et mare seculi transeant. et perveniant ad patriam ubi iam navi opus non est. quia nullum mare transitur. Melius est ergo non videre mente id quod est. et tamen a cruce christi non recedere. quam videre illud mente et crucem christi contempnere. Bonum est super hoc et optimum si fieri

potest. ut et videatur quo eundum sit
et teneatur quo feratur. qui potuerunt
hoc potuerunt montes magni
montium qui montes dicti sunt
quos maxime illustrat lumen
iustitie. potuerunt et viderunt illud
quod est. Nam videns Iohannes di-
cebat. In principio erat verbum et verbum
erat apud deum et deus erat verbum.
Viderunt hoc et ut pervenirent ad
id quod videbant de longe a
cruce christi non recesserunt. et humi-
litatem christi non contempserunt. parvu-
li vero qui hoc non possunt intelligere
non recedentes a cruce et passione
et resurrectione christi. in ipsa namque
pervenerunt et illi qui vident. Ve-
nerunt quidam philosophi huius mundi et
tierunt et inquisierunt creatorem
per creaturam quia potest inveniri in-
veniri per creaturam evidenter dicen-
te apostolo. Invisibilia enim eius a con-
stitutione mundi per ea que facta sunt
intellecta conspiciuntur. sempiterna quoque
virtus eius et divinitas ut sint inex-
cusabiles. et sequitur. Quia cum
cognovissent deum. non dixit quia non
cognoverunt. sed quia cum cogno-
vissent deum. non sicut glorificaverunt
deum glorificaverunt aut gratias ege-
runt. sed evanuerunt in cogitati-
onibus suis. et obscuratum est
insipiens cor eorum. Unde obscu-
ratum est. dicentes enim se esse sa-
pientes stulti facti sunt. Vide-
runt quo veniendum esset. sed ingrati
ei qui illis prestitit quod viderunt. sibi
voluerunt tribuere quod videbant
et facti superbi amiserunt quod vide-
bant. et conversi sunt inde ad simulacra
et ad cultus demoniorum. ado-
rare creaturam et contempnere crea-
torem. Sed iam isti elisi sic fecerunt
ut autem eliderentur superbierunt.
Cum autem superbirent. sapientes
se esse dixerunt. Hii ergo de quibus dixit.
Qui cum cognovissent deum. vide-
runt hoc quod dicit Iohannes. quia per
verbum dei facta sunt omnia. Nam in-
veniuntur ista in libris philosophorum.
Et quia unigenitum filium habet deus
per quem facta sunt omnia. Illud potue-
runt videre quod est. sed viderunt
de longe. noluerunt tenere humilitatem
christi. in qua navi securi pervenirent
ad id quod longe videre potuerunt
et sorduit eis crux christi. mare transeundum
est et lignum contempnis. O sapientia
superba irrides christum crucifixum ipse
est. quem longe vidisti. In principio erat
verbum. et verbum erat apud deum.
Sed quare crucifixus est. quia lignum
tibi humilitatis eius necessarium erat
superbia enim tumueras. et longe ab
illa patria proiectus eras. et fluctibus
huius seculi interrupta est via. et qua
transeatur ad patriam non est. nisi
ligno porteris. Ingrate irri-
des eum. qui ad te venit ut redeas.
Ipse factus est via et per hoc mare
inde in mari ambulavit. ut ostenderet
in mari viam. Sed tu qui quomodo ipse ambula-
re in mari non potes. navi portare
ligno portare. crede in crucifixum.
et poteris pervenire. propter te crucifi-
xus est. ut humilitatem doceret. Et
quia si sic veniret ut deus veniret
eis qui videre deum non poterant.
non enim secundum id quod deus est aut venit
aut discedit. cum sit ubique presens
et nullo loco contineatur. sed secundum id
quod venit. quod apparuit homo. Quia
ergo sic erat homo ut lateret in
illo deus missus est ante illum mag-
nus homo. per cuius testimonium inveniretur

plus quam homo. Et quomodo hic fuit
homo et quid possit ipse verum de deo
dicere missus a deo. Quid vocatur?
Erat nomen erat iohannes. Quare venit?
ut testimonium perhiberet de lumine. magnum
aliquid iste iohannes ingens meritum
magna gratia. magna celsitudo. mira
re plane mirare sed tamquam montem
montis autem in tenebris est. nisi ire
diatur luce ergo tantum mirare io
hannem. ut audias quod sequitur. non
erat ille lumen. ne cum montem pu
tas lumen esse naufragium in mon
tem facias non solacium invenias.
Sed quid debes mirari montem tamquam
quam montem. erige ante te ad
illum qui illuminat montes. qui ideo ad
hoc erectus est ut prior radiatus.
excipiet et oculis tuis nunciet. Ergo
nec erat ille lumen. quare ergo venit
sed ut testimonium perhiberet de lumine. ut
quia hoc. ut omnes crederent per illum.
et de quo lumine testimonium perhiberet.
Erat lux vera. // Quare additum
est lux vera. Quia et homo illuminatus
dicitur lux. Sed vera lux est illa que
illuminat omnem hominem venientem in
hunc mundum. quia et homo illuminatus
dicitur lux. sed vera lux est illa que illu
minat ~~omnem hominem venientem~~
~~in hunc mundum~~ Nam et oculi nostri
dicuntur lumina et tamen aut nocte
lucerna accendatur. aut per diem sol
exeat. lumina ista sine causa patent.
Sic ergo et iohannes erat lux. sed non
vera lux. quia non illuminatus tene
bre erant. Sed illuminatione factus
est lux. nisi autem illuminaretur tene
bre erat. sicut omnes impii. quibus iam
credentibus dixit apostolus. Fuistis enim
aliquando tenebre. Modo autem quia
crediderunt. quid nunc autem. inquit
lux in domino. nisi adderet domino non
intelligeremus. lux inquit in domino.
tenebre in domino eratis/ fuistis

enim aliquando tenebre. Ubi non addit
in domino. ergo tenebre in nobis. et
lux in domino. Sic et ille non erat lux.
sed ut testimonium perhiberet de lumine. Ubi
autem est ipsa lux. erat lux vera
que illuminat omnem hominem venientem
in hunc mundum. Si omnem hominem
venientem et ipsum iohannem. ipsum ergo il
luminabat. a quo se demonstrare volebat.
Intelligat karitas vestra. Veniebat
ad mentes infirmas ad corda sau
cia ad aciem anime lippientis. et ad hoc
venerat et unde posset anima videre
quod perfecte est. Quomodo plerumque fit ut
in ~~ligno~~ aliquo corpore radiato cognos
catur. ortus esse sol. quem oculis videre
non possimus. quia et qui saucios
habent oculos ydonei sunt videre parietem
illuminatum et illustratum a sole vel
montem vel arborem vel aliquid huius
modi ydonei sunt videre. et in alio
illustrato demonstratur illis. ortus ille
cui videndo adhuc minus ydoneam
aciem gerunt. Sic ergo illi omnes
ad quos venit christus. minus ydonei e
rant eum videre. Radiavit iohannem
et per illum confitentem a se irradiatum
a se illuminatum esse. non qui radiaret
et illuminaret. cognitus est ille qui
illuminaret. cognitus est ille qui illuminat
cognitus est qui illustrat. cognitus
est qui implet. et quis est qui illu
minat inquit. omnem hominem venien
tem in hunc mundum. Nam si illinc non
recederent. non esset illuminandus.
Sed ideo hic illuminandus quia illinc re
cessit. Ubi homo semper poterat esse
illuminatus. Quid ergo si venit huc.
ubi erat in hoc mundo. et hic erat
et huc venit. hic erat per divinitatem
huc venit per carnem. Quia cum hic
esset per divinitatem. a stultis a cecis.
et iniquis videri non poterat. Ipsi

iniqui tenebre sunt. de quibus dictum
est lux lucet in tenebris et tenebre
eam non comprehenderunt. Ecce hic
et modo est. et qui erat. et pre-
sens est. et numquam recedit. et num-
quam recedit. opus est ut habeas
unde redeas quod tibi numquam recedit.
opus est ut numquam recedas ab eo
qui numquam recedit. opus est ut
tu non deseras et non desereris. Noli
cadere et non tibi occidet. Si tu
feceris casum ille tibi occasum faciet.
Si autem tu stas presens est tibi. si non
stetisti. Recordare unde cecideris. unde
te eiecit qui prior te cecidit. deiecit
te non impulsu sed voluntate tua.
Si enim malo non consentires stares
illuminatus maneres. Modo autem quia
iam cecidisti et factus es saucius cor-
de unde videri lux potest. venit ad te
talis. qualem posses videre. et talem
hominem se prebuit. ut ab homine quereret
testimonium. ab homine querit testimonium deus
et deus testem habet hominem. habet deus te-
stem hominem. Sed propter hominem nam
infirmi sumus. per lucernam querimus diem.
quia lucerna dictus est iohannes. domino
dicente. Ille lucerna erat ardens et
lucens. et vos voluistis ad horam ex-
ultare in luce eius. Ego autem habeo
testimonium maius. Iohannes ergo ostendit
quia propter homines voluit. per lucernam
deveniri ad fidem credentium ut per ipsam
lucernam. inimici confunderentur. Illi
et inimici qui eum temptabant et dice-
bant. dic nobis in qua potestate hec
facis. Interrogo vos unum. et ego
unum sermonem. dicite michi. baptismus
iohannis unde erat. de celo. an ex hominibus
et turbati sunt. Et dixerunt ad semetipsos
Si dixerimus de celo dicturus est nobis.
quare ergo non credidistis illi. quia
ille testimonium perhibuerat de christo. et

dixerat non sum ego christus sed ille
perhibuerat. Si autem ex hominibus dix-
erimus. timemus populum ne lapidet
tamquam nos. quia tamquam prophetam
habebant iohannem. timentes lapidationem
sed plus timentes veritatis confessi-
onem. miserunt mendacium veritati. et
mentita est iniquitas sibi. Dixerunt
enim nescimus. et dominus quia ipsi contra se
clauserant negando se scire quod no-
verant. nec ipse illis aperuit. quia
non pulsaverunt. dictum est pulsate
et aperietur vobis. Non solum autem
illi non pulsaverunt. ut aperiretur. sed
negando hostium ipsum contra se obstru-
xerunt. Et ait illis dominus. Nec ego dico
vobis in qua potestate hec facio. et
confusi sunt per iohannem. Impletumque in illis
est. Paravi lucernam christo meo. inimicos
eius induam confusione. In mundo
erat. et mundus per ipsum factus est. Ne
putetis quia sic erat in mundo. i. in
terra in mundo est celum. in mundo
est sol et luna et stelle in mundo ar-
bores pecora homines. Non sic iste
in mundo erat. sed quomodo erat. Quomodo
artifex regens quod fecit. Non enim
sic fecit. quomodo faber facit. forinsecus
est archa quam facit. et illa in alio
loco est posita cum fabricatur. Et quam-
vis iuxta sit tamen ipse in alio loco sedet
qui fabricat. et extrinsecus est ad
illud quod fabricat. deus autem infusus
mundo fabricat ubique positus fabri-
cat et non recedit. aliquo non extrin-
secus quasi versat molem quam
fabricat. presentia maiestatis facit
presentia gubernat quod fecit. Sic ergo
erat in mundo. quomodo per quem factus est
mundus per ipsum enim factus est mundus.
Et mundus eum non cognovit.
Quid est mundus factus per ipsum? ce-
lum terra mare. et omnia que in
eis sunt. Mundus dicitur iterum alia sig-

dilectores mundi dicuntur. mundus
per ipsum factus est. et mundus eum non
cognouit. Non enim celi cognouerunt
creatorem suum aut non cognouerunt
creatorem suum. sidera quem confite
tur demonia omnia. ubique testimonia
perhibuerunt. Sed qui non cognouerunt
qui amando mundum dicti sunt mundus.
amando enim mundum habitamus corde
in mundo. amando autem hoc appella
ri meruerunt ubi habitabant.
Quomodo enim cum dicimus mala est illa
domus quam dicimus malam parietes
accusamus aut laudamus in illa qua
dicimus bonam parietes laudamus.
sed malam domum inhabitantes ma
los et bonam domum inhabitantes
bonos sic et mundum qui inhabitant ama
do mundum qui sic [illegible] diligunt mundum
ipsi enim corde habitant in mundo. nam
qui non diligunt mundum. carne quidem
versantur in mundo. sed corde inhabi
tant celum. sic dicit apostolus nostra
enim conuersacio in celis est. ergo mundus
per eum factus est. et mundus eum
non cognouit. In propria sua venit
quia omnia ista per ipsum facta sunt.
Et sui eum non receperunt. qui sui
homines quos fecit. iudei quos pri
mitus fecit super omnes gentes esse.
quia alie gentes ydola adorabant
et demonibus seruiebant. Ille autem
populus erat natus de semine abraham.
et ipsi maxime sui quia et carnem
quam suscipere dignatus est. cognati.
In propria sua venit. et sui eum non recep
erunt. Si autem omnino nullus recepit
nullus ergo saluus factus est. nemo
enim saluus fiet. nisi qui christum recep
it venientem. Sed addidit. Quot
autem receperunt eum quid eis pre
stitit magnam beniuolenciam magna
miam. unicus natus est et noluit
remanere unus. multi homines
cum filios non habuerint. Pacta

etate adoptant sibi. et uoluntate
faciunt quod natura non potuerit.
hoc faciunt homines. Si autem ha
beat aliquis unicum filium. gaudet
ad illum magis quia solus cuncta
possessurus est. et non habebit qui
cum illo diuidat hereditatem. ut
pauperior remaneat. Non sic deus
unicum eundem ipsum quem genue
rat. et per quem cuncta creauerat
misit in hunc mundum. ut non esset
unus sed fratres haberet. ad optatos. non
enim nos nati sumus de deo quo ille
unigenitus sed adoptati per graciam ipsius.
Ille enim venit unigenitus soluere
peccata quibus peccatis multiplicabamur
ne adoptaret nos propter impedimenta
eorum quos sibi fratres facere volebat.
ipse soluit et fecit coheredes. Sic enim
dicit apostolus. si autem filii et coheredes
des per deum et iterum heredes qui
dem dei coheredes autem christi. non ti
muit ille habere coheredes. quia here
ditas eius non fit angusta. si multi
possiderint. Illi ipsi certe. illo posside
te sunt hereditas et ipse vicissim heredi
tas ipsorum. dominus dixit ad me filius
meus es tu. Ego hodie genui te.
postula a me et dabo tibi gentes
hereditatem tuam. ille quo fit here
ditas eorum dicit dominus. in pars
dominus pars hereditatis mee. et calicis
mei. Et nos illum possideamus et ipse nos
possideat. ipse nos possideat sicut dominus.
nos illum possideamus sicut lucem.
Quid ergo dedit dominus hiis qui re
ceperunt eum. dedit eis potestatem
filios dei fieri. hos qui credunt in
nomine eius et teneant lignum et
mare transeant. Et quo illi nascun
tur quia filii dei sunt. et fratres christi.
utique nascuntur. Nam si non nas
cuntur filii quomodo esse possunt. Sed filii
hominum nascuntur ex carne ex sanguine
et voluntate viri et ex complexu
coniugii. Illi autem quo ei nascuntur.

qui non ex sanguinibus tamquam maris et femine. sanguina non est latinum. Sed quia grece positum est plurale maluit ille qui interpretabatur sic ponere et quasi minus latine loqui secundum grammaticos et tamen explicare veritatem secundum auditum infirmorum. Si enim diceret sanguinem singulari numero non explicaret quod volebat. ex sanguinibus enim homines nascuntur maris et femine. dicamus ergo non timeamus sagittas ferulas grammaticorum dum tamen ad veritatem solidam et certiorem perveniamus. Reprehendit qui intelligit ingratus quia intellexit. non ex sanguinibus. neque ex voluntate carnis. neque ex voluntate viri. carnem pro femina posuit quia de costa cum facta fuisset adam dixit. hoc nunc os ex ossibus meis. et caro de carne mea. et apostolus ait. qui diligit uxorem suam se ipsum diligit. nemo enim umquam carnem suam odio habuit. ponitur ergo caro pro uxore quo aliquando spiritus pro marito. quare quia ille regit hec regitur. ille imperare debet ista servire. Nam ubi caro imperat et spiritus servit. perversa domus est. quid peius domo ubi femina habet imperium super virum suum. Recta autem domus ubi vir imperat et femina obtemperat. Rectus ergo ipse homo ubi spiritus imperat caro autem servit. hii ergo non ex voluntate carnis neque ex voluntate viri sed ex deo nati sunt. Ut autem homines nascerentur ex deo primo ex ipsis natus est christus. christus enim deus et christus natus est ex hominibus non quesivit quidem quesivit quidem nisi matrem in terra quia iam patrem habebat in celo natus ex deo per quem efficeremur et natus ex femina per quem reficeremur. Noli ergo mirari o homo quia efficeris per gratiam filius quia nasceris ex deo secundum verbum eius. prius ipsum verbum nasci ex homine ut tu securus nascereris ex deo et diceres tibi non sine causa deus nasci ex homine voluit nisi quia aliquid me existimavit. ut immortalem me faceret et pro me mortaliter nasceretur. ideo cum dixisset ex deo nati sunt. quasi ne miraremur et exhorreremus tantam gratiam ut nobis non incredibile videretur. quia homines ex deo nati sunt. quasi securum te faciens dixit. Et verbum caro factum est et habitavit in nobis. Quid ergo miraris quia homines ex deo nascuntur. attende ipsum deum natum ex hominibus et verbum caro factum est et habitavit in nobis. quia vero verbum caro factum est et habitavit in nobis ipsa nativitate collirium fecit. unde tergerentur oculi cordis nostri et possemus videre maiestatem eius per eius humilitatem. Ideo factum est verbum caro et habitavit in nobis et sanavit oculos nostros. Et quid sequitur. Et vidimus gloriam eius. gloriam eius nemo posset videre nisi carnis humilitate sanaretur. unde non poteramus videre. Intendat caritas vestra et videte quid dico. Irruerat homini quasi pulvis in oculum de terra et sauciaverat oculum. videre non poterat lucem oculus iste sauciatus inungitur terra sauciatus erat et terra illuc mittitur ut sanetur. Omnia enim collyria et medicamenta nichil sunt nisi de terra de pulvere cecatus

de pulvere sanaris ergo caro te ceca-
verat et caro te sanat. Carnalis enim
anima facta erat consentiendo affecti-
bus carnalibus inde fuerat oculus cor-
dis cecatus. Verbum factum est caro.
Medicus iste fecit tibi collirium. Et
quoniam sic venit ut de carne vicia car-
nis extingueret et de morte occideret
mortem. Ideo factum est in te quo Verbum
caro factum est et habitavit in nobis
et posses dicere. Et vidimus gloriam
eius. Equalem gloriam qualis factus
est filius hominis illa similitudo ipsius
est non gloria ipsius. Sed quo producta
est facies hominis curata ꝑ carnem
vidimus nequit gloriam eius. Gloriam quasi
unigeniti a patre plenum gratia et
veritate. De gratia et veritate alio lo-
co uberius in ipso evangelio si dominus digna-
tus fuerit donare tractabimus. Hoc
nunc sufficiat. Et edificamini in Christo et
confortamini in fide et vigilate in
bonis operibus et a ligno nolite rece-
dere per quod mare possitis transire ad
id. Item Omelia venerabilis Bede
super eodem evangelio et die eodem sequitur.

Oma temporalem mediatoris
dei et hominum hominis Ihesu Christi na-
tivitatem que hodierna die facta
est sanctorum verbis evangeliorum et preconio
Mathei videlicet et Luce manifestatam co-
gnovimus. Libet etiam de verbo id est di-
vinitatis eius eternitate in qua per-
manet semper equalis beati Iohannis
evangeliste dicta scrutari qui singularis
privilegio meruit castitatis ut ce-
teris altius divinitatis ipsius capere
simul et patefacere archana. Neque
enim frustra in cena supra pectus domini
Ihesu recubuisse perhibetur. Sed per hoc
typice docemur. Quia celestis hau-
stum sapientie ceteris excellentius de
sanctissimo eiusdem pectoris fonte po-
taverit. Unde et merito in figuris anima-
lium quatuor volanti aquile com-
paratur. Cunctis quippe avibus aquila cel-
sius volare cunctis animantibus clarius
solis radiis infigere consuevit obtu-
tus. Et ceteri evangeliste in terra ambu-
lant cum domino. qui temporalem eius
generationem pariter et temporalia facta
sufficienter exponentes de divinitate
eius dixerunt. Hic autem quasi ad
celum volat cum domino. qui pauca
de temporalibus eius actibus edisserens
eternam divinitatis eius potentiam
per quam facta sunt omnia sublimius men-
te volando et limpidius speculando co-
gnovit ac nobis cognoscendam scri-
bendo contradidit. Ergo alii evangeliste Christum
ex tempore natum describunt. Iohannes
eundem in principio fuisse testatur dicens.
In principio erat Verbum. Alii enim inter
homines subito apparuisse commemorant
ille ipsum apud Deum semper fuisse de-
clarat dicens. Et Verbum erat apud
Deum. Alii eum verum hominem. ille
verum confirmat ~~hominem~~ Deum
esse dicens. Et Deus erat Verbum.
Alii eum hominem apud homines tem-
poraliter conversatum. ille Deum apud
Deum in principio manentem ostendit di-
cens. Hoc erat in principio apud Deum.
Alii magnalia que in homine gessit
perhibent. ille quod omnem creaturam vi-
sibilem et invisibilem per ipsum pater Deus
fecerit docet. Omnia per ipsum facta sunt
et sine ipso factum est nichil. Et
nunc beatus Iohannes in initio evangelii sui
de divinitate salvatoris et fidem recte
credentium sancte imbuit. Et hereti-
corum perfidiam potenter expugnat.
Fuere namque heretici qui dicerent
Si ergo natus est Christus erat tempus
quando ille non erat. Quos primo ser-
mone redarguit dicens. In principio
erat Verbum. Neque vero ait. In principio
cepit esse Verbum ut videlicet eum
non ex tempore ortum. sed in exortu temporum

coniteri. dicit pater hoc sine ullo temporis initio
de patre natum miraret. iuxta quod
ipse loquitur in proverbiis dominus possedit
me initio viarum suarum antequam
quicquam faceret a principio. i. ab
eterno ordinata sum. Item sunt here-
tici qui tres semper equales personas
esse negantes dicunt. Idem deus
qui vult pater est. quando vult filius est.
quando vult spiritus sanctus est. ipse tamen unus est qua-
rum destruens errorem subiungit
Et verbum erat apud deum. Cum enim
alius apud alium erat. duo sunt per-
fecto. pater et filius et non unus
nec ipse modo pater/ modo filius. modo
etiam spiritus sanctus est cum immutabilis
sit divine substantia nature. cum
apertissime iacobus dicat apostolus. apud
quem non est transmutatio. nec vi-
cissitudinis obumbratio. Item fuere
quidam primi dogmatis auctores.
qui christum tantum hominem confitentes
deum prorsus esse non crederent. quos
consequenter opprimit cum ait. Et deus
erat verbum. fuerunt alii qui deum qui-
dem illum. ex tempore incarnationis factum.
non autem eternum ante secula natum
a patre putarent. Unde quidam talium
dixisse memoratur. non invideo christo
facto deo quo et ego si volo possum
fieri sicut ipse. Et horum nephandam
repellit insaniam. evangelista cum ait. hoc
erat in principio apud deum. i. hoc verbum
quod deus est. non ex tempore cepit. sed
in principio erat deus apud deum. Item
fuere hereticis insania qui christum et
ante partum virginis fuisse non ne-
garent. non tamen natum ex patre
deum. sed factum a patre. et ideo mino-
rem patre quia creaturam crederent
etiam hos dampnat evangelista sermo-
nem dicit. Omnia per ipsum facta sunt
et sine ipso factum est nichil. Si

enim nichil creaturarum sine ipso factum
est. patet profecto. quia ipse creatura non
est. per quem omnis creatura facta est.
Et ne quis audiens factam per dominum
creaturam. mutabilem eius crederet
voluntatem. quasi qui subito vellet
facere creaturam/ quam ab eterno
nunquam fecisset. manifeste docet
evangelista factam quidem in tempore creatu-
ram. sed in eterna creatoris sapientia
quando et qualis crearetur. semper
fuisse et dispositum. Et hoc est quod
ait. quod factum est in ipso vita erat.
i. quod factum est in tempore. sine dubio
sine carens vita apparuit etc. hic
in speciali factoris ratione quasi spiritu
vivebat. et vivit non quia coe-
ternum est. creatori quod creatum. sed
quia eterna est illi ratio voluntatis
sue. quam ab eterno habuit et habet
quod et quando crearet. qualiter creatum
gubernet. ut maneat ad quem
finem singula que creavit perducat
Sequitur. Et vita erat lux hominum.
Quo illud apte docetur. quod ipsa
vitalis ratio. per quam omnia disposita
sunt. et reguntur. non omnem creatu-
ram. sed rationabilem tantum ut sapere
possit. illuminat homines namque. qui
ad ymaginem dei facti sunt. per-
cipere sapientiam possunt. animalia non possunt
Sed et animalis qui talis est. homo
non percipit ea. que sunt spiritus sancti
Unde bene cum dixisset. Et vita
erat lux hominum. subiunxit et de
hiis qui sunt ab humane conditionis
honore prave recedentes. comparati
sunt iumentis insipientibus. et similes fa-
cti sunt illis. atque ideo vere veritatis lu-
ce privantur. Et lux in tene-
bris lucet. Et tenebre eam non
comprehenderunt. lux quippe hominum
est christus. qui omnia que illuminat

mentur. cordi hominis sue presentie cogitatio-
ne illustrat. Tenebre autem stulti se-
et iniqui quorum ceca precordia. lux
eterne sapientie qualia sint. manifeste
cognoscat. Quamuis ipsius radios eius-
dem lucis nequaquam capere possint ex-
ceca si quilibet cecus in lucem solis
effundatur. nec tamen ipse solem. aut lumine
perfunditur aspiciat. Sed non tamen tales
omnino sapientia pietatis deseruit verum me-
delam eis salutis qua ad videndam
lucem peruenire possint adhibuit. ipsa
lux inuisibilis ipsa dei sapientia carne
in qua uideri posset induta est que
in homine habitu apparens et loquens
hominibus paulatim fide purificans.
eorum corda ad cognitionem sue visionis
diuine perduceret. Missus est ante illa
homo magni meriti cuius testimonio
pararentur omnes ad audiendum mox ut
appareret. dei sapientiam ad videndum ipsum
solem iustitie nube iam corporis tectum.
i. ad intendendum audiendumque hominem
qui deus esset plenus gratia et veritate.
Fuit inquit homo missus a deo cui
nomen erat iohannes. Hic venit ut testi-
monium perhiberet de lumine. ut omnes cre-
derent in illum. Maledictus enim homo
qui confidit in homine et ponit carnem
brachium suum. Sed ut omnes inquit
crederent per illum. hoc est per illius te-
stimonium crederent in lucem. quam
nec dum videre nouerant deum videlicet
ihesum christum. Qui de se ipso testatur.
Ego sum lux mundi qui sequitur me
non ambulat in tenebris sed habe-
bit lumen vite. Sequitur. Non erat ille
lux. sed ut testimonium perhiberet de
lumine. Erat lux que illuminat omnem ho-
minem venientem in hunc mundum.
Et sancti quidem homines lux sunt vere
vocati dicente ad eos domino. Vos estis
lux mundi. Et apostolus paulus. Fui-

stis aliquando tenebre nunc autem
lux in domino. Sed multum distat inter
lucem que illuminatur. et inter lucem
que illuminat. inter eos qui participatio-
nem vere lucis accipiunt ut luceant. et
ipsam lucem perpetuam que non solum
lucere in se ipsa sed sua presentia quoscum-
que attingerit. illustrare sufficit. ad
cuius comparationem vere lucis non tantum
minores quilibet electi. verum etiam
ipse iohannes quo maior inter
natos mulierum nemo surrexit.
lux esse non asseritur. ut videlicet
christus non esset. quod putabatur. merito
ille enim ut scriptum est. Erat lucer-
na lucens ardens et lucens. ardens
scilicet fide et dilectione. lucens verbo et
actione. gratiam vere lucis pectoribus
infundere. solius est eius de quo
dicitur. Erat lux vera que illuminat omnem
hominem venientem in hunc mundum.
omnem videlicet qui illuminatur siue natura-
li ingenio siue sapientia diuina. Sicut
enim nemo a semet ipso. esse potest. ita
etiam a semet ipso sapiens esse ~~potest~~
non potest. Sed illo illustrante de quo
scriptum est. Omnis sapientia a domino deo
est. cuius utramque naturam diuinam
videlicet qua semper vbique totus manet
et humanam ex qua in tempore natus
loco inclusus apparuit. Quas consequen-
ter euangelista describit dicens. In mundo erat
et mundus per ipsum factus est. et mun-
dus eum non cognouit. In propria venit
et sui eum non receperunt. In mundo
deus quippe erat. et mundus per ipsum
factus est. ~~et mundus eum non co-
gnouit~~ quia deus erat. quia totus
vbique. quia sue presentia maiestatis sine
labore regens. et sine onere con-
tinens quod fecit. Et mundus eum
non cognouit. Quia lux in tene-
bris lucet. et tenebre eam non

comprehenderunt. Mundum namque hoc loco dicit homines mundi amore deceptos atque inherendo creature ab agnoscenda creatoris sui maiestate retardatos. In propria venit quia in mundo quem per divinitatem fecerat per humanitatem apparuit. In propria venit quia in gente iudea quam sibi pre ceteris nationibus speciali gratia copulaverat incarnari dignatus est. In mundo ergo erat et in mundum venit. In mundo erat per divinitatem, in mundum venit per incarnationem. Venire quippe vel abire humanitatis est, manere divinitatis. Quia ergo cum in mundo esset per divinitatem mundus eum non cognovit, dignatus est venire in mundum per humanitatem ut vel sic eum mundus cognosceret. Sed videamus quid sequitur. In propria venit et sui eum non receperunt. Quem enim in potencia deitatis etiam creantem regentemque non cognoverant, ipsum in carnis infirmitate miracula coruscantem recipere noluerunt. Et quod gravius est sui eum non receperunt homines scilicet quos ipse creavit. Iudei quos sibi peculiarem elegerat in plebem, quibus sue dignationis revelaverat archanum, quos miris patrum glorificaverat actis, quibus sue legis doctrinam contulerat, ex quibus se in carne nasciturum promiserat et quibus se in carnatione ut promiserat ostendit, ipsi eum recipere venientem magna ex parte renuerunt. Neque enim omnes recusaverunt, alioquin nullus esset salvus. Nunc autem multi eum ex utroque populo credendo receperunt. De quibus ewangelista consequenter insinuat dicens: Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Considere-mus fratres karissimi quanta gratia salvatoris nostri quam magna sit multitudo dulcedinis eius. Unicus ex patre natus est et noluit remanere unus. Descendit ad terram ubi fratres sibi quibus regnum patris sui dare posset acquireret. Deus ex deo natus est et noluit tantum dei filius manere, hominis quoque filius fieri dignatus est, non amittens quod erat sed assumens quod non erat, ut per hoc homines in dei filios transferret coheredesque sue faceret glorie quam ipse semper habebat per naturam incipere habere per gratiam. Considerandum quanta virtus sit fidei, cuius merito potestas datur hominibus filios dei fieri. Unde bene scriptum est: Iustus autem ex fide vivit. Vivit enim iustus ex fide, non illa que labiorum tantum confessione profertur, sed ea que per dilectionem operatur. Alioquin fides si non habeat opera mortua est in se ipsa. Nullus se ipsum despiciat, nullus de sua salute desperet. Curramus omnes curramus singuli, ut qui eramus longe mereamur fieri prope in sanguine Christi. Videamus quid dicit: Quia quotquot receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri. Quotquot inquit receperunt, non enim est personarum acceptor deus, sed in omni gente qui timet eum et operatur iusticiam acceptus est illi. Quo autem ordine credentes filios dei sint fieri et quantum hec generatio a carnali distet subsequenter ewangelista designat: Qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis neque ex voluntate viri sed ex deo nati sunt. Carnalis quippe uniuscuiusque generatio ex sanguinibus id est ex natura maris et femine a complexu coniugij duxit originem. At vero spiritualis spiritus sancti gratia ministratur.

Quam a carnali distinguendo dominus ait. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et aqua et spiritu sancto non potest introire in regnum dei. Quod natum est ex carne caro est. Et quod natum est de spiritu spiritus est. Verum ne quis homo dubitet filium esse dei et coheredem christi posse fieri / sed credat quia et ipse filius dei / et homo fieri et inter homines habitare dignatus est. Ut humane particeps existendo fragilitatis. homines divine virtutis sue donaret esse participes. Et verbum inquit caro factum est. et habitavit in nobis. quod est dicere. Et filius dei homo factus est. inter homines conversatus est. Solet namque scriptura nomine carnis modo anime vocabulo totum designare hominem anime videlicet ut scriptum est. Anime que descendit iacob in egyptum in animabus .lxx. Carnis vero ut videlicet scriptum est. Et videbit omnis caro salutare dei. Neque enim vel anima sine corporis ministerio descendere vel caro sine anima videre aliquid potest. Sed hic per animam totus homo ibi signatur per carnem. Sic ergo hoc loco quod dicitur. Et verbum caro factum est. nichil aliud videlicet intelligitur. quam si diceretur. Et deus homo factus est. carnem videlicet induendo et animam. Ut sicut unus quisque unus homo ex carne et anima constat. ita unus ab incarnationis tempore christus ex divinitate et assumpta de carne et anima constat deus ab eterno in eternum verus ut erat hominem ex tempore assumens in unitatem sue persone verum quem non habuerat. Sequitur. Et vidimus gloriam eius. gloriam quasi unigeniti a patre plenum gratia et veritate. Gloriam videlicet quam ante incarnationem videre non poterant homines post incarnationem viderunt aspicientes humanitatem miraculis refulgentem. et intelligentes divinitatem intus latentem. Illi maxime qui eius claritatem ante passionem transfiguratam in monte sancto contemplari meruerunt. vocem delapsam ad eum huiusmodi a magnifica gloria. Hic est filius meus dilectus in quo michi bene complacui. Et post passionem resurrectionis ascensionisque eius gloria conspecta spiritus eius simul dono mirifice refecti. quibus omnibus manifeste cognovimus quod huiusmodi gloria non aliter sanctorum sed illi soli homini qui esset in divinitate unigenitus a patre conveniret. Quod autem sequitur. plenum gratia et veritatis. Gratia plenus erat idem homo christus iesus. cui singulari dono nimie pre ceteris mortalibus data est. Ut statim conceptu in utero virginis concipi et homo fieri inciperet. verus esset et deus. Unde et eadem virgo semper gloriosa maria non solum hominis christi. sed et dei genitrix recte credenda et confitenda est. Veritate plenus erat et est quia ipsa videlicet verbi divinitate. que hominem illum singulariter electum. cum quo una persona deus esset. assumere dignatus est. non aliquid sue divine substantie. ut heretici volunt in fatiendam humanam naturam commutavit. Sed ipsa apud patrem manens. totum quod erat. totam de semine david naturam veri hominis quam non habebat suscipiens. Unde oportet fratres karissimi. ut qui humanam redemptoris nostri nativitatem hodie anima devota recolimus. et divinam pariter et humanam eius nativitatem. non animo sed continuo semper amplectamur. ad divinam per quam creati sumus cum non essemus / humanam per quam recreati sumus. Et quidam divina.

redemptionis nostri virtus sine assump-
tione humanitatis nos recreare erat ydonea
humana autem eiusdem nostri instaura-
toris redemptoris infirmitas sine as-
sumente se et inhabitante ipse et o-
perante ipse divinitate nos recreare
nequit. Atque ideo Verbum caro factum
est, i. deus homo factus est et habi-
tavit in nobis ut per cognatum nob
hominibus habitum nobis conversando cor-
ruere nos alloquendo instruere nob
vivendi formam prebere pro nobis con-
tra hostem confligere nostram mor-
tem moriendo ac resurgendo posset
destruere per coeternam vero patri divini-
tatem nos internis visitando ad
divinam sustolleret remissionem nobis
peccatorum pariter et spiritus sancti dona con-
cederet et bonorum perfectum operum
non solum nos ad intuendam gloriam
claritatis sue perduceret humanitatis
sed et incommutabilem nobis sue divine
maiestatis ostenderet. In qua vivit
et regnat in secula seculorum amen

Eadem die post nativitatem domini secundum lucam ii°

In illo tempore. Exiit edictum a cesare augusto
ut describeretur universus orbis. Et reliqua.

Nasciturum Omel. xvi Bede
in carne dei filius quos voluit parentes
sibi quos voluit et locum nativitatis
quem voluit elegit. Cumque ad ipsum
locum prius quam nasceretur quod
nollent adveniret ita etiam tempus quo
nasceretur. Unde quod ipse cum patre et
spiritu sancto a seculis disposuerat pro
que ora spatium predixerit mun-
dum salvaret intravit. Quo enim de
virgine matre natus virginitatis
sibi gratiam et angelicam actionem ex-
tius ostendit et gratissimam sic quod
pacatissimo seculi tempore paratus quod
pacem magno opere quereret atque
amaret. Docuit quia pacis ha-

bitatoresque sectatores semper invisere
dignaretur. Indicavit innuere quod
se fidelibus promittens ait. Ubi enim
sunt duo vel tres congregati in nomine
meo ibi sum in medio eorum. Et
enim maxime regni quietissimi et pul-
cherrime quantum ad homines esse
potuit pacis indicium quam una
totum orbem descriptione concluderet
eorundem cunctos longe lateque fines
mundi census inhabitantes. Cumque
dei cuius auctor ac moderator augus-
tinus iuxta fidem historiarum
lvi annos circa tempus nativita-
tis domini summa pace regnavit. Ut enim pro-
phetis quam civilibus testis toto
orbe sopitis spiritale quoque prophetie paginam
etiam ad litteram videatur implesse
que videlicet ipsa cum instancia dis-
pensatione ipsius bene preveniret dicens
Et erit in novissimis diebus prepara-
tus mons domus domini in ver-
tice montium et elevabitur super
colles et fluent ad eum omnes gen-
tes post pauca etiam temporibus illius
pacatissimi statum describere cu-
ravit. Et conflabunt inquit gladios
suos in vomeres et lanceas suas
in falces. Non levabit gens contra
gentem gladium nec exercebuntur
ultra ad prelium. Domus iacob ve-
nite et ambulemus in lumine domini.
Non solum autem hec nova mun-
di descriptio illius summi regis adven-
tum testimonio prefiteatur qui congrega-
tos a mundi plagis omnibus electos
suos eterne beatitudinis albo conscri-
beret. Verum etiam eundem regi-
dentes quietam sui moderaminis pace
innuabunt quia nimirum tempore a
plurimum turbine gentibus omnibus
predicaturus orbi ipse discipulos
quolibet pro verbum ire vellet

abingruencium feruore seditionum tre
menda id temporis ut ita diuini ro
mani nominis umbra protegebit.
Exiit ergo edictum a cesare augusto
ut censum profiteretur uniuersus orbis.
quia innuebat edictum regis de
quo salutem consequentur. Uniuersus
orbis enim tabulum augusti perfec
tissime complens ut potestatis et an
gustie desiderans. et ipse augere suf
ficiens, censibus sue professionis non
ablatione pecunie subiectos. sed fidei
oblatione signare precepit. Eius re
migrat in uniuersum mundum. predicante
euangelio omnium oratione enim crediderit
et baptizatus fuit saluus erit. Hec
descriptio prima facta est a preside Sirie
Cirino. Et ibant omnes ut profiterentur
singuli in suam ciuitatem. Hunc ciri
in quibus habitum censum etiam io
sephus illustris inter hebreorum
historiographos in octodecimo anti
quitatum libro hec modo memorat. Cir
nus autem uir unus ex consilii or
ne romane per singulos migratus
usque ad gradum consulatus ascendens
preterea et honorabilis cum paucis
Siriam venit a cesare iudex date gentis
missus et censor simul patriorum fu
turus itaque quod ait. Hec descriptio pri
ma facta est a preside Sirie Cirino.
significat hanc descriptionem uel primam esse
earum que totum orbem conclude
rat. quia plereque partes terrarum
sepe leguntur fuisse descripte uel cer
te primo tunc cepisse, quo Cirinus Siria
~~venit~~ missus est. Cirino autem im
perante tunc augusto et Cirino pre
side. ibat omnes ut censum profite
rentur. singuli in suam ciuitatem
ita et nunc imperante per presides eccle
i. doctores deo suadente et prima
pollicente xpo eamus omnes uirtutibus
expiantur a censu iusticie. Veniam

qui laboramus et onerati sumus et
ipse reficiet nos. Tollamus iugum
eius super nos et discamus. quia
mitis est et humilis corde. et inueni
emus requiem animabus nostris. Hec
est enim nostra ciuitas et patria
requies uidelicet beata. et celestis ciuitas.
ad quam in seculi nascentis exordio
a deo xpo creati ad quam ab homine
xpo sumus in fine seculorum reuocati
ad quam in unam ciuitatem pacis
et quietis ire et deuotum regi nostro
thesaurum. ferre est a celestibus cottidie
uirtutis ac fidei perfectibus superne lucis
que sint gaudia eterna speculari et
perhennis acquirendis prospera mundi simul
et aduersa contempnere et hiis acquisi
tis mundatos nos ab omni iniquita
te carnis et spiritus prebeamus uiuo deo
munus offerre. Sed si etiam generis
numismatis quod cesari persoluatur di
ligentius inspexerimus non paruum nobis
deuotionis et ipsum mandare probabimus
quod non aliunde melius quam de euangelio
ipso querere et inuenire ualeamus. Ut
temptantibus se de tributo cesaris dominus
respondendo ait. Ostendite mihi numis
mata census. At illi obtulerunt ei
denarium. Et ait illis dominus. Cuius est
ymago hec et superscriptio. dicunt
ei. cesaris. Tunc ait illis. Reddite
ergo que sunt cesaris cesari et que
sunt dei deo. Ubi primum notandum
quod cesar dicitur qui decem minos
habebat quod etiam nomine prodit yma
ginem eius et superscriptione titulatum
denarium inferens quia iubente domino quod
cesaris cesari et que sunt dei deo.
~~Ubi primum notandum quod cesar dicitur~~ vacat
~~qui decem minos habebat.~~ quod etiam no
mine ~~prodit~~ ymagine eius ~~et superscrip~~
~~tione~~ esse reddenda nobis quoque pro
leuter. intimatur in similitudinem

denarii regalis. deo regi nostro decalogum legis offerimus. hoc est amorem dei et proximi. quorum unius tribus preceptis, septem alius completur. integre esse corde servandum in quo videlicet sacre scripture denario decem mandatis celestibus quasi totidem aureis nummis insignito vultum nomenque regis et in hoc est agnitionem divine voluntatis quisquis intueri novit inveniet eius et in tabulis sui cordis, qui ipse perfecte credit operatur. diligit stilo sedule castigationis exarat. Et hunc nobilissimum denarium quasi sacculo mellissimum in ora portemus quem dicentes cum psalmista. Signatum est super nos lumen vultus tui domine dedisti letitiam in corde meo. ipsum tamen attentus fidei signaculum gaudiumque spei karitatis in occulta nostre conscientie meditatione servemus deo teste reconditum. Verum ad patriam pervenientes regi nostro cum visione sicuti est ad quem in suo decore contuendum toto nisu virtutis tota mentis intentione properemus que in terris latuerit in celis coronanda nostre bone conversationis denaria proferemus. quem quasi in tenebris diximus in luce dicentur. Et quod in aurem locuti sumus in cubiculis predicabitur in tectis. Ascendit autem et ioseph a galilea de civitate nazareth in iudeam civitatem david. que vocatur bethleem eo quod esset de domo et familia david. ut profiteretur cum maria desponsata sibi uxore pregnante. sequitur descriptione professio census ita. descripta est ut in suam patriam ire quisque iuberetur. non tantum propter misterium. quod diximus verum etiam ut dominus alibi conceptus. alibi natus insidiantis herodis furorem facilius

evaderet. Enim si a bethleemitis patribus nasceretur fugam eorum subitam calidus scrutator. potuisset hoc suspectam proferentium cum eos de stirpe david unde christus erat futurus amici genus ducere nossent. Cum david ipse suo et nomine et patria et officio. testimonium perhibet. david quippe manu fortis sive desiderabilis interpretatur. Nam quippe inde minimus quod et gigantem fortiter stravit. et pulcher aspectu decorusque facie fuerit. Sed a sacra misterio etiam de domo david. ac familia nasciturum prefigurans quod singulare mundi principem debellaret. Speciosus forma pre filiis hominum et ipse in bethleem natus et intellectualium pastor omnium hoc est simplicium rector animarum. Cuius non preeminentem tantum tamque benigna est humilitas intuenda. Enim non solum incarnari pro nobis. sed et eo tempore dignatus sit incarnari, quo mox natus censu cesaris ascriberetur atque ob nostri liberationem ipse servitio subderetur. Quia etiam nobis humilitatis eius formam. neque enim conditiones vestras mutare sed animos potius insinuat. Subditi inquit estote omni humane creature propter deum. sive regi quasi precellenti sive ducibus tamquam ab eo missis. Sed et discipulus eius paulus. Reddite inquit omnibus debita. cui tributum tributum. cui vectigal. vectigal. cui timorem timorem. cui honorem. honorem. Nemini quicquam debeatis nisi ut invicem diligatis. Factum est autem cum essent ibi impleti sunt dies ut pareret et peperit filium suum primogenitum. Bene non solum propter indicium regni stemmatis, sed et propter nominis sacramentum. dominus in bethlee

nascitur. Bethleem namque domus
panis interpretatur. Ipse est namque qui
ait. Ego sum panis vite qui de ce
lo descendi. Locus ergo in quo dominus
nasceretur domus panis ante vocatus
est. quia futurum profecto erat. ut ille
ibi per materiam carnis appareret qui
electorum mentes interna sacietate
reficeret. Sed usque hodie. et usque ad
consummacionem seculi. dominus nazareth
concepit nasci in bethleem non desinit
cum quilibet audiencium verbi floris
suscepto. domum se eterni panis ef
ficit. cum quilibet audiencium hoc est
in animo ardencium. per fidem concipitur.
per baptismum gignitur. Cotidie dei
genitrix ecclesia fidelium comitata doctore
de rota immaterie [illegible] quod ga
lilea sonat. in civitatem iude confessi
onis videlicet et laudis ascendens.
censum sue devocionis eterno regi
persolvit. Que in exemplum beate imma
culate semper virginis nupta simul et imma
culata concepit. nos virgo de spiritu
concepit. nos virgo sine gemitu et quasi
alii quidem desponsata. sed ab alio
fecundata. per singulas sui partes. que
unam catholicam faciunt. proposito sibi
pontifici visibiliter iungitur. sed invi
sibili spiritus sancti virtute cumulatur.
Unde et bene ioseph iustus interpre
tatur indicans. nimirum hoc voca
bulo quod instancia magistri loquentis
nil valet sed non augmentum suppleri
nuncamus ut audiatur accepit. Sed
autem filium suum primogenitum maria
peperisse describitur. non iuxta helvi
dianos accipiendum est. alios quoque fi
lios eam peperisse. quasi nequeat
primogenitus dici nisi qui habeat
fratres. sicut non unigenitus nisi qui
careat fratribus. solet appellari. quia et

testimonium legis. et ipsum ius declarat
omnis unigenitus etiam primogenitus
et unigenitus posse vocari. hoc est
non solum de primogenitum post se
alii. sed omnem antequem nullus conceptus
la processerit. denique quia omne mascu
linum quod aperit vulvam sanctum domino
vocari precipitur. sive fratres sequantur
sive non sequantur. quod primum de vul
va nascitur primogenitum est. iure con
secrandus. Verum altiori racione dei filius
in carne apparens et iuxta dignitatis ex
cellenciam. unigenitus a patre et
iuxta fraternam societatem primoge
nitus est omnis creature. De hac
dicitur. Nam quos prescivit et predestina
vit ~~omnes~~ conformes fieri ymaginis
filii sui. ut sit ipse primogenitus in
multis fratribus. De illa autem. et vidimus
gloriam eius. gloriam quasi unigeniti
a patre. Est ergo unigenitus in substan
cia deitatis primogenitus in suscepcione
humanitatis primogenitus in gracia uni
genitus in natura. Inde est quod fratrum
nuncupatur. et dominus fratrum quia primoge
nitus dominus quia unigenitus est. Et
pannis eum involvit. et reclinavit
eum in presepio quia non erat ei locus
in diversorio. Quid retribuam domino pro
omnibus que retribuit michi. Cum enim
maior est omni laude. pannis natus
est nobis. ut nos veri possimus esse
perfecti. Qui totum mundum. vario ve
stit ornatu. pannis vilibus involvitur.
ut nos stolam primam recipere vale
amus. per quem omnia facta sunt ma
nus pedesque eius astringuntur. ut nostre
manus ad opus bonum exerte nostri
sint pedes in viam pacis directi.
Cum celum sedes est dei. presepis
angustia continetur. ut nos per
celestis regni gaudia dilatet. Cum

panis est angelorum in presepio recli-
natur. Ut nos quasi sancta anima-
lia frumento reficiat. Cum ad
dexteram dei patris sedet. in diversorio
tanto eget ut nobis in domo patris
sui multas mansiones preparet. Quamvis
hoc quod non in proprio domo, sed in di-
versorio et in via nascitur. perfectionem
altius intelligi potest. Ipse namque ait.
Ego sum via veritas et vita. Cum
ergo pro divinitatis essentiam veritas
et vita permanet per incarnationis mi-
sterium. via factus est qua nos ad
patriam. ubi veritate et vita fruemur.
adducet. Et pastores erant in regione
eadem vigilantes et custodientes vi-
gilias noctis supra gregem suum. Et
ecce angelus domini stetit iuxta illos
et claritas dei circumfulsit illos.
Pulcherrima rei domino nato pastores
vigilant gregemque suum ab insidiis
noctis custodiendo defendunt. ut videlicet
etiam perfecte ostendatur illud adesse tempus
quod verus et solus bonus pastor olim
promisit dicens. Ecce ego ipse requiram
oves meas et visitabo illas sicut vi-
sitat pastor gregem suum et liberabo
eas de omnibus locis in quo dispersae erant
in die nubis et caliginis. Et paulo
post. Et suscitabo super eas pastorem
unum qui pascat eas. servum meum David.
Et cessare faciam bestias pessimas
de terra. et cetera que mirabiliter
prophetia predicta. mirabiliter adeo vi-
demus impleta cernimus et micheas
prophetia locum et tempus dicens. Et
tu turris gregis nebulosa filie syon.
usque ad te veniet. Et veniet potestas
prima regnum filie syon. turris autem
gregis que hebraice turris ader
vocatur mille circiter passibus a
civitate bethleem. ad orientem di-
stat vaticinio suo nominis pastores

hos multo ante demonstrat ad quam usque
filie syon. angelice videlicet potestates
pastoribus apparendo ~~viderunt~~ venerunt. Vigi-
lent itaque nato domino pastores super greges
suarum omnium. significant eius mani-
festa dispensatione. Vigilaturus in cetu
pastores atque sanctorum quibus dicitur.
pascite qui in vobis est gregem dei.
Bene autem vigilantibus pastoribus ange-
lus apparuit eosque dei claritas circumfulget
quia illi pre ceteris videre sublimia meren-
tur. qui fidelibus gregibus preesse sollicite
sciunt. Dumque ipsi pie super gregem vi-
gilant. divina gratia super eos largius
coruscat. Aliter angelus mariam
angelus ioseph. angelus pastores
instruit. Et concipiendi et concepti
et nati eum celi cives dominum testantur.
Ut et mortales sufficienter imbuant
et suum auctori servitium incessanter
impendant. Nam et insequentibus tempori-
bus passuro resurgenti atque ad celos
ascendenti se adesse exhibent. Et
timuerunt timore magno et dixit an-
gelus illis. Nolite timere. Ecce enim
evangelizo vobis gaudium magnum
quod erit omni populo. non enim populo iudaico
quoniam plurimi rebelles existere
sed omni fideli populo. de cunctis tribubus
gentibus et linguis in unam christi ecclesiam
congregato eternum gaudium. evan-
gelizatur et magnum. quia natus est
nobis hodie salvator mundi. qui est
christus dominus in civitate david. Hec est
potestas prima hoc regnum filie syon.
quod propheta testis promissum est in turri
gregis venturum. Ubi notandum quod
angelus qui in noctis utique vigiliis
affatur. non ait hac nocte, sed ho-
die natus est nobis salvator. non
aliam scilicet ob causam. nisi quia gau-
dium magnum evangelizare ve-
niebat. Nam ubi tristia queque

nocturnis temporibus gesta vel gerenda si-
gnificantur. Ubi sepe nox et adiungitur.
vel etiam sola nominatur. Ut est
illud. Omnes vos scandalum patie-
mini in me in ista nocte. Et alibi. Amen
dico tibi quia tu hodie in nocte hac
prius quam vocem bis dederit gallus
ter me es negaturus. Neque enim
frustra angelus tanto lumine cinctus
apparuit. ut claritas dei pastores
circumfulsisse hoc est ex omni par-
te illorum radios lucis aspexisse di-
citur. quod nusquam in toto testamenti
veteris serie tonens angelis appa-
ruisse invenitur. sed mistice premonuit
quod apostolus postea monuit apostolus dicens
Nox precessit dies autem appropinquavit.
Abiciamus ergo opera tenebrarum.
et induamur nos arma lucis sic-
ut in die honeste ambulemus. Et hoc
vobis signum. Invenietis infantem
pannis involutum et positum in
presepio. Nobis infancia salva-
toris et angelorum preconiis et ev-
vangelistarum nobis est inculcata te-
stimonio. ut nostris altius cordi-
bus quod pro nobis sit factus infigatur.
quia videlicet humiliatus est propter
iniquitates nostras. et infirmatus
est propter peccata nostra. Et notandum
solerter quod nati salvatoris signum
datur. Infantem non tyrio excep-
tum ostro. sed pannis squalentibus in-
volutum. non in ornatis auro stra-
toriis sed in presepibus inveniendum. hoc
est non tantum humilitatem carnis et
mortalitatis. sed paupertatis habi-
tum suscepisse pro nobis. Ut nos illius
inopia ditaremur. Cum esset dominus an-
gelorum pauper factus est in terris.
ut terrigenis conferret paupertate
sua regnum celorum acquirere posse.
Et subito facta est cum angelo
multitudo milicie celestis laudantium
et dicentium Gloria in excelsis deo

et in terra pax hominibus bone volun-
tatis. Uno evangelizante incar-
natum in carne dominum. mox multi-
tudo milicie celestis advolans con-
sono in laudem creatoris ore pro-
rumpit. ut et sui sicut semper ob-
sequium devotionem Christo impendit.
Et nos suo pariter instituat exem-
plo. quotiens vel aliquis fraterne
pacis eruditionis verbis insonue-
rit. vel ipsi lecta vel audita que
pietatis sunt ad mentem reducimus.
deo statim laudes ore corde et
opere reddamus. Et bene chorus ad-
veniens angelorum milicie celestis
vocabulum accipit. Cum et dux
ille potens in prelio. qui ad debella-
ndas aereas potestates apparuit
humilis abscondit. Et ipse potesta-
tes easdem contrarias. ne morta-
les tunc tempore valeat gravatim
noluit fortiter armis celestibus
perturbat. Nam sicut imperatoris
optimi provisione cuncta manu mi-
litari loca ad usus hostilem mu-
niuntur adventum. ita et deus qui in
mundi processit ad partis custodiam. ubique
respicitur. ad tutelam nostram con-
stituit exercitus angelorum. quorum pre-
sentia et demonum confringatur
audacia. et pacis nobis gratia nobis
ministratur. Quia vero deus et ho-
nascitur. inter hominibus pax. et deo
gloria canitur. Glorificant angeli
deum pro nostri redemptione. Incar-
natum quia dum nos conspiciunt
respicit sinum gaudent nimium reple-
ri. Optant pacem hominibus quia
quos infirmos prius abiectosque de-
spexerant. nascente in carne domino ia-
m socios venerantur. Sed non omnibus
pacem hominibus possunt. exponunt.
et quibus videlicet bone voluntatis
hoc est eis qui suscipiunt natum

Christi, non autem Herodi pontificibus et pharisaeis ceterisque antichristis qui eius audita nativitate conturbati sunt, et quantum valuere gladiis insectati. Non est enim pax impiis dicit Dominus. Pax autem multa diligentibus nomen tuum Domine, et non est illis scandalum. Quibus et hoc quod sequitur aptissime congruit: Expectabam salutare tuum Domine, hoc est venturum Christi adventum longa votorum postulatione suspirabam.

Secunda die natalis Domini secundum Lucam ii.

In illo tempore pastores loquebantur ad invicem: Transeamus usque Bethleem, et videamus hoc verbum quod factum est, quod fecit Dominus et ostendit nobis. Et reliqua.

Omelia venerabilis Bede presbiteri.

Verba pastorum quam sint venerabilia et pastoribus ecclesie digna diligentius inspice. Vere enim quasi vigilantes dixerunt: Videamus puerum? Videamus quod dicatur? Sed videamus verbum quod factum est. In principio enim erat verbum, et verbum caro factum est. Verbum quod erat videamus quod pro nobis factum est, quod fecit Dominus et ostendit nobis, verbum hoc ipsum se fecit. Qui quidem hoc ipsum verbum Dominus est. Videamus igitur quomodo hoc ipsum verbum, hoc est Dominus, ipse se fecit et ostendit nobis carnem suam. Quod enim videre non poteramus verbum erat; verbum videamus factum quia caro est. Cui simile est quod Iohannes ait: Quod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus et manus nostre tractaverunt de verbo vite, et vita manifestata est, et vidimus et testamur et annuntiamus vobis vitam eternam, que erat apud Patrem et apparuit nobis. Et venerunt festinantes et invenerunt Mariam et Ioseph et infantem positum in presepio. Videntes autem cognoverunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. Festinant pastores Christi, quem cognoverunt tota mentis intentione videre adventum desiderant. Neque enim cum desidia Christus est querendus. Et ideo forte non nulli querentes invenire non merentur, quia desidiose Christum requirunt. Ideo pastores ista sine mora invenerunt, quia ad illum fide tota non ficta currebant. Ad quem festinanter ire se non pedum gressu accelerant, sed in fide semper ac virtute proficere. Invenerunt igitur Mariam et Ioseph matrem et infantem positum in presepio. Sed et divini gregis pastores quo crebrius ac suavius inter huius vite tenebras celesti attolluntur oraculo eo ferventius sublimem patrum precedentium viam, in qua panis vite est et servatur et reficit, quasi portas Bethleem contemplando subeunt. Nichil quam in hac aliud quam virginalem catholice ecclesie pulchritudinem quasi Mariam virginem, spiritualium doctorum cetum quasi Ioseph, et humilem mediatoris Dei et hominum, hominis Ihesu Christi adventum, scripture sacre paginis insertum quasi in presepio positum infantem pia visione reperiunt. De quo videlicet sacrarum scripturarum presepio communem illo animal et sacrosanctis hostiis aptissime pascebatur. Quod exultando proclamabat: Dominus pascit me et nichil michi deerit; in loco pascue ibi me collocavit. Et paulo post: Parasti in conspectu meo mensam adversus eos qui tribulant me. Videntes autem invenerunt cognoverunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. Digna nimirum visu est ordine ut cognita amatur et honore digno celebratur. Ubi incarnationis ad ipsam quoque verbi gloriam contuendam capaciores longo exercitio mentis acumine profligatur. Et omnes qui audierunt mirati sunt. Et de hiis que dicta erant a pastoribus ad ipsos. A pastoribus plus Dei ad venerationem cogitur; ideo

mysti

mediocre fidei tibi videatur hoc, eo quod
non vilis persona pastorum. Certe quo
vilior ad prudentiam, eo preciosior ad
fidem. Non sapientes sed simplices, que
futura audita nescirent. Dominus suos preco-
nes elegit non rethores sed piscatores
ad evangelizandum destinavit. Denique
et in veteri testamento precipuos quosque
sue dispositionis inicio pastores in-
ciavit ordinavit, protomartir Abel qui
innocentiam pastoralis officii complevit
ipso sanguine dicavit, cuius et in figura
dominice passionis sanguis clamat. De ter-
re quasi ditissimus et primus opilionum
primicias gregum suorum domino devotius
offerebat. Abraham pater fidei qui
exultavit ut videret diem Christi et
vidit et gavisus est, non auri metal-
la quibus suo cultui ornamenta conque-
reret, sed aquarum fontes quibus pecco-
ra potaret quesisse describitur. Iacob
xij tribuum pater bis denis annis in
pascendis pecoribus estu urebatur et
gelu, quorum in figuram veri pastoris
Christum ostensis inter ductile palliatum
aquas virtutum suarum varietate
statim sublimiore donabat. Legislator
Moyses qui prius in egipto erat septifor-
mis sorores septem pascentes abi-
gentium pastorum donec suas oves
adaquarent improbitate defendit, post-
modum inter pascua deserti dominum vi-
dere et alloqui atque in virga pasto-
rali signa facere, ac populum dei libera-
re promeruit. Ipse David cuius dominus deus
noster vocari et esse dignatus est filius,
arietem sui patris de manu ursi et
leonis eripiens ostendit eum et
de sua stirpe et civitate nasciturum,
cui similis non est eripiens inopem
de manu fortiorum eius, egenum et
pauperem a diripientibus eum. Et ideo
non est pudenda pastorum arte
status qui tunc vigilare et ange-

lice exultationis ympnum audi-
re meruerunt, qui relictis in deserto nona-
ginta novem ovibus ad querendam oue
centesimam bonus pastor apparuit.
Cuius ipse adventum totius fidelium gregis
desiderium implevit. Verum sicut
omnes que pecierat regere summum tum
dne. Maria autem conservabat omnia
verba hec conferens in corde suo. ||
Quid vult hoc quod dicit conferens? Nota
Debuit dicere considerabat in corde
suo et conservabat in corde suo. Et
quia sanctas scripturas legerat et sci-
ebat prophetas, conferebat ea que sci-
unt sunt acta de domino cum hiis que
noverat a prophetis scripta de domino, et
collata ad invicem cognovit mysteri-
um celestium cherubim sacra sui voluntatis
luce concordia. Dixerat enim Gabriel:
Ecce concipies in utero et paries
filium. Predixerat Ysayas: Ecce virgo
concipiet et pariet filium. Predixerat
Micheas filias Syon in turre gregis
adventuras et potestatem primam tu-
ce venturam. Dicebant pastores su-
per se sibi circa eas in turre gregis
apparuisse cohortes, que natum ca-
nerent Christum. Legerat Maria: Bos
cognovit possessorem suum et asinus
presepe domini sui, videbat in presepi dei
filium vagientem qui homines salvat
ac iumenta. Et in hiis singulis atque huius-
modi conferebat que legerat, et
comparabat hiis que audiebat et vide-
bat. Et reversi sunt pastores glorifi-
cantes et laudantes deum in omnibus
que audierant et viderant sicut dic-
tum est ad illos. Glorificant pastores
et laudant deum in omnibus que au-
dierant ab angelis, et viderunt in
Bethleem sicut dictum est ad illos, id est
et in hoc glorificant quod non aliud

venientes invenerunt / quam dictum sive ad illos / sive dictum est ad illos. Gloria deo laudes rettulerunt / Et hoc enim illis facte dictum est ab angelis / non quidem velis imparatis / sed formam sue devotionis ostendentibus / cum deo gloriam in excelsis unanimi collaudatione resonarent / Nam et cum diceret evangelizo vobis gaudium magnum / quod erit omni populo / ad glorificandum utique laudandumque deum provocat / Sed et in gratia spiritualium gregum non ceteris dormientibus contemplando celestia subierunt / non fidelium custodias lustrando et predicatis exempla querendo devenerunt / non ad publicam pastoralis officii doctrinis redeunt / et memoriam habundantie suavitatis dei / quam raptim licet in corde gustaverant / predicando proximis eructant.

Dominica infra octavas nativitatis secundum lucam ii° capitulo. Dm.

Erant pater ihesu et mater mirantes super hiis que dicebantur de eo etc.

Omelia orig.

Congregemus in unum que in ortu ihesu dicta vel scripta sunt de eo / et tunc scire poterimus singula que quam digna esse miraculo / quam obrem mirabatur et pater. Hic enim appellatus est ioseph / qui nutricius fuit / mirabatur et mater super omnibus que dicebantur de eo / Que nam ergo sunt / que de puerulo ihesu fama dispersit / Pastores erant in regione illa vigilantes et observantes custodias noctis super gregem suum / Venit angelus sub ipsa hora nativitatis ihesu / et ait ad eos. Annuncio vobis gaudium magnum / Ite et invenietis infantem involutum pannis et positum in presepio. Et cum angelus verba finierat. Et ecce multitudo celestis exercitus laudare cepit et benedicere deum / Cum hec pastores trepidi percepissent et angelus recessit ab eis / dixerunt ad se ad invicem. Eamus in bethleem / et videamus factum / quod dominus ostendit nobis / Venit et inveniunt puerulum / cum illis / quam parentes / que facta fuerant mirabantur super hec / Et de symeone scribitur / quia timorem auferret et miraculum vel magna res fuerit / Tenuit enim puerum in brachiis suis et ait / Nunc dimittis domine servum tuum in pace secundum verbum tuum / quia viderunt oculi mei salutare tuum / fastigium. Et ut ita dicam / culmen super hiis que iactabantur de ihesu / et pater et mater illius mirabantur / sermo symeonis fuit / Non enim sufficit ei tenere puerulum / et ea que de ipso scripta sunt eloqui. Sed benedixit patri illius ac matri / Et de ipso quoque prophetavit infante dicens. Ecce hic positus est in ruinam et in resurrectionem multorum in israel / et in signum cui contradicetur / Etiam quoque ipsius animam pertransibit gladius / ut revelentur de multis cordibus cogitationes / Quid sibi vult hoc quod ait / Ecce hic positus est in ruinam et in resurrectionem multorum in israel / huic quidem simile in evangelio secundum iohannem scriptum reperi. In iudicium ego in mundum istum veni / ut qui non vident videant / et qui vident ceci fiant / Quando ergo in iudicium venit / ut non videntes de nationibus viderent / et qui prius videbant de israel ceci fierent / sic venit in ruinam et in resurrectionem multorum / In adventu enim domini salvatoris / qui prius steterant corruerunt / et qui ceciderant surrexerunt / Una hec est expositio / de eo quod dictum est Ecce iste positus est in ruinam / et in resurrectionem multorum in israel / Est autem et altius quod intelligendum

abusus esse / et maxime qui contra con-
ditorem latrant / et spuunt inde veteri
testamento. qui non intelligunt testimonia
congregantes / simplicium corda deci-
piunt / dicunt enim / Ecce deus legis /
et prophetarum videte qualis sit / Ego inquit
occidam. et ego vivificabo / percuciam
et sanabo / et non est qui eruat de
manibus meis / Audiunt occidam / et
non audiunt vivificabo / Audiunt
percuciam / et audire contempnunt.
et ego sanabo / Isti huiusmodi occasioni-
bus creatorem calumpniantur / Sed
antequam interpretemur. quem sensum
habeant. Ego interficiam et vivi-
ficabo / percuciam et sanabo / opponam
eis testimonium ewangelii et dicam ad ipsos he-
reticos / Immutabiles quippe heretici sunt /
qui ewangelium secundum Lucam recipi-
unt. Si interea arguentis / et tam
iudex / et auctus est conditor / qui
dicat / Ego interficiam et vivificabo /
percuciam et sanabo / manifestum est /
et Christum ipsius esse filium / eadem de eo
siquidem scripta sunt / Ecce hic positus
est in ruinam et in resurrectionem multorum
in Israel / non in resurrectionem tantum / sed
et in ruinam / Si malum est inter-
ficere / malum sit et in ruinam pone-
re / Et quid iudicabunt. Ut ne rece-
dent a cultu eius / an querent ali-
quam interpretationem / et ad tropologi-
as confugient / Ut quid in ruinam
venerit benignitatem / magis / quam
austeritatis sonat / Et quod ipsum est
quando quid in ~~...~~ reperitur tale
ad allegorias / et novas intelligen-
cias confugere / Cum vero in veteri
testamento / statim accusare. et nullam
explanationem / quamvis probabilis sit
recipere / Sed et hoc quod sequitur /
In iudicium ego veni / in mundum
istum / ut non videntes videant /

et qui vident ceci fiant / quamvis que-
rant et edisserunt. implere non po-
tuerunt. Ego vero qui opto esse
ecclesiasticus / et non ab heresiarcha
aliquo / sed a Christi vocabulo nuncupari /
et habere nomen quod benedicitur super
terram / et cupio tam opere quam sen-
su / et esse et dici christianus / equalem
et invenio. Et in nova lege quos
racionem / loquitur deus / Et ego
interficiam. libenter habeo / ut in-
terficiar / quia enim in me vetus ho-
mo est / et vivo adhuc quasi homo /
cupio ut occidat in me deus vete-
rem hominem / et vivificet me ex
mortuis / primus enim ait homo / de
terra terrenus / secundus homo de celo
celestis / Sicut portavimus ymaginem ter-
reni / portemus et ymaginem celestis /
Cum hunc sensum intelligitur et illud /
In iudicium veni in hunc mundum. /
Ut qui non vident videant / et qui vi-
dent ceci fiant / habemus in nobis oc-
ulos / et aspectum et cecitatem /
Adam et videbat / et non videbat /
Eva quoque antequam aperirentur oculi
eius vidisse describitur / Vidit inquit
mulier lignum quia bonum est ad come-
dendum / et optimum oculis ad videndum / et
tollens de fructu ligni comedit / et
dedit viro suo / et comederunt / Igitur
non erant ceci sed videbant / deinde
sequitur / Et aperti sunt oculi eorum /
ergo ceci erant nec videbant / quorum
oculi postea sunt aperti / Sed qui bene
ante viderant / postquam manda-
tum domini pretergressi sunt / ceperunt vi-
dere male / et aspectum mortis / sub-
ripiente delicto / postea providerunt.
Ego sic intelligo / et illud quod dicit
dominus / Quis fecit / et surdum videntem /
et cecum / Nonne ego dominus deus /
Est oculus corporis / quo terrena ista

conspiciamus / oculus sine sensu cor-
dis / de quo scriptura ait / frustra
incedens / et inflatus sensu carnis
Cum habeam alium contrarium meli-
orem / et divinam sapientem / cum que
cecus in nobis erat / venit iste ut
fieret enim videre / ut et qui non
videbant videant / qui autem vi-
debant ceci fiant / Iuxta ergo et
hunc sensum / et hoc quod nunc habemus
in manibus est intelligendum / Ecce iste
positus est in ruinam / et in resurrec-
tionem multorum in Israel / Habeo aliquid
in me quod male stat / et per eum superba
se erigit / hoc cadit / hoc subruit /
Quod si accidere id quod ante corruerat /
surgens stabit / Interior homo meus
quondam iacebat etc. / et exterior
stabat erectus / Antequam crederem
in ihesum / bonum in me iacebat / ma-
lum stabat / postquam ille venit / tunc
quod in me malum fuit corruit / et com-
pletum est quod mortificationem ihesu in
corpore circumferentes / et illud morti-
ficate membra vestra super terram /
fornicationem / immunditiam / libidinem /
idolatriam / veneficia et cetera / quorum
omnium viciis facta est ruina / et de
hac ruina dicit / Ubicumque fuerit
cadaver illuc congregabuntur aqui-
le / Cadaver quippe a casu nomen acce-
pit / Bona est hec ruina / ad quam
primam venit iste / nec potest fieri
resurrectionem / nisi ruina precesserit / Venit
autem destruere / quod in me malum fuit /
ut illo destructo et mortificato / con-
surgat in me / et vivificetur / id quod
bonum est consequamur in regno
celorum Lucas scripsit / Spiritus sanctus
superveniet in te et virtus altissimi
obumbrabit tibi / propter hoc et quod
natum fuit sanctum vocabitur

filius dei / Et qui manifeste nobis ora-
didit / quia virginis filius fuit iste /
nec de humano conceptus semine / iste
patrem eius ioseph testatus est di-
cens Et erant pater illius et mater
admirantes super hiis que dicebantur
de eo / Nunc quem cause exigit ut eum
qui pater non fuit / patrem esse comme-
moraret / Cum simplici expositione con-
tentus est et dicat / honoravit enim
spiritus sanctus vocabulo / qui nutrivit
salvatorem / Cum autem alterutrum a-
liquid inquit / potest dicere / quia generaci-
onis ordo / ad eum usque ad ioseph usque
deducatur / ne videretur frustra io-
seph nominari / quia pater non fuit salva-
toris / ut generationis ordo haberet
locum pater appellatus est eius / Admi-
rabantur quoque pater illius et mater super hiis
que dicebantur de eo enim ab ange-
lo quam a multitudine celestis exerci-
tum a et a pastoribus / omnia quippe
hec audientes vehementissime mira-
bantur / Deinde scriptura ait / Bene-
dixit eis Symeon et dixit ad mariam
matrem eius / Ecce iste positus est
in ruinam et in resurrectionem multorum
in Israel et in signum cui contradice-
tur / Et tuam ipsius animam pertransi-
bit gladius / ut revelentur ex multis
cordibus cogitationes // Quomodo sal-
vator in ruinam et in resurrectionem
multorum venit / contemplandum est / Qui
simpliciter exponit / potest dicere / in ruinam
enim venisse infidelium / et in re-
surrectionem credentium / Qui vero cu-
riosius interpres est dicit nequaquam
eum cadere / quia ante non steterit /
Dic mihi quis fuit ille qui steterit /
et in cuius ruinam salvator ad-
venerit / nec est enim qui consurgat /

Nam utique ille consurgit / qui ante
corruerat / videndum est itaque / ne forte
non alius atque alius in ruinam venit
et in resurrectionem venit / sicut in iudicium
ait Ego veni ut qui non videbant
videant / et qui vident ceci fiant /
Est enim aliud in nobis quod videbat prius /
et postea videre desiit / et aliud quod
non videbat / et postea cepit videre /
Ubi greca / nolo videre illis oculis qui=
bus antea non videbat / et qui michi
postea reserati sunt / quando post in obitum
adam et eve oculi sunt aperti / de quibus
superiore sermone tractavimus / Nunc autem
interpretandum quid sibi velit hoc quod ait /
Ecce hic positus est in ruinam / et
in resurrectionem multorum in israel / ante ex=
primum cadere / et cum cecidero bene sur=
gere / me salvator in sinu causa ma=
le vivere / Sed prius terra cadere me fecit
ut consurgam / et in multo in vitam
utilior fuit / quam illud tempus quo
videbar stare / Stabam enim peccatis
prius / quo peccatis vivebam / et quia
peccatis statim primum michi utilitatis fuit /
ut caderem et peccato morerer / Denique
et sancti ~~prophete~~ / quando angustius aliquid
contemplabantur / cadebant in faciem
suam propterea autem cadebant / ut
peccata per ruinam plenius purgarentur /
Hoc ipsum et salvator tibi primum conce=
dit ut corruas / Ethnicus eras / cadat
in te ethnicus / Diligebas scorta / primum
in te fornicator intereat / peccator eras /
cadat in te peccator / ut possis deinde
resurgere et dicere / Si commortui sumus /
et convivemus / et si conformes facti
sumus mortis / conformes et resur=
rectionis erimus / Iste ergo in ruinam et
in resurrectionem multorum positus est
in israel / hoc est in hiis qui perfecte pos=
sunt acie et ratione conspicere /
Et in signum cui contradicetur. //

Omnibus que narrat historia de salva=
tore contradicitur / Virgo mater est / si=
gnum cui contradicitur / Marcionite
contradicunt huic signo / et aiunt
penitus eum de muliere non esse
generatum / Ebionite contradicunt
huic signo dicentes / ex viro et muli=
ere natum esse / ut nos quoque nascimur /
Habuit corpus humanum / et hoc signum
est cui contradicitur / alii enim dicunt
venisse de celis / alii tale quale nos
corpus habuisse / ut per similitudinem cor=
poris etiam corpora nostra redimeret
a peccatis / et daret nobis spem resurrec=
tionis / Resurrexit a mortuis / et hoc
signum est cui contradicitur / Quo re=
surrexit / utrum ipse / et talis qualis
mortuus est / an certe in meliori substantia
corpus resurrexit / est infinita conte=
ntio / aliis dicentibus / fixuram clavorum
thome monstravit in manibus suis / aliis
ex ratione tractantibus / si idem corpus
habuit quo clausis ingressus est
hostiis et stetit / Vides ergo ut argu=
mentis variis / etiam resurrectionem
eius quod confitetur / et sit signum cui
contradicitur / Ergo et quod prophetarum
ore predicatum est / puto signum esse / cui
contradicitur / Sunt enim plures he=
retici qui asserunt eum a prophetis pen=
itus non fuisse predicatum / Et quid me
necesse est plura persequi / Omnia que
de eo narrat historia / signum est cui
contradicitur / Non quo contradicant
hii qui credunt in eum / Nos quippe
omnia scimus vera esse que scripta sunt /
Sed quia apud incredulos / universa
que de eo scripta sunt / signum sit cui
contradicitur / Deinde symeon ait / Et
tuam ipsius animam pertransibit gla=
dius / Nulla docet historia beatam
mariam excessisse vita gladii occisione

~~heretici~~
~~Marcionite~~

~~Ebionite~~

migrasse / presertim cum non anima / sed
corpus ferro soleat interfici / unde
restat intelligi gladium illum ~~et~~
de quo dicitur / Et gladius eius in
labiis eorum / hoc est dolorem dominice
passionis / eius animam pertransiisse /
que et si xpm ut prole dei filium / spon-
te propria mori / mortemque ipsam non
dubitaret / ut sua in carne paratam
non sine doloris affectu potuit vi-
dere crucifigi / nam et ferrum quod
animam ioseph pertransisse canitur /
nullum melius / quam dura tribu-
latio mentis intelligitur / Ut reve-
lentur ex multis cordibus cogitationes /
Cogitationes erant male in hominibus /
que propterea revelata sunt / ut pala-
te in medium proferantur / ut inter-
fecte atque emortue esse desinerent /
Et occideret eas ille / qui pro nobis
mortuus est / Quamdiu enim abscon-
dite erant cogitationes / nec palate
in medium / impossibile erat eas peni-
tus interfici / Unde et nos si peccata
nostra deberemus dicere / peccatum meum
tibi notum feci / et iniquitatem meam
non abscondi / Dixi annunciabo iniu-
sticiam meam domino / Si enim hoc fe-
cerimus et revelaverimus peccata nostra /
non solum deo / sed hiis qui possunt me-
deri vulneribus atque peccatis / delebuntur
peccata nostra qui ait / Ecce delevi ut
nubem iniquitates tuas / et sicut ca-
liginem peccata tua / post symeonis
prophetiam / quia necesse erat / ut mulieres
etiam salvarentur / venit prophetissa
mulier de qua scribitur / Et erat an-
na prophetissa filia phanuel de tri-
bu aser / Quam pulcre ordo / non
venit ante virum mulier / sed prius
venit symeon / qui apprehendit in-
fantem / et tenuit in brachiis suis /
~~infantem deinde venit~~ deinde mulier.

que non sunt quidem verba digesta /
sed dictum est generaliter / quod confessa sit
domino / et loquebatur ~~de eo~~ eo omnibus / qui ex-
pectabant redemptionem israhel / Et iuste
sancta mulier spiritum prophetandi meruit
accipere / quia ~~prophetandi~~ longa castitate /
longisque ieiuniis / ad hoc culmen asce-
nderat / Videte mulieres testimonium anne
et imitamini illud / Si enim vobis eve-
nit ut perdatis viros / considerate
quod de ea scriptum est / septem annis vi-
xerat a virginitate cum viro / et reliqua
propterea prophetes fuit / Neque enim ut liber
et frequenter spiritus sanctus habitavit
in ea / Bonum est et primum / si qua potest
virginitatis gratiam possidere / si autem
hoc non potuerit / sed evenerit ei
ut perdat virum / vidua permaneret /
quod quidem nisi solum ~~post mortem~~ post
mortem viri / sed etiam dum ille
vivit debet habere in animo / ut et
si non evenit voluntas ipsius / et
propositum a domino coronetur et dicat /
Hoc voveo / hoc promitto / si mihi huma-
num aliquid quod non opto contingerit /
nichil aliud faciam quam incontamina-
ta et vidua permanerem / Et ut perfe-
cerunt omnia secundum legem domini reversi
sunt in galileam in civitatem naza-
reth. Pretermisit hoc loco lucas que
a matheo satis dicta noverat / dominum
videlicet post hec / ne ab herode
necandus inveniretur in egiptum
a parentibus esse delatum / defunctoque hero-
de / sic demum galileam reversum
nazareth civitatem suam inhabitare
cepisse / Solent enim ~~...~~ singuli
sic obmittere quedam / que vel
ab aliis commemorata viderint /
vel ab aliis commemoranda in spiritu pre-
viderint / ut continuata sue nar-

racionis serie quasi nulla pretermisisse videantur, que cum alterius euangeliste considerata scriptura, quo ordine transita sunt diligens lector inveniat. Puer autem crescebat et confortabatur plenus sapientia et gratia dei erat in eo. Notanda distinctio verborum quia dominus ihesus christus in eo quod puer erat, i. humane fragilitatis naturam induerat, crescere et confortari habebat; in eo vero quod eciam verbum dei et deus eternus erat, nec confortari indigebat nec habebat augeri. Unde rectissime plenus sapientia perhibetur et gratia; sapientia quidem quia in ipso habitabat omnis plenitudo divinitatis corporaliter; gratia autem quia eidem ~~creatori~~ mediatori dei et hominum homini ihesu christo magna gratia donata est, ut ex quo homo fieri cepisset perfectus esset et deus. Cui simile est quod ~~iohannes~~ scribit, eum plenum gratia et veritate, eandem ipse divinitatis excellentiam veritatis quam lucas sapiencie nomine commendans.

In circumcisione

viii die post quam ~~domini~~ **Luce ii° capitulo**

Consummati sunt dies octo ut circumcideretur puer vocatum est nomen eius ihesus et reliqua.

Omelia bede presbiteri

Sanctam venerandamque presentis festi memoriam paucis quidem verbis ~~ewangelista~~ comprehendit, sed non paucarum celestis misterii virtute gravidam reliquit. Exposita namque nativitate dominica, cuius gaudia mox angeli dignis laudibus extulerunt, pastores devota visitatione celebraverunt, omnes qui tunc audiere mirati sunt; nos quoque pro modulo nostro prout potuimus proinde deo largiente congruis missarum ymnorumque solempniis excepimus, subiunxit atque ait: Et postquam consummati sunt dies viii ut circumcideretur puer vocatum est nomen eius ihesus, quod vocatum est ab angelo priusquam in utero conciperetur. Hec sunt festivitatis hodierne gaudia venerandi; hec sacra solempnitatis dies; hec illa superne pietatis ymmo sacrosancta, que fidelium cordibus commendans ~~apostolus~~ ait: At ubi venit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adopcionem filiorum reciperemus. Magna namque dispensatione pietatis ad redemptionem generis humani deus pater non angelum non archangelum sed filium suum unigenitum mittere dignatus est; quem quia in divinitatis sue specie videre nequivimus, magna rursum dilectionis arte providit ut hunc factum conspiceremus, hoc est ex materne ~~carnis~~ carnis substancia sine virili admixtione conceptum, ad quam nos verum hominem perferret aspectus, qui in divina virtute ac substancia manens pro omnia quod erat, vere nature mortalis infirmitatem quam non habebat indueret. Et ut nobis necessariam obediendi virtutem proprio commendaret exemplo, factum sub lege filium suum misit deus in mundum, non quia ipse lege quidquam deberet, qui unus magister, unus est legislator et iudex, sed ut eos qui sub lege positi legis onera portare nequiverunt sua compassione iuvaret ac de servili condicione que sub lege erat, ereptos in adopcionem filiorum que per gratiam est sua largitate reduceret. Suscepit quoque circumcisionem lege decretam in carne, qui absque omni prorsus labe pollucionis apparuit in carne. Et qui in similitudine carnis

peccati / non autem in carne peccati adhibere
remedium / quo caro peccati consueverat
mundari non respuit / sicut etiam la-
vacrum baptismatis quo nove gratie
populos a peccatorum sorde lavari voluit
ipse non necessitatis / sed exempli causa
subiit / Scire etenim debemus fratres /
quia idem salutifere curationis auxilium /
circumcisio in lege contra originalis
peccati vulnus agebat / quod nunc baptis-
mus agere revelate gratie tempore con-
suevit / excepto quod regni celestis ia-
nuam necdum intrare poterant do-
nec adveniens benedictionem daret / qui
legem dedit / ut videri possit deus de-
orum in Syon / tantum in sinu Abra-
he post mortem beata requie conso-
lati / superne pacis ingressum spe fe-
lici expectabant / Qui enim nunc per ~~ewm~~ evangelium
suum terribiliter clamat / nisi quis re-
natus fuerit ex aqua et spiritu non pot-
est intrare in regnum dei / ipse dudum per le-
gem suam clamabat / masculus cuius
preputium carnis circumcisa non fuerit
peribit anima illa de populo suo / quia pactum
meum irritum fecit / id est quia pactum
vite in paradiso hominibus mandatum
Adam prevaricante transgressus est /
in quo omnis peribit de cetu sanctorum /
si non ei fuerit remedio salutari sub-
ventum / Utraque ergo purificatio
et circumcisionis videlicet in lege / et in
~~aqua~~ baptismatis tollende prevaricationis
prime gratia posita est / Et ne cui se-
culi labentis cura [illegible] respectus
munera deessent / Illi quoque qui a mundi
exordio / usque ad tempora date circumcisio-
nis / vel post datam circumcisionem de a-
liis nationibus deo placuerunt / vel
hostiarum oblationibus / vel certe
sola fidei virtute suas suorumque a-
nimas creatori commendantes / a primi
reatus vinculis absolvere curabant /

Sine fide enim impossibile est placere deo /
Et sicut alias scriptum est / Iustus ex
fide vivit / Sed veniens in carne dei
filius / qui solam carnis naturam / nullam
autem peccati contagionem traxit
de Adam / quia sancti spiritus virtu-
te / de virgine conceptus et natus est /
nullo indiguit eguit [illegible] gratie
renascentis / utrumque genus puri-
ficationis subire dignatus est / et
circumcisus videlicet carnaliter octava die na-
tivitatis / et tricesimo etatis anno bap-
tizatus ~~a Iohanne~~ / primo etiam tempore
salutaris hostie munus in templum
delatus / ipse templi dominus ipse non re-
spuit offerri / cuius diei dehinc tricesima
tertia opitulante domino / mira cantus
audienda sunt / et celebranda est
misterium / Cuncta itaque et legalis
et ~~evangelice~~ evangelice purificationis genera /
qui nullo indiguit dominus suscipere non
despexit / ut et consummande iam legis
decreta / suo tempore doceret esse saluber-
rima / et adveniens ~~[illegible]~~ cunctis
fidelibus ostenderet eque sub eadem re-
media / Sed et hoc quod dominus eodem die
sue circumcisionis nomen / ut ~~ipse~~ no-
veratis accepit / ad imitationem prisce fe-
cit observationis / quam ex eo cre-
dimus sumptam / quia Abraham patri-
archa / qui primus circumcisionis sacra-
mentum / in testimonium sue scilicet magne fidei
et divine ad eum promissionis accepit /
eodem die sue suorumque circumcisionis
etiam nominis amplificatione / sit cum
sua coniuge benedici promeruit / ut
qui catenus Abram id est pater excel-
sus dictus est / deinde Abraham id est
pater multarum gentium vocaretur /
quia patrem inquit multarum gen-
tium constitui te / que fidelissima
promissio / iam late per orbem iam.

et per implecta | ut etiam nos ipsi de
gentibus, ad fidei illius devotionem voca=
ti | ipsum nos patrem spiritualem habere
gaudeamus | dicente etiam nobis
apostolo | Si autem vos Christi | ergo semen
abrahe estis | secundum promissionem heredes |
Et sarai uxorem tuam inquit non
vocabis sarai sed sed saram .i. non
vocabis principem meam | sed principem
vel apte dicens | ut eam que tante
fidei particeps et socia facta est | non
ipse principem sue domus | sed absolu=
te principem .i. omnium recte credentium
feminarum vocaret | et intelligeret
esse principem | Unde beatus apostolus pe=
trus | credentes de gentibus ad similis
castitatis et modestie virtutem provo=
cans | eiusdem matris nostre sarre
debita cum laude meminit | Sicut
sarra inquit adiebat obediebat ab=
rahe | dominum eum vocans cuius estis filie
benefacientes | et non timentes ullam
perturbationem | Hec dilectionem mariti fide
amone curavit | ut singuli virum
meminerit etiam | se ipsos percepta
fide Christi cum principatus nomine ex=
celsi meruisse conspiciunt | seque per recep=
ta in ipso purificatione baptismi salu=
tis divinatam | amore Christi gaude=
ant innovasse cognomen | Ut hunc
usque ad finem firmum intemeratumque
servare contendant | Gaudentes in
se illud prophete vaticinium esse completum |
et servos suos vocabit alio nomine |
hoc est nomine christiano | quo merito
omnes servi Christi se delectantur in=
signiri | Neque enim nomen aliud datum
est sub celo hominibus in quo oporteat
nos salvos fieri | Unde propheta conse=
quenter adiungit | In quo qui benedic=
tus est super terram benedicetur
in deo amen | dicit alias de eodem
multiplicandum etiam de gentibus etiam

alloquens | Videbunt gentes iustum
tuum et cuncti reges inclitum tuum |
et vocabitur tibi nomen novum quod
os domini locutum est | Quare autem
puer qui natus est nobis filius |
qui datus est nobis Ihesus .i. salvato=
ris nomen accepit | non expositione
ut a nobis possit intelligi | sed solli=
cita ac vigili intentione eget | Ut
etiam pressimus eiusdem nominis participa=
tione salvari | legimus quippe ange=
lo interpretante | quia ipse salvum fa=
ciet populum suum a peccatis eorum | Et in=
dubitanter credimus ac speramus |
quia qui a peccatis salvavit ipse etiam
a corruptionibus | que ob peccata con=
genuit et ab ipsa morte salvare non
omittit | propheta attestante qui ait |
Qui propicius fit omnibus iniquitatibus
tuis | qui sanat omnes langwores
tuos | dimissis quippe omnibus iniquita=
tibus nostris | ad integrum omnes
langwores nostri sanabuntur cum
resurrectionis apparente gloria | novis=
sima inimica destructa fuerit mors |
Et hec est vere plena nostra cir=
cumcisio | cum in die iudicii cuncti
simul cum carnis corruptionibus con=
tinuo mox parato iudicio. ad videndam
perpetuo creatoris nostri faciem |
aulam regni celestis ingredimur |
quod est typice parentes circumcisos ad
templum domini ierusalem cum laudibus
hostiarum munus acceptabile defer=
re | Vera enim circumcisione purgatus
templum domini cum muneribus ingreditur |
qui gloria resurrectionis ab omni labe
mortalitatis excutitur | cum bonorum
fructibus operum | superne civitatis gau=
dia sempiterna subiit | Disrupisti
inquiens vincula mea et tibi
sacrificabo hostiam laudis | Vota

mea domino reddam in atriis domus
domini. in conspectu omnis populi eius
in medio tui ierusalem. Cuius desiderantis-
simum tempus celestis introitus septe-
na dies octava qua circumcisio celebra-
tur indicat. Sex etenim sunt huius secu-
li etates, notissime quidem distincte arti-
culis in quibus pro domino laboribus insiste-
re et pro adipiscenda requie sempiterna
ad tempus operam necesse est. Sep-
tima est etas non in hac sed in
alia vita quiescentium usque ad tempus
resurrectionis animarum. Octava autem
etas ipsa est dies resurrectionis sine
ullo temporis fine beata qua ~~omnimode~~
vera omnimode circumcisionis gloria
consummatur non ultra corpus quod cor-
rumpitur aggravat animam, non terre-
na inhabitatio deprimit sensum multa
cogitantem, sed corpus iam incorrup-
tibile letificat animam, et sublevat
celestis inhabitaculo totum hominem
visionem sui conditoris intuentem.
Huius eterne diei beatitudinem ~~propheta~~ in
illo supra cuius meminimus psalmo con-
templans exponit animam suam ipse, et
omnes interioris sui hominis affectus
ad benedicendum dominum, recordatusque omnes
retributiones eius exortans. Qui re-
demit de interitu inquit vitam tu-
am, qui satiat in bonis desiderium
tuum, qui coronat te in misericordia
et miseratione. Renovabitur sicut aquile
iuventus tua. Et ideo necesse est fratres
karissimi, ut qui ad hanc pulchritudinem
renovationis quasi sine circumci-
sionis desideramus premia pertingere,
curemus interim perpetue circumci-
sionis et renovationis, que cotti-
diano virtutum exercitio fit subire
remedia, deponamus secundum pristinam
conversationem veterem hominem qui cor-
rumpitur secundum desideria erroris. Re-
novemini spiritu mentis vestre, et
induamus novum hominem qui secundum deum
creatus est in iustitia et sanctitate
veritatis. Neque audientes circumcisio-
nem in uno corporis ~~membro~~ nostri mem-
bro nos castigare sufficere creda-
mus. Sed sicut idem alibi monet
apostolus. Mundemus nos ab omni
labe et inquinamento carnis et spiritus,
perficientes sanctificationem in timore
dei. Relegimus actis apostolorum, et vi-
demus beatissimum prothomartirem stephanum
iudeis secum de domino pugnantibus ter-
ribiliter intonantem. Dura cervice
et incircumcisi cordibus et auribus vos
semper spiritui sancto resistitis. Si ergo
incircumcisi cordibus et auribus sunt
qui spiritus sancti monitis resistunt, est
utique cordium et aurium, est et
omnium exteriorum interiorumque hominis nostri
sensuum circumcisio. Qui enim vide-
rit mulierem ad concupiscendum eam,
qui habuerit oculos sublimes, hic
incircumcisus est visu. At quibus vo-
ce veritatis dicitur. Qui est ex deo ver-
ba dei audit, propterea vos non au-
ditis, quia ex deo non estis. Incircum-
cisi sunt auribus. Incircumcisi sunt lingua
et manibus, quorum os locutum est
vanitatem, et dextera eorum dexte-
ra iniquitatis, qui loquuntur pacem
cum proximo suo, mala autem in
cordibus eorum, et quorum dextera
repleta est muneribus. Incircumcisi sunt
gustu, quos propheta redarguit dicens.
Ve qui potentes estis ad bibendum
vinum et viri fortes ad miscendam
ebrietatem. Incircumcisi sunt olfactu
et tactu, ~~et~~ qui et unguentis et va-
riis odoribus sunt delibuti, qui

scamtur amplexus. medias asperge tis aibile suum mirra aloe et cinamomo | Incarnati sunt gressibus | de quibus propheta commemorat | Contricio et infelicitas in viis eorum et viam pacis non cognoverunt | Et qui omni custodia servant suum cor | qui avertunt oculos ne videant vanitatem | Qui sepiunt aures suas spinis ne audiant linguam nequam | Et qui gustant et vident quoniam suavis est dominus | quam beatus vir qui sperat in eum | qui custodiunt vias suas | ut non delinquant in lingua sua | qui donec super est alitus in eis | et spiritus dei in naribus eorum | non loquuntur labiis iniquitatem | nec lingua eorum meditatur mendacium | qui levant manus suas ad mandata dei que dilexerunt | qui ab omni via mala prohibent pedes suos ut custodiant verbum dei | isti omnes suos sensus petra spiritali circumcidunt se condunt hec circumcisio | petrinis quidem cultris circumcisionem fieri legimus | petra autem erat Christus | cuius fide spe et caritate non solum in baptismate | sed in omni prorsus actione devota purificantur corda bonorum | Hec et ipsa cottidiana nostra circumcisio id est continua cordis meditatio | propter octavi diei sacramentum celebrare non desistit | Ea via nos in octavo die resurrectionis | que octavo die id est post septima sabbati facta est sanctificare convenit | ut quomodo surrexit a mortuis per gloriam patris | ita et nos in novitate vite ambulemus | prestante domino nostro Ihesu Christo qui vivit et regnat in secula seculorum amen

Quid Eiusdem Omelia Augustini est autem hoc | ut Episcopi octava die circumciditur puer | ille puer qui erat verbum in principio apud patrem. et deus erat verbum | hoc erat in principio apud deum | omnia per ipsum facta sunt | et sine ipso factum est nichil | quod factum est in ipso vita erat | et vita erat lux hominum | et lux in tenebris lucet | Quid est hoc | ut octavo die circumcideretur | quid aliud nisi quia sicut verus erat deus et erat semper apud patrem | ita verus erat homo propter nos. et veram carnem suscepit propter salutem nostram | et ita erat Christus Ihesus dominus in duabus substanciis id est in substancia dei et in substancia hominis absque peccato | Sed in prima substancia dei supra naturam | in alia autem id est hominis sua propter nos erat | Sed tamen una persona est Christus Ihesus. in trinitate | cuius caro eius non vidit corruptionem | et homo eius quem pro nostra suscepit redemptione in domino assumptus est | et in ea parte qua verbum deus erat | nullo impedimento aut detrimento. deitatis aut potestatis poterat impediri | sed fulsit in celo et in terra | et quecumque voluit | In ea vero parte qua [erasure] verus homo erat | ea que sunt hominis propter nos suscepit | sed absque peccato | quoniam non ex viri semine nostram suscepit carnem | sed virtute spiritus sancti virgo concepit | et peperit filium suum primogenitum | et ideo primogenitus appellatur | quia ineffabiliter ante secula et omnem creaturam sive in celo sive in terra omne principatum sive principium optinet | Sed in ea substancia qua erat homo | sicut diximus | in ea parte circumcisus est | et infans dictus | et puer vocatus est crescens | et gratia dei erat cum illo | et a parentibus ducitur ad templum | et purificatur secundum legem moysi | et a symeone qui erat propheta benedicitur | et accipitur in manibus ille qui erat invisibilis et impalpabilis | et deus qui erat redempturus istum.

.i. omnes qui crediderunt in illo / perficiunt
omnia que ventura sunt et in ipsum /
Sed dicat aliquis / circumcisus est
christus et purificatus est in templo
secundum legem moysi / Videbimus quia non
venit ipse solvere legem sed ad im-
plere / ut non esset dissimilis patribus /
.i. abrahe / ysaac / et iacob / ex quorum pro-
genie erat secundum carnem / ut non con-
tristarent iudei et dicerent / dissimi-
lis es patribus nostris / ideo nolumus
credere tibi / Sed quod fecerunt illi
in carne / ille fecit in spiritu / Circumci-
sio christi quid est / nisi castitas nostra /
qua deus delectatur. in novissimis
temporibus / In primo enim seculo preceptum
est / Crescite et multiplicamini et re-
plete terram / Et cum repleta est
nunc precipitur / ut qui habent uxores
sint quasi non habentes / Et sunt multi
eunuchi / qui se ipsos castraverunt propter
regnum celorum / qui potest capere ca-
piat / ac si dixisset aliis verbis /
Qui non potest capere / et se ipsum castrare
noluit / regnum celorum non possi-
debit / Et nos itaque oportet circumcidi /
non in carne / sed in spiritu et preputium
nostrum .i. vitium omne a nobis ab-
scidi / ut simus sancti et immaculati
in medio nationis prave et perverse /
inter quorum lucemus / sicut luminaria
in mundo / Verbum dei continentes / Christus
autem sicut suscepit pro nobis mortem /
ita circumcisionem non respuit /
ut nos in spiritu circumcidemur / quia cir-
cumcisione cordis delectatur / sicut
propheta dicit / In novissimis diebus circum-
cidet dominus cor tuum. et carnem tuam /
Et item circumcidite corda vestra / et non
corpora / hec est circumcisio cordis /
ut deponamus veterem hominem cum
actibus eius / qui corrumpitur secundum de-
sideria erroris / et deponentes omnem

iram et blasphemiam et avaritiam
et cupiditatem / que est ydolorum
servitus / et cetera hiis similia / indu-
amus novum hominem .i. christum / qui renova-
tur de die in diem .i. mandata eius
custodiamus / et sicut ipse ambulavit /
ita et nos ambulare debemus / sicut
dicit ~~iohannes apostolus~~ / Qui dicit se in christo
esse / debet sicut christus ambulavit ita am-
bulare / lege euangelium / et invenies quomodo
ambulavit / et tu fac similiter. Filius
autem hominis non habet ubi caput suum
reclinet / Et nemo mittens manum
super aratrum. et respiciens retro ap-
tus est regno celorum / Et nolite
thesaurizare vobis thesauros in terra /
ubi erugo et tinea demolitur / et
ubi fures effodiunt et furantur /
Thesaurizate vobis thesauros in ~~terra~~
celo / ubi neque erugo / neque tinea de-
molitur / et ubi fures non effodiunt.
nec furantur / Ubi enim est thesaurus tuus
ibi erit et cor tuum / Nemo potest duo-
bus dominis servire / aut enim unum odio
habebit. et alterum diliget / aut
unum sustinebit. et alterum con-
tempnet / Non potestis deo servire
et mamone / mamona autem divi-
cie interpretantur / ac si dixisset /
non potestis deo servire et pro-
pe huius seculi / sicut in alio loco ~~dicit~~
dominus dicit / Facilius camelum per
foramen acus est transire / quam
divitem intrare in regnum celorum /
Hec sunt mandata christi / et hec est
circumcisio / qua mandavit nos
non carne sed corde circumcidi / Qui
non crediderit ei / non habebit
vitam / sed ira dei manet super eum /
sicut ipse dominus testatur. dicens / Qui
non credit in filium non habebit
vitam / sed ira dei manet super eum /
Ipse est qui non credit filio / qui

continuacio corde et contricio spiritu
ingreditur mandata eius. Qui cre-
dit in illum et eum diligit, et man-
data eius servat et diligit. Sicut ipse
dominus dicit: Qui diligit me mandata
mea custodit. In custodiendis illis re-
tribucio multa nimis. Apostolus dicit:
Nolite effici inanis glorie cupidi, et cu-
ram carnis ne feceritis in concupiscenciis.
Et item: nichil intulimus in hunc mun-
dum, nec quid auferre possimus. Ha-
bentes autem victum et vestitum, hiis
contenti simus. Non dixit habentes cibum
et vestitum, quia cibus et vestimentum
ad habundanciam ciborum et vestimen-
torum pertinet. Victus autem et vestitus
id est cibus moditus (?) et strictus et vix suf-
ficiens. Vestitus autem brevis et te-
nuis, sive succinctus, quo post tamen in-
diguis et frigus arceri (?), quod habuit
ipse apostolus in fame et siti et frigore
et nuditate serviens domino die ac
nocte. Lege beatum Job qui dixit:
Nudus egressus sum de utero matris mee,
nudum me ex- ire in terram. Hec sunt
misteria circumcisionis Christi. Hec sunt
mandata eius, quibus precepit, ut quic-
quid superfluum cordi vestro sine animo
increpsit (?), abscidatur a nobis et circumcidatur.
Ob id enim circumcisionem accepit Christus,
qui omnia quecumque docuit dominus, hec
et opere implevit. Sicut scriptum est
de eo: Que cepit Ihesus facere et docere.
Et impleti sunt dies octo. Ductus
est ut circumcideretur puer Ihesus, et
adduceretur in templum ut puri-
ficaretur, et offerretur pro illo sacrificium
secundum quod scriptum est in lege domini. Et ritus
sacrificiorum et sabbata et decimas sacer-
dotibus dare, et circumcisionem dare, et
omnia quecumque acceperunt iudei ex lege Mo-
ysi, et omnia imperfecta erant, et con-
summare veritates non poterant. Cessa-
verunt iam, quia tunc omnia perfecta

sunt, sicut scriptum est: Misit deus
filium suum in similitudinem carnis pec-
cati, et de peccato dampnavit peccatum
in carne, ut iustificacio legis impleretur
in nobis, qui non secundum carnem, sed secundum spiritum am-
bulamus. Qui autem in carne sunt,
hoc est in peccato, sive in veteri testamen-
to deo placere non possunt. Qui autem
in spiritu id est sancto, sive sanctis et piis
operibus que Christus mandavit et que pre-
diximus, hii filii sunt dei. Si autem filii
dei sunt, heredes dei, coheredes autem
Christi. Quia opera que prediximus sine spiritu
perfici non possunt. Hec est lex domini quam
precepit Christus et docuit. Legimus in Levi-
tico, fratres dilectissimi: Omne masculum
adaperiens vulvam sanctum domino vo-
cabitur. Sanctus erat dominus Christus filius
dei, qui aperuit vulvam ecclesie, que
concepit sanctos suos ab inicio seculi,
hoc est in adventu eius omnis mundus
credidit. Tunc aperta est vulva illa de
qua dicitur in psalmo: Alienati sunt pecca-
tores a vulva, erraverunt ab utero, lo-
cuti sunt falsa. Et offertur pro eo
sacrificium id est Christo, quia ipse est super omnia
qui est benedictus in secula. Par
turturum, aut duos pullos colum-
barum. In par turturum quid est,
nisi totum hominem nostrum in servi-
tutem Christi impendere debemus,
et dicamus cum Paulo: Macero cor-
pus meum et servituti subicio. Et
item: in fame et siti in frigore et
nuditate. Et in alio loco: In vigiliis
et ieiuniis in laboribus multis. In
duobus autem pullis columbarum idem
hoc intelligimus: omnem sensum cor-
poris nostri et anime ad servitutem dei
deferre debere, quia non potest deus
in alio assumere negligentem, in alio
laborantem, sed ut usque laborem perse-

ficium deo offeramus / et dicamus cum propheta / Factus sum sicut uter in pruina / Et item / sacrificium deo spiritus contribulatus. cor contritum et humiliatum deus non spernit / Et illud quid est / misericordiam volui et non sacrificium / Ista sunt dona / ista sunt sacrificia et munera / in quibus christus delectatur et gaudet / vetera transierunt / Ecce omnia nova facta sunt / consepulti enim sumus cum christo per baptismum / et resurreximus cum illo in gloria / que sursum sunt queramus / ubi christus est in dextera dei sedens / non que super terram / Cum quod vivimus non nobis vivimus / sed ei qui pro nobis mortuus est et resurrexit / Imitemur illum qui dixit / Vivo iam non ego / vivit vero in me christus / Qui autem sunt christi / carnem suam crucifixerunt cum viciis et concupiscentiis / Et in hoc tempore / Circumcisio nichil est / et preputium nichil est / sed observatio mandatorum dei / Postquam consummata sunt que de eo scripta sunt secundum legem domini. reversi sunt in iherusalem. i. postquam consummavit ihesus opera illa / que de illo prophete predixerunt / reversus est ad patrem et sedet ad dexteram dei / Quod autem dicitur / remansit puer ihesus in templo etc. i. post resurrectionem remansit cum discipulis suis in mundo xl diebus / Quod autem quesierunt parentes eum triduo / cum ihesus invenitur / invenitur in fide trinitatis i. patris et filii et spiritus sancti / Octavo vero die circumciditur ihesus / octavus vero dies perfectus numerus / omnem plenitudinem obtinet / Quid aliud significat circumcisio domini nisi iudicium perfectionis post adventum eius novo testamento intraret / sicut et supra ostendimus / Octavus enim dies ipse est dies dominicus / et dies resurrectionis domini ex mortuis / postquam inferna penetravit / et captivam duxit captivitatem / Octavus dies figuram continens novi testamenti et futuri temporis plenitudinem / sicut in hac die / octo anime in archa noe salvate sunt / et diluvio supergresse sunt salve facte / Quid aliud significat nisi sanctam perfectionem omnium sanctorum in die iudicii pignorem in christo salvandam atque liberandam / forte hoc propheta cantaverat / Transivimus per ignem et aquam et induxisti nos in refrigerium / Diluvium enim figuram baptismi obtinebit / noe autem figuram christi / archa figuram sancte ecclesie ostendit / Sicut enim noe negatus a gentibus atque peccatoribus octo animas salvavit in archa / ita nos christus per gratiam baptismi in ecclesia salvavit atque liberavit / Consepulti enim sumus cum christo per baptismum / sicut supra diximus / Octo enim anime que erant ~~ut dixi~~ sicut dixi in archa / que in hac die salvate sunt / figuram omnium sanctorum obtinent / qui salvabuntur in futuro seculo / in quo non est imperfectio nec semiplenum / sed omnia perfecta sunt atque plena / in quo nullo invenimur. ac non dubitamus optimus et obsecramus permitte domino nostro ihesu christo. cui est honor et gloria in secula seculorum ~~amen~~

In vigilia epiphanie secundum matheum ii capitulo

In illo tempore defuncto herode ecce angelus domini in sompnis ioseph apparet in egipto / Surge et accipe puerum et matrem eius et vade in terram israel. et reliqua.

Omelia ieronimi presbiteri

Quando ioseph tulit puerum et matrem eius in egiptum ut transeat nocte tulit et in tenebris / Quando vero revertitur in iudeam / nec nox nec tenebre ponuntur in ~~ewangelio~~ / Defuncti enim sunt qui querebant animam pueri / Ex hoc loco intelligimus / non solum herodem sed et sacerdotes et scribas eo tempore necem domini fuisse meditatos / Qui surgens accepit puerum et matrem eius / non dixit accepit filium suum / et uxorem

suam / sed puerum et matrem eius /
quasi nutritius / et non maritus. Au-
diens autem quod archelaus regnaret
in iudea pro herode patre suo / timuit
illo ire / Multi propter ignorantiam historie
labuntur errore / putantes eundem
esse herodem / de quo in passione sua
dominus irridetur / et qui nunc mortuus
esse refertur / Ergo herodes ille qui
cum pilato postea amiciciam fecit / huius
herodis filius fuit / frater archelai / quem
ipsum tiberius cesar lugdunum / que
galliarum est ciuitas relegauit / fratremque
eius herodem successorem regni fecit /
lege iosephi historiam et inuenies / /
Et habitauit in ciuitate que vocatur
nazareth / ut adimpleretur quod dictum
est per prophetas / quoniam nazareus vocabitur /
Si firmum de scripturis posuisset exemplum /
numquam diceret quod dictum est per pro-
phetas / sed simpliciter quod dictum est per pro-
phetam / Nunc autem pluraliter vocans
prophetas / ostendit se non verba sumpsisse
de scripturis / sed sensum / nazareus sanctus
vocabitur / Sanctum autem dominum futurum
omnis scriptura commemorat / Possumus
et aliter dicere / quod etiam eisdem verbis
iuxta hebraicam veritatem in ysaya scrip-
tum / Exiet virga de radice iesse / et
nazareus de radice eius ascendet / Quod
non dixit defunctus / sed defuncti /
Ex hijs verbis angeli / intelligimus
multos principes iudeorum / cum hero-
de in necem domini conspirasse concessisse /
Ideoque diuina ultione actum est / ut
multi ex hijs cum eo perirent / cum quo
in necem domini consenserunt / Spirituali-
ter vero obitus herodis / finem significat in-
uidiose contentionis / qua nunc iudea
contra ecclesiam seuit / Quod autem post
obitum herodis puer iesus / ad terram
israel reuersus est / signat quod cir-
ca finem seculi / ad synagogam

reuersurus est / cum predicatione helie
et enoch in eum credentem / Unde
cum in egyptum deferri iubetur
et fugere hic in nocte precipitur / cum
vero ad terram israel reuertitur / nec
noctis fit mencio / quia quos nunc
propter incredulitatem in tenebris
deserit / circa finem seculi credentes
in lucem fidei recipiet / Audiens
autem quod archelaus in iudea regna-
ret / pro herode patre suo timuit illo
ire / Archelaus autem unus fuit
de herodis filijs / quem post se insti-
tuerat ad regnandum in iudea / institu-
erat herodes / sed postea insolencia
eius accusantibus iudeis iudicio roma-
norum apud viennam que galliarum
est urbs / exilio relegatus / vitam
finiuit / Archelaus qui leo interpre-
tatur antichristum signat / qui ad tempus
victoriam in sanctis habebit / et quasi
leo terribilis apparebit / In illam er-
go partem / qua regnabat archelaus /
ioseph cum puero ire noluit / quia
in illam partem populi iudeorum / que
antichristo creditura esset / christus non
habitauit per fidem / post necem autem
archelai christus ad terram israel reuertitur /
quia post interfectionem antichristi / syna-
goga in eum creditura est / ut ait
apostolus / Cum plenitudo gencium intra-
uerit / tunc omnis israel saluus erit / Sed
quia in ecclesia manet et manebit /
audiamus ubi habitauit / Et certa
monitus in sompnis / secessit in
partes galilee / et veniens habitauit
in ciuitate que vocatur nazareth /
Nazareth enim nazareth. flos siue vir-
gultum interpretatur / signat ecclesiam /
que florem habet munditie / et virgultum
iusticie / Cuius virgulti pulcritudine
admirabatur sponsus in canticis
canticorum dicens / Que est ista que

ascendit p desertum. sicut virgula fu-
mi ex aromatib; mirre et thuris et
vniusi pulueris pigmentarij/ Cui iterum
voce sponsi dicitur/ Ego flos campi
et lilium conuallium/ Et quia de p̄n-
tis vite cetera. amore ad celeste de-
siderium. transit/ recte nazareth.
galilee dr/ que transmigratio in-
terpretatur/ erat autem subdit/ Ut
adimpleretur quod dictum est per prophetas
quoniam nazareus vocabitur hoc testio[nium]
vt diximus/ in ~~tex~~. interpretib; no
habetur/ Non nulli enim de hebraycis
libris sumptum esse volunt/ vbi scrip-
tum est/ Exiet virga de radice jesse
et nazareus de radice eius ascendet/
Nos autem diximus/ quia si firmum
de scripturis posuisset. ewa[n]g[e]l[ist]a testio[nium]
non diceret ~~per prophetas~~/ sed prophetam/
omnes enim prophete dominum nazareum
vocant/ qui xpm eum predicant/
ipse est regno per ~~angelum~~ dicitur/
Cum venit sanctus sanctorum/ cessabit
vnctio/ Et ~~dauid~~/ Non dabis sanctum
tuum videre corrupcionem/ Et item ca-
tote qui mirificauit dominus sanctum suum

Multi ex eadem Racione

Multi ~~sunt~~ ~~eadem~~ ~~Racione~~ ~~enim~~.
propter ignoranciam ~~de eadem~~ ~~hystorie~~
historie errore labuntur/ putantes
eundem esse herodem/ a quo in passione
sua dominus irridetur/ Ergo herodes
ille/ qui cum pilato postea amici-
tias fecit/ huius herodis filius fuit/
qui nunc mortuus esse refertur/
frater autem archelai/ qui testio ~~pre~~
sui patris sui herodis/ ad mediante
autem cesare augusto. regni iudo-
rum successor extiterit/ tricesimo
quidem et septimo regni sui anno/
vt hystorie docet herodes hic
de quo narrat ~~euangelium~~ defunctus est/
qui fuit augusti cesaris quadra-
gesimus quartus/ iuxta cronicarum
fidem/ Defuncti sunt enim qui quere-
bant animam pueri/ Ex hoc loco intelli-
gimus non solum herodem/ sed et
scribas/ iam eo tempore necem domini fuis-
se meditatos/ legitur etiam in jo-
sepho herodem non multum. de princi-
pibus iudeorum. ante mortem suam
vocasse/ et mente ut eos cum quibus
ante paululum. de innocentium mor-
te tractabat/ ipse moriens tempore
mortis occideret/ Qui surgens
accepit puerum et matrem eius.
et venit in terram israel/ Non dixit
accepit filium suum et vxorem suam/
sed puerum et matrem eius/ quasi
nutricius non maritus/ Audiens
autem quod archelaus regnaret in
iudea pro herode patre suo/ timuit
illo ire. et amonitus in sompnis se-
cessit in partes galilee/ Archelaus iste
qui herodi patri successerat nouem
anne regnum iudee tenuit/ qui a
iudeis ob intollerabilem eius ferocitatem
tatem apud augustum criminatus
eterno apud viennam gallice vr-
bem dampnatus exilio/ Regnum vero
iudee quo minus validum fieret/ idem
augustus per tetrarchas scindere cu-
rauit/ quas quatuor fratres arche-
lai tenere fecit/ herodem/ antipatrem/
lisaniam/ et philippum/ vt scripto-
res tum tradunt/ Aliquem autem
mouet. quod dicit ~~matheus~~/ propterea
cum ihesu parentes eius isse in galilea/
quia metu archelai ire noluerunt/
cum propterea magis isse in galilea
videantur/ quia ciuitas eorum erat
in nazareth galilee/ sicut ~~lucas~~
non tacuit/ sed intelligendum est vbi
angelus in sompnis in egipto
dixit ad ioseph/ Surge et accipe

puerum et matrem eius / et vade in
terram israel / sic intellectum esse primo a
ioseph / ut putaret se iussum esse per-
gere in iudeam / ipsa enim primitus ~~inte-~~
~~ligi~~ intelligi potuit terra israel / Por-
ro autem postea quam comperit illic
regnare filium herodis archelaum /
noluit obicere se illi periculo / cum
posset terra israel etiam sic intelligi /
ut et galilea illuc deputaretur / quia
et ipsam populus israel excolebat / Quam-
quam et alio modo solui possit / hec quo-
que potuit videri parentibus christi cum
puero de quo talia per angelica responsa
cognouerant non esse habitandum nisi
in iherusalem / ubi erat templum domini /
et propterea redeuntes ex egypto illuc
eos ituros fuisse / et illic habitatu-
ros / nisi archelai presentia terrerentur /
Ibi enim diuinitus iubebantur habitare
ut de archelao quod timebant deberent
contempnere / Et veniens habitauit
in ciuitate que vocatur nazareth /
ut adimpleretur quod dictum est per
prophetas / quoniam nazareus vocabitur /
Si fixum de scripturis posuisset
exemplum numquam diceret quod dictum
est per prophetas / sed simpliciter quod dictum
est per prophetam / Nunc autem pluraliter prophe-
tas vocans ostendit se non verba / sed
sensum de scripturis sumpsisse / Na-
zareus sanctus interpretatur / sanctum au-
tem dominum futurum omnis scriptura com-
memorat / possumus et aliter dicere
quod etiam eisdem verbis iuxta he-
braicam veritatem in ysaia scriptum
est / Exiet virga de radice yesse /
et nazareus de radice eius ascendet /
Require et cetera. In Epiphania secundum matheum.
Cum natus esset ihesus. ijo capitulo.
in bethleem iude in diebus herodis.
Ecce magi ab oriente venerunt ie-
rosolimam dicentes / Ubi est qui na-
tus est rex iudeorum / vidimus enim stel-
lam eius in oriente / et venimus ado-
rare eum / et reliqua. Omelia Gregorii
Sicut ex lectione ~~[illegible]~~ fratres karissimi
audistis celi rege nato / rex
terre turbatus est / quia nimirum ter-
rena altitudo confunditur / cum cel-
situdo celestis aperitur / Sed videlicet
querendum nobis est / Quid nam sit quod
redemptore nato / pastoribus in iudea
angelus apparuit / atque ad adorandum
hunc ab oriente magos / non ange-
lus sed stella perduxit / Quia videlicet
iudeis / tamquam ratione vtentibus / rationa-
le animal .i. angelus predicare debuit /
Gentiles vero quia uti ratione nescie-
bant / ad cognoscendum dominum non per vo-
cem / sed per signa perducuntur / Unde etiam
dicitur prophetie / date fidelibus et non infi-
delibus / signa autem infidelibus / sed non
fidelibus / quia et illis prophetie tamquam
fidelibus et non infidelibus / et istis signa
tamquam infidelibus et non fidelibus da-
ta sunt / Unde et paulus dicit / lingue
autem in signum sunt / non fidelibus sed in-
fidelibus / et notandum quod redemptorem
nostrum cum iam perfecte esset etatis
eisdem gentibus apostoli predicant / eumque
paruulum et necdum per humani corporis
officium loquentem / stella gentibus de-
nunciat / quia nimirum rationis ordo
poscebat / ut loquentem iam dominum /
loquentes nobis predicatores inno-
tescerent / et nec dum loquentem
elementa muta predicarent / Sed in
omnibus signis / que vel nascente domino
vel moriente monstrata sunt / considera-
dum nobis est / quanta fuit in quo-
rundam iudeorum corde duricia / qui
hunc nec per prophetie donum / nec per
miracula agnouerunt / Omnia quippe

quippe elementa auctorem suum venis-
se testata sunt / Ut enim de eis quiddam
usu humano loquar / deum hunc ce-
li esse cognouerunt / quia protinus stellam
miserunt / Mare cognouit / quia sub
plantis eius se calcabile prebuit / Ter-
ra cognouit / quia eo moriente contre-
muit. Sol cognouit / quia lucis sue
radios abscondit / Saxa et parietes
cognouerunt / quia tempore mortis eius
scissa sunt / Infernus cognouit / quia
hos quos ~~cognouit~~ tenebat. mortu-
os reddidit / Et tamen hunc quem deum
omnia insensibilia elementa senserunt /
adhuc infidelium iudeorum corda
deum esse minime cognoscunt / et duri-
ora saxis scindi ad penitenciam nolunt /
eumque confiteri abnegant / quem e-
lementa ut diximus / aut signis / aut
scissionibus deum clamant / qui etiam
ad dampnationis sue ~~cum~~ cumulum eum
quem natum despiciunt / nasciturum
longe ante presciuerunt / Et non solum
quia nasceretur nouerant / sed etiam
ubi nasceretur / Nam ab herode requisita /
locum natiuitatis eius exprimunt / quem
scripture auctoritate didicerunt / et testimonium
proferunt / quod bethleem natiuitate no-
ui ducis ostenditur / ut ipsa eorum sciencia
et illis fieret ad testimonium dampnationis /
et nobis ad adiutorium credulitatis /
quos profecto bene ysaac cum iacob
filium suum benediceret designauit /
qui et caliginantibus oculis / et prophetans
in presenti filium non vidit / cui tamen multa
in posterum preuidit / quia nimirum
iudaicus populus prophetie spiritu plenus /
et cecus eum de quo multa in-
futuro predixerat / in presenti positum
non agnouit / Sed natiuitate regis
nostri cognita herodes / ad callida
argumenta conuertitur. et ne terreno re-
gno priuaretur / Renunciari sibi ubi

pueri inueniretur. postulat / adorare
velle eum simulat / ut quasi hunc si in-
uenire posset extingueret / Sed quanta
est humana malicia / contra consilium
diuinitatis / Scriptum quippe est / Non
est sapiencia neque prudencia / non est con-
silium contra deum / Nam ea que ap-
paruit magos stella perducit / natum
regem reperiunt / munera retulerunt /
et ne redire ad herodem debeant.
in sompnis amonentur / Sicque fit /
ut ihesum quem querit herodes. inuenire
non possit / cuius persona / qui alii quam
ypocrite designantur / qui dum fic-
te querunt / inuenire deum nequa-
quam merentur / Sed inter hec sci-
endum est / quod priscillianiste heretici na-
sci unumquemque hominem sub con-
stitucione stellarum putant / et hoc
in adiutorium sui erroris assumunt /
quia noua stella exiit cum dominus in
carne apparuit / cuius fuisse fatum
eandem que apparuit stellam pu-
tant / Sed si ewangelii verba pensamus /
quibus de eadem stella dicitur / usque dum
veniens staret supra ubi erat puer /
dum non erat puer ad stellam /
sed stella ad puerum cucurrit / Si
dici liceat / non stella fatum pueri /
sed fatum stelle is qui apparuit ~~fa~~ per
~~tum~~ fuit / Sed absit a fidelium cor-
dibus / ut esse aliquid fatum dicant /
vitam quippe hominum / solus hanc
conditor qui creauit administrat /
neque enim propter stellas homo / sed stel-
le propter hominem facte sunt / Et si
stella fatum hominis dicitur / ipsis suis
ministeriis subesse homo perhibetur /
Certe cum iacob de utero egrederetur /
et prioris fratris plantam teneret
manu / prior perfecte nequaquam egre-
di potuit / nisi et subsequens.

in choaspet / et tamen cum uno tempore con-
que momento. verumptamen in- fuerit / non
una utriusque vite equalitas fuit /
Sed addere solent mathematici vnde /
quia virtus constellationis in ictu punge-
tis est / Quibus eciam nos dicimus / Quam
magna est mora nativitatis / si ergo in ictu
puncti constellatio permutatur / neces-
se iam erat / ut tot dicant fata / quot sunt
membra nascencium / Fateri etiam ma-
thematici solent / ut quisquis signo
aquarii nascitur / in hac vita pisca-
toris ministerium sortiatur / piscatores
vero ut fertur Getulia non habet / Quis
ergo dicat / quia nemo illic / nemo in stel-
la aquarii nascitur / ubi piscator omnino
non est / Rursum quos nasci in signo
libre asserunt fatis dicunt trapesi-
tas / et trapesitas multarum gentium
provincie ignorant / Fateantur ergo
necesse est / aut hoc in eis signum deesse /
aut effectum fatalem stellas nullum habere.
Hec / Supremisque firmamentique terre
reges ex genere proveniunt / quibus profec-
to nascentibus quis estimet quanti
eisdem momentis horarum ac temporum
ex servili condicione nascantur / et tamen
regum filii uno eodemque sidere cum
servis nati. ad regnum proficiunt / cum
servi qui secum fuerant nati in ser-
vitute moriuntur / Hec de stella bre-
viter diximus / ne mathematicorum
stulticiam indiscussam preterisse vide-
amur / Magi vero / aurum thus
et mirram deferunt / Aurum quip-
pe regi congruit / Thus vero in
dei sacrificium ~~offerebatur~~ ponebatur /
Mirra autem mortuorum corpora con-
diuntur / Eum ergo magi quem
adorant / etiam misticis muneribus predi-
cant / Auro regem / Thure deum /
mirra mortalem / Sunt vero non-
nulli heretici / qui hunc deum credunt

sed ubique regnare tamen nequaquam cre-
dunt / Hii profecto ei thus offerunt /
sed offerre ei etiam aurum nolunt /
Et sunt nonnulli qui hunc regem esti-
mant / sed deum negant / Hii videlicet
ei aurum offerunt / sed offerre thus
nolunt / Et sunt nonnulli qui hunc re-
gem et deum fatentur / sed assump-
sisse carnem mortalem negant /
Hii nimirum ei aurum et thus of-
ferunt / sed offerre mirram assumpte mor-
talitatis nolunt / Nos itaque nato domino
offeramus aurum / ut hunc ubique re-
gnare fateamur / Offeramus thus / ut
credamus deus quod is qui in tempore ap-
paruit homo / deus ante tempora ex-
titit / Offeramus mirram / ut eum
quem credimus in sua deitate impassibi-
lem / credamus etiam in nostra fuisse
carne mortalem / Quamvis in auro thu-
re et mirra intelligi et aliud potest /
Auro namque sapientia designatur / Salomone
attestante qui ait / Thesaurus desidera-
bilis requiescit in ore sapientis /
Thure autem quod deo incenditur / vir-
tus orationis ostenditur / ~~psalmista~~ atte-
stante qui ait / Dirigatur oratio mea
sicut incensum in conspectu tuo / Per mir-
ram vero carnis nostre figuratur
mortificacio / Unde sancta ecclesia de suis
operariis. usque ad mortem pro deo certan-
tibus dicit / Manus mee distillaverunt
mirram / Nato ergo regi / aurum
offerimus / si in conspectu illius claritate
superne sapientie splendemus / Thus offerimus /
si cogitationes carnis per sancta orationis
studia / in ara cordis incendimus /
ut suave aliquid deo per celeste desi-
derium redolere valeamus / Mirram
offerimus ei / si carnis ~~desideria~~ vi-
cia per abstinenciam mortificamus /
Per mirram namque ut diximus

agitur ne mortua caro putrescat. Mortuum vero carnem putrescere est hoc mortale corpus est fluxum luxurie deservire. Sicut de quibusdam per ~~prophetam~~ dicitur: Computruerunt iumenta in stercore suo. Iumenta quippe in stercore suo computrescere est carnales homines in fetore luxurie vitam finire. Mirram ergo deo offerimus cum hoc mortale corpus a luxurie putredine per condimentum munditie custodimus. Magnum vero nobis magi aliquid innuunt quod in regionem suam per aliam viam revertuntur. In eo namque quod ammoniti faciunt nobis profecto insinuant quid faciamus. Regio quippe nostra paradisus est, ad quam Ihesu redemptore cognito redire per viam qua venimus prohibemur. A regione etenim nostra superbiendo, inobediendo, visibilia sequendo, cibum vetitum gustando discessimus. Sed ad eam necesse est ut flendo, obediendo, visibilia contempnendo atque appetitum carnis refrenando redeamus. Per aliam ergo viam ad regionem nostram regredimur, quia qui a paradisi gaudiis per delectamenta discessimus, ad hec per lamenta revocamur. Unde necesse est fratres karissimi ut semper pavidi, semper suspecti ponamus ante oculos cordis hinc culpas ~~operis~~ operis, illinc iudicium extreme districtionis. Pensemus quam districtus iudex veniet, et latet qui iudicium minatur. Et licet terrores peccatoribus intemptat et eos sustinet, et ideo tanto venire citius differt ut minus inveniat quos dampnet. Puniamus fletibus culpas et eum ~~psalmista~~ vere. Preveniamus faciem eius in confessione. Volup-

tatum fallacia nos nulla decipiat, nulla vana leticia seducat. Proximo namque est iudex qui dixit: Ve vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis et flebitis. Hinc enim ~~salomon~~ ait: Risus dolore miscebitur et extrema gaudii luctus occupat. Hinc iterum dicit: Risum reputavi errorem, et gaudio dixi: Quid frustra deciperis? Hinc rursum ait: Cor sapientium ubi tristicia est, et cor stultorum ubi leticia. Predicestis(?) precepta dei si celebramus huius festivitatis sollempnitatem diei. Gratum namque sacrificium deo est afflictio contra peccatum, ~~psalmista~~ attestante qui ait: Sacrificium deo spiritus contribulatus. Peccata nostra preterita in baptismatis perceptione lavata sunt, et tamen post baptisma multa commisimus, sed lavari iterum baptismatis aqua non possumus. Quia ergo et post baptisma inquinavimus vitam, baptizemus lacrimis conscientiam, quatenus regionem nostram per aliam viam repetentes, qui quia ex ea bonis delectati discessimus, ad eam malis amaricati redeamus.

Cum Infra octavam Epiphanie Dominica. Luce ii capitulo.

Cum factus esset Ihesus annorum duodecim, ascendentibus illis Ierosolimam secundum consuetudinem diei festi, consummatisque diebus cum redirent, remansit puer Ihesus in Ierusalem, et non cognoverunt parentes eius. Et reliqua.

Aperta Omelia beati Bede venerabilis.

Aperta nobis est fratres karissimi sancti evangelii lectio recitata, neque opus est ut in ea quid exponendo loquamur. Describit namque infantiam pueritiamque nostri redemptoris, qua nostre particeps humanitatis dignatus est fieri

Concorat eternitatem diuine maiest(atis)
in qua patri permansit ac manet
per equalis / Ut videlicet manifestaret
eius humilitatem ad memoriam reuo-
cata / et ipsa contra omnia uulnera peccatorum
medicamentum vere humilitatis curis
exerere / pro semper ad recolentes / quan-
tum nos pro diuino amore / quantum
pro nostra salute optat humiliari super-
terra simus / et cuius / si tam summa po-
testas pro nobis humiliari non respuit /
ad ~~respuenda~~ suscipienda nostre fra-
gilitatis infirma descenderet / Hec
audita et credita et confessa diui-
tate dei saluatoris / qua patri et
spiritui sancto consimilis semper et co-
eternus permanet / Speremus humi-
litatis eius sacramentum / quibus imbu-
ti sumus / nosque ad contemplandam di-
gnitatis eiusdem gloriam posse pertin-
gere / quam ipse contemplandam /
fidelibus suis seruus fideli pietate pol-
licetur dicens / Qui habet mandata
mea et seruat ea ille est qui di-
ligit me / Qui autem diligit me a
patre meo diligetur / et ego diligam
eum et manifestabo ei me ipsum /
me ipsum inquit manifestabo .i.
non qualem me omnes conspicere /
qualem et infideles videre potuerunt /
et crucifigere / sed qualem in deco-
re suo regem secularium / soli vi-
dere possunt oculi mundi cordis / ta-
lem me ad rependendam vicem di-
lectionis hijs qui me diligunt
ostendam / Igitur speremus nos ui-
deamus / per humanitatis eius sacramenta
ad intendendum diuinitatis eius speciem
posse conscendere / si tamen eadem sacra-
menta digno misterio et studio
et veritatis honore / ut accepimus

illibata seruamus / si humane conuersatio-
nis eius exempla / si doctrine quam
per hominem nobis . instruxit humili-
ter dicta sequamur / Nam qui humilita-
tis eius vestigia sequi dedignatur /
qua temeritate sperat se ad intuen-
di claritatis eius posse gaudia pe-
netrare / Qui ergo deus per omnes annos
cum parentibus in pascha ~~venit~~ ierusalem
venit / humane est nimirum humilitatis
indicium / hominis namque est ad offerenda
deo sacrificia spiritualium votorum conue-
nire / et auctorem suum orationibus lacrimisque
sibi conciliare perfusis / Fecit ergo deus
inter homines homo natus / quod fecerat
hominibus per angelos imperauerat dominus /
seruauit ipse legem quam dedit / ut
nobis qui puri homines sumus / seruanda
esse omnia que deus iubet / oste-
nderet / Sequamur iter humane co-
nuersationis eius si deitatis gloriam
delectamur intueri / Si optamus
habitare in domo eius eterna in
celis / omnibus diebus vite nostre / Si
iuuat voluntatem domini videre / et pro-
tegi a templo sancto eius / et ne
ulla metimus malorum ~~[illegible]~~ au-
ra pulsemur / meminerimus patris ec-
clesie domum / nequaquam per annum mundane
frequentare mentibus / Quod ipse duodecennis
in templo sedit in medio doctorum /
audiens et interrogans illos / huma-
ne est humilitatis indicium / ymo etiam
exemplum : discende humilitatis eo quod [?] /
dei quippe virtutis / et dei sapientia /
eterna est diuinitas / que loquitur per
Ego sapientia habito in consilio principum [?]
et eruditis intersum cogitationibus /
meum est consilium / et equitas / mea
est prudentia / mea est fortitudo /

No(ta) de superbis

per me reges regnant | et conditores
legum iusta decernunt. Beatus
homo qui audit me | qui vigilat ad
fores meas cottidie | ~~et postes~~ et
observat ad postes hostii mei | ipsa
homine induta | ad audiendos homines
advenire dignata est | ut nimirum
hominibus quamvis summo ingenio predi-
tis iam discendi verbi formam pre-
rogaret | ne qui discipuli veritatis
fieri refugerent magistri efficerentur er-
roris | et bene qui in annis erat duo-
decim subiturus officium puerulus ad
huc seniores audit | interrogat | ut
videlicet eorum proba dispensatione
compescat audaciam | qui non solum
indocti | sed etiam impuberes ad docen-
dum prorumpere magis quam ad discendum volunt
submitti | Sequamur iter humilitatis
eius | si nos mansio domus delectat
visionis | memores semper illius precep-
ti | Audi fili mi preceptum patris tui |
et ne dimittas legem matris tue |
ut addatur gratia capiti tuo | et tor-
ques collo tuo | Pandit quippe dis-
cipline paterne | ac per observantiam
matris legis | gratia capiti nostro | et
collo torques additur | quia quanto
quis divinis intentius fuerit auscultan-
re preceptis | quanto ea que didicerit
in unitate matris ecclesie diligentius
observare studuerit | tanto et nunc
dignius | ad honorem pertinet | et in
futuro sublimius ascendunt | ad beati-
tudinem cum Christo sine fine regna-
turus | Verum ne quis | ~~aut timet~~ audierit dominum
salvatorem in medio doctorum audisse |
audisseque et interrogasse magistros |
videamus quid sequitur | Stupebant
autem omnes | qui eum audiebant |
super prudentiam | et responsis eius | et
videntes admirati sunt. || Cum enim

idem verus homo erat et deus | ad osten-
dendum quia homo erat | homines magistros
humiliter audiebat | ad comprobandum quia
deus erat | eisdem loquentibus sublimiter re-
spondebat | Quia matri querenti et dicen-
ti | Fili quid fecisti nobis sic | ego et
pater tuus dolentes querebamus te re-
spondit | Et quid est quod me querebatis |
nesciebatis | quia in his que patris
mei sunt oportet me esse | Dominus maie-
statis indicat | de qua alibi dicit | Omnia
quecumque habet pater mea sunt | atque ideo
rectissime templum non magis ad se |
quam ad patrem pertinere testatur |
Inventus quippe in templo dicit | Quia
in his que patris mei sunt oportet
me esse | quia nimirum quorum una
est maiestas et gloria | horum etiam
una sedes et domus est | nec solum
materialis domus dei | que ad ado-
randum eum templum fieri solet | Sed
etiam domus intellectualis | que ad
laudandum eum in eternum constituitur |
eque patris et filii | Immo etiam spiritui
sancto constat esse communis | Denique ut
filius qui de se ac patre dilectori suo
promittit | Veniemus ad eum et mansio-
nem apud eum faciemus | dicit de
spiritu | Et ego rogabo patrem et alium
paraclitum dabit vobis | ut maneat
vobiscum in eternum | spiritum veritatis quem
apud vos manebit | et in vobis erit |
quia videlicet eiusdem sancte trinitatis
cuius una atque indivisibilis natura
divinitatis est mansio | in cordibus elec-
torum dispar esse non potest | Ergo
quod dominus in templo sedens dicit | In
his que patris mei sunt oportet me esse
declaratio est coeterne deo pa-
tri potestatis et glorie | Quod autem
rediens nazareth | erat subditus.

parentibus / humane est veritatis indicium / simulque humilitatis exemplum / In ea namque natura subditus erat hominibus / in qua minor est patre / unde ipse dicit / vado ad patrem / quia pater maior me est / in qua et paulominus minoratus est ab angelis / In illa autem in qua pater et ipse unum sunt / in qua non ex tempore vadit ad patrem / sed semper in ipso est / omnia per ipsum facta sunt et ipse est ante omnes / Cum multorum miranda magne dispensatio ~~verum~~ pietatis / qui dum parentes ~~s~~ suos / eos paulatim ad agnitionem divinitatis instrueret / Cum enim dixisset / *Quid est quod me querebatis / an nesciebatis quia in hiis que patris mei sunt oportet me esse* / Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad illos / sicut ~~evangelista~~ consequenter insinuat / *Descendit cum eis et venit nazareth et erat subditus illis* / dicebat non archanum sive divine virtutis parentibus sive humane fragilitatis matri scilicet vere sive carnis / et castissimo nutritori castitatis illius qui pro tempore nec dum prolata luce ~~evangelica~~ ab omnibus pene qui eos nosse poterant / carnali commixtione vir eius carnali ministratione pater estimabatur / sic et vocabatur / ipsius domini salvatoris / dicebat inquam hiis / quia in hiis que patris mei sunt oportet me esse / Quorum cum arcem tanti misterii ascendere intelligendo non possent / neque aliter eum in hiis que patris eius vere esse manere decernerent / nisi ut comprehendere nossent / descendit ipse cum ipsis ad infima conversacionis eorum / et pariter manere in hiis que illorum erant / et erat cum eis pia dispensatione subiectus / donec proficiente humilitatis magisterio / humanum omnibus creatoris esset perfervidus agnosceret / Quid plus agat nostra

superbia absconderem / paucis attendimus / Certe cum ea que non eternalia nominimus sed innata domino / ex tempore didicimus archana scripturarum / simpliciores quosque fratres loquentibus nobis intelligere non posse sentimus / statim extolli consuevimus / eisque despectis / de nostra nos quasi singulari / ac perplurima eruditione iactamus / quasi non sit plures nobis etiam multo doctiores / et qui a doctoribus volumus despicere / immo etiam irridere gaudemus / neque remissa animus / quia non eis qui vel inscitia / vel simplici conditione tum meditando preponunt / Sed hiis potius qui ea que dicere patiuntur operando conserunt regnum celestis patet / Insuper etiam scientia bonorum facere / et non faciat peccatum est illi / Etenim sicut ipse dominus testatur / Cui multum est datum / multum queritur ab eo / ne nos ergo scientia inflet / sed caritatis potius edificet / in parentibus in nomine filii dei / qui eis quos se sublimia descendit regnum nec dum valere conspexit / se ipsum benigna humilitate subiecit / quos exemplo imbutos / eorum quos celesti gratia dignos / celestis archanum reddere esse capaces / *Et mater eius conservabat omnia verba hec conferens in corde suo* // Omnia que de domino dicta sive acta cognoverit / mater virgo diligentius in corde retinebat / solicite cuncta memorie commendabat / ut cum domino tempore predicande sive scribende incarnationis eius advenirent / sufficienter universa prout essent gesta posset explicare querentibus / Imitemur et nos fratres mei piam domini matrem / ipsi quoque omnia verba et facta

dominum ac salvatorem nostrum? Sive in corde conservando horum meditatione diurna et nocturna, importunas inanium nocentiumque cogitationum repellamus incursus; horum crebra collatione et nos proximos nostros a fabulis supervacuis et malis dulcoribus detracta omnium colloquiis castigare atque ad divine frequentiam laudis attendere curemus. Si enim sicut beatum in futurum beatitudinis seculi habitare in domo domini ac perpetue illum laudare desideramus, oportet nimirum et in hoc seculo, quod et in futuro querimus, solicite premonstremus, frequentius videlicet ecclesie limina, et non solum in ea laudes canendo domino, sed in omni loco dominationis eius ea que ad laudem et gloriam conditoris pertinent verbis pariter et factis ostendendo. Et Ihesus proficiebat sapientia et etate et gratia apud deum et homines. Naturam vere humanitatis indicat, nisi prefata adeptus voluit; qui in divinitate idem ipse est, et anni eius non deficient, iuxta hominis naturam proficiebat sapientia, non quidem ipse sapientior ex tempore existendo, qui a prima conceptionis hora spiritu sapientie plenus permanebat, sed eandem qua plenus erat sapientiam ceteris paulatim demonstrando. Iuxta hominis naturam proficiebat gratia, non ipse [illegible] quis accipiendo quod non habebat, sed pandendo donum gratie quod habebat. Et bene cum dictum esset quia Ihesus proficiebat sapientia et etate et gratia, et adiunctum est apud deum et homines, quia quanto proficiente etate hominibus sapientie et gratie que sibi inerant dona patefaciebat, tanto eos ad laudem dei patris suscitare curabat, faciens ipse quod ceteris agendum agebat: Luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in celis est. Atque ideo non solum apud homines gratia et sapientia proficere dicitur, in quantum ipsi eius sapientiam gratiamque potuere cognoscere, sed etiam apud deum, in quantum ad eius laudem gloriamque sapientiam ac gratiam quam in eo cognovere retulerunt, Ihesus Christus dominus noster, cui cum patre et spiritu sancto sit laus et gratiarum actio in omnia secula seculorum. ~~Amen.~~ In eadem dominica secundum Matheum.

In illo tempore. Venit Ihesus a Galilea in Iordanem ad Iohannem ut baptizaretur ab eo. Et reliqua. Omelia Bede.

Lectio sancta ~~[illegible]~~ quam modo audivimus magnum nobis in domino et in servo dat perfecte humilitatis exemplum. In domino quidem, quia cum sit dominus, non solum ab homine servo baptizari, sed etiam ipse adhuc baptizandus venire dignatus est. In servo autem, quia cum sciret precursorem se ac baptistam sui salvatoris esse destinatum, in conspectu ipse flagitatus indignum sibi humiliter confitetur officium dicens: Ego a te debeo baptizari et tu venis ad me. Sed quia omnis qui se exaltat humiliabitur, et dominus qui in forma humilis inter homines instituendos humilis apparuit, mox a deo patre quantum super homines, immo etiam super angelos et super omne quod creatum est emineret, apparuit voce delapsa ad eum huiusmodi magnifice gloria: Hic est filius meus dilectus in quo michi bene complacui. Et fidelissimus atque humillimus servus ille Iohannes, qui baptizari a domino quam dominum baptizare magis optavit, et ipsum baptizare dominum et apertis super eum celis descendentem super eum spiritum pre ceteris mortalibus videre promeruit. Verum quia breviter ista prelibavimus, latius iam cuncta expositionis ipsius sacre lectionis exordium videa-

Tunc venit inquit ihesus in iordanem
ad iohannem ut baptizaretur ab eo. Venit
filius dei baptizari ab homine. non ip-
sa necessitate abluendi aliqua sua peccata.
qui peccatum non fecit ullum. nec inventus
est dolus in ore eius. sed pia dispen-
satione abluendi omnes nostri contagi-
ones peccati. quia in multis offendimus
omnes. Et si dixerimus quia peccatum non ha-
bemus nos ipsos seducimus et veritas
in nobis non est. Venit baptizari
magnus. sanctarum conditor aquarum.
ut nobis qui in iniquitatibus concepti
et in delictis sumus generati. sedem na-
tivitatis que per aquam et spiritum cele-
bratur. appetendam insinuaret institui
dignatus est lavari aquis iordanis.
qui erat mundus a sordibus cunctis.
ut ad diluendas nostrorum sordes sce-
lerum omnium fluenta sanctificaret.
fluenta aquarum. Sed quia humilem
domini dispensationem ex lectione evangelica co-
gnovimus. etiam servi humilem obedi-
entiam sedula intentione videamus.
Sequitur. Iohannes autem prohibebat eum di-
cens. Ego a te debeo baptizari. et
tu venis ad me. Expavit illum ad
se venisse ut baptizaretur aqua. in
quo nulla inerat que baptismo tergeretur
culpa. immo qui per suum gratiam spiritus cunc-
tis credentibus mundi tolleret culpam.
Unde recte intelligitur quod dicit iohannes.
Ego a te debeo baptizari. hoc esse.
quod aput evangelistam iohannem illo ad se veni-
ente narratur dixisse. Ecce agnus
dei qui tollit peccata mundi. ab illo
debemus omnes baptizari. qui ad hoc
venit in mundum. ut peccata tolleret mun-
di. ab illo debuit ipse iohannes baptizari.
id est a peccati originalis contagione mun-
dari. quia quamvis nullus inter
natos mulierum maior. tamen quia
natus erat ex muliere. culpe nemo mo

carebat. Ideoque cum ceteris. in his
natis ab eo qui natus ~~ex muliere~~
virgine dei marie apparuit. opus
habebat ablui. quoniam secundum scripturam quid
est homo ut immaculatus sit. et
ut mundus appareat natus ex mulie-
re tamen homo. quamvis sancta
natus sit ex muliere. et ob id a
macula culpe. non immunis bapti-
zare dominum. quem ex virgine natum
noverat. nullam prorsus habere macu-
lam culpe. Sed quia vera humilitas
ipsa est. quam obedientia comes non de-
serit. quod prius officium expavit. hu-
militer implevit. Nam sequitur. Respon-
dit autem ihesus. sinite modo. sic enim decet
nos adimplere omnem iusticiam.
tunc dimisit eum. id est tunc demum
dimisit. tunc consenciat. tunc passus
est eum a se baptizari. tali ordine
cognovisset. omnem iusticiam debere
impleri. Sine me modo inquid. sine
modo. ut iussi in aquam. aqueum a te
baptizari. et tu postmodum a me
quod quis baptizaberis in spiritu. Sic
enim decet nos peragere. exemplum ponendo
omnis iusticie. ut videlicet discant homines
neminem posse hominem. absque unda
baptismatis perfecte iustum existere
et esse. omnibus quamvis innocenter
et iuste viventibus necessarium. vivifice re-
generationis officium. cui tamen eque spiritus
sancti numine conceptus et natus sum
cognovit. sedem nativitatis subisse.
vel potius sibi consecrasse lavacrum.
Nulla personarum maiorum contempsit
abstinentibus meis in remissionem peccatorum
baptizari. cum meminerint dominum qui
in spiritu sancto baptizans peccata dimittere
poterit. simul baptizandum in aqua sub
misse servi manibus capiti. Sequitur.
Baptizatus autem confestim a-
scendit de aqua. Et ecce aperti

sunt ei celi et vidit spiritum dei de-
scendentem sicut columbam et ve-
nientem super se et hoc ad implendam
omnis iusticie pertinet. quod baptizato
domino aperti sunt ei celi et spiritus descendit
super eum. ut hinc nimirum fides
nostra confirmetur. per mysterium sacri
baptismatis aperiri nobis introitum
celestis et sancti spiritus gratiam insinuare.
Numquid enim deus credi debet domino tunc pri-
mum celestia patuisse secreta. Cum
vera fides habeat non minus antequam
cum hominibus conversatus est quam post
et ante patris in sinu mansisse et
sedem tenuisse celestem. aut acerbis-
simo etatis anno. cum baptizatus est
spiritus sancti dona percepit qui prima con-
ceptione spiritu sancto plenus est consti-
tuti. Nobis ergo fratres karissimi nobis sunt
hec celebrata mysteria. Cuncta enim deus
sacro sancto sui corporis intinctu bap-
tismi lavacrum dedicavit. nobis est
post acceptum baptisma celi aditum
patere. et spiritum sanctum dari monstra-
vit. Et congrua multum distantia quia
primus adam ab immundo spiritu deceptus
possidentem gaudia regni celestis a-
misit. Secundus adam a spiritu sancto per
columbam glorificatus cuiusdam regni
limina reseravit. flammamque vibrantem
qua ingressum paradisi expulso adam
primo cherubin custos interclusit. Secundus
adam hodierna die pariterque lavat
renascentes extinguere debere demonstra-
vit. Et inde ille cum sua coniuge ab
hoste victus exivit. ibi iste cum sto-
rum cetu sponsa videlicet sua ab ho-
ste victor rediret. primo peccatoribus rede-
ptis aperto vite immortalitatis ianua.
pater futuri seculi princeps pacis do-
naret. quam primus noster seculi pri-
inceps discordie temeritatis suscepto
sua cum stirpe perdidit. quia nimirum

vita illa beatissima quam deseruit ade
qua quamvis incomparabili luce et pace
sublimis ab omni curarum stimulatione.
multe serena. cura dei et angelorum
fuit visione et allocutione glorificata.
in terre tamen huius loco erat constituta.
terrenis quamvis nullo labore quesitis
alebatur fructibus. ad hec quamquam spiritus tribu-
in celorum est arce vita perhennis non
acerba. sed continua divine contemplationis
luce referta. prima hominis vita beata
erat sicut in mortalibus ut non possit in ea
homo mori. non ulla peccati pulsantis
seductione temptari. Hinc spiritus reconcilia-
tor in columba que mitium simplex
est apparuit. ut et sive unde nature
simplicitatem plenius per speciem animalis ostenderet.
spiritus enim sanctus discipline effugiet fic-
tum. et eum in quem descendet mansue-
tum intimique ac nunc proprie ponerem.
innocentemque docueret esse simplicem. sic
et omnes qui sua gratia essent renovandi
simplicitates ac munditie cordis admo-
neret ingredi. Iuxta quod scriptum est.
Sentite de domino in bonitate. et in simpli-
citate cordis querite illum. Quia in mali-
volam animam non introibit sapientia.
nec habitabit in corpore subdito peccatis.
Hinc est quod symon qui in felle ama-
ritudinis et obligatione iniquitatis per-
manere consensit. partem sortemque
in hoc spiritu habere nequivit. Illo enim spiritu
plenus erat. qui in serpente hominibus
appendit. quia ipse malicie et insidiarum
peste infectus esse credidit diligen- do-
cuit. Sed descendentem super dominum spiritum
videamus quid sequitur. Et ecce
vox de celis dicens. Hic est filius
meus dilectus in quo michi bene
complacui. filius baptizatus in ho-
mine. spiritus dei descendit in columba.

pater deus adest in voce sancte et indivi-
due trinitatis / in baptismo declaratur mi-
sterium / et recte ut qui sacramentorum suorum
dispensatoribus erat precepturus / docete omnes
gentes / et baptizate eos in nomine patris
et filii et spiritus sancti / primus ipse suo in
baptismate totam personaliter panderet
adesse trinitatem / Quod ait vox paterna /
Hic est filius meus dilectus in quo mihi
complacui / ad comparationem terreni homi-
nis dicit / in quo peccante / quodammodo se
displicuisse deus et conditor insinu-
at / cum ait / penitet me hominem fe-
cisse in terris / penitencia quidem in illum
nulla cadit / sed nostro loquens ore /
qui compungi primo solemus / cum con-
tra votum nostra opera videmus /
penitere se / dixit hominem fecisse / quem
a rectitudine sue facture peccando de-
generare conspexit / In filio autem suo
unigenito sibi singulariter complacuit /
quia hunc hominem quem induerat
a peccatis immunem servare cognovit /
et in hac quoque voce patris sicut
et in eo quod baptizatus dominus in misteriis
omnis iusticie declaratur complendo /
Cernitur etiam et columbalis specie
descendere super eum spiritus / qui sit ho-
minibus intimatur / ut per hoc sciant
se homines per gratiam se baptismatis
accepto spiritu sancto / de filiis dyaboli in
filios dei posse transferri / sicut apostolus
dicit fidelibus itaque loquens / Acce-
pistis spiritum adoptionis filiorum
in quo clamamus abba pater / et
evangelista iohannes / Quotquot autem rece-
perunt eum dedit eis potestatem
filios dei fieri / hiis de baptismo
nostri salvatoris fratres karissimi prout
ipse donavit commemoratis ad

nos ipsos revertamur / Et quia humi-
litatem obviam ex baptismate simul-
et baptizati audimus / per humilem obviam
baptisma quod suscepimus servare
curemus / mundantes nos ab omni
inquinamento carnis et spiritus / perficientes
sanctificationem in timore dei / humi-
liter subeunda et servanda misteria
eis qui nec dum in hiis se vitati
sunt suademus / et quotquot per gra-
dum sacerdotalem ad dispensatio-
nem eorum sumus sacramenta promoti / cum hu-
militer in victum nobis impleamus
officium / studeamus omnes solliciti / ut ia-
nuam patrie celestis / que nobis
est divine patefacta misterio / humanis
ipsi nobis non intercludamus sce-
leribus / neque enim frustra dominum aput
evangelistam lucam post baptisma orasse
ac sic celo aperto spiritum ac vocem pa-
tris venisse commemorat / qui etiam
tribus commemorantibus evangelistis baptizatus
mox ieiunium xl dierum solitarius
exercuit / sed nos perfecto docuit / nos-
que suo informavit exemplo / ut po-
st acceptam cum baptismo remis-
sionem peccatorum / vigiliis / ieiuniis /
orationibus / ceterisque spiritus fructibus ope-
ram demus / ne nobis torpentibus
minus quam solliciti immundus spiritus / qui
de corde nostro expulsus baptismo
fuerat redeat / Nosque spiritualibus divi-
ciis vacuos inveniens septemplici
peste deprimat / et fiant nostra no-
vissima peiora prioribus / Caveamus
sedulo / ne ignem nobis ipsi qui vi-
te iter obducat nostrorum acer-
bitate accendamus fomite vitiorum / Fla-
meus namque gladius qualiscumque
ille est / qui paradisi hostia servat /
singulis quibusque fidelium forte

baptismatis extinctus est / et ut
redire possint oblatus est. Infide-
libus autem manet semper immobi-
lis, sed et falso fidelibus iratus quidem,
sed non electis. Dum post bap-
tisma se criminibus implicare non me-
tuunt, quasi post extinctionem iterum ignis
reaccenditur, ne mereantur intra-
re in regnum, quod ficto corde et du-
plici requirunt, serpentino potius de-
nti fraudulenti quam simplici oculo
columbino. Quam in ecclesia militante fide-
liter dominus ostendit, qui in amoris can-
tico ait: Ecce tu pulcra es amica mea,
ecce tu pulcra, oculi tui columbarum.
Unde quia a nobis addiscendam
esse placitam simplicitatem columbe
scriptura hortatur, diligencius eius na-
turam videamus, ut per singula inno-
cencie eius exempla vite nobis emen-
dationis instituta sumamus. Animal
ista fellis est aliena. Omnis amaritudo
et ira et indignatio tollatur a nobis
cum omni malicia. Nullum ore vel ungui-
bus ledit, vel minima quidem animal-
culas vel vermiculos, quibus minores
pene omnes avicule se suosque pul-
los nutriunt. Inquit: Videamus ne no-
stri dentes sint arma et sagitte, ne
mordentes et comedentes invicem
consumamur ab invicem. Contineamus
manus a rapinis. Qui furabatur
iam non furetur, magis autem labo-
ret manibus suis operando quod bonum
est, ut habeat unde tribuat necessitatem
pacienti. Nam et columba sepe a-
lienos quasi suos fertur alere pul-
los. Ipsa terre fructibus et semine pa-
scitur. Audiamus apostolum: Bonum est
non manducare carnem et non
bibere vinum. Et apostolus Petrus:
Ministrate inquit in fide vestra virtu-
tem, in virtute autem scientiam, in
scientia autem abstinenciam, in ab-

stinencia autem pacientiam, in pacientia autem
pietatem, in pietate autem amorem
fraternitatis. Gemitum pro cantu habet. Miseri
sumus et lugeamus et ploremus coram
domino qui fecit nos. Risus vester in luctum
convertatur et gaudium in merorem.
Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.
Super aquas sedere consuevit, ut ad-
venientem raptum accipitris previsa
in aquis umbra declinet. Et nos in
mundi sinu ac mundarum scripturarum
fluentis seduli assidere curemus, quarum
quasi speculis edocti dinoscere et pre-
cavere valeamus insidias hostis
antiqui. Tales quippe amat ecclesia spon-
sa videlicet Christi, que in amatoris sui
laudibus canit: Oculi eius sicut co-
lumbe, que lacte sunt lote et resident
iuxta fluenta plenissima. Nidificare
solet in foraminibus petre, in cavernis
macerie. Petra Christus est, cui in cru-
ce clavis manus latusque lancea perfora-
tum, unde continuo sanguis et a-
qua nostre videlicet sanctificationis
et ablutionis misterium exivit. Ma-
ceria eius est virtus coadunata
sanctorum, caverna in ea sunt signa
dilectionis, quo teneriores fidelium
animos, dum ad fidem spei et dilectionis
perfectionem intendere suscipiunt,
quasi nidificantibus columbis in se
locum pandunt. Hec ergo fortiorum
auxilia, qui adhuc pusilli in fide
sumus, humiliter sectamur, hiis dominice pas-
sionis sacramentis se sanctificari cupimus.
Talem namque ecclesiam iterum conspicatam
dominus qualibet talibus intentam studiis
unumquemque nostrum videre de-
siderat. Talium vero sunt laudes
decantat ac predicat gratulatur:
Surge inquit amica mea specio-
sa mea et veni columba mea in

in foraminibus petre in caverna macerie
ostende michi faciem tuam / sonet
vox tua in auribus meis / Hec de
columbe septem virtutibus exempla
commemorasse sufficiat / et recte fortasse
quia spiritus sancti qui in columba de-
scendit septiformis est gratia / Verum
ceteris que de eius natura moraliter
interpretanda / humana potest con-
ferre solercia / Restat unum quod de eius
actu mistico sacra narrat historia /
cum enim dominus in figuram futuri bap-
tismatis / originalis mundi scelera
diluvii aquis ablueret / transacta
inundacione / scire volens noe qua-
liter se facies haberet terre / emisit
corvum qui ad archam redire contem-
psit / signans eos qui abluti licet
unda baptismatis / nigerrimum tamen vete-
ris habitum hominis enicandum vinc-
do deponere negligunt / Et ne spiritus sancti
unctione renovari merentur / sacra
ab intima katholice pacis / et quietis
unitate / exteriora .i. secularia desideria
sequendo desistunt / Et misit post eum
columbam / at illa venit ad eum
vespere / portans ramum virentibus fo-
liis in ore suo / amabilitatis arcus
fides et me lugentem in viro pe-
nitentis / ramum olive virentibus fo-
liis gratiam esse spiritus sancti / tunc verbis
habitantem / de cuius plenitudine
super christum requiescente psalmista ait /
Unxit te deus tuus oleo leticie pre
consortibus tuis / de cuius tamen consor-
tibus et dicto loquitur iohannes / vos unc-
tionem habetis a sancto / et nostis
omnia / et pulcherrima compacione um-
bra veritati convenit / ramum olive
corporalis abluta diluvii aquis de-
tulit in archam / spiritus sanctus in specie
columbe corporalis baptismum ad
iordanis descendit in dominum / Nos

quoque christi et ecclesie membra / quos non
solum homines qui erant cum noe in
archa / sed et animalia que archa
continebat / et ipsa quoque ligna contexta
eadem facta est archa figuravit / post
acceptum unde regenerationis lavacri
unctionem sacri crismatis gratia spiritus
sancti signamur / quam conservare in
nobis incrementum dignetur ipse
qui dedit ihesus christus dominus noster / Qui vivit
et regnat **In octava epiphanie iohannes.**
Vidit iohannes ihesum **primo capitulo.**
venientem ad se et ait. Ecce agnus
dei. Ecce qui tollit peccata mundi etc.
Iohannes baptista **Omelia Bede ut supra** bede
et precursor domini salvatoris / quem
diu venturum prophetis ac verbis predicave-
rat / ipsum iam venientem ad se / sicut
lectione sancti fratres karissimi / mo
cum legeretur audistis / mox digito
demonstravit dicens / Ecce agnus dei
ecce qui tollit peccata mundi / Ecce ag-
nus dei / Ecce innocens / et absque omni
peccato immunis / ut pote qui ab quidem
de ossibus adam / secundum naturam / sed nul-
lam de carne traxit maculam culpe /
Ecce qui tollit peccata mundi / Ecce qui
iustus inter peccatores / mitis inter im-
pios / hoc est quasi agnus inter lupos
apparens etiam inter peccatores / et impios
iustificandi habet potestatem / Quo autem
peccata mundi tollat / quo ordine iusti-
ficet impios / apostolus petrus ostendit
qui ait / Non corruptibilibus argento
et auro redempti estis de vana vestra
conversatione paterne tradicionis / sed pre-
cioso sanguine quasi agni incontaminati et
immaculati ihesu christi / Et in apokalip-
si iohannes apostolus / qui est qui
/ qui dilexit nos inquit / et lavit
nos a peccatis nostris / in sanguine suo /
non solum autem lavit nos a peccatis /

nostris in sanguine suo. qui sanguinem suum pro nobis in cruce
effudit. vel quando unusquisque nostrum
ministerio sacro sancte passionis eius
baptismo aque ablutus est. verum etiam
cottidie tollit peccata mundi lavatque
nos a peccatis nostris cottidie in sangui-
ne suo. cum eiusdem beate passionis
ad altare memoria replicatur. cum
panis et vini creatura in sacramentum
carnis et sanguinis eius ineffabili
spiritus sanctificatione transfertur. sicque
corpus eius et sanguis non infidelium
manibus ad perniciem ipsorum funditur
et occiditur. sed fidelium ore sumitur
suam in salutem. Cuius recte figuram
agnus in lege paschalis ostendit. qui
semel populum de egyptia servitute libe-
ravit. in memoriam eiusdem liberationis
per singulos annos immolatione sua po-
pulum eundem sanctificare solebat.
donec veniret iste cui talis hostia
testimonium dabat. oblatusque patri pro nobis
in hostiam odoremque suavitatis misterium
sue passionis ablato agno in creatu-
ram panis vinique transfert. factus sacer-
dos in eternum secundum ordinem melchise-
dech. Sequitur testimonium iohannis perhi-
bentis de domino. hic est inquit de quo
dixi. post me venit vir. qui ante me
factus est. quia prior me erat. post
me natus est in mundo. post me predi-
care incipiet mundo. qui ante me fac-
tus est. quia me potentia maiestatis om-
nium quantum sol luciferum. licet post ap-
pareat ante cellit. Quia prior
me erat. quia in principio erat verbum
et verbum erat apud deum et deus
erat verbum. post me venit vir. per
humane nativitatis quo iohanne posterior

est intellige. Qui ante me factus est
primatum regie potestatis qua etiam an-
gelis presidet intuere. Quia prior me
erat. eternitatem divine maiestatis qua
patri est equalis intellige. post me
venit vir. qui ante me factus est.
quia prior me erat. post me venit
humilitate. id omnes precellit dignitate. quia
prior me erat divinitate. Et ego ne-
sciebam eum inquit. Certum est
quia sciebat dominum iohannes. cui testimonium
perhibere missus. quem iudicem omnium
mortuorum venturum predicabat.
Cuius ventilabrum in manu sua. et
permundabit aream suam. a quo
spiritum sanctum dari debere testabatur.
Ipse vos baptizabit inquiens spiritu
sancto. a quo se ipsum ablui deside-
rabat dicens. Ego a te debeo baptizari
et tu venis ad me. Quo ergo dicit.
Et ego nesciebam eum. nisi quia eum
quem antea noverat. perfectius ia-
tam baptizaretur agnovit. Quem
mundi salvatorem et iudicem noverat
huius potentiam maiestatis. alicuius spiritu
sancto super eum descendentem agnovit.
Neque enim dubium est quia beatus iohannes
cum spiritum sanctum licet corporali spe-
cie videret. et vocem patris licet corpora-
liter sonantem meruisset audire.
multum excelsior visu et auditu perfecti-
orem divine potestatis excellentiam
revelatis oculis mentis sue celes-
tis accepit. adeo ut comparatione in-
telligentie quam tunc illustrari ce-
pit. eatenus illum qualis esset. cogno-
dis sibi videretur ignorasse. qui
testimonium inquod missus est. domino dili-
genter perhibens adiungit. Sed ut
manifestaretur israel. propterea veni
ego in aqua baptizans. Recte est a-
perte dicere. non ideo dicit. venn

in aquam baptizans quia peccata bapti-
zando tollere possim, sed ut eum bap-
tizando ac predicando manifestarem populo
israel, qui in spiritu sancto baptizans ad
tollenda peccata non solum israel, sed totius
mundi si ei credere voluit idoneus
appareat. Veni ego in aqua baptizans,
ut sic baptizando illi viam predicarem,
qui baptizaret in remissionem peccatorum.
Et testimonium perhibuit iohannes dicens: Quia
vidi spiritum sanctum descendentem quasi co-
lumbam descendentem de celo et
mansit super eum. Specie in columbe
spiritus descendit super dominum, ut discant
fideles non eius spiritu se posse repleri,
nisi simplices fuerint, nisi veram cum
fratribus habuerint pacem, quam signat
osculum columbarum. Habent autem as-
tula et cornu sed limat, quod colum-
ba omnino non facit, signantes eos
qui loquuntur pacem cum proximo
suo, mala autem in cordibus eorum.
Columbe autem natura que anima-
al innocens est, illis innocentibus ma-
xime congruit, qui pacem sectan-
tur cum omnibus et sanctimoniam, sollicite
servare unitatem spiritus in vinculo pa-
cis. Atque ideo spiritus in columba descen-
dendo non suam tantummodo vel eius
in quem descendit innocentiam simpli-
citatemque designat, sed eorum
qui sentiunt de illo in bonitate et sim-
plicitate cordis querunt illum. Quo-
rum unanimem pietatem ac man-
suetudinem speciali gratia donatam
dominus ipse laudans loquitur: Una est
columba mea, una est matris sue,
genitricis sue. Matrem quippe ac ge-
nitricem ecclesie spiritum sanctum vocat,
qua inspirante concepit ut ipsa quoque
possit columba recte nuncupari.
Denique hebreo sermone quo scrip-
tura sancta edita est, spiritus genere
femino appellatur, propter quod ecclesien-
ter ecclesia una christi columba, et hec
est matris ac genitricis sue electa
nominatur, quia unanimum qui vinculo
fidei christiane multis de gentibus
congregatur, quod columbina admixtione
pacis ligatur, quod electionis sorte de-
tentur, non suis meritis sed dono
accepit gratie spiritualis. Et ego inquit
nesciebam eum. Subaudis tam subtili-
ter in eum spiritum descendentem cognovi.
Sed qui misit me baptizare in aqua
ille mihi dixit: Super quem videris
spiritum descendentem et manentem super
eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto.
Baptizat dominus in spiritu sancto, per spiritus
sancti gratiam peccata dimittendo. Sunt
enim ipse aqua aliquos discipulorum suo-
rum primus baptizavit, per quos ad
ceteros fideles baptismi ritus sup-
pleverit, eosdem tamen spiritu baptizabit
peccata relaxando, et spiritus eius dona infun-
dendo, sive fideles eius in nomine
ipsius aqua baptizent electos
et crismate sancto perungant, eos-
dem nihilominus ipse spiritu sancto baptizat,
quia nemo preter ipsum peccatorum ne-
xus solvere aut spiritus sancti valet do-
na tribuere. Unde cum iohannes ei
dixisset, audierunt pharisei quia
ihesus plures discipulos facit et bap-
tizat quam iohannes, protinus adiunxit
quamquam ihesus non baptizaret, sed
discipuli eius, apte dicens quia et
si discipuli in nomine eius aqua bap-
tizarunt, ipse magis baptizare intellige-
ndus est qui peccata dimittit. Bapti-
zat etiam dominus in spiritu sancto, cum per af-
flationem eiusdem corda fidelium suorum
fervore sue flamme caritatis accendit.
Karitas enim inquit dei diffusa est
in cordibus nostris per spiritum sanctum qui
datus est nobis. Baptizat in spiritu.

sancto cuilibet electorum datur
manifestatio spiritus ad utilitatem.
virtutes operando. De quo baptizatus
et ascensurus in celum dicit apostolis
suis. Vos autem baptizabimini spiritu sancto
non post multos dies hos. Sed dili-
gentius intuendum est. Quia cum diceret
Super quem videris spiritum sanctum
descendentem addidit. et manentem
super eum. Et in sanctos enim eius
spiritus sanctus descendit. Verum quia
quamdiu sunt in corpore premente carere ne-
queunt. quia celestium contemplatio-
nem sublimi oculo mentis intendere
omnino sufficiunt. sed sepius hec ad
terrene curam conversationis inflectunt.
propterea sine dubio cordibus eorum spiritus a-
liquando venit. aliquando recedit.
Unde scriptum est. Spiritus ubi vult spi-
rat. et vocem eius audis. et nescis
unde veniat. aut quo vadat. Venit
quippe ad sanctos. vadit a sanctis ipse.
ut quem semel presentia sua eos reparavit. eius
presentia redeuntis crebra sue restauret.
In ipso autem mediatore dei et hominum
in homine Ihesu Christo perpetuo veniens
manet. in quo nec saltem cogitatio-
nis maculam quam refugeret ullam
invenit. Mansit autem totus in illo
non ex eo solum tempore quo Iohannes illum
super eum vidit descendentem. sed ex quo
homo fieri incipiens eius ministerio et
opere conceptus est. Unde etiam spiri-
tum eum dandi hominibus non nisi ex
ipse quamvis per ipse attestatur qui ait
Paraclitus autem spiritus sanctus quem
mittet pater in nomine meo. ipse vos do-
cebit omnia. Et alio loco quod ipse hunc
mittat ostendit. Si enim non abiero
paraclitus non veniet ad vos. quia ni-
mirum una est in divinitate semper in-
separabilis operatio patris et filii et
eiusdem spiritus sancti. Nam et de ipso

spiritu. quod desuper sponte veniat. ubi ve-
lit sua potestate operetur. que veli-
testatur filius ubi ait. quod et supra
commemoravimus. Spiritus ubi vult spirat. Hec
autem omnia inquit apostolus. operatur
unus atque idem spiritus. dividens singulis
prout vult. Sed revera autem super eum in
quo se manebit baptizatum spiritum de-
scendere ostenditur. ut et baptista
ipse cuius iam quem predicaret agnosce-
ret. et ardentibus daret indicium ne-
quaquam se nisi baptizatus aqua spiritu
eundem posse baptisma mereri. eundemque
interea. quo specialem dei filii agnosceret
signum fuit. quod super eum descendit. et
mansit spiritus. Cum etiam discipulis ipse
promittat dicens. Et ego rogabo pa-
trem et alium paraclitum dabit vobis.
ut maneat vobiscum in eternum. spiritum
veritatis. Et paulo post. quia apud
vos manebit. et in vobis erit. Si
enim apud servos dei electos manet
et in illis erit spiritus. quid magnum est
filio dei. quod in suo munere spiritus astrui-
tur quoniam super ipsum. quod in domino mansit
spiritus sanctus. In sanctis autem hominibus
quamdiu mortale corpus gesta-
verint partim recedit partim ma-
net. Manet quippe apud eos ut bonis insi-
stant actibus. voluntatem paupertatis di-
ligant. mansuetudinem consequentur.
pro eterno desiderio lugeant. esuriant.
et sitiant iustitiam. misericordiam. mundi-
tiam cordis. et tranquillitatem pacis
amplectantur. sed et ob servitutem iusti-
tie persecutionem pati non vereantur. ele-
mosinis. orationibus. ieiuniis. ceterisque
spiritus fructibus insistere discerent. Rece-
dit autem ad tempus. ne semper infir-
mos curandi. mortuos resuscitandi
demones eiciendi. vel etiam prophetan-
di habeant facultatem. Manet
semper ut possint habere virtutem. ut

mirabiliter ipsi viuant. Venit ad tempus
ut etiam aliis principia illorum signa
quales sint intus ut effulgeant.
Et ego vidi inquit et testimonium per-
hibui quia hic est filius dei. Supra
dixerat post me venit vir qui ante me
factus est. nunc testimonium perhibet quia
hic est filius dei. Utriusque nature
veritatem humane scilicet et diuine in
una eademque persona christi manifeste
designans. Erubescat manicheus
audiens venit vir. Conticescat fo-
tinus audiens hic est filius dei. Audi-
ant manichei quia venit vir post
iohannem fortior iohanne qui baptizat spiritu
sancto. et quia hic est filius dei. quem
cum per superbiam recessimus homines a deo
filius dei propter nos factus est homo.
Ut idem ipse et per diuinitatem congeret
nobis. per humanitatem similem nobis
pro nobis cum hoste confligeret. per di-
uinitatem patri consubstantialem. ad yma-
ginem nos dei et similitudinem quam
peccando amisimus posset digne re-
creare. per mortem nostre fragilitatis destrue-
re eum qui mortis habebat imperium.
per impassibilem sue diuinitatis potentiam
reconciliaret nos deo patri cum quo
viuit et regnat. Dominica ij post
octavam epiphanie secundum iohannem ij capitulo.
Nuptie facte sunt in chana galilee
et erat mater ihesu ibi. Vocatus est
autem et ihesus et discipuli eius ad
nuptias etc. Omelia bede venera-
bilis.

Quod dominus noster atque saluator
ad nuptias vocatus non so-
lum venire sed et miraculum ibidem
quo conuiuas letificaret facere digna-
tus est. Exceptis celestium sacra-
mentorum figuris. etiam iuxta litteram
fidem recte credentium confirmat.
Porro tacianum et marcianum ceterosque
qui nuptiis detrahunt perfidia qua

sit damnabilis insinuat. Si enim
thoro inmaculato nuptiis debita
castitate celebratis culpa inesset.
nequaquam dominus ad has veniret.
nequaquam signorum suorum initiis con-
secrare voluisset. Verum autem quia
bona est castitas coniugalis. melior
continentia vidualis. optima per-
fectio virginalis. ad comprobandam
omnium electionem graduum. discernendum
tamen meritum ex intemerato matris
virginis utero nasci dignatus est.
prophetico anne vidue ore mox
natus benedicitur. a nuptiarum ce-
lebratoribus iam iuuenis inuitatur
ad nuptias. et has sue presentia virtu-
tis honorauit. Sed altior est cele-
stium [illegible] signorum. [illegible]
namque facturus in terra dei filius
venit ad nuptias. ut ipsum se esse
doceret de quo sub typo psalmista premuni-
sta premonuit. Et ipse tamquam spon-
sus procedens de thalamo suo. Exulta-
uit ut gigas ad currendam viam.
a summo celo egressio eius. et occur-
sus eius usque ad summum eius. Unde
et ipse quodam loco de se suisque fi-
delibus ait. Numquid possunt filii spon-
si lugere quam diu cum illis est spon-
sus. Venient autem dies cum auferetur
ab eis sponsus et tunc ieiunabunt.
Hora namque incarnationis nostri salua-
toris ex quo patribus cepit promitti
nuptiis sanctorum est lacrimis et luctu
sub expectatione donec veniret. Simili-
ter ex quo post resurrectionem ascendit
in celum omnis spes sanctorum ad eius
pendet reditum. Solo autem quo
cum hominibus conuersatus est tempore flere
ac lugere nequiuerunt. quia iam se-
cum etiam corporaliter eum quem spiritualiter
dilexerunt habebant. Sponsus ergo
christus. sponsa eius est ecclesia. filii spon-
si vel nuptiarum singuli quique fidelium.

eius sunt. Ipse nuptiarum talium est
illud quo per incarnationis misterium
sanctam sibi ecclesiam sociavit. Non
ergo casu sed certi gratia misterii venit ad
nuptias in terram carnali more
celebratas ~~sunt~~ qui ad copulandam
sibi spirituali amore ecclesiam de celo descen-
dit ad terram. Cuius quidem thalamus
incorrupte genitricis fuit uterus,
in quo deus humane nature coniunctus
est, ex quo ad sociandam sibi ecclesiam
tamquam sponsus processit. Primus nup-
tiarum locus in iudea cepit, in qua
filius dei homo fieri et ecclesiam sui
corporis participatione consecrare et
sui spiritus pignore in fide confirmare
dignatus est. Sed vocatis ad fidem
gentibus usque ad finem orbis terre
earundem nuptiarum totum gau-
dia pervenit. Et vacat a misterio
quod die tertio qui superior eorum ser-
mo descripserat nuptie facte re-
feruntur, sed tertio tempore seculi dominum ad
copulandam sibi ecclesiam venisse de-
signat. Primum quippe seculi tempus
ante legem patriarcharum exemplo,
secundum sub lege prophetarum scriptis, tertium
sub gratia preconiis evangelistarum quasi tertie di-
ei luce mundo refulsit, in quo dominus
et salvator noster pro redemptione generis
humani in carne natus apparuit. Et
et hoc quod in cana galilee, id est in zelo
transmigrationis, perfecte eedem nup-
tie facte perhibentur, typice designat
eos maxime gratia christi dignos existere
qui zelo fervere pie devotionis et e-
mulari carismata meliora ac de vi-
tiis ad virtutes bona operando, de ter-
renis ad eterna noverunt sperando et
amando transmigrare. Deficiente
autem ad nuptias vino vinum de aqua
fiat, ut vini meliore proprium ordine
~~facto~~ immutato ordine facto manife-

staretur gratia latentis in homine dei
et ardentium in eum fides aucta pro-
ficeret. Sed si inspicimus ardentius, apte
te in carne domino veniente, illa legalis
sensibus simplicibus paulatim cepit ob
carnalem phariseorum interpretationem
a prisca sua virtute deficere, qui mox
ea que carnalia videbantur mutata
ad spiritualem convertit doctrinam, cunctaque
littere legalis superficiem celestis
gratie virtute mutavit, quod est vinum
fecisse de aqua. Sed primo studeamus
considerare quid sit quod cum deficiente
e vino diceret mater ihesu maria
ad eum: Vinum non habent, respondit: Quid
michi et tibi mulier? nondum venit
hora mea. Neque enim matrem suam
inhonoraret, qui nos iubet hono-
rare patrem et matrem, aut eam sibi
esse matrem negaret, ex cuius carne
virginea carnem suscipere non despexit,
teste apostolo qui ait: Quem fac-
tus est ei ex semine david secundum car-
nem. Quomodo enim non ex semine david
sumpsit carnem, qui david semine descendit?
Sed in eo quod facturus miraculum ait:
Quid michi et tibi mulier, significat
se divinitatis, qua miraculum erat pa-
traturus, non principium temporaliter ac-
cepisse de matre, sed eternitatem semper ha-
buisse de patre. Quid michi et tibi
mulier? nondum venit hora mea. Ut
eius divinitatem quam ex patre semper habuit
tamen tua carne, ex qua carnem sus-
cepi, commune non est. Nondum venit
hora mea, ut fragilitatem sumpte
humanitatis ex te moriendo demon-
strem. Prius est ut omnipotentiam eterne divi-
nitatis virtutes operando patefaciam.
Venit autem hora quo quidem filii
sibi et matri commune esset ostenderet,
cum eam moriturus in cruce dis-
cipulo virgini virginem commendare curavit.

De cass quid in terra mihi et si dic volumus quid tibi in os ad gaudia [illegible] mea. Michi quid a te de supernalibus [illegible] [illegible] quod a te [illegible] non splendens macius sed si [illegible] [illegible] nondum venit hora mea in qua [illegible] sum gentem humano [illegible] nondum venit hora mea ut ondam quod deus sum qui non sum ex te [illegible] in te

Sanctus autem infirmitate patiens . ma-
trem de qua carnem suscepit . pie cognita
ei quem maxime diligebat discipulo
commendavit . quam divina facturus
quasi incognitam se nosse dissimulat
quia causam divine nativitatis auctricem
non esse cognoscit. Erant autem ibi
lapidee ydrie sex posite secundum purifica-
cionem iudeorum . capientes singule metre-
tas binas vel ternas. Hydrie vocantur
vasa aquarum receptui parata . gre-
ce enim aqua ydor dicitur . aqua autem
scripture sacre scienciam designat . que
suos auditores . et a peccatorum sorde
abluere . et divine cognicionis solet
fonte potare. Vasa sex quibus aqua
continebatur . corda sunt devota sancto-
rum quorum perfecte fide et fidei communi recte
credendi ac vivendi proposita est generi
humano per sex seculi labentis etates .
i. usque ad tempus dominice predicationis . et bene
lapidea sunt vasa . quia fortia sunt
precordia sanctorum . ut petre illius fide
et dilectione solidata . lapidis quem
vidit daniel precisum de monte sine
manibus factumque in montem magnum
et implesse omnem terram . de quo di-
cit zacharias in lapide uno septem
sunt oculi . i. in christo universitas sancte
spiritualis insistit . Cuius et apostolus pe-
trus meminit ita dicens . Ad quem
accedentes lapidem vivum . et ipsi
tamquam lapides vivi superedifica-
mini . Bene secundum purificationem iudeo-
rum posite erant ydrie quia iudeo-
rum populo lex per moysen data est .
Nam gratia et veritas christi non mi-
nus iudeis quam [illegible] per ihesum christum
facta est . Capientes singule
metretas binas vel ternas . quia
scripture sancte auctores et nunc
sic prophetice modo de patre tantum loquitur
et filio . ut est illud . Omnia in sa-
pientia fecisti . virtus enim dei
et sapientia christus est . Immo etiam spiritus
sancti faciunt mentionem . iuxta aliud
eiusdem psalmiste . Verbo domini celi
firmati sunt . et spiritu oris eius
omnis virtus eorum . Ubi in domino ipse
spiritus . totaque unus deus est . intelli-
ge trinitatem . Sed quantum inter
aquam et vinum . tantum distat inter
sensum illum . quo scripture ante
adventum salvatoris intelligebantur
et eum quem veniens ipse revela-
vit . revelavit apostolis eorumque dis-
cipulis perpetuo sequendum reliquid .
Et quidem potuit dominus vacuas im-
plere ydrias vino . qui in exordio
mundane creationis cuncta creavit
ex nichilo . sed maluit de aqua fa-
cere vinum . quo typice doceret . non
se ad solvendam improbandamque sed ad
implendam pocius legem prophetasque venis-
se neque alia se per evangelium quam fa-
cere et docere . quam que legalis et prophe-
tica scriptura eum facturum docturum-
que signavit . Videamus tres sex ydrias .
scripturarum aqua salubri repletas
videamus eandem aquam in suavissimi
vini odorem gustumque conversam . In
prima etate seculi abel iustum frater invi-
dens occidit . et ab hoc ipse abel perpetua
martirum gloria . unus etiam in evangelicis
et apostolicis litteris . iusticie litteris lau-
dem accepit . fratricida cayn . impius . et-
ne maledictionis . penas luit . Quicun-
que hec audit metuunt . cum impiis
dampnari . cupientes cum piis coro-
nari . omnem odiorum et invidie fo-
mitem abiciunt . ideo pacificum .
iusticie modestiam innocencie vir-
tutem . paciencie curam . Vas plenum
aqua in scriptura invenit unde salu-
briter abluti potatique gaudent .
Sed si intellexerint cayn homicidam
iudeorum esse perfidiam . occisionem

abel passionem esse domini salvatoris
tenta/ que aperuit os suum. et
suscepit eius sanguinem de manu ca-
yn etiam esse/ que effusum christi san-
guinem in misterium sue renovacionis
accepit/ Ministri aquam in vinum
mutatam repierunt/ quia sacre dic-
ta legis. predicatores intelligunt/ Se-
cunde seculi inchoante/ deletus est ag-
diluvium mundus/ ob peccatorum mag-
nitudinem/ Sed solus noe propter iusticiam
cum domo sua liberatus est/ in archa
huius plage audiat vastacione horri-
bili paucorumque liberacione mirabili/
quisquis emendacius vivere cepit/ libe-
rum desiderans cum electis timens
extimari/ cum reprobis ydriam perfecto
aqua qua mundaretur. vel reficere-
tur accepit/ Ac clarius dominum aspicere
cepit/ et in archa etiam/ et in noe
christum/ in aqua diluvii peccatores/ aquam
baptismi que peccata diluit. in hominibus
vel animalibus/ que archa continebat/
multiplicatam baptizatorum diversitatem/
in columba que post diluvium ra-
mum olive intulit. in archam donacio-
nem sancti spiritus/ qua baptizati imbuun-
tur intellexit/ vinum perfecto de aqua
factum miratur/ quia in veteris hi-
storia facti suam ablucionem sanctifica-
cionem iustificacionem propheciam contempla-
bantur/ Tercia seculi etate/ deus
temptans abraham. abrahe filium
unicum eius quem diligebat in
holocaustum sibi offerre precepit/ no
distulit abraham facere que iubentur/
sed pro filio immolatur aries/ ipse cum
prole virtute eximia/ perpetue bene-
dictionis hereditate donatur/ Ecce
habes ydriam terciam/ audiens
enim qua virtus obediencie/ quanta mer-
cede remuneretur/ et ipse obediam

discere/ atque habere studuit/ Sed si im-
molacione filii unici dilecti passionem
eius intelligis/ de quo dicit pater/ Hic
est filius meus dilectus in quo mihi
bene complacui/ In qua quia divinitate
impassibili permanente/ sola humanitas
mortem passa est/ et dolorem qua-
si filius offertur/ sed aries mactatur/
Sed intelligis benediccionem que promissa
abrahe vite qui degentibus credis
iuncta et completam/ nimirum de aqua
albi vinum fecit/ quia spiritualem sen-
sum aug nova flagicia inebriavit
aperuit/ Quarte etatis initio/ da-
vid per saule regnum. ystitiae gestis
portam/ humilis innocens et mitis
exul pullo aug invicta domini persecu-
cione cuncubabat/ ecce ydria quar-
ta fonte saluum repletur/ Si mega
hec audiens humilitate atque innocencie
studes/ et superbiam cepit. atque immundi-
cio de corde repellere/ quasi haustum
aque limpidissime. quo reficiatur
invenit/ ac si in saule iudeos perse-
quentes/ in david christum et etiam
significari cognovit/ illorum aliquid fidem
cum et carnale simul imperium et spiritu-
ale destructum/ christi autem et eterne
regnum semper est mansurum/ potu-
itque vini de aqua factum senciet/
quia se suamque vitam et regnum.
secundum ipsum regem sibi scriptum legere
novit/ ubi prius quasi de aliis vete-
rem legebat historiam/ Quinta eta-
te populus peccans/ captivitate nabu-
chodonosor babiloniam transmigravit/
Sed post septuaginta annos penitens
et conversus/ patriam pristinam sacer-
dotem magnum reducatur/ Ubi de-
rium dei que incensa est/ et civitas
sancta que destructa erat reedificatur/

hec legens siue audiens quisque peccati
reatum corripit / ad penitendi remedi-
um confugit / aqua ydrie purificationis
ablutus est / Si vero intelligere didice-
rit ihesum et templum dei etiam ce-
d babilonem confusionem peccatorum / na-
buchodonosor dyabolum / ihesum sacerdotem /
magnum verum eternumque pontificem
esse ihesum christum / septuaginta annos bo-
norum plenitudinem operum / que per spiritus
sancti dona largiuntur / vel propter de-
calogum et septiformem eiusdem spiritus
gratiam / videntque hoc cotidie fieri / aliis
nimirum a dyabolo de certa captis pec-
candi / aliis gratia spiritus sancti per christum re-
sipiscendo reconciliatur ac penitendo /
vinum de aqua sibi factum / qui ad se
pertinere que scripta sunt intelligens /
magno more compunctionis ardore cri-
nisto malescens / quidquid sibi peccata
captiuanti in se deprehenderit / per
gratiam liberare desiderat / Sextam in-
choante seculi etate / dominus in carne
apparens / octaua die natiuitatis iuxta
legem circumcisus est / tricesima et
tercia post hoc ad templum delatus /
et legalia pro eo sunt munera oblata /
hoc intuens ad litteram aperte discat
quanta nobis diligentia sit ~~ea~~ re-
dei subeunda misteria / qui ipse bene-
dictionem gratie afferens / qui legem dedit
dedit / veterum summo cerimoniarum ri-
tui consecrauit / qui cuncta diuinitus
consecrat / et sic noua gratie sacramenta
simul et tradere curauit / Ecce ydri-
a sexta ad abluenda peccati conta-
gia / quasi ad optanda vite gaudia
mundiorem celis afferens vinum /
verum si in octaua die circumcisione
baptisma / quod misterio dominice resurrec-
tionis . apertissime nos morte re-
demit intelligis / inductione in templum

et oblatione hostie figuratum signi-
ficatum cognoscis / fideles quosque de
baptisterio ad altare sanctum ingredi ac
dona sanguinis et corporis dominica sin-
gulari debere consecrari / vinum quidem
de aqua facto / et qui quidem in ca-
cassimo donatus est / Porro si cir-
cumcisionis diem / ad generalem huma-
ni generis resurrectionem / qua mortalis corpo-
ris cessabit / mortalitatis tota ~~in~~
in immortalitatem mutabit / inter pre-
ris et circumcisionis indicia in templum
cum hostiis intelligis / quando post
resurrectionem vniuersali completio in
indicio sancti iam incorruptibiles
facti / ad contemplandam presenciam spe-
diuine maiestatis cum bonorum operibus
operum intrabunt / perfecto mutatum vinum
de aqua fieri videbis cuius conditorem
recte presternens et dicas / et poculum
tuum inebrians quam preclarum est /
Ergo dominus vinum in gaudia nupti-
arum / non de nichilo facere voluit /
sed ydrias sex impleri de aqua pre-
cipiens / hanc mirabiliter conuertit in vinum /
quia sex etates mundi sapientie salutari-
ris largitate donauit / quas tamen ipse
veniens sublimioris sensus virtute
secundauit / Namque carnales anima-
liter tantum sapiebant / ipse spiritualiter sa-
piendo reserauit / Vis audire secundum
quem de aqua faciat vinum / apparuit
post resurrectionem suam duobus disci-
pulis ambulantibus in via / et loquebatur
illis et incipiens a moyse et ~~in~~
omnibus prophetis / interpretabatur illis in
omnibus scripturis que de ipso erant /
Vis etiam audire / quo eodem
se vino inebriat / post modum agnos-
centes quis esset qui eis verbum
vite propinabat / dicebant ad inuicem /
Nonne cor nostrum ardens erat

in nobis dum loqueretur nobis in uia et aperiret nobis scripturas. Dicit ergo ihesus ministris: implete ydrias aqua. Quam primitus qui hoc inuenitur facere, ministri designantur discipuli, qui impleuerunt ydrias aqua, non quidem ipsi perfectis mundi etates legalibus aut propheticis implendo scripturis, sed ipsi intelligendo prudenter et aperiendo fideliter, quia scriptura que apud prophetas ministrata est, et salubris esset ad haustum celestis sapientie et ad omnem castigationem utilis, impleuerunt eas usque ad summum, quia recte intellexerunt nullum fuisse tempus seculi a statu alienum doctoribus, qui sine uerbis, sine exemplis, sine etiam scripturis uiam uite mortalibus panderent. Et dicit eis: Haurite nunc et ferte architriclino. Et tulerunt. Architriclinus aliquis peritus legis illius temporis est, fortasse nicodemus, uel gamaliel, uel discipulus eius tunc saulus, nunc autem magister totius ecclesie paulus apostolus. Et dum talibus uerbum euangelii creditur, quod in littera legis et prophetie latebat occultum, uinum utique architriclino de aqua factum propinatur. Unde conuenienter prescriptum quod architriclinus uocans sponsum dixit: Omnis homo primum bonum uinum ponit et cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti uinum bonum usque adhuc. Certa ductorum est cognoscere distanciam legis et euangelii ueritatis et umbre antiquitatis ueteribus institutis. Cunctis regni tunc in primis nouam euangelice fidei gratiam et precia celestis patrie dona preferre. Hoc fecit initium signorum ihesus in chana galilee et manifestauit gloriam suam. Manifestauit quidem signo, quia ipse esset rex glorie et

ideo sponsus ecclesie, qui ut homo cominus ueniret ad nuptias, sed quasi deus celi et terre elementa prout uoluisset conuerteret. Pulcra autem rerum conuenientia, quod inmortalis iam post resurrectionem effectus, inmortalis uite studia post secularibus ostenderet. Aqualem prius et quasi insipidum mentem eorum sapore sapientie celestis imbuerat, et primo consistens in terra simul nunc aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas, et postmodum misso eodem de celis, maiorem super in amoris simul et sapientie spiritualis flagranciam eorum cordibus infudit, dicta omni mensura cogitatione longius, quibus omnibus orbi eam quam percepere uite gratiam propinare sufficerent. Has ergo nos et ecclesie nuptias frequentium, que et tunc in una ciuitate figurabantur, et nunc omnibus celebrantur in orbe terrarum, tota mente diligamus, harum gaudiis celestibus in defessa bonorum operum intentione iungamur. Has quia perfectam totali intimi mundi dilectionis gratia celebrare curemus, nostreque actionis simul et cogitationis maculas ante diem extremi districti iudicis examinando diluamus, ne forte tunc ingrediens rex, qui has suo filio fecit nuptias, si non uiderit nos nuptiali caritatis ueste uestitos, abiciat nos, et alligatis a bene agendi facultate pedibus nostre ac manibus exteriores mittat in tenebras. Ammonemus fide fortia cordium nostrorum uascula sancti primo purificationem preceptorum celestium impleamus. Hec aqua sapientie salutaris fiat lectionem crebrius accedendo, rogamus dominum ut ipsam

Crisostomus super Matheum. Ideo descendit dominus de monte ubi descendit de celo [illegible] ut leprosos curaret [illegible] leprosus [illegible] in monte non ascendo [illegible] ascendit in monte domini. Innates [illegible] ascendit [illegible] carnalium [illegible] lepre corruptus [illegible] bona [illegible] semper [illegible] delectat [illegible] malo [illegible] delectare [illegible] complacet bonum [illegible] mali displicet [illegible] ille

quam nobis sancte gratiam contulit,
ne forte infidelitatis sive fervore
calefiat et ad superna solum queren-
da ac sapienda convertat, qualiter spiri-
taliter inebriati possimus et ipsi eum
perfecta caritate, potasti nos vino
compunctionis, sic adsit, ut nobis
quoque bene placeamus, et nunc corpo-
rea . . . sufficiamus, et infinita presen-
tia manifestabit gratiam suam in qua
vivit et regnat cum patre in unita-
te spiritus sancti Deus. **Dominica III**

post Epiphaniam. Cum descendisset **Mathei VIII capitulo.**
Cum descendisset Jesus de monte secute sunt
eum turbe multe, et ecce leprosus ve-
niens rogabat eum dicens: Domine si
vis potes me mundare. **Omelia**

Descendente in monte domino **Origenis**
discipuli venerunt ad eum sicut
alacres, sicut domestici, sicut proximi,
sicut amici vel fratres, ideo et ait dominus
ad eos: Vos estis sal terre, vos estis
lux mundi. Nunc vero descendente
eo de monte turbe secute sunt eum,
que in montem ascendere non potue-
runt, ut pigri peccatis, ut negligentes,
ut imperfecti, ita et filii Israel primitus
in montem ascendere non valuerunt,
ad obviandum deo surgere non potue-
runt propter suam irreligiositatem
et impietatem, sed solus Moyses
ascendit et pauci cum eo seniorum
Israel, ita et cum domino discipuli soli
in montem ascenderunt et tardio-
res de monte deorsum steterunt.
Sic modo et vigilantes et alacres
et fideles anime deum timentes et
deum diligentes regna celestia de-
siderantes deum sequentes post deum
in illum celestem montem ascen-
dunt. Audientes apostolum dicentem:
Que sursum sunt querite, que sursum

sunt sapite, ubi Christus est in dextera
dei sedens. Descendente autem domino,
hoc est inclinante se ad infirmitatem
et impotenciam ceterorum, misertus
imperfectioni eorum infirmitati, secute
sunt eum turbe multe ~~aut quidam~~ aliquanti
propter caritatem aliquanti propter doctri-
nam, et aliquanti propter admirationem
et curationem. Et ecce leprosus venit ho-
[venerando] cultus qui curam querebat, qui
levamen desiderabat ~~eum dicens~~ Et
ecce leprosus homo veniens adorabat
eum dicens: Domine si vis potes me
mundare. Deorsum curens rogas
o homo, et in monte nichil dicis? Esto
sic, quia tempus et tempus omni rei sub celo,
tempus doctrine et tempus curationis. In
monte docuit, clamavit, monuit, animas
curavit, corda sanavit, preterea ergo ego
illa maiora temperavit, nunc illa similia
curare passibus sum, ipsis ergo absolute
completis deorsum eo de monte ad
curandum descendente, sicut de celo, sicut
de celestibus montibus, ad salvandos car-
nales descendente venit ad eum homo
leprosus adorans eum. Antequam peti-
ver adorare cepit, antequam roga-
ret, cultum ostendit. Adoravit
enim propter hoc, ipse deum et dominum vo-
cans eum, adorabat eum. Sic et illi
beati magi primum munus preferentes adora-
verunt eum, et ita demum ei munera ob-
tulerunt. Eodem modo et nunc iste
credens adorabat, et sic supplicem ob-
tulit postulationem domino dicens: Tu quod
digne adoraveris, qui merito coleris,
te ergo ut dominum adoro, ideoque dominum di-
co, opera plus contestans, et sic verba
loquens, per te enim omnia facta sunt.
Tu ergo domine si vis potes me mun-
dare, voluntas tua opus est. Idcirco
si vis potes me mundare, voluisti
ut fieret in mundissima lepra super me

hic agitur de phariseis et publicanis nota

beneo

Ier° Lava a malicia cor tuum et salvus eris
Ysa Lavamini et mundi estote

deinde / sive propter peccata mea, ut cor-
poris permansi(?) / sive propter tuam
prudenciam / et mirabili me mundans
magnificeris / omnia dispensantur
etiam prudentia ... et salutem
largiter tribuis / Hinc ergo lepra
hanc propter peccata mea portavi dimit-
tens culpas meas munda me / sive
propter prudenciam mirabili ma-
gnificeris / munda me / ut ab omnibus
magnificeris / Domine si vis potes me
mundare / voluntas tua opus est /
quia et opera voluntati tue obediunt /
Ideoque si vis potes me mundare / non du-
bito / non fallor / non dico sicut ille qui
salutem filii deprecabatur / si quid po-
tes adiuva nos / Sed scio quod omnia
potes / ideoque non potentiam peto / non
fortitudinem quero / has enim scio te
indeficientes / sed tantum voluntatem
tuam deprecor / et sequens virtus
statim hanc graciam implebit / Domine
si vis potes me mundare / michi
autem ad beneficium tibi ad laudem /
videntibus autem ad miraculum / et ad
proficiendi doctrinam / Domine si vis potes
me mundare / Tu per prophetam naaman
principem sirie [illegible] in iordane
tingens lepram mundasti / tu et
modo si vis potes me mundare.
Cui videns Dominus ait / Confiteris
quia ego possum / proficiens / si ego vo-
lo fit / Ideo volo mundare / Volunta-
tem parans / primam confitens / Volo
mundare / Magnifice credens / magni-
fice et mundans / plenissime confi-
tens / plenissime letificaberis / Volo
mundare / non dubitasti credere / non
timuisti statuere / non distulisti confessio-
nem / quia differum(?) te mundare / Vo-
lo mundare / Et ut magnam graciam
tibi ostendam / manum tibi porrigo /
Extendens itaque manum Jhesus teti-
git eum dicens volo / mundare. Et
quare tetigit eum Dominus cum lex pro-
hibuisset leprosum non tangere / propter hoc
tetigit ut ostendisset / quia omnia mun-
da mundis / quia aliorum aliis non
adherent inquinamenta / quia extrinsecus
mundicia immaculatos non conta-
minat / Sed adhuc propter quid tetigit
ut humilitatem demonstraret ut nos do-
ceret neminem nullum horrorem / nulli
contemptibilem ducere propter corporis
lesionem / aut maculam / que adeo [illegible]
[illegible] propter qua ~~tetigit~~ racionem.
Ergo extendens manum Jhesus tetigit
eum / medicus aut summus celestis / cor-
pora enim multis curare possum / propter te
dicens tango non ut infirmitas
michi adhereat / sed ideo sit absque
qui eam habent expellam / Sol si-
cut enim ait [illegible] et luna [illegible]
ideoque omnibus appareo et omnes splen-
doribus ad salutem irradio / Ipse vero
sicut sum permaneo in singulari me
sanctitatis pulcritudine / Extendens
manum tetigit eum / Non sermo [illegible]
sed [illegible] / non destino man-
datum / sed fugo [illegible] mundo lepram
ideoque cum extendo manum mox ef-
fugit / hec comminatio mee virtutis
[illegible] et resistere mee potestati non
potuerit / Dico mundare / Et manum
Et manum attingendo extendens
effugit illico lepra / et iuncta est
manus domini non lepram / sed mun-
de tetigisse corpus / consideremus 2
nunc nos dilectissimi fratres / ut nullus
peccati lepram in sua habeat anima
ut nullus contumaciores [illegible]
in suo retineret corde / Et si habet
instanter adeamus dominum dicat ad
eum / Domine si vis potes me munda-

[Margin notes: [illegible]]

delicta

Tu illum prius multa delicta dimittere
mundasti / manasses cum in innumerabilibus
aliis a seculo peccatis infectus es /
Tu ergo si vis potes me mundare /
Et dominus mox mox porrigens manum
dicebat / volo / mundare / Et ihesus ait illi
mundato a lepra / Nunc autem infectus
es / nunc credens domino qui confessus
es in virtute eius / Sicut ergo dixit
ihesus Credidisti sanatus es / confessus mundus
effectus es / Noli oblivisci qualis fu-
eris et qualis factus sis / Non cesses
gratias agere / non taceas confiteri / Sic
et nos debemus facere bonum facere /
cum a domino nostro de aliquo periculo libe-
ramur / cum ab aliquo dolore sanamur /
sive infirmitatis / sive vulnerum / sive
de qualibet necessitate / non efficiamur in-
grati / non relinquamus liberatorem
nostrum / sed alacriter gratiam ei
actionem reddamus / hoc enim et illi
mandavit dominus dicens / ~~ait vade ad~~
vade ait ad sacerdotem et offer munus
tuum. Dixit ergo ei ihesus Vide nemini
dixeris. Et quare o dulcissime domine
dixeris
~~non dicat~~ nemini / propter meam ait s[illegible]
et ut nos doceamus / cum a-
liquid boni faciamus / non gloriari non ex-
tolli / non inaniter placere velle in
conspectu hominum / sicut consuetudo est
aliquantis / sive cum aliquid boni fe-
cerint / sive cum ieiunaverint / sive
in pauperum elemosynis et largitatibus
sive in altaris honore / sive in sacerdotum
honorificentia / etenim ipsi ante homines
volunt gloriari et sibi placere / ante
deum mercedem perdentes / Vide nemini
dixeris / te enim tacente / hic mirabi-
clamabit te enim os non aperiente
omnis tua corporis substantia iubilabit
heri immundus / et hodie mundus
et ante pusillum horribilis / et nunc

.. scilicet non est necesse hec multa verba vocibus personare
quod sanatus corpore ondebat

decorus / vade ergo nemini dixeris / sed
vade ostende te sacerdoti / ambulan-
tem in templum / te videntes admi-
rabuntur / et sacerdos videns expa-
vescat / quod secundum legem semel et bis
habes ablutus / ostendens te ipse
mundare non potuisti / vade ergo
ostende te sacerdoti / et videns agnos-
cat / quia non per legis consuetudinem
mundatus / sed per gratie operationem / non
per terrenorum sacerdotum imaginem /
sed per celestem summi sacerdotis splen-
dorem / vade ostende te ipsum sacer-
doti / sacerdoti te ostende / a summo sa-
cerdote missus / sacerdoti te ostende /
a summo sacerdote dei patris mun-
datus / Sed non videaris in conspectu
domini / manum vacua ad eum venire /
non venias in conspectu sancti tem-
pli infructuosus / sed offer munus
tuum / ad illum enim hoc tunc nos ad-
monet / omnes ad illum loquens / nobis
omnibus dicit / ut et nos dona / et
munera / non teneamus apud nos / sed
reddamus deo / maxime cum de ali-
qua liberamur tribulatione / offer
inquit munus tuum / quare / ut hos
qui vident te portare et offerre ac-
cedant hiis miraculis et magnificent
deum / qui infectus est tu / et infi-
delibus pro te miraculo / et testimonium
domini ecordis ipsorum fiat / Sic et
illum egrotum et octo annis iacentem
in infirmitate cingens a langore /
iussit portare grabatum suum et
ire domum suam / et hunc ipsum lectum
portantem / ab eo per medium civitatem
clamasset / salvantem se innotando / et
laudando / Sic et illum cecum / in nata-
toriam siloe misit / ut videntes eum
ambulare / illic eundo cecum / et iterum
remeantem / mirati et obstupefacti

Nota de servo centurionis.

crederent hunc talia mirabilia fac
ere. Post hec signis que dicta sunt
cum intravisset in capharnaum civi
tatem galilee / sic enim cognominata
est capharnaum / quia signis dominus
virtutes sue magnificentie demon
stravit / ingrediente eo capharnaum
cui ibi ingressus est propter hoc et
invenit. et statim manifestum est.
Accessit ad eum centurio / accessit
vere non dimidius sed totus / non
aspectu corporis tantum sed et complemen
dine / non facie tantum sed et inmaculato
corde accessit / centurio alienigene
generacione / sed et domesticus corde /
alienus nacione / sed alacer fide / mi
litum princeps / sed plus angelorum
gaudium / accessit ad eum centurio
intercessurus illorum qui quondam
ad helyam in camelo ascendentes quin
quagenarii mox infidelitatis sue
igne combusti sunt / et iste in fide
mox in sinu dei puritatis est abrahe.
Accessit ad eum centurio rogans
eum et dicens. domine puer meus iacet
in domo paraliticus et male torquetur.
Multi in illo tempore pro aliis rogabant in
firmitatibus / alius pro filio / alius pro alio
aliquo / et nullus pro servo nisi iste so
lus / et hoc ei ad augmentum beatitudinis /
ad coronam glorie erat / Quid enim
cogitabat iste beatus / Quid estimabat
iste in omnibus bonis plenus centurio
iste / aiebat michi servus est / et ego
hunc ~~in celo~~ magni in celis habeo
dominum. Si ergo ei non misereor quod
michi ille miserebitur. Si ego hunc
non subvenio / quo ille michi subve
niet. Sic omnes deberent qui famulos
habent et famulas / sic cogitare / sic mi
sereri / condolere eis / sic supplicare /
sic curam habere de servis suis vel

de ancillis suis / sicut et iste beatus cen
turio fecit. Puer meus inquit iacet
in domo / non in una re tantum miserabi
lis quod iacet / sed et in alia quod parali
ticus / tercia quod male torqueretur.
Omnia enim ista dolorem faciunt. Cog
nit et iacentem et paraliticum / et du
re detentum / adeo ut et sic eum an
gustiis dominaret / et deum commoniss
este et eius caritatem imitaret / et
dei benivolenciam inviteret / puer
meus iacet in domo / et quare quare
non attulisti eum / sicut illi illum pa
raliticum in lecto portaverunt. Scio / fa
ciat / quia non opus est ostendere
illi omnia videnti / non opus est in
conspectu eius offerre. cuius potencia
non firmatur / nec includitur / nec con
cluditur. Iacet in domo paraliticus et
male torquetur / Quid ergo vis /
quid cupis / quid desideras / non mul
tum loquar / Scio enim. quia ad omnia
cognoscentem loquor / non verbo /
scio enim quod ad omnia prescientem. Inde
ideo quod iste cognoscens / corde vide
dicat. Ego veniam et curabo eum.
Ego ad abraham veniens / sare pa
rem uterum / in senectute ei ysaac
filium donavi. Ego et nunc veniens
ad te curabo eum / et quo promittis
domine adventum tuum. habuit / qui nec
quivit / nec petit / faciens quod non accep
tabile sit ei / ut veniens in domum
eius / abhoc propter quid omnis hoc pro
fert / ut et eos prevaleatis et eius
fidei simulatis / vel cognoscatis quid
iste sit / et qualis in eo fidei thesaurus
~~invenietur~~ habeatur occultus. Iam
enim et primitus abraham temptavi /
non propter hoc ut cognoscerem / que
ante sciebam / sed ut eos similes
in omni temptacione / sed fortissimi

inveniam. Et ideo ita vitam probavi
non propter hoc probavi quem iustum
testificatus sum, sed ut vobis spem et
fiduciam vel confidenciam demonstrem,
ideo quia et hunc dico, Ego veniam et
curabo eum. Ut ipse magnam fidem
suam proferens dicat, Domine terruisti
me de hoc promisso, contristasti me, de
hoc dicto interfecisti fortitudinem
anime mee, in hoc verbo, non sum dignus
aspectu, non sum dignus appropinquacione
non sum dignus aspectu vel intuitu
tuo, Domine non sum dignus ut intres
sub tectum meum. Moyses primus
ille magnus tuus consiliarius, ille
mirabilis tuorum narrator operum, ille
fidelis in domo tua, minimus se humilia-
vit dicens, non sum dignus ante
hesternum et tercium diem, quanto
magis et ego dicam Domine non sum
dignus ut sub tectum meum intres,
alienigena sum, gentilis sum, miles
sum, gladio accinctus sum, sanguinem
fundens, ad plurima currens, ideo quia
non sum dignus ut intres sub tectum
meum, sed tantum dic verbo, sed tu
vere verbo, verbum tuum, aspectus tuus
est, verbum tuum opus consumatum
est, ideoque dic verbo, omnis absens
corpore, quod presens spiritu consummare potes
~~tecum est~~, ubique indeficiens tua presencia,
ubi quia presens tuus aspectus, si dico
ego accessi et intravi, tuo indignus
sum, et iste infirmus, verbi tui
visitacione indiget, et ideo dic ver-
bo et sanabitur puer meus, sed et
hoc nullus non pertranseat, sicut pu-
sillum aliquid quod dixit iste beatus,
non sum dignus ut sub tectum meum
intres. Intrat et nunc dominus sub tec-
tum credencium. Duplici figura, vel
more, hunc enim sancti et religi-

osi et deo acceptabiles ecclesiarum an-
tistites sub tectum tuum intrant, tunc
ibidem dominus per eos ingreditur, et
cui sic estimes tamquam dominum sus-
cipiens et aliud quidem dominum sumis
cibum, quod incorruptum accipis et
pulcrum, quando vite pane et poculo
fueris, quando manducas et bibis
corpus et sanguinem domini, tunc dominus sub
tectum tuum ingreditur, Et tu ergo
humilians temetipsum imitare hunc
centurionem et dicito, Domine non sum
dignus ut intres sub tectum meum,
ubi enim indigne ingreditur ad iudicium
ingreditur accipienti. Sed adhuc que
addicit ille bonus in sequentibus. Nam et
ego homo sum sub potestate constitutus
et habeo sub me milites. Et dico huic
vade et vadit, et alii veni et venit,
et servo meo fac hoc et facit. ¶ O perfec-
ta, o intencius mentis, o munditia cordis,
per eum manifeste veritatis confessionem
revelavit, et nulli testamenti instinctum
declaravit, et ecce in se invenit ymagi-
nem presencie quod exigentibus domino credentium
factus est, Ego ait homo sum sub po-
testate regis vel principis indignus ego,
habeo sub potestate mea milites et ser-
vos, et tu habes sanctos sub potestate
tua angelos sicut milites, et sanctos
omnes servos, Ego mando unicuique et
facit secundum preceptum meum, et tu man-
das quod statim completur, Tu enim
mandas et dicas fit, mandas et sine
mora perficitur, Omnis enim creatura
servit tibi, et ideo dic verbo et perficia-
tur velociter, et sanabitur hic puer
meus, O fides viri, O religiositas
militis, quo te magnificemus, O dulcis-
sime amice veritatis te admiratur
dominus, et tuum indeficientem magnificat.

fidem. cuius de tenebris genitum tam
processit lumen. cuius de errore candidum
non cognoscencium tanta manifesta-
ta est iusticia. cuius ex ore stulto ydo-
lis serviencium tam limpida effulsit
fides. Audiens ergo dominus admirabatur
et quia deus unigenitus miratur
quantum sit aut quale inenarrabili
et inestimabili prope sensu. O homo
quod deo nichil est mirabile. nec au-
rum nec divicie. nec regnum nec
principatus. Ista omnia sunt in conspectu
eius tamquam umbra et sicut nichil
sicut flos decidens. nichil ergo in con-
spectu dei nichil magnum. nichil pre-
ciosum nisi tantum fides. hanc miratur
hanc honorificat. hanc acceptabi-
lem sibi estimat. Ideoque conversus se-
quentibus turbis ait. Amen dico
vobis. hoc est vere dico vobis. non
inveni tantam fidem in israel. non
illo pore israel beatus iacob. cum credi-
dit domino. sed et prophetavit de eo. et ap-
cius institutum eius desiderant. et
manifestum in carne adventum
eius ploratus est. nisi enim credidisset
ei. cuius de eo prophetasset. Sed et hii qui
de israel pessimi. Isti enim et ipsi prophe-
tati sunt. et iusti david. ysaias. et
ieremias. hii omnes clare et manifeste
eius adventum prenunciaverunt. Omnes
namque hii habuerunt fidem. habebant
enim et prophetiam. Iste beatus centurio
fidem habuit sed prophetiam non habuit.
Ideoque dominus admirans magnificat fi-
dem super illum. qui tunc fuit israel.
hoc est super omnes qui tunc fuerunt fi-
dei cultores israel. et non super illum qui
ab inicio fuit in israel. nec super eos
qui postea prophete et iusti nuncii sunt
in israel. Amen dico vobis. nec in

israel tantam fidem inveni sicut in
gentibus. sicut in turbis. sicut inter
alienigenas gentes filium dei me
invocaverunt. omnipotentem unigenitum
confitentur dominum. asserunt sicut et dominum
diligunt. et sicut omnia dispensantem
adorant. et israel me non cognovit
et populus meus non intellexit me.
Ideoque beelzebub et samaritanum
appellant et peccatorem estimant. Iairus
israelis princeps pro filia sua me petens
non dixit. dic verbo. sed ait. veni
velociter antequam moriatur. Nec
filia mea. Nicodemus doctor israel. de
fidei sacramentis audiens. ait. quo-
modo potest hoc fieri. Maria et martha
me nimium diligentes dicunt. domine. si
hic fuisses. non fuisset mortuus
frater meus. tamquam dubitantes quod
ubique non adesset. ad esse mea po-
tencia. Ideoque non inveni tantam
fidem in israel. sicut in isto alienige-
na. Dico autem vobis. quod multi
ab oriente et occidente venient.
et recumbent cum abraham. et
ysaac et iacob. in regno celorum.
Dico vobis. testor vobis. et annun-
cio vobis. predico vobis. quod multi ve-
nient. de quibus iam propheta locutus
est. Et venient gentes multe et
dicent. venite ascendamus in montem
domini. et in domum dei iacob. ingre-
diamur. et ostendet nobis viam
suam et ambulemus in ea. Multi
venient illi de quibus scriptum est.
ut filii dei qui dispersi sunt congrega-
rentur in unum. Isti ergo omnes ven-
ient. unde venient ab occidente et
oriente. hoc est ex omni que est
in celo. hoc est ex omni gente que

est sub celo / ab oriente usque ad occiden-
tem / Sicut enim per omnes gentes hec
hoc ewangelium predicatur / sic ex omnibus gen-
tibus venturi sunt ad regnum celorum /
vel adhuc ab oriente / hii qui statim
illuminati sunt transierunt et ab occiden-
te / hii qui passiones usque ad mortem
et persecuciones tolleraverunt pro fide / multi
ergo venient / Et quid alibi dicas /
o dilectissime domine / multi sunt vocati /
pauci vero electi / multi autem vocati /
omnis ergo turba hominum . christianorum secu-
li vocate sunt / et pauci electi de
multitudine / Et enim per diuersas congrega-
ciones et secula diuisi pauci electi sunt /
simul vero conuenientes / et simul con-
gregati in tempore visitacionis / multi
invenientur innumerabiles /
multi venient ab oriente et occiden-
te / et recumbent / non carnali ia-
centes / sed spirituali requiescentes / non
temporali potantes / sed eterne e-
pulantes / recumbent in regno dei /
ubi lux et pax / ubi leticia et exulta-
cio / ubi gloria et benediccio / ubi lux o-
culorum / et longeuitas vite eterne /
ubi omnes iocundantur / ubi omnes
gaudent / ubi patres isti recumbent /
ubi omnes prophete requiescunt / ubi a-
postoli et ewangeliste super gloriosos sedent
tronos / ubi multitudo martirum in
eterna gloriantur gloria / ubi copio-
sitas virginum in secula exultat por-
tans coronam in inmaculate virgi-
nitatis / o dulcissimi fratres / unanimis
conuencio / et hilaris congregacio / ful-
gens commixcio / ista est a seculo be-
ne predicata et annunciata / ista est
exultacio / ista est ab initio narra-
ta requies / In istam festinauerunt
omnes deum diligentes / ad istam.

colligentur omnes ex gentibus deo
credentes . religiositatem seruantes
in eam / et nos omnes ~~[illegible]~~ peregrinus /
o religiosi filii dei ad istam omni
virtute nostra festinemus ingredi /
nichil nos reuocet / nichil nos re-
tardet / nichil nos impediat / ad hoc
desiderabile peruenire conuiuium / omnem
negligenciam a nobis pellamus / omnem in-
sidiam ab anime et corporis impedimen-
ta a nobis pitamus / ut huius bea-
titudinis et requiei domestici ef-
ficiamur / quos sancte huius ut dicti
est epulacionis digni inueniamur /
Vade et sicut credidisti fiat tibi / sic
vere fiet unicuique hominum / sicut credi-
derit secundum mensuram fidei metietur
ei / et ista a domino gracia / Ideoque dixit
ad illum dominus / sicut credidisti fiat
tibi / Credidisti quia ego dominus omnia
possum / Credidisti quia ego dominus
sum omnium / sicut credidisti fiat tibi /
Credamus et nos fratres karissimi / christum
ipsum deum ac dominum nostrum omnia pos-
se / et ubique presentem esse / remissionem nobis
auctorem peccatorum / eius indulgenciam
si in preceptis seruiemus largiri / ~~sicut~~
ut unus quisque nostrum cum centurione
isto audire mereatur / Vade et sicut
credidisti fiat tibi / adiuuante ipso domino
nostro / qui cum deo patre in unitate
spiritus sancti vivit et regnat. Dominica iiii secundum math *(margin: Dominica iiii secundum math)*
In illo tempore Ascendente viii capitulo.
Iesu in naviculam secuti sunt eum
discipuli eius. Et ecce motus mag-
nus factus est in mari. ita ut navi-
cula operiretur fluctibus. ipse vero dor-
miebat. et cetera. Omelia Origenis
Ingrediente domino in naviculam. secu-
ti sunt eum discipuli eius / non imbe-
cilles sed firmi et stabiles in fide

& mansueta et persequentes induimus /
non duplici corde / sed simplici / Hii er-
go secuti sunt eum. non tantum gres-
sus eius sequentes / sed magis sanc-
titatem imitantes & iusticiam eius
consectantes Et ecce tempestas ma-
gna facta est in mari / ita ut navi-
cula operiretur fluctibus / Cum enim mul-
ta magna & miranda ostendisset in
terra / transit ad mare / ut et ibi
excellenciora adhuc opera demonstraret /
quatenus terre marisque dominum se esse cunctis
ostenderet / Ingressus ergo in navicu-
lam fecit turbari mare / commovit ven-
tos / concitavit fluctus / Cur hoc / ideo
ut discipulos mitteret in timorem /
et sibi postularent auxilium / suamque
potenciam rogantibus manifestaret /
Ista tempestas non casu orta est / sed
potestati paruit imperantis eius / qui
educit ventos de thesauris suis / qui
terminum mari arenam constituit / dicens
ei usque huc venies. et non super-
gredieris / sed in temetipso confringen-
tur fluctus tui / Eius ergo iussione et
precepto exorta est tempestas in ma-
ri / propter occasiones supra memora-
tas / facta est tempestas magna et
non pusilla / ut magnum opus non
pusillum ostenderetur / quanto amplius fluc-
tus naviculam irruebant / tanto magis
discipulos timor conturbabat / ut
plus magis desiderarent adiutorium
dum se mirabilia salvatoris / Ipse
vero dormiebat / O res mirabilis
et stupenda / is qui nunquam obdor-
mivit / is qui celum et terram gu-
bernat. dormit / is qui nunquam
dormit / neque dormitat / dormire
videtur / Dormiebat quidem corpore / sed
vigilabat divinitate / dormiebat cor-
pore / sed conturbabat mare / erigebat-
que fluctus et apostolos terrebat / suam

ostensurus potenciam / dormiebat cor-
pore / sicut et ad puteum de itinere las-
sus / vel fatigatus sedebat / Demum
quia vere humanum portabat corpus
quod corruptibile induerat / ipse dormi-
ebat corpore / divinitate vero concitavit
mare / et iterum deplacabat / dormi-
ebat itaque corpore / ut apostolos suscitaret
et evigilare faceret / precipue autem
omnes nos / ne unquam ad dor-
miendum / ne ne [illegible] aut [illegible]
[illegible] sed vigilare in omni tempore / et
iubilare domino / et salutem ab eo po-
stulare studeamus / Unum ipse qui dor-
miebat corpore / illud suum verbum dicat /
Ego dormio et cor meum vigilat /
Ad quem accedentes discipuli susci-
tabant eum dicentes. Domine salva
nos perimus / Tanto fuit metu con-
territi / et pene ad alienati / ut irru-
erent in eum / et non modeste aut
leniter surgerent / sed turbulenter
suscitaverunt eum dicentes / Domine salva
nos perimus // O beati et o venerandi
dei discipuli / dominum salvatorem vobis-
cum habetis / et periculum timetis / Vi-
ta vobiscum est / et de morte soliciti
estis / Maris tantorem tremente
creatorem eius presentem ita suscitatis
quasi non possit / dormiente corpore fluc-
tus sedare / vel mitigare / Sed quid
videntur / hii dilectissimi apostoli / discipuli
pusilli inquiunt sumus / adhuc infirmi
et non dum robusti / ideo timemus /
ideoque trepidamus / nec dum vide-
ramus / non dum nos confirmavit
passio domini & resurrectio / non ascensio
in celos / nec missio & transfusio spiritus
sancti facta / propterea fragiliter time-
mus / propterea et sepius audimus
ab eo increpacionem / pusilli fidei / Quid

portaremus tolleremus libenter et volun-
tarie sustineremus. Unde et nunc dicere dominus
Quare conturbati estis pusille fidei?
cur non habetis fortitudinem? cur non
confidenciam et fiduciam apud vos te-
netis? et si mors irruerit, nonne eam
debuistis constantissime sustinere?
Ad omne enim quodcumque evenit forti-
tudo necessaria est, ad omne periculum et tribu-
lacionem usque ad ipsum exitum. Simili-
ter contra delicias et divicias et ho-
nores terrenos animi fortitudo te-
nenda est, ut neque extollans [illegible]
neque in superbiam erigaris, non despi-
cias minores, neque humiles spernas, neque ob-
liviscaris domini, neque derelinquas cre-
atorem, neque existas ingratus. Sic ergo
in necessitatibus et periculis fortitudo necessaria est,
ut vincas cum fide tolleres vincula,
multo magis contra delicias ut dic-
tum est. Vel et divicias fortitudo
necessaria est, ne in concupiscenciam incidas
diaboli. Quare ergo turbati estis pu-
sille fidei? Si potentem me super terram
cognovistis, quare non creditis quod
et in mari potens sum? Si deum ve-
rum me esse iam suscepistis, quare
non creditis quod ea que ante facta sunt
in mea habeam potestate? Quare ergo
dubitastis pusille fidei? Qui pusillum
credit arguitur, et qui nichil credit
condempnatur. Fragiles in fide cor-
ripiuntur, alieni omnino fide puniuntur;
tales sunt iudei et pagani, ideoque
in malis suis evanuerunt; tales here-
tici, ideoque in die iudicii dampna-
buntur. Tunc surgens imperavit
ventis et mari et facta est tranqui-
litas magna. Scriptum fuit: et
convertit dominus tamquam deus, tam-
quam potens et crapulatus a
vino, et percussit omnes inimicos suos
in posteriora. Et nunc surgens im-
perat ventis et mari, et facta est

tranquillitas magna in mari. Impera-
vit mari sicut creator, sicut suus,
ut potens, ut deus. Imperavit ventis
et mari presentibus ante discipulis, ut
audientes firmarentur in fide, et po-
tencia deitatis. O[illegible] impalit, et
commovebatur ei in [illegible], ante rege- ps
bit et placabit enim, sicut quidam
ait, potencia mitigabat mare.
Imperavit ergo ventis et mari, et
facta est tranquillitas magna. Decet
enim hunc magnum magna et mira-
bilia facere, sicut dictum est paulo ante. Mag-
na attinentis potencia magnifice
conturbavit profundum maris, et nunc
iterum ipse in eo ostendens sue magnifi-
cenciam potestatis, tranquillitatem mag-
nam fieri iussit. Et hec ideo, ut nimium
conturbati apostoli magnifice exhilarati
letarentur. Dedit enim per omnia nobis
dominus signum et doctrine ymaginem,
ut et nos in omni conturbacione et
contumelia paciam teneamus, stabi-
les simus, fidem non deseramus, et
si omnis iste mundus tamquam mare
ebulliat atque insurrexionem consurgat,
et si omnes venti et turbines demonum
undique seviant, et si omnes ut diximus
tempestates maris, id est omnes principa-
tus et potestates mundi, contra nos cum
murmure iracundie spument, ut
furiant super sanctos, et si adhuc
usque ad celum sese extollant, ut tem-
pestates maris, malignitates et
dolos et fremitus concitates ad-
versus aliquem vestrum, nolite time-
re, nolite turbari, nolite contremis-
cere, nolite deficere. Omnes enim quot-
quot in fidei navicula cum domino na-
vigatis, omnes enim quotquot insi-
stis hac nimirum sancte ecclesie navicula
cum domino perhenniter, videlicet supernacule
mundi, et ipse dominus dormiat pro sopo-

nostram pacienciam et tolleranciam co-
pertus / vel impiorum pravam et co-
rrepcionem / sustinens alacriter / accedite
ad eum cum ordinibus / instantes atque
cum prece dicentes / Exurge quare ob-
dormis domine / exurge et ne repellas
in finem / Et item tercio / Exurge domine
adiuva nos / et redime nos propter no-
men tuum. Et tunc surgens imperavit
ventis .i. aereis demonum spiritibus /
ipsi enim maris tempestates commovent /
hoc est avaros et elatos concitant
fluctus / hii enim principes mundi ad persecucio-
nes stimulis omnibus immittendas / ad co-
ntumelias fidelibus ingerendas / quibus deus
imperat / omnibus comminatur / omnia mitigat /
facitque tranquillitatem magnam circa
corpus et spiritum / pacem ecclesie et securita-
tem mundi / Navis namque sepius contra-
ria infidelium commota est adversus ve-
rum. vel firmam ecclesiam / aliquociens
paganorum / aliquociens hereticorum /
quemadmodum sepius sunt maris fluctus
invectant tempestates et torrentes
hinc principes mundi / Romana potestate se
ecclesie filios arbitrantes / Sed sur-
gens rex imperavit demonum ventis /
et omnes evanescere fecit audaces
adversarios fidei / magnamque pacem
et tranquillitatem dedit ecclesie sue / Ho-
mines autem in navicula mirati
sunt / qui homines sunt hanc homines na-
viculam / et intendentes naviculam / re-
putas hic apostolos significatos / nusquam
enim invenimus preter honorem cog-
nominari domini discipulos / sed semper a-
postoli aut discipuli nominantur / Ad-
mirabantur illi homines / hii qui cum
eo navigabant / hii quorum erat
navicula / hii qui de eadem navi-
cula se transferebant / hii mirabant-
ur et ammiracione dignum fuit /

mare quippe immodo commotum / mitigare
eiusque elatos deplanare fluctus / ven-
torumque furentes compescere / Admirabant-
ur ergo dicentes. Qualis est iste quia
venti et mare obediunt ei / non inter-
rogantes dicunt / qualis est iste /
sed asserentes / quod hic talis est cui
mare et venti obediunt / Qualis est
iste / hic est quantus / quam fortis /
quam potens / quam magnus / qua-
lis est iste / maior moyse / potencior
helia / Illi autem ambo / quibus domini
ligno mare percussit / cum labore
scidit / Alius ictu melote iordanem
transivit / Iste vero uno verbo manda-
vit illis / qui non habent verba et obe-
diunt ei / hii qui non habent audi-
tum obtemperant ei / hii qui pruden-
cie et intellectus expertes sunt / mittunt
iubenti / quibus neque loquela neque ra-
cionis sermo est. obediunt / In ea-
dem iniqua sunt. et sanantur / et sui
natura moventur / et iussioni. deser-
viunt / ad confusionem mortalium / ad
condempnacionem corruptibilium / ti-
met mare et non contempnit / dicat
ventus et tempestatibus et mox com-
pescuntur / In quibus omnis creature
et non sunt egredientes iussionem ei
et unum hominum genus / et unum quod
secundum similitudinem dei honorifica-
tum est / cui verbum et prudencia
data sunt / hii soli homines resistunt /
hii tantum inobedientes sunt / hii soli
contempnunt / ideoque et hii soli in iudi-
cio dampnabuntur / et a iusticia
punientur / velut deteriores in-
sensatis animalibus / vel hiis qui sine sensu
et anima sunt in isto mundo / immo. in-
veniuntur / ergo illi qui mare com-
pescuit et venti mitigati sunt / et ad-
invenimur / et nos qui tempestates

z benivolentiam ostendit / quia nos
dns quando depiculis nos non saluac
dignatur / qui de cumulantibus nos li
berat / qui animas ~~nos~~ insequentibus nos
eruit nos inuenimus / et inuentes gra
cias agimus grate obediamus / obe
dientes timeamus / timentes diligamus /
vt ad eterne ciuitatis ab eadem here
des efficiamur / mirantur dicentes qua
lis est iste / sicut homo videtur / et
sicut deus potenciam ostendit / sicut vnus
carnalium putatur etc / et super omnia
carnalia z magna ostendit miracula /
dormit sicut homo / z imperat mari et
ventis sicut deus / et naviculam regit /
et omnem creaturam iussione inclinat /
vbi wlt ihc xpc dns nr / qui viuit z
regnat in vnitate etc. Dnica iiij^a
post f. ~~Mathie~~ Mathie ihc dixit. Sm matheum
Confiteor tibi domine pr celi et terre quia
abscondisti hec a sapientibus et prude
tibus et reuelasti ea paruulis ~~z ce~~

Insinuate huius lectionis
ewangelice quod oritur cum nec superius nec
inferius describatur / quid aliquis eu
interrogasset / legimus enim in aliis locis
quod interrogatus est a discipulis et
iudeis / interrogauerunt enim scribe z pharisei
z iudei / hic dicitur intelligi quod nichil
aliud respondit sed tantum ino absolu
te dicat videns ihc / concordia luce
ewangelice facienda est / qui hoc apertius
manifestat / cum dicat. Designauit dns
et alios ~~lxxij~~ discipulos / et misit illos
binos ante faciem suam in omnem
ciuitatem z locum quo erat ventu
rus / et ecce dedi vobis potestatem
calcandi supra serpentes et scorpio
nes ~~et sup~~ / et supra omnem virtutem
inimici / z nichil vobis nocebit / et vt
sanarent infirmos / et ceteras vir
tutes facerent / quod idem in sequentibus
declarat cum dicat / erant enim

faciebant / sicut constituerat illis dns
et faciebant multa miracula / et in
ter cetera demonia eiciebant / vnde
et reuersi cum gaudio ad dnm di
xerunt / Dne etiam demonia subici
untur nobis in nomine tuo / et ait
illis ihc / videbam sathanam sicut
fulgur de celo cadentem / verumptamen
nolite in hoc gaudere quia spiritus vobis
subiciuntur / gaudete autem quod
nomina vestra scripta sunt in celis /
vnde subiungit z dicit / in ipsa hora
exultauit ihc spiritu sancto et dixit
Confiteor tibi domine etc. hoc est quod dicit
ihc / Sciendum est enim quod in vno hoc
duo homines sunt / interior et exterior
Solet interior exteriori videre /
et exterior interiori / sicut legimus
de nabuchodonosor qui dum de
ambularet in babilonia / timens superba
uidet / Nonne hec est babilon ma
gnam quam ego edificaui in robore et
in brachio fortitudinis mee / Sed dne
non tali vidit sicut nabuchodonosor /
sed vidit humilitatis dignitatem / ihc
filius patris / videbat enim simulacra
demoniorum destrui / principem mundi
eici foras / et suorum numerum crescere /
et ideo exultauit z dixit / confiteor
tribus enim modis confessio dicitur /
est confessio in fide / et confessio in
peccatis / et confessio in laude / In fi
de sicut confitetur vniuersalis ecclesia / sicut
dicit Corde in deum / Est confessio
in peccatis / de quibus dicit apostolus con
fitemini alterutrum peccata vestra / Et in lau
de de qua ~~psalmista~~ Confitemini dno quoniam
bonus / Sed dns nec in fide nec in peccatis
dicitur confiteri / sed tantum in laude / vel etiam
dicitur confiteri eo quod sanctus hoc faciat fa
tere Confiteor tibi domine adhuc surgen
tes herettici dicunt / quod dns ihc xpc

non fuisset verus filius dei heretici na-
ture dicentes | ꝗ si fuisset filius dei
verus | nunquam eum dnm appellasset
non considerantes illud | quod ipse p
humanitatem minor est patre | sicut
ipse ait | pater maior me est | In
diuinitate namque equalis est patri |
sicut ipse dicit | ego et pater unum
sumus | Secundum enim humanitatem dnm
eum appellat | unde et pater ad
eum per prophetam dicit | Noli timere
serue meus | Et bta maria se an-
cillam filius appellat | quia ipse a-
scendens in celum dixit | Ascendo
ad patrem meum | Quidam aut
Kyrii Ciprianum hoc volunt intelligere
.i. p transuersionem verborum dicentes |
Confiteor tibi pater | deinde subin-
fert et dicit | dne celi et terre | quam-
quam ita possit intelligi | tamen secundum p-
fatum sensum accipiendum est | quod
ipse equalis est patri p diuinitatem |
pater celi .i. angelorum | terre vero
hominum | Aliter pro celo et terra pater
celi .i. pater in aliam accepi | unde scrip-
tum est | Celi enarrant gloriam dei et
terre vero hominum qui adhuc inter
terrena se implicant et nec dum pos-
sunt contemplari celestia oculum men-
tis | nec valent dicere cum aplo |
Nostra autem conuersatio in celis est
Et recte pater celi et terre appellatur
quia ipse cuncta creauit ex nichilo |
visibilia et inuisibilia | sicut scrip-
tum est | In principio creauit deus celum et
terram | Qui manet in eternum creauit
omnia simul | Unde et nos cotti-
die in oratione dicimus | pater noster |
Quia abscondisti hec a sapientibus
et prudentibus et reuelasti ea p-
uulis | Ubi requirere debemus | quod
abscondisset dns a prudentibus et

sapientibus | Numquid absconditus est
humanitatis aspectibus et phisicis | cum sy-
meon dicat | Quia viderunt oculi mei
salutare tuum | Et in alio loco scrip-
tum est | Et videbit eum omnis oculus |
non utique humanitate sed diuinitate
abscondit eos | Quia scribe et phisei
diuinitatem in humanitatem latitatem
non cognouerunt | Quia si cognouissent
nunquam dnm glorie crucifixissent | Sa-
pientes et prudentes sancti apli
fuerunt | de quibus dns iudeis dicit | Ecce
ego mitto ad vos prophetas et sapientes
et scribas | Et iterum aplus Estote
ergo prudentes sicut serpentes Et
potius aplus | Estote prudentes et
vigilate in orationibus vestris | Sed num-
quam istis diuinitas abscondita fuit |
Sed illis de quibus dns et per prophetam
ait | Ve vobis qui sapientes estis
in oculis vestris | et coram vobis met
ipsis prudentes | Et iterum sapientes
sunt | ut faciant mala | Et quia non
potuit mundus p sapientiam p sapientiam
credere deum | placuit deo p stultitiam
saluos facere credentes | Que stulta
mundi elegit deus | ut confundat
fortia | Et reuelasti ea paruulis | Qui
sunt isti paruuli | Nimirum sancti apli
habes enim in euangelio quia aduocans
ihc paruulum statuit eum in medio
et dixit | Nisi conuersi fueritis et efficia-
mini sicut paruuli non intrabitis in re-
gnum celorum | Et iterum | Sinite
paruulos venire ad me | talium est
enim regnum celorum | paruulos autem
non propter modicitatem corporis vel
propter insipientiam dixit | sed propter inno-
centiam | Unde aplus ait discipulis
suis | Nolite pueri effici sensibus
sed malicia paruuli estote | reuelauit

dns filium suum sensibus aplis / sicut
thome / qui dixit / deus meus et dns
meus / et sicut petro ait / Caro et
sanguis non reuelauit t sed pr
meus qui est in celis / Regnum eius ei
possidebunt / Beati oculi istorum /
quibus deus se et patrem reuelare dig
tus est. Omel eadem fer in aug
Audiuimus in euo
exhilarantium spu dixisse patri /
Confiteor tibi pater. dne celi et ter
quia abscondisti hec a sapientibus et p
dentibus / et reuelasti ea paruulis / ita pr
quia sic placitum ante / omnia michi
tradita sunt. a patre meo / et nemo cogno
scit. filium nisi pr / neque patrem quis
agnouit. nisi filius / et cui filius vo
luit reuelare / meditando laboramus / in
audiendo laboramus / Reuiare eum omnes
laboramus / nisi quia sumus homines mor
tales / infirmi vasa lutea portantes /
que faciunt inuicem angustias / va
sa carnis dilatantur. spacia caritatis /
Quid ergo dicit / Venite ad me omnes
qui laboratis / nisi ut laboretis / de
inde promissio eius in promptu est / Viro
laborantes vocauit / Queruerunt forte
qua mercede vocati sunt / Et ego inqt
vos reficiam / Tollite inquit iugum me
um super vos / et discite a me / non mund
fabricare / non cuncta visibilia et inui
sibilia creare / non in ipso mundo miracula
facere / et mortuos suscitare / Sed quia
mitis sum / Et audi dicentem / Venite
ad me omnes qui laboratis / non finis
laborare fugiendo a bello / elegis fugere /
non ad illum timere. quo et fuge / Si a
ei preterea a bello non potes fugere /
qui ubique pns est / de proximo fuge ad
deum qui pns est / ubi stas / male viuen
do videri potes / videre non potes /
Bene autem viuendo et videris et
vides / Quanto enim te familiarius

videbit / qui coronat dignum / qui
misericorditer videt. / Vt vocaret in
dignum / nathanael ait dno quem
non dum sciebat / vnde me nosti ait
ei dns / Cum esses sub arbore fici vidi te /
Quid sibi hoc vult / quid significatur
recordare originale peccatum ade / in quo
omnes morimur / cum primo peccauit /
de folijs ficulneis succinctoria sibi fecit /
significat in istis folijs pruritum libidinis /
quo peccato peruenit / inde nascimur /
sic nascimur in carne peccati nascimur.
quam solam sanat similitudo carnis
peccati / inde venit / sed sic non venit
non enim eum virgo libidine sed fide
concepit / venit in virginem / qui erat
ante virginem / quam creauit / elegit /
quam elegerat creauit / attulit virgi
fecunditatem / non abstulit ~~fecundita~~
~~tem~~ integritatem / Qui ergo sine pru
ritu foliorum ade / cum esses sub ar
bore fici vidit te / ipsa te videre sub
limiter / a quo visus es misericorditer /
Deus quia magnum est fastigium de
fundamento cogita / quo inquit fundam
to cogitas / disce a bello quia mitis es
et hoc inde fode fundamentum humilitatis
et peruenies ad fastigium karitatis
In illo t. dixit Quarta fia dnica in
ihs discipulis suis pa Mathei xiij° ca°
rabolam hanc / Simile est regnum ce
lorum homini qui seminauit bonum se
men in agro suo / Cum autem dormi
rent homines / venit inimicus eius
et superseminauit zizaniam in medio
tritici et abijt et Omel ieronimi
Hec sua parabola est cum interpretac
ne sua non statim posita / sed inter
iectis alijs dissertatio / sit enim proponitur
et postea dimissis turbis exponitur
dominum / Et accedentes ad eum dis
cipuli eius dicentes / dissere nobis
parabolam zizaniorum agri / dimittat

turbas ille et domum revertitur ut accederent eum discipuli et secreto interrogarent que publice non merebatur audire nec poterat. Dissere nobis parabolam zizaniorum. Qui respondens ait. Qui seminat bonum semen est filius hominis. Perspicue exposuit quod ager sit mundus, sator filius hominis, bonum semen filii regni, zizania filii pessimi, zizaniorum sator dyabolus, messis consummacio mundi, messores angeli. Omnia scandala referuntur ad zizania, iusti reputantur in filios regni. Ergo ut supra dixi que exposita sunt a domino hys debemus accommodare fidem. Que autem tacita et nostre intelligentie relicta perstringenda sunt breviter. Homines qui dormiunt negligens esse intellige servos patrisfamilias non alios quam angelos qui cottidie vident faciem patris. Dyabolus autem ideo inimicus homo appellatur quia deus esse desiit. Et in psalmo scriptum est de eo. Exurge domine non confortetur homo. Quamobrem non dormiat qui ecclesie prepositus est ne per illius negligentiam inimicus homo superseminet zizania, hoc est hereticorum dogmata. Quod dicitur ne forte colligentes zizania eradicetis simul et triticum, datur locus penitencie et monemur ne cito amputemus fratrem quia fieri potest ut ille qui hodie noxio depravatus est dogmate cras resipiscat et defendere incipiat veritatem. Illud quoque quod sequitur. Sinite utraque crescere usque ad messem, videtur esse preceptum contrarium. Auferte malum de medio vestrum et nequaquam societatem cum hiis qui fratres nominantur et sunt adulteri et fornicatores. Si enim perfecta fornicatio eradicatio et usque ad messem tenenda est paciencia, quomodo eiciendi sunt quidam de medio vestrum. Inter triticum et zizania quod nos lolium dicimus quamdiu herba est et necdum culmus venit ad spicam grandis similitudo est et in discernendo aut nulla aut perdifficilis distantia. Premonet ergo dominus ne de re quod ambiguum est cito sentenciam proferamus sed deo iudici terminum reservemus ut cum dies iudicii advenerit ille non suspicione criminis sed manifestum reatum de sanctorum cetu eiciat. Quod autem dicit zizaniorum fasciculos igni tradi et triticum congregari in horrea, manifestum est hereticos quosque et ypocritas fidei gehenne ignibus concremari, sanctos vero qui appellantur triticum horreis id est mansionibus celestibus suscipi. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui. In presenti seculo fulget lux coram hominibus, post consummacionem autem seculi ipsi iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui.

In illo tempore dixit Iesus **Dominica in lxx secundum matheum** discipulis suis parabolam **hanc xx^o capitulo.** Simile est regnum celorum patrifamilias qui exiit primo mane conducere operarios suos in vineam suam et reliqua. **Omelia Gregorii pape.**

In explanatione sua multa ad loquendum sancti evangelii lectio postulat quam volo si possum sub brevitate perstringere ne vos et extensa processio et prolixa expositio videatur onerare. Regnum celorum patrifamilias simile dicitur qui ad excolendam vineam suam operarios conducit. Quis vero patrisfamilias similitudinem rectius tenet quam conditor noster

qui regit quos condidit et electos
suos sic in hoc mundo possidet quasi sub-
iectos dominus in domo. Qui habet vineam
universam scilicet ecclesiam que ab abel iusto
usque ad ultimum electum qui ad finem mun-
di nasciturus est quot sanctos protulit
quasi tot palmites misit. Hic itaque
paterfamilias ad excolendam vineam
suam mane hora tertia sexta nona
et undecima operarios conducit quia
mundi huius initio usque in finem ad
erudiendam plebem fidelium predicato-
res mittere non desistit. Mane etenim
mundi fuit ab adam usque ad noe ho-
ra vero tertia a noe usque ad abraham
sexta quoque ab abraham usque ad moy-
sen. Nona vero a moyse usque ad
adventum domini. Undecima vero ab
adventu domini usque ad finem mundi
in qua predicatores sancti apostoli missi
sunt qui et mercedem plenam tarde
venientes acceperunt. Ad erudiendam
ergo dominus plebem quasi ad excolendam
vineam suam nullo tempore destitit op-
erarios mittere quia prius per patres
et postmodum per legis doctores et denique
prophetas. Ad extremum vero per apostolos
dum plebis sue mores excoluit
quasi per operarios in vinee cultura la-
boravit. Quamvis in quolibet modulo
vel mensura quisquis cum fide
recta bone actionis predicator extitit
vinee operarius fuit. Operator ergo
mane hora tertia sexta et nona
antiquus ille hebreorum populus de-
signatur qui in electis suis ab ipso
mundi exordio dum recta fide deum
studuit colere quasi non desistit
in vinee cultura laborare. Ad un-
decimam vero gentiles vocantur
quibus et dicitur. Quid hic statis
tota die ociosi. Qui enim trans-
acto tam longo mundi tempore pro vita

sua laborare neglexerunt quasi to-
ta die ociosi stabant. Sed pensate
fratres quid inquisiti respondeant. Dicunt
enim quia nemo nos conduxit nisi
quia vite vias nobis nullus predicavit.
Quid ergo nos a bono opere cessan-
tes in excusatione nostra dicturi sumus
qui pene a matris utero ad fidem
venimus qui verba vite ab ipsis cu-
nabulis audivimus qui ab uberibus
sancte ecclesie ~~poculum~~ poculum superne predicatio-
nis sumpsimus cum lacte carnis.
Possumus vero et easdem diversitates
horarum etiam ad unumquemque hominem
per etatum momenta distinguere. Mane
quippe intellectus nostri pueritia est.
Hora autem tertia adolescentia intelli-
gi potest quasi iam sol in altum proficit
dum calor etatis crescit. Sexta vero
iuventus est quia sicut sol in cen-
tro figitur dum in ea plenitudo ro-
boris solidatur. Nona autem senec-
tus intelligitur in qua sol velut
ab alto axe descendit quia etas a
calore iuventutis deficit. Undecima
vero hora ea est hora que decre-
pita vel veterana dicitur. Unde et greci
valde seniores non gerontes sed pre-
sbiteros appellant ut plus quam se-
nes esse insinuent quos presbiteros
vocant. Quia ergo ad vitam bonam
alius in pueritia alius in adolescentia
alius in iuventute alius in senectute
alius in decrepita etate perducitur quasi
in diversis horis operarii ad vineam vo-
cantur. Mores ergo vestros fratres
aspicite et si iam dei operarii estis
videte. Penset unusquisque quid a-
gat et consideret si in domini vinea la-
borat. Qui enim in hac vita ea que
sua sunt querunt adhuc ad domini
vineam non venerunt. Illi namque

dno laborant / qui non sua sed lucra do-
minica cogitant / qui zelo caritatis et
studio pietatis inserviunt / animarum lucra-
dis invigilant / perducere et alios secum
ad regnum festinant / Nam qui sibi
vivit et qui carnis sue voluptatibus
pascitur / recte ociosus redarguitur /
quia fructum divini operis non sectatur.
Qui vero usque ad etatem ultimam
deo vivere neglexit / quasi usque ad
undecimam horam torpentibus dicitur
Quid hic statis tota die ociosi / ac si a-
perte dicatur / Et si deo in pueritia et in
iuventute vivere noluisti / saltem in
ultima etate resipiscite / et admitte vi-
as cum iam laboraturi multum non estis
vel sero venite / Et tales ergo pater-
familias vocat / Et plerumque ante remu-
nerantur / quia prius ad regnum perve-
niunt de corpore exeuntes / quam hii qui
in pueritia vocati esse videbantur / An
non ad undecimam ~~horam~~ venit latro /
qui et si non habuit etatem / habuit
tamen sero penam / qui deum in cruce
confessus est / et pene cum voce sine
spiritum vite exalavit / A novissimo autem
reddere denarium paterfamilias ~~reddere~~
cepit / quia ad paradisi requiem prius la-
tronem quam petrum perduxit / Quan-
ti patres ante legem / quanti sub lege
fuerunt / et tamen hii in domini adventu voca-
ti sunt ad celorum regnum / sine ali-
qua tarditate pervenit / Eundem ergo
denarium accipiunt qui laboraverunt ad
undecimam quem exspectaverunt toto
desiderio qui laboraverunt ad primam / qui
equalem vite eterne retributionem sor-
titi sunt / cum hiis qui a mundi initio
vocati fuerant / hii qui in mundi fine
ad deum venerunt / Unde et hii qui in la-
bore precesserant murmurantes dicunt
hii novissimi una hora fecerunt

fecerunt et pares illos nobis fecisti
qui portavimus pondus diei et estus
Pondus diei et estus portaverunt qui a
qn os mundi initio / quia diu hic contigit
vivere / necesse fuit eorum longiori car-
nis temptamenta tollerare / Unicuique enim
pondus diei et estus ferre est per longi-
oris vite tempora carnis sue calore fati-
gari. / Sed quid est / quod murmurasse
dicti sunt / qui saltem ad regnum sero
vocantur / Celorum etenim regnum
nullus murmurans accipit / nullus qui
accipit murmurare potest / Sed quia an-
tiqui patres / usque ad adventum domini
quamlibet iuste vixerint / ducti ad regnum
non sunt nisi ille descendisset / qui pa-
radisi clausura hominibus interpositione
sue mortis aperiret / Eorum namque hoc
ipsum murmurasse est / quod recte perci-
piendo regno vixerunt / et tamen diu et per-
cipiendo regno dilatati sunt / Quos enim
post perfectam iusticiam inferni loca qua-
mvis tranquilla susceperunt / eis profecto
et laborasse fuit in vinea et murmu-
rasse / quasi ergo post murmurationem
accipiunt denarium / qui post longa
inferni tempora ad gaudia regni pervenerunt
Nos autem qui ad undecimam venimus
post laborem non murmuramus et de-
narium accipimus / quia post mediato-
ris adventum in hunc mundum ve-
nientes ad regnum ducimur / mox
ut de corpore exivimus / et illud sine mo-
ra percipimus / Quod et antiqui patres
cum magna percipere dilatione percep-
unt meruerunt / Unde et idem pater-
familias dicit / Volo et huic novis-
simo dare sicut et tibi / et quia
ipsa regni perceptio eius est bonitatis
voluntas / recte subiungitur / An non
licet mihi quod volo facere / Stulta

Malum est enim quod homines contra benignitatem Dei murmurant. Conquerendi quippe esset si non daret quod deberet, non si daret quod non deberet. Conquerendum quippe esset si non daret quod deberet. Unde apte subditur: An oculus tuus nequam est quia ego bonus sum. Nemo autem se de opere, nemo de tempore extollat, cum hac expleta sententia subsequens Veritas clamat: Sic erunt novissimi primi et novissimi primi. Ecce enim etsi iam scimus que vel quanta bona egimus, adhuc summus iudex qua subtilitate hec examinet ignoramus. Et quidem gaudendum cuique summopere est in regno Dei esse vel ultimum. Sed post hec terribile est valde quod sequitur: Multi sunt autem vocati pauci vero electi. Quia et ad fidem plures veniunt, sed ad celeste regnum pauci perducuntur. Ecce enim ad hodiernam festivitatem quam multi convenimus et ecclesie parietes implemus. Sed tamen quis sciat quam pauci sunt qui in illo electorum Dei grege numerentur. Ecce vox omnium Christum clamat, sed vita omnium non clamat. Plerique Deum vocibus sequuntur, moribus fugiunt. Hinc etenim Paulus ait: Qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Hinc Iacobus dicit: Fides sine operibus ociosa est. Hinc per psalmistam Dominus dicit: Annunciavi et locutus sum et multiplicati sunt super numerum. Vocante enim Domino super numerum multiplicantur fideles, quia nonnunquam hii etiam ad fidem veniunt qui ad electorum numerum non pertingunt. Hinc enim per confessionem fidelibus admixti sunt, sed propter vitam reprobam illic numerari in sorte fidelium non merentur. Hoc ovile sancte ecclesie hedos cum agnis recipit. Sed attestante evangelio cum iudex venerit bonos a malis separat, sicut pastor segregat oves ab hedis. Neque enim possunt qui hic carnis sue voluptatibus serviunt illic in omnium grege numerari. Illic eos a sorte humilium iudex separat qui se hic in superbie cornibus exaltaverunt. Regnum celorum percipere nequeunt qui hic et in celesti fide positi toto desiderio terrena querunt. Et multos tales intra ecclesiam fratres karissimi cernitis, sed eos nec imitari nec desperare debetis. Quid enim hodie sit aspicimus, sed quid cras futurum sit nescimus. Plerumque et qui post nos venire cernitur agilitatem nos boni operis antecedit. Et vix eum cras sequimur quem hodie preire videamur. Certe cum Stephanus pro fide moreretur, Paulus vestimenta lapidantium servabat. Omnium manibus ipse lapidavit qui ad lapidandum omnes ociosos reddidit, et tamen eundem ipsum in sancta ecclesia laboribus antecessit quem persequendo martyrem fecit. Duo sunt ergo que sollicite pensare debemus. Quia enim multi vocati sunt, pauca electi sunt, primum est ut de se unusquisque minime presumat, quia etsi iam ad fidem vocatus est, utrum perenni regno dignus sit nescit. Secundum vero est ut unusquisque proximum quem fortasse iacere in viciis conspicit desperare non audeat, quia divine misericordie divitias ignorat. Rem fratres que nuper contigit refero, ut si vos peccatores esse ex corde conspicitis, omnipotentis Dei misericordiam amplius ametis. Hoc anno in monasterio meo quod iuxta beatorum martyrum Iohannis et Pauli ecclesiam situm est frater

Marginal notes: numerentur; Voluptuosi; Superbi; Avari; Nota; presumptio; Desperatio

frater quidam ad conversionem venit/ devo=
te susceptus est/ sed ipse devocius con=
versatus/ Hic ad monasterium fratrem suum
carnalis corpore non corde secutus
est/ Nam valde conversacionis vitam
et habitum detestans in monasterio ut hos=
pes habitabat/ et monachorum
vitam moribus fugiens/ recedere a
monasterio non poterat/ quia vel quid
ageret/ vel unde viveret non ha=
bebat/ Erat eius pravitas cunctis
onerosa/ sed hanc omnes equanimiter
pro fratris eius amore tollerabant/ Ita
superbus et lubricus erat/ et si quid
post hoc seculum sequeretur vita ne=
sciebat/ irridebat vero/ si quis hoc
ei predicare voluisset/ Itaque cum habitu
seculari vivebat in monasterio/ verbis
levis/ et ~~monasterio~~ motibus instabilis/ me=
nte tumidus/ veste compositus/ actione
dissipatus/ Mense autem Julio nuper
elapso huius quam nostis pestilencie
clade percussus est/ qui ad extremum
veniens urgeri cepit/ ut animam redderet/
et ultima iam corporis parte premortua/
vitalis virtus in solo pectore re=
manserat/ et lingwa/ fratres iam ade=
rant/ eiusque exitum in quantum deo lar=
giente poterant oracione tuebantur/
et ille subito draconem ad devorandum
se venire conspiciens/ magnis voci=
bus cepit clamare dicens/ Ecce dra=
coni datus sum ad devorandum/ sed propter
vestram presenciam devorare me non potest/
Quid mihi moras facitis/ date locum
ei ut me devorare liceat/ Cumque
hunc fratres ut signum sibi crucis
imprimeret ammonerent/ respondit viri=
bus quibus poterat dicens/ volo me signa=
re sed non possum/ quia squamis huius
draconis premor/ spumis oris eius
faciem meam linivit/ guttur meum
eius ore suffocatur/ Ecce mea

brachia ab eo comprimuntur/ qui iam
et caput meum in suo ore absorbuit/
Cumque hoc ille pallens et tremens
ac moriens diceret/ ceperunt fratres ve=
hemencius oracionibus insistere/ et oppressum
draconis presencia suis precibus adiuvare/
Tunc repente liberatus magnis ce=
pit vocibus clamare dicens/ deo gracias/
Ecce discessit/ Ecce exiit/ ante oraciones
vestras fugit draco/ qui me acceperat
devorandum/ pro peccatis meis intercedite/ quia
converti paratus sum et secularem vitam
funditus relinquere/ Mox autem ser=
viturum se deo et esse monachum
devovit/ atque usque ad nunc hic crebris
febribus premitur/ doloribus fatigatur/
morti quidem subtractus est/ sed ad
huc plenius vite restitutus non est/
quia cum longis et diuturnis iniquita=
tibus pressus est/ longiori langwore fa=
tigatur/ et durum cor ignis purga=
cionis durius concremat/ quia divina
dispensacione agitur/ ut pluriora vi=
cia egritudo plurior cremat/ Quis
unquam istum salvari servare ad
conversionem crederet/ Quis tantam dei
miseracionem considerare sufficiat/ Ecce iuve=
nis pravus draconem vidit in morte/
cui servivit in vita/ nec vidit ut vita
funditus periret/ sed ut cui serviret
sciret sciendo/ resisteret/ resistendo
superaret/ et cum antiquo prius non
videns tenebatur/ vidit postea ne te=
neretur/ Qui ergo lingwa narrare
viscera divine pietatis sufficiat/ Quis spiritus
tante pietatis divicias non obstupes=
cat/ Has divine pietatis divicias con=
siderabat ~~psalmista~~ cum diceret/ Ad=
iutor meus es psallam quia tu deus
susceptor meus es/ deus meus misericordia
mea/ Ecce perpendens in quibus laboribus
humana sit vita constituta/ Deum

appellavit adiutorem / Et quia tribulatio-
ne pressi / in metu requiem / eterna nos
suscipit / appellavit etiam susceptorem /
Sed considerans quod mala nostra suf-
spiciat et portat / culpas nostras tole-
rat et tamen nos premium ad gratia eter-
na reservat / noluit deum misericordem
dicere / sed hanc ipsam misericordiam vocavit
dicens / Deus misericordia mea / Revocemus
ergo ante oculos mala que fecimus /
pensemus ex quanta dei benignitate tole-
ramur / Consideremus que sit eius pi-
etatis victoria / ut non solum culpas
indulgeat / sed celeste regnum peniten-
tibus etiam post culpas promittat / atque
ex omnibus medullis cordis dicamus
singuli / Deus meus misericordia mea. Dominica
In illo tempore dixit in lxa secundum lucam viij°
Iesus discipulis suis similitudinem hanc / Exiit qui
seminat seminare semen suum / aliud
cecidit secus viam et conculcatum est
et volucres celi comederunt illud /
Et reliqua. Omelia Gregorii pape de eadem.
Lectio sancti evangelii quam modo fratres
audistis expositione non indiget /
sed ammonitione / quam enim per semetip-
sam veritas exposuit / hanc discutere
humana fragilitas non presumit / sed
est quod solicite in hac ipsa expositione
divina pensare debemus / Quia si nos
vobis semen verbum / agrum mundum /
volucres demonia / spinas divitias
significare diceremus / ad credendum nobis
mens vestra forsitan dubitaret / Un-
de et idem dominus per semetipsum dignatur
exponere quod dicebat / ut sciatis re-
rum significationes querere / in his etiam
que per semetipsum noluit explanare /
Exponendo ergo quod dixit figurate
se loqui innotuit / quatenus certos
nos redderet / cum nobis nostra
fragilitas verborum illius figuras

aperiret / Quis enim umquam mihi
crederet / si spinas divitias inter-
pretari voluissem / maxime cum ille
pungant / iste delectant / et tamen
spine sunt / quia cogitationum suarum
punctionibus mentem lacerant / Et
cum usque ad peccatum pertrahunt / quasi
inflicto vulnere cruentant. Quos
bene loco in alio hoc evangelista testan-
te nequaquam dominus divitias appellat /
sed fallaces divitias / fallaces enim
sunt / que nobiscum diu permanere non
possunt / fallaces appellat / que sunt mentis
nostre inopiam non expellunt /
Sole autem divitie vere sunt / que nos
divites virtutibus faciunt / Si ergo fratres
karissimi esse divites cupitis / veras divi-
tias amate / Si culmen veri hono-
ris queritis / ad celeste regnum tendi-
te / Si gloriam dignitatum diligitis / in illa
superna angelorum curia ascribi fe-
stinate / Verba dei que aure percipitis
mente retinete / Cibus enim mentis
nostre est verbum dei / et quasi ac-
ceptus cibus stomacho languente re-
icitur / quando auditus sermo in ven-
tre memorie non tenetur / Sed quisquis
quis alimenta non retinet huius perfec-
to vita desperatur / Eterne ergo mortis
periculum formidate / si alimentum quidem
sancte exhortationis accipitis / sed verba
vite i. alimenta non retinet / hoc est iu-
stitie in memoria non tenetis / Ecce
transit omne quod agitis / ad extremum
iudicium sine ulla monita ~~interpreta-~~
~~tione~~ interpositione cottidie volentes
nolentesque properatis / Cur ergo amatur
quod relinquitur / Cur illud ~~negligit~~
negligitur quo pervenitur / Mementote
quod dicitur / Si quis habet aures audien-
di audiat. Omnes enim qui illic ad-
erant aures corporis habebant /

sed qui cunctas aures habebant. Qui habet
aures audiendi audiat / dicit au-
res procul dubio cordis requirit / Cura-
te ergo ut acceptus sermo in cordis
aure remaneat / Curate ne semen
iuxta viam cadat / ne malignus spiri-
tus veniat et a memoria verbum tollat /
Curate ne petrosa terra semen ex-
cipiat et fructum boni operis sine
perseverantie radicibus mittat / Multis
enim placet quod audiunt boni operis initia
proponunt / Sed mox ut fatigari adversi-
tatibus ceperint inchoata derelinquunt / Pe-
trosa ergo terra humorem non ha-
buit / quia hoc quod germinaverat ad
fructum perseverantie non perduxit /
Multi namque cum verbum contra a-
variciam audiunt / eandem avariciam
detestantur / ~~Pla~~ rerum omnium contem-
ptum laudant / Sed mox ut videt
animus quod concupiscat obliviscitur
quod laudabat / Multi enim verbum ~~ava-~~
~~riciam audiunt~~ contra luxuriam audiunt /
pollutiones carnis non solum perpetrare
non appetunt / sed etiam perpetratas
erubescunt / Sed mox ut carnis spe-
cies oculis apparuit / sic mens de-
siderium rapit / ac si adhuc ab ea in-
sit contra hec / contra hec eadem de-
sideria deliberatum et sic dampnanda
agit que quid quid egisse se memi-
nit et ipsa dampnavit / Sepe etiam co-
tra culpas compungimur / et tamen post
fletum ad easdem culpas redimus /
Sic Balaam israhel populi tabernacula
contemplatus flevit / eisque se similem
in morte fieri deposcit dicens / Moria-
tur anima mea morte iustorum / et fiant no-
vissima mea horum similia / Sed mox
ut hora compunctionis transiit / in
avaritie nequicia exarsit / Nam pro
promissa munera in interitum populi mortem

consilium dedit / Cuius mori in morte
se similem fieri optavit / Et oblitus
est quod planxerat / cum extinguere voluit
quod per avariciam ardebat / Notandum vero
est quod exponens dominus dicit / quod solli-
citudines et voluptates et divicie suffocant
verbum / suffocant enim verbum / quia im-
portunis cogitationibus suis guttur
mentis strangulant / Et dum bonum
desiderium intrare ad cor non sinunt
quasi aditum flatus vitalis ~~[illegible]~~ necant /
Notandum etiam quod duo sunt que divi-
ciis iungit / sollicitudines videlicet et
voluptates / quia profecto et per curam
mentem opprimunt / et per affluentiam
resolvunt / Rege enim contraria possessores
suos et afflictos et lubricos faciunt /
sed quia voluptas convenire non pot-
est cum afflictione / alio quidem ~~alio quidem~~
tempore per custodie sue sollicitudinem affligit /
atque alio per habundanciam ad voluptates
~~ad molliuntur~~ emolliunt / Terra autem bona ~~per~~
per pacienciam ~~[illegible]~~ fructum reddit / quia scilicet nulla
sunt bona que facimus / si non equani-
miter et proximorum mala toleramus /
Quanto enim quisque altius profecerit tan-
to in hoc mundo invenit quod durius
portet / quia cum a presenti seculo inter
nostra dilectio deficit / eiusdem seculi adver-
sitas crescit / Hinc enim est quod plerosque
cernimus et bona agere / et tamen sub
gravi tribulationum fasce desudare /
terrene namque desideria fugiunt / et
tamen flagellis durioribus fatigantur /
Sed iuxta vocem domini fructum per pa-
cienciam reddunt / quia dum humiliter
flagella suscipiunt / post flagella ad
requiem sublimiter suscipiuntur /
Sicut uva calcibus tunditur et vini
sapore liquatur / sic oliva contusionibus

amurcam

expressa ~~amurcam~~ suam deserit et in olei
liquore pinguescat. Per triturationem a-
ree a paleis grana separantur et ad hor-
reum purgata perveniunt. Quisquis ergo
appetit plene vicia vincere studeat
humiliter purgationis sue flagella tol-
lerare, ut tanto post ad iudicem mun-
dior veniat quanto nunc eius rubi-
ginem ignis tribulationis purgat. In
ea porticu que euntibus ad ecclesiam beati
Clementis est fuit quidam Ser-
vulus nomine quem multi vestrum me-
cum noverunt, rebus pauper, meritis di-
ves, quem longa egritudo dissolverat.
Nam a prima etate usque ad finem
vite paraliticus iacebat. Quid dicam
quia stare non poterat, qui nunquam
in lecto suo surgere vel ad sedendum va-
lebat. Nunquam manum suam ad
os ducere, ~~nam~~ nunquam se potuit
ad latus aliud declinare. Huic ad
serviendum mater cum fratre aderat, et
quidquid ex elemosina possent acci-
pere hoc manibus eorum pauperibus ero-
gabat. Nequaquam litteras noverat,
sed scripture sacre sibimet codices e-
merat, et religiosos quosque in hos-
pitalitatem suscipiens hos coram
se legere sine intermissione facie-
bat. Factumque est ut iuxta eius
mensuram quam attinet plene
sacram scripturam disceret cum,
sicut dixi, litteras funditus ignora-
ret. Studebat in dolore semper gratias agere,
ymnis deo et laudibus diebus ac
noctibus vacare. Sed cum iam tempus
esset ut tanta eius patientia re-
munari debuisset, dolor membrorum
ad vitalia rediit. Cumque iam se
morti proximum agnovit, peregrinos
viros atque in hospitalitate suscep-

tos ammonuit ut surgerent et
cum eo psalmos pro exspectatione exi-
tus sui decantarent. Cumque cum
eis et ipse moriens psalleret, vo-
ces psallentium repente compes-
cuit cum terrore magni clamoris
dicens: Tacete, tacete, nunquid non
auditis quante resonant laudes
in celo? Cumque ad easdem laudes
quas intus audierat aurem
cordis intenderet, sancta illa ani-
ma carne soluta est. Sed exeunte illa tan-
ta illic fragrantia odoris asper-
sa est ut omnes qui illic aderant in-
estimabili suavitate replerentur, ita ut
per hoc patenter agnoscerent quod eam
laudes in celo suscepissent. Cui rei
monachus noster interfuit, qui nunc
usque superest, et cum magno fletu atte-
stari solet quia quousque corpus
eius ~~sepulture~~ sepulture traderetur,
ab eorum naribus odoris fragrantia
illius non recessit. Ecce quo fine
exeat vita exierit qui in hac vita
flagella equanimiter toleravit.
Iuxta ergo vocem dominicam terra bona fruc-
tum fructum per patientiam reddidit, que
exarata discipline vomere ad remunera-
tionis segetem pervenit. Sed rogo
vos fratres attendite quod excusatio-
nis argumentum in illo districto iu-
dicio habituri sumus nos qui a bo-
no opere torpentes et res et
manus accepimus, si cogitemus si
precepta dominica exequimur et sine ma-
nibus implevit. Non contra nos deus
tunc apostolos ostendat, qui ad regnum
celorum secum turbas fidelium
predicando traxerunt. Non contra nos
martyres exhibebit, qui ad celestem
patriam sanguinem fundendo pervenerunt.

Quid autem dicturi sumus de quo
locuti sumus, cum homo de quo locu-
ti sumus sed nullum vidimus cui lon-
gus languor vindicta tenuit, sed
tamen hec a bono opere non ligavit,
hec vobiscum agite fratres, sic vos
ad studium boni operis instigate, ut
cum bonos vobis modo ad imitandum
proponitis, eorum tunc consortes esse
valeatis. **Dominica l. secundum lucam.**

Dominica l. secundum lucam

In illo tempore assumpsit Jesus **xviii° capitulo.**
duodecim discipulos secreto et ait: Ecce
ascendimus Jerosolimam et consumma bun-
tur omnia que scripta sunt per prophetas
de filio hominis, et reliqua. **Omelia beati**

85

Redemptor noster per **Gregorii pape.**
previdens ex passione sua discipulo-
rum animos perturbandos, eis longe an-
te et eiusdem passionis penam et resur-
rectionis sue gloriam predicat, ut cum
morientem sicut predictum est cernerent,
etiam resurrecturum eum non dubita-
rent. Sed quia carnales adhuc dis-
cipuli erant, nullo modo valebant capere ver-
ba misterii, venitur ad miraculum. Ante
eorum oculos cecus lumen accepit, ut
qui celestis misterii verba non caperent,
eos ad fidem celestia facta solidaret.
Sed miracula domini et salvatoris
nostri sic accipienda fratres sunt mei,
ut et in veritate credantur facta, et
tamen per significationem nobis aliquid innuant.
Opera quippe eius et per potentiam aliud
ostendunt, et per misterium aliud loqun-
tur. Ecce enim quis iuxta historiam
cecus iste fuerit ignoramus, sed tamen quem
per misterium significet novimus. Cecus
quippe est genus humanum, quod in parente
primo a paradisi gaudiis expulsum,
claritatem superne lucis ignorans,
dampnationis sue tenebras patitur.

sed tamen per redemptoris ~~nostri~~ sui presentiam
illuminatur, ut interne lucis gaudia iam
per desiderium videat, atque in via vite bo-
ni operis gressus ponat. Notandum vero est
quod cum Jesus Jericho appropinquare dicitur,
cecus illuminatur. Jericho quippe interpre-
tatur luna, luna autem in sacro e-
loquio pro defectu ponitur carnis, quia
dum menstruis momentis decrescit,
defectum nostre signat mortalitatis.
Dum igitur conditor noster appropinquabit
Jericho, cecus ad lumen redit, quia du-
dum divinitas defectum nostre carnis susce-
pit, humanum genus lumen quod amiserat
recepit. Unde enim deus humana patitur,
inde homo ad divina sublevatur. Qui
videlicet cecus recte et iuxta viam se-
dere et mendicans esse describitur.
Ipsa enim veritas dicit: Ego sum via.
Qui ergo eterne lucis claritatem ne-
scit, cecus est. Sed si iam in redemp-
torem credidit, iuxta viam sedet. Si
autem iam credidit, sed ut eternum
lumen recipiat rogare dissimulat
atque a precibus cessat, quidem iuxta vi-
am sedet, sed minime mendicat. Si vero
et credidit et oravit, et iuxta viam
sedet cecus et mendicat. Quisquis ergo
cecitatis sue tenebras agnoscit, quis-
quis hoc quod sibi deest lumen eter-
nitatis intelligit, clamet medullis cor-
dis, clamet vocibus mentis dicens:
Jesu fili dei miserere mei. Sed quid
clamanti ceco subditur audiamus:
Et qui preibant increpabant eum ut
taceret. Quid autem designant isti
qui Jesum venientem preibant, nisi
desideriorum carnalium turbas tu-
multusque viciorum, quam prius quam
Jesus ad cor nostrum veniat, temp-

tacionibus suis cogitacionem nostrarum dis
sipent, et voces cordis in oracione per
turbant. Sepe namque dum converti
ad deum post perpetrata vicia volumus,
dum contra hec eadem exorare vicia
que perpetravimus conamur, occurrunt
cordi nostro fantasmata peccatorum que
fecimus, mentis nostre aciem reverberant,
confundunt animum et vocem nostre
deprecacionis premunt. Qui preibant in
crepabant eum ut taceret, quia
priusquam Ihesus ad cor nostrum ve
niat, mala que fecimus cogitacioni
nostre suis ymaginibus impressa nos in ip
sa oracione perturbant. Sed quid ad hec
illuminandus iste cecus fecit audiamus.
Sequitur. Ipse vero multo magis clama
bat. Fili David miserere mei. Ecce quem
turba increpat ut taceat, magis
ac magis, ac magis clamat, quia
quanto graviori tumultu cogitacio
num carnalium premimur, tanto ora
cioni ardencius insistere debemus. Con
tradicit turba ne clamemus, quia
peccatorum nostrorum fantasmata plerumque
et in oracione patimur. Sed nimirum
necesse est ut vox cordis nostri, quo
durius repellitur eo valencius in
sistat, quatenus cogitacionis illicite tumul
tum superet, atque ad pias aures do
mini nimietate sue importunitatis eru
pat. Ut suspicor recognoscit
unusquisque quod dicimus, quia dum
~~ab hoc mundo animum ad deum mutamus~~
~~dum~~ ad oracionis opus convertimur, ipsa
que prius delectabiliter gessimus im
portuna postea gravia in oracione
nostra toleramus. Vix ~~eorum~~ ergo co
gitacionem manu sancti desiderii ab o
culis cordis ~~agitur~~ abigitur. Vix
eorum fantasmata penitendo lamenta

superantur. Sed cum in oracione nostra
vehementer insistimus, Ihesum mente figimus.
Unde illic subditur. Stans autem
Ihesus iussit eum adduci ad se. Ecce
stat, qui ante transiebat, quia dum
adhuc turbaciones fantasmatum pati
mur in oracione, Ihesum aliquatenus
transeuntem sentimus. Sed cum vero
oracioni vehementer insistimus, stat Ihesus
ut lucem restituat, quia dum deus
in corde figitur, lux amissa in cor
de reparatur. Qua tamen in re aliud a
liquid dominus nobis innuit quod intel
ligi de humanitate ac divinitate illius
utiliter possit. Clamantem enim cecum
transiens Ihesus audivit, sed stans
miraculum illuminacionis exhibuit.
Transire namque humanitatis est,
stare divinitatis. Per humanitatem quippe
habuit nasci, crescere, mori, resurgere,
de loco ad locum ~~ire~~ venire. Quia
ergo in divinitate mutabilitas non est,
atque hoc ipsum mutare transire est,
profecto iste transitus ex carne est non — per divinitate
ex divinitate. Per divinitatem vero ei semper stare est, quia
ubique presens, nec per motum venit, nec
per motum recedit. Cecum ergo clama
tem dominus transiens audivit, stans
illuminavit, quia non solum per humanita
tem suam vocibus nostre cecitatis
compaciendo misertus est, sed et lu
men nobis gracie sue per divinitatis po
tenciam infudit. Et notandum quod
ceco veniente dicat. Quid tibi vis
faciam. Numquid qui lumen reddere
poterat, quid vellet cecus ignora
bat? Sed peti vult hoc quod et nos
petere, et se concedere prenoscit. Im
portune namque ad oracionem nos am
monet, et tamen dicit. Scit namque pa
ter celestis quid opus sit vobis.

antequam peteret eum / ad hoc ergo
requirit ut petatur / ad hoc ergo re
quirit / ut cor ad orationem excitet / unde
et cecus protinus adiungit. Domine ut vi
deam. Ecce cecus a domino / non aurum
sed lucem querit / parvipendens extra
lucem aliquid querere / quia et si habere
cecus quodlibet potest sine luce non
potest videre quod habet. Imitemur ergo
fratres karissimi eum / quem et corpore au
divimus et mente sanatum. non fal
sas divicias / non terrena bona / vel
dona / fugitivos honores a domino / sed
lucem queramus / nec lucem que loco
clauditur / que tempore finitur / que noc
tium interrupcione variatur / que
a nobis communiter cum pecoribus cer
nitur / Sed lucem queramus / quam
videre cum solis angelis possimus /
quam nec inicium inchoat / nec fi
nis angustat. ad quam profecto lucem
via fides est / unde recte illuminando ce
co protinus respondetur / Respice fides tua
te salvum fecit. Sed ad hec cogitacio
carnalis dicit. Quomodo possem lucem
spiritualem querere / quam videre non
possum / unde michi certum est.
si sit que corporis oculis non infulget /
Cui sed cogitacioni est quod breviter
quisque videat / quia et hec ipsa que
sentit / non per corpus / sed per animam
cogitat. et nemo animam suam videt
nec tamen se dubitat animam habere / quia
non videt / Namque ex invisibili anima
visibile regitur corpus / si auferatur
quod est invisibile / protinus corruit hoc
quod visibile / stare non videbatur / Ex
invisibili ergo substancia / in hac vi
ta visibili vivitur / et esse vita in
visibilis dubitatur / sed iam preter
ceco quid factum est / vel quid ipse
fecit audiamus / Sequitur. Confestim

vidit et sequebatur eum. videt et
sequitur / qui bonum quod intelligit
quod intelligit operatur / Videt autem
et non sequitur / qui bonum quidem
intelligit / sed bene operari contempnit
Si ergo fratres karissimi / cecitatem iam nostre
peregrinacionis agnoscimus / si credendo
in redempcionis nostri mysterio iuxta
viam sedemus / si exorando cottidie ab
auctore nostro lucem petimus / si eandem
lucem iam per intellectum videndo illu
minati / post cecitatem sumus / Ihesum quem
mente cernimus / opere sequamur / aspi
ciamus ergo qua graditur via / et
eius vestigia imitando teneamus / Ihesum
enim sequitur / qui imitatur / hinc namque
dicitur. Sequere me et dimitte mortuos
sepelire mortuos suos / sine mortui
sepeliant mortuos suos / tu autem
me sequere / ac si dicat imitare / Sequere
quia enim dicitur imitare / hinc rursum
ammonet dicens / Si quis michi mini
strat me sequatur / Consideremus ergo
qua graditur / ut sequi eum mere
amur / Ecce cum sit dominus et creator
angelorum / suscepturus naturam
nostram / quam condidit in uterum
virginis venit / nasci tamen in hoc mun
do per divites noluit / parentes / paupe
res elegit / unde et agnus / qui pro
illo offeretur defuit / columbarum
pullos et par turturum ad sacri
ficium mater invenit / prosperari in
hoc mundo noluit / obprobria irri
sionesque toleravit / sputa / flagella
alapas / spineam coronam / crucemque
sustinuit / Et quia iam corporalium
delectacione a gaudio intimo cecidi
mus / qua amaritudine illuc redeat
ostendit. Quid itaque pro se homo pa
ti debet / si tanta deus pro nobis.

perdit/ Qui ergo in verbo iam credidit/
sed adhuc avaricie lucrum sectatur/
in superbia honoris extollitur/ immundi
ciarum inardescit/ libidinis se immundi
cia polluit/ prospera ad ea que in mundo sunt
concupiscit/ Christum in quo credidit sequi
contempnit/ Diverso quippe itinere am
bulat/ si gaudia delectacionesque appetit/
cui dux suus viam amaritudinis ascendit/
Reducamus ergo ante oculos mala
que fecimus/ consideremus quam terri
bilis iudex/ hec pronunciaturus advenerit/
mentem formemus ad lacrimas/ Vita
nostra ad tempus amarescat in penitencia/ ne
eternam amaritudinem senciat in vin
dicta/ Perfectus quippe ad gaudia duci
mur/ veritate pollicente que ait/ Beati
qui lugent quoniam ipsi consolabuntur/
Perfectum vero ad gaudia pervenitur
ac eadem veritate attestante que
ait/ Ve vobis qui ridetis nunc/ quia
lugebitis et flebitis/ Si ergo retri
bucionis gaudium in perventione
querimus/ prius amaritudinem in via
teneamus/ sicque fit/ ut non solum
modo in deum vita proficiat/ sed hec
ipsa nostra conversacio ad laudem dei
et alios accendit/ Unde et hic subditur/
Et omnis plebs ut vidit dedit lau
dem deo/ In capite ieiunii secundum Math(eum) vi° capitulo
capitulo. Dixit ihesus discipulis suis.
Cum ieiunatis nolite fieri sicut yp
ocrite tristes etc. Omelia eiusdem
Sicut in superioribus precepit/
itaque circa ieiunii observacionem/
ad perfecte fidei nos meritum dominus
doctrine sue mandatis instituit/ ut
non propter humanam gloriam/ sicut ypo
crite faciunt/ sed propter futuram
spem/ soli deo ieiunemus/ a quo ex-

pectamus humilitatis huius devotam
mercedem/ Hii qui ita ieiunant/
ut magis hominibus quam deo place
ant/ hunc quidem laborem et cor
poris afflictionem/ sed permanentem gloriam
mercedem laboris apud deum habere
non poterunt/ quia cum solummodo id
causa religionis ac fidei agere debeant/
humane potius laudis gloriam querere
maluerunt/ Et ideo ait dominus/ ~~Amen dico vobis~~
~~receperunt mercedem suam~~ Et unum
quidem propositum videtur esse ieiunii
causa/ eius qui deo devota men
te ieiunat/ quam eciam illius/ qui
ieiunans hominibus placere desiderat/
Sed distat genus ieiunancium/ quia quam
vis utrorumque similiter propositum videatur/
atque idem ieiunii labor/ non tamen idem
fructus est/ nec eadem retribucio me
ritorum/ longe enim differt ille/ qui pro-
pter deum ieiunat/ ab illo/ qui propter
homines ieiunare proponit/ quia huic
pro mercede laboris compensacio fit
laudis humane/ illi pro devocione humi
litatis meritum glorie in futuro serva
tur/ Sic quoque et orandi ordinacio
habitus/ secundum propositum quidem non
differre videtur/ Sed secundum animi fidem et
mentis affectum/ magna distancia
meritorum est/ Aliud est enim/ ut
superius dictum est/ sub expectacione
laudis humane orare/ aliud ad hoc
tantum orare/ ut oracionis sue a deo
retribucione expectet mercedem/ Si
milis causa est/ et circa omnem ob
servanciam divine religionis/ Unde
non immerito dominus omne studium lau
dis/ atque humane iactantie volens
a nobis abesse/ docet nos quemadmo
dum ipsi religioso animo/ ac de
vota mente placeamus/ Dicendo/ Vos

autem cum ieiunatis ungite caput vestrum et faciem vestram lavate, ne appareatis hominibus ieiunantes, ut si fieri potest operis religiosi ieiunii et ipsius corporis atque anime afflictione vultus hilaritate celemus. Nam vero exempla etiam secundum historiam in sanctis patribus tempore scilicet posteriora [?]. Nam sanctissima Judith cum magno merore et cilicio [?] esset afflicta, post solempnitatem triduani ieiunii capite uncto, lota facie, ita interne afflictionis tristiciam tersit simulato gaudio, ut letari hostibus videretur, at si dum pleniorem [?] ieiunii ceteris [?] de hoste triumphum victorie reportavit. Similiter et sanctissima dum lota facie, capite uncto, post triduanum ieiunium intelligi arte non potuit, famam eius [?] sui inimicum nequissimum interemit. Quid de Daniele ac de tribus pueris dicemus, qui in tanta abstinentia inter tot adolescentes qui a cibis regalibus vescebantur, soli vultu graciores inventi sunt. Sed quia istud secundum litteram diximus, quid etiam secundum spiritualem intelligentiam faciendum sit debemus advertere. In unctione capitis mentem significare cognoscimus. Unde ungere caput primo est mentem facere, que una in paupere facta refertur ad dominum, qui caput viri secundum apostolum intelligitur, ipso domino dicente: Quamdiu uni ex minimis istis fecistis, michi fecistis. In cuius mente iuxta divina retributione velut quodam oleo celesti perfundimur ab eo qui ait: Beati misericordes quoniam ipsis miserebitur deus. Novit hanc celestis olei unctionem in capite etiam sanctus David cum

diat: sicut unguentum in capite quod descendit in barbam, barbam Aaron. In facie vero lavanda emundati corporis ac sincere conscientie puritas significata cognoscitur. Unde lavare faciem hoc est ab omni sorde peccatorum et squalore delicti faciem cordis nostri et ipsam conscientiam detergimus mundam proferre, ut vere leticiam celestis gaudii et hilaritatem spiritus sancti in nobis habere possimus. Ac si fit ut dum in hac fidei devotione deo potius quam hominibus ieiunemus, a deo qui occultorum est cognitor accipimus retributionis eterne mercedem. Hoc enim ait dominus: ne appareatis hominibus ieiunantes sed patri vestro qui est in celis, et pater vester qui est in abscondito reddet vobis. Si ergo vis caput spiritualiter ungere et mundam faciem cordis habere, iuxta dominicum dictum insiste fidei operibus, insiste devotioni ieiunio ut placere deo merearis. Nolite inquit thesaurizare vobis thesauros in terra ubi erugo et tinea exterminat et ubi fures effodiunt et furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in celo, ubi neque erugo neque tinea exterminant, et ubi fures non effodiunt nec furantur. Ubi enim thesaurus tuus erit, illic erit et cor tuum. Prohibet nos dominus in terra thesaurizare, ubi omnia infirma sunt et caduca. Contrarium enim est fidei ac saluti hos thesauros terrenos expetere, divicias seculi querere, facultates mundi sectari, quas potest et tinee corrumpere et erugo consumere et fures rapere. Quia quicumque magis in terra thesaurizare voluit quam in celo, thesauros illos eterne et

celestis vite heres non erit / dicente ipso
domino / Cum divites difficile intrabunt in
regnum celorum / Similiter et ~~apostolus~~ /
Nam qui volunt divites fieri incidunt
in temptacionem et muscipulam dyaboli / Re-
cordemur illius divitis / qui omnem glo-
riam suam in seculi thesauris / atque in
reditum suorum ubertate constituit /
Cui cum pro affluenciam frugum / de
ampliandis horreis cogitaret / atque
animo suo delicias opum / et securitate
longe vite promitteret / non diem sub-
ripiente fine / hec que congregaverat
perdidit / sed ipsam animam sub eadem noc-
te cui thesaurizabat amisit / Unde non
inmerito david ipse testatus est dicens /
Thesaurizat et nescit cui congregat
ea / Cogitemus et illum adolescentem /
qui cum per se omnia precepta legis imple-
ret / quia thesauros magis terrenos
amavit quam celestes / vite eterne
thesauros obtinere non potuit / Et id-
circo david bene ait / divitie si afflu-
ant / nolite cor apponere / Cuius preter-
volt nos dominus / thesauros nostros non
in terra ubi perire possunt / sed in celo re-
condere ubi nulla adversa dominantur /
Ubi fures non effodiunt et furantur /
i. dyabolus et angeli eius / nec tinea nec
erugo exterminat / idem peccata que
huius seculi dominantur / Quem admodum autem
hunc thesaurum in celo reponere de-
beamus / ipse dominus in ~~ewangelio~~ manifestat /
dicendo ad illum adolescentem / Vade
vende omnia que habes et da paupe-
ribus et habebis thesaurum in celo / Huius-
modi ergo thesauros / qui eterni sunt et
incorrupti / qui perire non possunt / Pro o-
pera iusticie / ac pietatis / ac misericordie o-
pera merita / invenimus in celo recon-
dere / In celo enim reconditur / quid-

quid secundum fidem scripture / in usum
pauperum erogatur / dicente scriptura /
Qui dat pauperibus deo offert / Unde et sedulo
~~apostolus~~ / credentes memores huius
divina precepta thesaurizasse sibi invenimus
in celo / qui vendito / in unum suis rebus su-
is thesauros terrenos / ad regna cele-
stia transtulerunt / et ideo / addidit dominus
dicens / Ubi fuerit thesaurus tuus ibi
~~erit et cor tuum~~ quia si in celo / spe
bonis operibus thesaurisemus / Ubi omnis
spes / et salus nostra est / ubi nobis
vita eterna reposita est / in terra licet
positi / cor tamen spe in celo habemus /
Unde non perit cor in celis heres / qui
cupiditate seculi capti / thesaurizare si-
bi magis in terra malunt / Merito
et sanctus ~~apostolus~~ / et divites seculi /
quemadmodum hunc thesaurum celestem con-
sequi possint hortatur divites dicens /
huius seculi precipe / non sublime sapere / neque
sperare in incerto divitiarum / sed in
in deum vivum qui prestat nobis ha-
bundanter omnia ad fruendum / Be-
nefaciant divites / sint in operibus bo-
nis / facile tribuant / communicent / thesau-
rizent sibi in futurum / ut apprehendant
veram vitam a deo / qui auctor est
vite et immortalitatis eterne / cui est
laus et gloria in secula seculorum ~~amen~~ feria [margin: feria quinta p(ost) ... math.]
In illo tempore. Cum quinta secundum math. viii.
intrasset ihesus capharnaum accessit
ad eum centurio rogans eum dicens /
Domine puer meus iacet paraliticus
in domo et male torquetur et cetera. [margin: eiusdem]

Quam gloriosa Omelia eiusdem
fides in centurione / et
admiranda devocio / que sine legis
ulla instructione / tam perfecta fide in
filio credidit / Rogat centurio dominum
ut puerum ipsius paraliticum curare

dignaretur / dominus usque ad locum in quo
paraliticus iacebat ire disposuit / sed
centurio fide plenus humilitatis sue
ad modum conscius indignum se
tanta dignatione domini profitetur /
et tamen divine dignationis omnis exal-
sat. Sic ait enim. Non sum dignus
ut intres sub tectum meum sed dic
tantum verbo et sanabitur puer meus
plenissime fidei ac perfecte cognicionis
est ista confessio / ita filii dei omnipo-
tenciam confiteri / ut totum sibi esse
possibile credat / Unde centurio iste
dominum ac salvatorem nostrum licet
secundum hominem corpus videt / deum eum
tamen esse visu mentis ac fidei agnoscebat /
denique ita ait / Dic inquit tantum verbo
et sanabitur puer meus / quia cre-
debat enim plenitudinem divine nature
ubique esse presentem / et solummodo si ve-
lit verbo omnia posse curare / cognos-
cens ipsum esse de quo scriptum est /
Misit verbum suum et sanavit eos /
et item / Non malagma curabat
eos / sed tuus est domine sermo / qui sanat
omnia / Cum licet scriptum centurio
legis adhuc nesciens ignoraret /
id tamen credendo fide confessus est /
Unde non in merito et exemplum terrene
huius potestatis racio attulit dicens /
Nam et ego sum homo sub potestate
constitutus habens sub me milites.
et dico huic vade et vadit. etc / per
quod et deum eum / et principem celestis
milicie / et universa potestati eius
subiecta esse / ita credendo confessus
est / Credebat enim esse eum / cui an-
geli / et archangeli / atque omnes vir-
tutes celorum / subiecte sunt / famulatu
obsequi / Per huius itaque fidem cen-

turio et impetrare valuit / quod postu-
lavit et testimonio divine laudis dignus
effectus est / ut israhelitis omnibus prefe-
retur. Sicut enim de eo dominus testatus
est dicens / Amen dico vobis non
tantam fidem. inveni in israhel. In nullo
reperi. Cuius enim tempore mundato
sacerdotes legis domini tante virtutis
agnoscere noluerunt / Centurio homo
gentilis non per legem eruditus / non
per prophetas instructus / filium dei ante-
quam puer suus sanaretur agnovit /
et precedens quidem in tempore cognito
signo divine virtutis tota fide credens /
non tantum sibi / sed domui sue sa-
lutem quesivit eternam / quanto ergo
prestat unicuique apud deum devote
fidei religiosa confessio / ex hoc ipso
cognoscimus / quod non sibi tantum / sed et
suis prodest / centurio credit / et pu-
er suus sanitatem consequitur / Hec
ergo secundum historiam. Nunc divinum / cuius
in eadem operacione sub spirituali intellige-
ncia sciendum sit debemus advertere / In
centurione isto / qui plena fide dei
filio credidit / eorum sanctorum qui
sine lege littere deo placuerunt /
figura monstrata est / In puero vero
centurionis qui paraliticus in domo ia-
cebat / populus gentilium typus ostensus
est / qui gravibus delictis oppressus / in
domo istius mundi animo et corpore
dissolutus iacebat / Per hoc ergo domi-
nus sanctorum precibus exoratur /
ut ad salutem gencium / curationem u-
bi dominum concedet / quo liberati ho-
mines dicti valitudine peccatorum /
perfectam sanitatem fidei ac salutis

acceperunt. Unde et in eo quod dixit: Non
sum dignus ut intres sub tectum me-
um, sed dic verbo et sanabitur puer
meus. Domum suam mundum istum
significare cognoscitur, sacrilegiis ge-
ntium et superstitionibus ydolorum atque
omnibus peccatis pollutum, quem indignum
deo esse attestatur. Denique licet ad mun-
dum istum ubi habitatio gentium ge-
ntium erat dominus descendit, a iudeis tamen
illi apertius mundi presus acceptus
est, et licet ad sanandam salutem
gentium in hunc mundum venisset,
non tamen in templo ydolorum, sed in templo
dei, quod propterea edificatum vitio fuat,
dominus precepta vite predicando gentium profu-
tura tradebat. Et ideo dicitur a centurio-
ne: Non sum dignus ut intres sub tec-
tum meum, ut pollutum habitatorem
gentium vel immundam. Adhuc dei fi-
lio demonstrat, sed addidit: Dic tamen ver-
bo et sanabitur puer meus. In quo
istud significasse cognoscitur, quod non ante
passionem, sed post passionem suam
dominus verbum divine predicationis ad sa-
lutem gentium populos destinaret.
Unde et illud pauli dictum est a
iudeo: Vobis oportet primum annunti-
ari verbum dei, sed quia indignos vos.
nos. nos iudicastis vite eterne,
ecce convertimur ad gentes. Sic enim
mandavit dominus nobis. Quapropter
et dominus collaudata fide centurionis
hanc ipsam futuram spem gentium
prestitutus est. dicens: Amen dico vobis
quia multi ab oriente et occidente
venient et recumbent cum abraham
et ysaac et iacob in regno celorum;
filii autem regni huius expellentur
in tenebras exteriores. Quo

dicto manifeste declaravit reprobato
infideli populo iudeorum nobilem con-
gregationem ecclesie ex universis gentibus
futuram, que fide et devotione sua
digna convivio sanctorum in regnis
celestibus haberetur post adventum
domini et salvatoris nostri, qui est
benedictus in secula seculorum. Amen. Feria
In illo tempore dixit. vi. secundum Matheum v. capitulo
Iesus discipulis suis: Cum ergo facis elemosinam
noli tuba canere ante te sicut ypo-
crite faciunt in synagogis et in vicis
ut honorificentur ab hominibus etc.
hominibus. Omelia eiusdem.
Invitat nos dominus ad perfecte fidei gloriam. doc-
trina celesti confortat. Supprimus enim docuit
opus iusticie non propter homines,
sed propter deum esse faciendum. Nunc
quoque iubemur elemosinam facientes
tuba canere non debere, id est non propalare
quod facimus, quia non est devote mentis
ut idcirco quis in dei rebus aliquid
operari debeat ut gloriam humane lau-
dis expectet. Plerique enim ideo aliquid
in usum pauperum largiuntur, ut ina-
nem laudem hominum et famam sancte
deificalitate mereantur. Quos operis
sui mercedem in hoc seculo recepisse
dominus manifestat. Qui enim hanc
gloriam sancte querunt, mercedem future
promissionis amittunt. Et ideo addidit
dominus dicens: Ut sit elemosina tua in
abscondito, et pater tuus qui videt
in abscondito reddet tibi. Volens opus
nostrum non esse publicum, sed occultum,
idem non tam propter hominem sed propter
deum tantum operemur, a quo expectamus
celestem gloriam et future retributionis
mercedem. Huius autem fidelis operis
elemosinam sub religiose taciturnitatis

silencio / Salomon collaudatus olim
ait / Per taciturnitatem virum honora
sed taciturnitatem insinuans / Sequa
dominus ait / Nesciat sinistra tua quid
faciat dextera tua / Sed non hic de
vsuali corporis manibus loquitur /
quibus nec vincendi nec loquendi vllus
est proprius / sed in manu dextera vel
sinistra / aut opus / aut homines signi-
ficantur / Denique scriptum legimus in
libris regnorum / manum homines si-
gnare cum dicitur / Habeo decem manus
manus sunt in rege id est decem tribus Israel /
Vnde non dubium est / in dextera
manu iustos significari / in sinistra
vero peccatores intelligi / sicut quod Sa-
lomon ait / Vias que a dextris sunt novit
dominus / perverse autem sunt / que sunt a
sinistris / Vias autem dextere sinistre
intelligimus / Dominus in euangelio aptissime mani-
festat / cum iustos a dextris / peccatores
vero a sinistris collocandos esse de-
clarat / Hec ergo dextera iustorum / sic
secundum preceptum domini operantur / ut eam
sinistra tacere / nescire / id est / quod reli-
giose ac fideliter operantur / in conspec-
tu peccatorum et infidelium non iacte-
mus verum. Si quid non humane lau-
dis studio etiam coram religiosis
fratribus fideliter fecerimus / non perit opus
devocionis ac fidei a fratribus iactan-
cia iudicatur / ante deum ac salvatorem
nostrum / qui est benedictus in secula.
Et cum oratis non eritis sicut ypo-
crite qui amant stare in sinago-
gis et in angulis platearum stan-
tes orare ut videantur. Abscondi-
tum dico vobis perceperunt mercedem
suam. Tu autem cum oraveris intra
in cubiculum tuum et clauso ho-
stio ora patrem tuum et pa-

tuus qui videt in abscondito reddet
tibi. Ad omen nos iuste celestis ac
fidei perfectorum dominus instruit / Vult enim
nos sine ypocrisi / sine aliquo studio
laudis humane / omne opus divine religi-
onis implere / perficimur namque ypocri-
tarum more ordines magis hominibus
iactanter ostendere / ne initium gratie amit-
tamus / Dominus enim non simulacionem ac
iactanciam sincere sed fidelem orationem
requirit / et ideo clauso hostio id est intra
cordis ac conscientie nostre secretum a
domino iubemur orare / ut ab eo qui
secretorum et occultorum est cogni-
tor recipiamus retribucionis occulte
mercedem / Religiose enim mentis est
deum non clamore vel sono vocis /
sed devocione animi ac fide cordis orare /
sicut quod David in psalmo testatur. Di-
cens / Dicite in cordibus vestris et in
cubilibus vestris compungimini / Invenimus
denique in libris regnorum / Annam
illam sanctissimam / huius evangelice doctrine
preceptum complentem / Nam cum sine
aliquo vocis sono in cordis sui se-
creto in conspectu domini fideliter orans
desiderium sui pectoris effunderet / saltem
exaudiri a domino meruit / Sic et Da-
niel cum tribus pueris occulte semper o-
rantes interpretaciones sompnii et re-
velacionum secreta dominus scire conces-
sit / Cornelius quoque nec dum evan-
gelicis preceptis eruditus / dum in cu-
biculo suo secrete ac fideliter oraret
meruit vocem angeli sancti loquentis
audire / Quid de Iona dicemus / qui
non modico cubiculo / sed in ventre belue
clausus in eam orans / exaudire me-
ruit / ut de profundo maris / et de
ventre tam inmanis belue :

incolumis / et unius euaderet / Ex-
auditus autem a domino est / non quia
uoce / sed quia fide clamabat / Et ideo
clamor uocis non est opus in oratione
ad deum / quem scimus secreta cordis
intueri / sed clamor fidei ac religiose
mentis deuotio / Unde non immeri
to in sequentibus dominus ait / Orantes autem
nolite multum loqui sicut ethnici
faciunt. putant enim quod in multiloquio
suo exaudiantur / nolite ergo simila
ri eis / scit enim pater vester quid vobis
opus sit / antequam petatis ab eo
Ethnici enim homines / putant multa
eloquentia verborum facilius se a domino
impetrare / et posse que postulant / sed
hoc a nobis dominus non expectat /
vult potius / ut orationem nostram non ve
locitate sermonis / sed fide cordis /
ac iusticie meritis commendemus /
Et utique qui melius nouit omnia
que nobis necessaria sunt / et universa que
postulaturi sumus / antequam loqua
mur agnoscit / Et quantum differat
inter multiloquacem / et humi
lem / ac simplicem orationem / in phariseo
illo et publicano habemus exemplum nam
pharisei iactantis se in multiloquentia
reprobatur oratio / publicanus vero humil
ac sine multiplicitate operis sui veniam po
stulans iustificatior / iactante se
phariseo descendit / In quo completum
inuenimus / id quod scriptum est /
Oratio humilis nubes penetrauit / Pre
ueniens ad deum / qui orantem precem au
dire consueuit / cui est benedictio
in in secula seculorum amen. Dominica
In illo tempore. Ductus in xl. secundum matheum
est ihesus in desertum a spiritu / ut temp
taretur a dyabolo et cum ieiunasset
xl. diebus et xl. noctibus / postea e

suriit. et cetera. Omelia beati Gregorii pape
Dubitari solet a quibusdam.
a quo spiritu sit ductus ihesus in
desertum. propter hoc quod subditur.
Assumpsit eum dyabolus in sanctam ciui
tatem. et rursum assumpsit eum
in montem excelsum valde. Sed
vere et absque ulla questione con
uenienter accipitur. ut a sancto spiritu
in desertum ductus credatur / ut
illuc eum suus spiritus duceret / ubi
hunc ad temptandum spiritus malignus
inueniret. / Sed ecce dum dicitur
deus homo vel in excelsum mon
tem / vel in sanctam ciuitatem
a dyabolo assumptus mens refugit /
humana hoc audire aures ex
pauescunt. Que tamen non esse in
credibilia ista cognoscimus / si in
illo et alia facta pensemus / Cer
te iniquorum omnium dyabolus caput est /
et huius capitis membra sunt omnes
iniqui. / An non membrum dyaboli
fuit pilatus. / An non membra
dyaboli iudei persequentes / et mili
tes crucifigentes fuerunt / Quid ergo
mirum si se ab illo permisit in mon
tem duci et temptari. / qui se per
tulit. et a membris illius cruci
figi / Non est ergo indignum redemp
tori nostro. quod temptari voluit /
qui venerat occidi / Iuste quippe
erat. ut sic temptaciones nostras
suis temptacionibus vinceret / sicut
mortem nostram venerat sua
morte superaret / Sed sciendum nobis
est. quod temptacio tribus modis
agitur. Suggestione / delectacione /
et consensu / Unde cum nos tem
ptamur plerumque in delectacione
et in consensum labimur / quia
de carnis peccato propagati in nobis

Sed quare autem permittit deus hominem temptari? nisi ut det sibi occasionem promerendi coronam ... [illegible] ... quia vita nostra in hac peregrinatione non potest esse sine temptationibus ... nec potest coronari nisi vicerit, nec potest vincere nisi certaverit, nec potest certare nisi inimicus et temptationes fuerint ... [illegible] ... hostis in quanto magis nos sibi rebellare conspicit, tanto amplius expugnare contendit ... [illegible] ... resistamus.
Et cum ieiunasset. infra

ipsis et gemitus. Unde certamina tolleramus. Deus vero qui in utero virginis incarnatus in mundum sine peccato venerat, nichil contradictionis in semetipso tollerabat. Temptari ergo per suggestionem potuit, sed eius mentem peccati delectatio vel consensus non momordit. Atque ideo omnis dyabolica illa temptatio foris non intus fuit.

Sed si ipsum ordinem temptationis eius aspicimus, pensemus quanta magnitudine nos a temptatione liberamur. Antiquus hostis contra primum hominem parentem nostrum in tribus se temptationibus erexit, quia hunc videlicet gula, vana gloria et avaricia temptavit. Sed temptando superavit, quia sibi eum per consensum subdidit. Ex gula quippe temptavit, cum cibum ligni vetitum ostendit atque ad comedendum suasit. Ex vana autem gloria temptavit eum, dixit: eritis sicut dii. Ex profectu avaricie temptavit eum dixit: scientes bonum et malum. Avaricia enim non solum pecunie est, sed etiam altitudinis. Recte etenim avaricia dicitur, cum supra modum sublimitas ambitur. Si enim non ad avariciam honoris rapina pertineret, nequaquam Paulus de unigenito diceret: Non rapinam arbitratus est esse se equalem deo. In hoc ergo dyabolus parentem nostrum ad superbiam traxit, quo eum ad avariciam sublimitatis excitavit. Sed quibus modis primum hominem stravit, eisdem modis secundo homini temptatio succubuit. Per gulam quippe temptat cum dicit: Dic ut lapides isti panes fiant. Per vanam gloriam temptat cum dicit: Si filius dei es mitte te deorsum.

Per sublimitatis avariciam temptat, cum ei omnia regna mundi ostendit dicens: Hec omnia dabo tibi, si procidens adoraveris me. Sed eisdem modis a secundo homine vincitur, quibus primum hominem se vicisse gloriatur, ut a nostris cordibus ipso aditu captivus exeat, quo nos aditu intromissus captos tenebat. Sed est aliud, fratres karissimi, quod in hac temptatione dominica considerare debemus, quia temptatus a dyabolo dominus sacri eloquii precepta respondit, et qui eo verbo quo erat temptatorem suum mergere in abyssum poterat, virtutem sue fortitudinis non ostendit, sed sola divine scripture precepta dedit, quatenus nobis sue paciencie preberet exemplum, ut quociens a pravis hominibus aliquid patimur, ad doctrinam magis excitemur quam ad vindictam. Pensate quanta est paciencia dei, quanta est impaciencia nostra. Nos si iniuriis aut aliqua lesione provocamur, furore permoti aut quantum possumus nosmetipsos ulciscimur, aut quod non possumus facere minamur. Ecce adversitatem dyaboli dominus pertulit, et nichil ei nisi mansuetudinis verba respondit. Portat quod punire poterat, ut hoc in laude eius altius cresceret, si hostem suum non extinguendo, sed interim paciendo superaret. Notandum vero quod subditur, quia recedente dyabolo angeli ministrabant ei. Quid aliud quam unius persone utraque natura ostenditur? quia et homo est quem dyabolus temptat, et idem ipse deus est, cui angeli ministrant. Cognoscamus igitur in eo naturam nostram, quia nisi hunc dyabolus hominem cerneret, non temptaret. Adoremus in illo divinitatem suam, quia

Et cum ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus postea esuriit. Ita ut aliis diebus nullum omnino cibum sumeret. Noluit autem plus ieiunare quam quadraginta dies et noctes ... [illegible] ... alii homines ut Helyas et Moyses ... [illegible] ... cum fortiter temptaris noli desperare, sed sufficit tibi quod non vinceris.

nisi deus deus super omnia consisteret. et
nullomodo angeli ministraret. Sed
quia hys diebus lectio ista congruit
nam qui quadraginta dierum absti-
nentia nostri redemptoris audiuimus
quia quadragesime tempus inchoamus
discutiendum nobis est. cur hec
ipsa abstinentia per quadraginta di-
erum numerum custoditur. Moyses enim
ut legem acciperet xl dierum diebus
xl ieiunauit. Helias in deserto xl
diebus abstinuit. Ipse auctor hominum
ad homines veniens in xl diebus nullum
omnino cibum sumpsit. Nos quoque
inquantum possumus eius quadragesime
tempore carnem nostram per abstinentiam
affligere tenemur. Cur ergo in
abstinentia quadragenarius custoditur
numerus. nisi quia decalogi virtus per li-
bros quatuor sancti ~~ewangelii~~ impletur
denarius etenim numerus quater ductus
in quadragenarium surgit. quia dum
decalogi mandata perficimus cum per-
fecto iiii.or libros sancti ~~ewangelii~~ custodimus
Ex qua re sentiri et aliud potest. In hoc
enim mortali corpore ex quatuor ele-
mentis subsistimus. et per voluptates
eiusdem corporis preceptis dominicis con-
traimus. precepta autem dominica per deca-
logum sunt accepta. Qui ergo per car-
nis desideria decalogi mandata contem-
psimus. dignum est ut eandem car-
nem quaterdecies affligamus. Qua-
muis et hoc quadragesime tempus ad-
huc aliud quid possit intelligi. A
presenti enim die usque ad paschalis sol-
lempnitatis gaudia sex ebdomade ve-
niunt. quarum videlicet dies quadra-
ginta duo sunt. Ex quibus dum sex di-
es dominici ab abstinentia subtrahuntur
non plus in abstinentia quam xxx
et sex dies remanent. Dum vero
per trecentos et sexaginta dies annus
ducitur. Nos autem per xxx^ti et sex
dies affligimur. quasi anni nostri
deo decimas damus. Ut qui nobis
metipsis per acceptum annum viuimus
auctori nos nostro in eius decimis
per abstinentiam mortificemus. Un-
de fratres karissimi sicut offerre in lege iube-
mur decimas rerum. ita ei et
offerre contendite decimas dierum.
Unusquisque in quantum vires suppetunt
carnem maceret. eiusque desideria
affligat. concupiscentias turpes inter-
ficiat. Et iuxta Pauli vocem hostia
viua fiat. Hostia quippe immolatur
et viua est. quando homo abhac
vita non deficiat. et tamen se a carnali-
bus desideriis occidit. Caro nos leta
traxit ad culpam. afflicta reducat
ad veniam. Auctor etenim mortis nostre
per fructum ligni vetiti vite precepta
transgressus est. Qui ergo a paradisi
gaudiis per cibum cecidimus. ad hec in-
quantum possumus per abstinentiam re-
surgamus. Sed nemo sibi in tantum
eandem abstinentiam solam posse cre-
dat sufficere. quod cum per prophetam dominus
dicat. Nonne hoc est magis ieiunium
quod elegi. subiciens. Frange esurien-
ti panem tuum. et egenos vagosque
induc in domum tuam. Cum videris
nudum operi eum et carnem tuam
ne despexeris. Illud ergo ieiunium ~~apparebat~~ approbat
deus. quod ad eius oculos manus e-
lemosinarum leuat. quod cum proximi
dilectione agitur. quod pietate con-
ditur. Hoc ergo quod tibi subtrahis
alteri largire. ut unde tua caro af-
fligitur. inde egentis proximi caro
reficiatur. Hinc etenim per prophetam dominus
dicat. Cum ieiunaretis et plangeretis
numquam ieiunium michi ieiunastis. Et

Beda filium hominis se nominat et appellat in forma hominis ut quociens se nominat filium hominis tociens velit nos esse recordem mortis et passionis eius et ... ei

cum comedistis et bibistis. Sibi enim comedit et bibit, qui alimenta corporis que sunt communia dona conditoris sine indigentibus percipit, et sibi etiam quod ieiunat si ea que sibi ad tempus subtrahit non pauperibus tribuit, sed ventri postmodum offerenda custodit. Hinc per Iohelem dicitur: Sanctificate ieiunium. ~~quippe est~~ adiunctis bonis aliis dignam deo abstinentiam ostendi ... Cesset ira, sopiantur iurgia. Incassum enim caro atteritur, si a pravis suis voluptatibus animus non refrenatur. Unde per prophetam dominus dicit: Ecce in die ieiunii vestri invenitur voluntas vestra et omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites et contentiones ieiunatis et percutitis pugno impie. Et omnes debitores vestros repetitis. Neque enim quia debitori suo hoc quod dedit repetit, aliquid iniustum facit. Sed dignum est ut quisquis se in penitentia macerat, etiam hoc sibi quod iuste competit interdicat. Sic nobis afflictis penitentibus a deo dimittitur quod inique egimus, et pro amore illius et hoc quod nobis competit iuste relaxamus.

Feria ii post dominicam. Math. xxv. Cum venerit filius hominis in maiestate sua et omnes angeli cum eo. et reliqua. Omelia Remigii.

In lectione que hanc precedit posuit dominus similitudinem hominis peregre proficiscentis, qui vocatis servis suis distribuit illis pecunias prout unusquisque continebat: alii quinque talenta, alii duo, alii unum. Statim profectus et post multum temporis reversus vocatis servis suis posuit rationem cum eis. Et bene quidem operantes pro acquisitis lucris remuneravit, negligentem vero servum et ab omni opere torpentem dampnavit. Qua finita parabola hoc quod in exponendo suscepimus consequenter adiunxit, probans illam quam premiserat similitudinem ad se pertinere. Ait ergo: Cum venerit filius hominis in maiestate sua. Quia enim tempus passionis eius instabat et proximo ventura pascha comprehendendus et alapizandus, conspuendus, flagellandus, spinis coronandus et ad ultimum crucifigendus, aceto potandus, morti tradendus erat, providens se in maiestate ad iudicium venturum premittit, quatenus scandala passionis confestim promissa retributione magne glorificationis. Ait ergo: Cum venerit filius in maiestate sua et omnes angeli eius cum eo. Notandum sane quod filium hominis in maiestate venturum dicit, per quod destruit opinionem quorundam hereticorum qui dicunt dominum nostrum Iesum Christum post resurrectionem et ascensionem non manere in natura veritatis assumpte humanitatis, non attendentes quod angeli in eius ascensione dixerunt: Sic veniet quemadmodum vidistis eum ascendentem. Et hic dominus manifeste filium hominis fatetur venturum esse ad iudicium. Idem enim verus filius dei, idemque verus et filius hominis, non tamen duo sed unus est filius dei, qui in iudicio pro totum videndus est humanitatis natura induitus sua, ... post iudicium apparebit electis, quia scriptum est: Tollatur impius ne videat gloriam dei. Solem autem regem sanctorum in decore suo videbunt oculi mundi cordis. Cumque inquit venerit filius hominis in maiestate sua, hoc est in dignitate sue potestatis, per quam cum patre simul et spiritu sancto genus humanum iudicabit, bonis merita premia, impiis et peccatoribus digna rependet.

Cumque venerit filius hominis in maiestate divina qua equalis est patri et spiritui sancto ... in forma tamen humana videbit eum iusti et iniusti ...

supplicia / sicut quod dictum est / nunquam
enim reprobi videre poterunt. Iste ergo
qui quondam in assumpto homine in-
dicandus non veniens non clama-
vit / neque vocem eius quisquam in
plateis audivit / qui ita humilis venit
ut minime cognosceretur / tunc deus
manifestus veniet / deus noster et non
silebit / stipatus ministerio angelorum / qui
cum eo ad iudicium venient / ut in eo-
rum presentia iudicentur / qui sub eorum
custodia vixerunt / angeli enim sunt / ad
ministerium spiritus / qui singulis hominibus
ad custodiam deputantur / de quibus
dominus: angeli eorum semper vident faciem
patris. Hinc et psalmista dicit:
Annuntiabunt celi iustitiam eius. Ce-
li namque eius iustitiam annuntiabunt /
cum angeli iustissimum dei iudicium
venientes predicabunt. Tunc sedebit
super sedem maiestatis sue. Sedem su-
am [illegible] sessurus est / in iudicio quidam [illegible]
nubem illam acci-
piunt / in qua dominus ascendit in celum /
in qua etiam venturus est ad iudicium /
Sed et competenter sedes dei sancta in-
telligitur ecclesia / in qua dominus sedebit /
quia in ecclesia sua gloriosus ipse eam
glorificans apparebit. Tunc congrega-
buntur / ante eum omnes gentes et
homines a primo adam / usque ad eum
qui in fine mundi nasciturus est /
cumque ab exordio mundi iam
definiti sunt / et tunc veniunt in corpore
[?] iudicandi sunt. Et separabit eos
ab invicem et cetera usque. [?] ad
sinistris. Sicut inquit pastor
pecus secernit a corpore / ita deus
noster qui est verus pastor / quem
oves sue agnoscunt / eosque sepa-
rabit in die iudicii / bonos a
malis. Nam per oves designa-

tur simplici in simplicitate / et in-
nocentia gaudentes / qui ad dex-
teram domini statuentur / anima in
spe sempiterne felicitatis collocabuntur /
Hedos enim que sunt petulca animalia
et lasciva / et ad libidinem semper fer-
vida / designantur reprobi / volup-
tatibus illecebris carnalibus dediti /
qui ponentur ad sinistram / quia
iuste sempiterne dampnationi su-
bicientur. Sed et illud attendendum /
Anima non capras sed edos / [?]
[?] dicit. Quod capra
in bonam accipitur significationem sicut
enim sponsus in canticis / que veluti greges
caprarum tonse / et lote ascenderunt
in lavacro et gemellos edunt fetus
et sterilitatem ignorat / Sciendum
vero quia in iudicio duo erunt or-
dines / alter bonorum et alter ma-
lorum / qui in quadriforme dividuntur /
duo enim ordines erunt bonorum / unus
qui non iudicabitur / sed cum domino
iudicabit / sicut erunt apostoli et perfecti
monachi / quibus dictum est: sedebitis
super sedes xii iudicantes xii tribus israel.
Alter enim erit ordo bonorum qui iu-
dicabitur et salvabitur / quibus dicetur
Esurivi et dedistis michi manducare.
Similiter erunt duo ordines reproborum /
unus eorum qui non iudicabitur
et dampnabitur / in quo erunt pa-
gani deum ignorantes / de quibus
psalmista dicit. Non resurgent
impii in iudicio. Et dominus: qui non
credit iam iudicatus est. Alter erit
ordo eorum qui iudicabitur et dam-
pnabitur quibus dicetur / Esurivi
et non dedistis michi manducare.
Tunc dicet rex hiis qui a dextris
eius erunt / venite benedicti pa

tris mei / et reliqua Rex xpc. videlicet
qui est regum rex et dominancium dominus /
cuique in die illa solius exaltabitur
auctoritas sive potestas / summam dictabit
et dicet / hiis qui a dextris eius
erunt. / hoc est sanctis / qui ad sortem
superne beatitudinis pertinebunt. Veni-
te benedicti patris mei / Rex ista
desiderabilis et expectabilis omni
gracia suscipienda / qua sancti ad bona
perpetua et ad regnum vocantur sine
fine mansurum / Et merito benedicti dicun-
tur / hoc est ad eternam beatitudinem
et benedictionem / que in xpo et per xpm sunt predestinati. Patrem autem suum dicit ad illum
referens omnem potestatem cuius est
filius / Quia unam equalemque essenciam / ab
illo et potenciam / unum tamen est regnum
patris et filii et spiritus sancti / sicut
una est eorum eadem potestas / quod
regnum ab origine mundi illis paratum asserit. / qui ad illud ante se-
cula predestinati / et preordinati sunt /
Nam et apostolus dicit. quos prescivit
eciam preordinavit. predestinavit conformes fieri ymaginis filii sui. Quos
autem predestinavit insinuat hos et
vocavit. / et quos vocavit / illos et
iustificavit. / Quibus vero meritis talem pervenient remuneracionem / eminenter
subdens. esurivi et dedistis michi
manducare. sitivi et dedistis michi
potum. Que verba apte exprimunt.
opera pietatis / et benivolencie manifestenciam / que corpoream tollerantibus
indigenciam necessaria est / verum si hec
spiritualiter accepimus / gracius aliquid
in impletione caritatis intelligere poterimus. Quia caritas non solum ar-
ta fides carnem cuique monitum
verum multo magis anime cuiquam

non tantum corporale verum eciam spirituale indigencia tollitur

spirituali est exhibenda / Qui ergo e-
surientem et sicientem iusticiam / pane
verbi saciat / et aqua sapiencie potat / ca-
ritatis perfecte opera adimplet. Qui er-
rantem animam iniquitatis peccati ammonitione revocat / et perversam in dominum. se-
cure recipit / pietatis opera veraciter agit /
Qui vero infirmum fide suscipit / sum-
apostoli / et tribulacionum ac tristicie
tempore clausis compassionis solacium
ac sermonem consolacionis impendit
/ hic utique vere dilectionis iura adim-
plet / atque ideo pietatis mercede re-
munerandus est. Et sciendum / quod non virtutes maximas / sed sola hec dilectionis
opera / que active vite necessaria sunt dominus in
iudicio commemorat / ut liquido ostendat
/ quia caritatis precepta servantibus debeantur regna celorum / sine quibus
nulla virtus / nullum opus bonum deo
placere potest. Tunc respondebunt ei iu-
sti dicentes. domine quando te vidimus esuri-
entem et pavimus. Videbunt ista
sancti respicientes ad immensam / et in-
effabilem maiestatem regis xpi.
Et quia omne bonum quod unusquisque fecerit
quamvis fuerit maximum / tunc illis minimum
et brevissimum videbitur / pre magnitudine
terroris / qui tunc erit sive superhabundancia inestimabilis retribucionis /
Denique et beatus Effrem in omelia quam
dedit / iudicii plenam compunctionis
scripsit dicens. Scies tunc angelos.
sub quorum custodia vixerunt interro-
gaturos / quid unquam boni ege-
rint / aut quid meriti habuerint
ut tali gracia taliumque digni haberentur
mercede. Et respondens rex dicet illis.
Amen dico vobis. quamdiu fe-
cistis uni ex minimis meis michi

magna

Vestibus mandat dari et saluatoris
pia dignatio / qui deuotum in tempo
rali mercede compensauit / ut se in pau
peribus pastum / et vestitum asserit / et
quod illis impensum est / se suscepisse con
firmet. Sane quod dicit / quamdiu fe
cistis uni ex minimis meis mihi fe
cistis / non generaliter quidem de omni pau
pere accipi / quod videlicet elemosina cuique
egeno propter christum impensa ab ipso sus
cipiatur / verumptamen de. notabiliter
et quasi demonstrans dicit / Uni de minimis
istis / ostendit non generaliter sed de quibusdam
pauperibus / de his enim dicere / qui spiritu
pauperes / qui propter deum volunta
riam preferunt egestatem / quibus omnes
fideles. de suis facultatibus subuenire /
et sibi amicos facere debent. Ut ad
eis in eterna regni celorum habitacula
recipiantur. Tunc dicet et his qui
a sinistris eius erunt. Discedite a
me maledicti in ignem eternum.
Reprobis ad sinistram positis / qui eo
dum in mundo vixerunt / sinistra
semper hoc est transitoria amauerunt /
nec umquam eternorum / que per dex
teram significantur / curam habuerunt
dicitur. Discedite a me maledicti
in ignem eternum. Maledicti vero
vocantur hii qui in malicia omnem
vitam consumpserunt / eterne male
dictioni se ipsos parare non timuerunt /
Numquam quidem cum domino fuit /
quia non habitauit iuxta eum ma
lignus / Et tunc discedere iubentur
quia in presenti bonis mali permixti
esse videntur / a quibus in iudicio se
parabuntur. Sagena enim sancte
ecclesie / malos pisces cum bonis
capit / et usque ad littus ubi extra

nis perducit. Sed tunc bonis pisci
bus in vase collectis mali foris
proiciuntur / Sicut et in agro domini zi
zania cum tritico germinat / Sed cum
ad aream ventum fuit / triticum in
horreum reconditur / zizania vero
fasciculis colliguntur / et igni combu
runtur. A me discedere eos / hoc (discede)
est a pena sue visionis iubet procul / et
in tenebras exteriores expelli. Dis (grade)
cedere ergo maledicti in ignem e
ternum iubentur / ut ibi sine fine ar
deant / qui in presenti viciorum ignem
in se extinguere noluerunt / Iste autem
ignis dyabolo et angelis eius paratus
est / Nam sicut presciencia dei iustis
regnum ab origine mundi parauit /
ita et dyabolo et angelis eius ac re
probis membris eius ignem in quo
perpetualiter cruciantur. parauit et
preordinauit. Esuriui enim et non
dedistis mihi manducare. Senten
cia multum quam pertimescenda est. Ista
sua. Non enim dicit alienam rapuistis
Sed non dedistis inquid mihi man
ducare. Si ergo ita tenacia dam
pnatur rapacitas quid merebitur
aut quid recipiet / qui alienum tulit
si sic punitur / qui de suo non dedit /
Si tale iudicium est ei / qui non
fecit misericordiam / quale erit illi / qui fecit
rapinam. Respondebunt et ipsi dicen
tes. Domine. quando te vidimus esurientem
aut sicientem usque non ministrauimus
tibi. Excusare intentur tamquam
fallere possint / sicut quondam homi
nes decipiebant / Sed tunc nullam
excusacionem habere possunt / qui dum
possent conuerti noluerunt / et elemosinis
peccata sua delere neglexerunt. Et

Nota discedite / magna est ista differencia possidere regnum eternum et abire in ignem eternum. Primum erit summe gaudiosum secundum erit summe dolorosum reprobis / A me / [illegible] et dura discessio [illegible] a me fonte vite indeficientis / a me fine [illegible] glorie / a me torrente voluptatis inundantis [illegible] a me plenitudinis ubertatis inebriantis [illegible] Qui apud te est fons vite

In igne eternum [illegible] [illegible] [illegible] ignis [illegible] [illegible] extinguere [illegible] interaderit flamma ignis [illegible] [illegible] ardor [illegible] sine [illegible] ignis [illegible] ardentem ignis [illegible] ad infernum [illegible] grade [illegible] [illegible]

[resp]ondens dicit illis. Amen dico vobis quamdiu non fecistis uni de hiis fratribus meis minimis nec michi fecistis. Qui enim humilibus et despectis membris christi beneficium impendere negligit, convincitur christo eciam minus devotus, atque ab iniquitate se ei aliquid tribuisse gaudebit. Nam qui non diligit proximum quem videt, deum quem non videt quomodo potest diligere. Attendendum vero quod et hic sicut superius mutatur sit mencio cum dicitur: Quamdiu fecistis uni de hiis fratribus meis minimis michi fecistis, per quod innuitur quia largitas deo accepta est, qui hanc simplici cordis intencione in unitate catholice fidei studet exercere. Ceterum qui se vel ab unitate fidei heretica pravitate dividit, vel de suo bono opere laudem humanam querit, hiis minime [?] a christo indicatur et indigna[?]. Et ibunt hii in supplicium eternum, iusti autem in vitam eternam. Origenes dogmatizat omnes reprobos, ipsum eciam dyabolum et angelos eius post multa secula posse indulgenciam peccatorum promereri et a suppliciis liberari, asserens divine pietati aptissime convenire, ut sicut hominem redemit, ita quoque prevaricatorem angelum salvet. Cui tamen aptissime hec sentencia repugnatur cum dicitur: Ibunt in supplicium eternum. Sed ille ex opposito dicit: Hoc dominum dixisse metuendo timorem quibusque peccatoribus, quatenus eterna supplicia pavescant et peccare desistant. Cui contra respondendum, quia si hoc verum non est, nec illud verum est quod veritas subdidit: Iusti autem in vitam eternam. Quod dicere nephas est. Sicut illud falso minatus est

ut timore percelleret, ita hoc falso promisit, ut vana spe deciperet. Ad hec forte aliquis dicat minus iustum esse ut pro temporali immo momentanea peccati delectacione quis eterna persolvat supplicia. Sciendum illos eternis subici tormentis qui obstinata voluntate in malo perseverare et iniquitatem suis sceleribus terminare noluerint. Insuper et si semper viverent, semper utique peccare vellent. Iusto ergo dei iudicio tales ibunt in supplicium eternum. Proinde oranda est misericordia dei et corda cum manibus elemosinarum levanda, ut in presenti vite igne timoris sui mala nostra decoquat, quatenus in iudicio tremendi examinis a malorum sinistra statione liberatos in dextera cum sanctis omnibus collocare in vitam eternam cum sanctis angelis commorare dignetur. Amen.

Feria ij Secundum matheum xxv capitulo

Ihesus r. d. i. d. Cum venerit filius hominis in maiestate sua et omnes angeli eius cum eo et reliqua. Omelia Ieronimi.

Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua et omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis sue et congregabuntur ante eum omnes gentes. Et separabit eos ab invicem sicut pastor segregat oves ab edis. Et statuet oves quidem a dextris, edos autem a sinistris. Post biduum pascha futurus et tradendus cruci et illudendus ab hominibus et aceto ac felle potandus, recte promittit gloriam triumphantis, ut scandala passionis premio compensaret. Et notandum quod qui in maiestate cernendus est filius hominis sit. Quodque sequitur: Statuet quidem oves a dextris suis, edos autem a sinistris, iuxta illud intellige quod alibi legis: Cor sapientis

in dextera eius/ et cor stulti in sinistra illius. et similiter in hoc eodem ewangelio
Nesciat sinistra tua quid faciat
dextera tua. Oves in parte iustorum
stare intelliguntur ad dexteram. Edi hedi
et peccatores ad sinistram/ qui semper pro peccato
offeruntur in lege sine fetibus. nec
dicit capras que possunt habere fetus
et tonse egrediuntur de lavacro.
Omnes gemellis fetibus et sterilis
nulla inter eas/ sed edos lascivum
animal petulcum et ferviens semper
ad coitum. Venite benedicti patris
mei possidete paratum vobis regnum
a constitucione mundi. Hoc iuxta presciam
ciam dei accipiendum est. apud quem
futura iam facta sunt. Amen dico
vobis quamdiu fecistis uni de
his fratribus meis minimis michi fecistis
stis. libera vobis erat intelligentia
quod in omni paupere xpistus esuriens pa-
scitur. siciens potatur. hospes
inducitur in tectum. nudus vestitur
infirmus visitatur. clausus carcere
haberet solacium colloquii. Sed hoc
quod sequitur quod fecistis uni de his
fratribus meis minimis michi fecistis
non michi videtur generaliter dici de
pauperibus. sed de his qui pauperes
spiritu sunt. ad quos tendens manum
dixerat fratres mei/ et mater mea hii
sunt/ qui faciunt voluntatem pa-
tris mei. Et ibunt hii in supplicium
eternum. iusti autem in vitam
eternam. prudens lector intende
quod et supplicia eterna sunt et vita
perpetua metum deinceps non habe-
at ruinam. Feria iii secundum matheum
Cum intraret ihesus XXI capitulo.
ierosolimam. et reliqua.
Omelia remigii Episcopi

Eius et dominus auctor et repa-
rator humani generis xpistus ante mundi
constitucionem preelegerit cum patre
et ibi pateretur/ et quando pateretur
pro salute hominum. Impleta ergo huius
temporis plenitudine instante iam pas-
sione/ appropinquare voluit loco sue
passionis/ ut inveniri possit ab his
per quos eadem passio celebranda erat/
ne quasi refugiens aut retractans
mortem estimaretur. Non enim me-
tuebat mortem. sed potestate impera-
bat morti. Ait ergo ewangelista quia cum
intrasset ihesus ierosolimam commota est
universa civitas dicens. Quis est
hic. Ad ingressum salvatoris commo-
ta est civitas ad miracula propter frequen-
tia ignorans domini mirantes virtu-
tem atque potenciam. Simile quid
et in eius ascensione de angelis
legimus/ qui cum dominum triumphali pom-
pa ascendentem cernerent. et car-
nem iam glorificatum ad eos ve-
hementer admirantes dicebant.
Quis est iste rex glorie. Notandum vero
ante sex dies pasche. sicut sanctus
ewangelista iohannes dicit. venit dominus betha-
niam ubi lazarum suscitaverat. atque
in crastino asino sedens turbis di-
vinas sibi laudes acclamantibus
ierosolimam ingressus est. quod olim
in paschali agno mistice fuerat as-
signatum. Scriptum namque est in
lege/ decima die mensis primi/ tollat
unusquisque agnum per familias su-
as et domos. et reservabitis eum
inquid. usque ad quartamdecimam di-
em mensis huius immolabitque eum
omnis multitudo filiorum israel. ad vesperam
ergo sicut hanc de paschali agno prophetiam.

prophetiam dominus ihesus decima die mensis
primi hoc est ante quinque dies pasche
Civitatem ierusalem ingressus communiter
ad illum se seniorum principumque con-
cilio prestolabatur horam. qua primi-
dem salutem deo patri se in odorem sua-
vitatis hostiam offerret. Populi autem
dicebant. Hic est ihesus a nazareth
propheta. Superbis iudeis quis nam esset.
qui cum tanta gloria civitatem intra-
bat interrogantibus. Simplex turba
quod noverat fatebatur. Hic est
inquiens. iste propheta. prophetam enim
appellant. quia errabant et quid
dicerent ignorabant. Nesciebant
autem eum deum. aut filium dei
appellare. sed error eorum a perfecta
scientia non vacabat. Nam moyses de
eo dixit. Prophetam vobis suscitabit deus
de fratribus vestris tamquam me ipsum au-
dietis. Et qui non audierit prophetam
illum exterminabitur de populo suo. Et
ipse de se loquitur. Non capit prophetam
perire extra ierusalem. Ita vero accipiendum
est propheta. ut sit dominus prophetarum. sicut
est rex regum et dominus dominantium.
Et intravit ihesus in templum. Ecce dominus
civitatem ingressus primo templum
adiit. formam nobis religiose con-
versationis quam sequi debeamus
ostendit. Cum enim oppidum vel castellum
sive aliquem locum. ubi domus orationis
sit deo consecrata ingredimur primus
ad illam festinare debemus et post-
quam nos studia orationum deo com-
mendaverimus. Sic demum ad ea que
necessitas fragilis vite exigit. peragenda
negotia citius accedimus. Et ce-
pit eicere vendentes in illo et emen-
tes. Inter omnia miracula que dominus
in mundo corporaliter gessit. hoc pre-

cellentissimum et maximum est. plus e-
nim dicit beatus ieronimus fuit hoc quod unus
homo inermis multa milia armato-
rum de templo eicit quam quod laza-
rum quatriduanum a mortuis susci-
tavit. fulgor enim quidam divinitatis
resplendebat in aspectu humanitatis atque
ideo videntes insolitam claritatem in
hominis facie radiantem terga verte-
re dabant. et resistere non audebant.
Scriptum est mea domus orationis
vocabitur. domus orationis illa dei
et hoc a salomone primum. et postea ab
sacerdote et zorobabel constructa
fuerat. Non quod deus in manufactis
templis habitet. Sed quod ibi nomen
eius invocaretur. Illucque devote popu-
lis orationes acceperunt. Sed illi
eam speluncam latronum fecerant.
Quia ad hoc in templo residebant.
Ut aut non dantes munera cor-
poraliter punirent. aut dantes spiri-
tualiter necarent. Legis siquidem
preceptum erat. ut ter in anno con-
venirent omnes ex diversis regni in-
dici partibus ad augustissimum et
sanctissimum in toto orbe templum in
pascha videlicet penthecoste et scenophegia.
Eiusdem legis preceptum erat. ne
vacui in conspectu domini apparerent.
Et plerumque contingebat. ut hii
qui de remotioribus partibus veniebant
non haberent quid in sacrificio
domino offerrent. quia ob longinquita-
tem itineris secum portare sua
et adducere non valebant. Proinde
sacerdotes habebant pinguissima
animalia. que usus sacrificii expo-
stebant. et ea non habentibus ven-
dentes accepta pecunia rursus

empta suscipiebant. Hoc modo preciam de simplici ipsi facientes. Erant quidam ita pauperes qui etiam simpliciter et victui indigebant et non solum hostias sed nec unde eas emerent habebant. Ad hoc idem sacerdotes nummularios in templo statuerant qui mutuam eis sub cautione pecuniam darent. Sed quia lex usuras prohibuerat nec aperte eis duplicatam pecuniam darent et exigere poterant excogitaverunt aliam fraudem ut pro usuris reciperent varias species munerum ut puta frixi ciceris uvarum quam passarum et diversi generis pomorum ut quod in nummo non licebat in hiis rebus exigerent que nummis emuntur. Hos appellabat ipse proprio sermone collobistas. Collobia idem vilia munuscula dabat que greci tragemata latine bellaria dicuntur. Istius modi fraudes et negociaciones dominus cernens in domo patris sui fieri sicut Iohannes dicit facto flagello de resticulis inmanam multitudinem de templo eiecit. Attendant ista sacerdotes ecclesie et caveant ne domum dei in speluncam latronum vertant. Latro enim est qui lucra de religione sectatur et ex cultu sanctitatis querit occasionem negociacionis. Pertimescendum est illis ne sicut illi de templo materiali eiecti sunt ita isti de templo spirituali eiciantur. Cottidie autem dominus domum patris sui sanctam videlicet ecclesiam intrat et occupatores altaris turpibus eicit. Atque [illegible] tamen sunt vendentes et ementes. Vendentes enim sunt qui sacros ordines ad precium largiuntur. Ementes vero qui per iniusticiam pecuniam tribuunt et dato precio pro honoribus emunt peccatum. Notandum vero quod dicitur mensas nummulariorum et cathedras vendencium columbas evertit. Quid enim per mensas nummulariorum nisi altaria intelliguntur que per avariciam malorum sacerdotum mense efficiuntur nummulariorum. Quid vero per cathedras vendencium columbas nisi magisterialis dignitas in ecclesia accipitur. Que et ipsa dum ad lucra defluxit ad nichilum redigitur. Quid vero per columbas nisi spiritus sanctus accipitur qui secundum baptisatum in columbe specie apparuit. Qui autem sunt qui columbas vendunt nisi hii qui spiritum sanctum per manus imposicionem ad precium tribuunt. Sed dominus cathedras vendencium columbas evertit quia talium sacerdocium destruit. Quicumque enim accepte graciam spiritus sancti vendiderit etiam si in conspectu hominum pontificali stola fulgere videatur iam ante dei oculos sacerdocio privatus est. Hinc et sacri canones simoniacam heresim anathematisant et sacerdocio privari precipiunt eos qui in precio graciam spiritualem preciis quesierint. Moraliter sicut in civitate templum ceteris edificiis preeminet ita in plebe fidelium vita religiosorum. Templum ergo dei est ipsa mens fidelium. Apostolo dicente vos estis templum dei et spiritus sanctus habitat in vobis. Hec ergo mens fidelis si relicta innocencia in lesionem proximi per versucias prosilit.

cogitaciones sepelimen utriusque latro-
num cum illud meditatur. age-
unde possit primo nocere. Non enim
sic in domo patris nostri negocia-
cio non ementium vendenciumque
commercia ne inicius esse incipiat. et
flagello districte severitatis punit
conactus sordes sue mansionis
Et accesserunt ad eum ceci et claudi in
templo et curavit eos. Electis
indignis et peccatoribus templi cecos
et claudos miraculose sanavit. ut
persecutor virtutis sue suis adversariis
daret indicium. et ut voces se lau-
dancium puerorum et osanna in
excelsis clamancium tali testimonio co-
firmaret. ostendens opere quod illi
vocibus consonabant. simul eciam
ut visa Christi tanta potencia conte-
rentur et crederent. Ideo enim illi
cernentibus cecos illuminavit ut illi
fidei lumen reciperent. Ideo claudos
direxit. ut isti claudicacionem mentis
abicerent. et pedes meliores in recta
operacione habere inciperent. Viden-
tes autem pueros in templo cla-
mantes osanna. Benedictus qui
venit in nomine domini. dixerunt. Au-
dis quid isti dicunt/ indigne ferentes
quod Christo quasi homini divinas laudes ad
clamarentur. Verum dominus ita respon-
sum omni operuit. premunivit ita quod
diceret temperavit. ut nec calum-
niatorum insidiis pateret. nec
laudes illas quasi apparentes cunc-
tibus sibi deferretur abiceret. Non
enim dixit. quod illi audire volebat.
benedicant pueri deme iuste sic.
senciunt. nec rursus ait. Errant
pueri debetis ignoscere. iustice etc
ti. Sed dixit. Audio. Sicque voces
illorum testimonio prophete confirmavit
dicens. Nunquam legistis ex ore in-
fancium et lactancium laudem per-
fecisti. Deus enim pater ex ore infancium
et lactancium laudes perficit. quia per
simplices et innocentes filio suo te-
stimonium perhibuit per quod inimicos suos
iudeos infestissimos eius persecutores
evidentissime confudit. Et relictis
illis abiit foras in Bethaniam. Reli-
quid maledictos calumpniatores et
perrexit in Bethaniam que domus obe-
diencie interpretabatur. In quo iam premon-
strabat. quia sinagogam erat de-
licturus et ad domum obediencie hoc est
ad ecclesiam gencium transiturus. Sed
et illud intuendum quod ita pauper erat
ut nec tugurium haberet. vel ita nulli
adulabatur/ ut in tanta urbe tam
populosa alicubi reciperetur. Et
in die quidem in templo predicabat. sed
sero revertebatur Bethaniam. Ubi erat
amicus eius lazarus. cum martha
et maria sororibus. felices certe.
illique beati qui dominum hospitem habere
meruerunt cum presencia. tristia cuncta
submovebantur. salubria et iocun-
da omnia providebantur. sed et illi
multoque felicissimi simulque beatissimi
qui ita se ab omni malicia castos
immunesque custodiunt ut in illis
dominus habitare et apud eos manere
dignetur/ hoc ergo votis sedulis
precibus desideriis exposcamus/ ut
ita in nobis universa vicia. et quid-
quid fedum. quidquid aspectibus suis
est indignum. expurget. Sic nos
virtutum floribus exornet. quatenus
penetralia nostrorum cordium acce-
ptissimum sibi habitaculum dignetur
efficere dominus. et redemptor noster. Qui v.

fia ij p mach

mat. secundum matheum xxi capitulo
Cum intrasset ihesus ierusalem commota
est universa civitas dicens. Quis est
hic. et reliqua. Feria iiii secundum math

Et cum intrasset ierusalem ihesus com-
mota est universa civitas dicens
Quis est hic. Introeunte ihesu cum
turba tota ierusalem civitas com-
movetur. mirans frequentiam nesci-
ens veritatem. Et dicens / Quis est
hic. Quod quidem et in alio loco
dicentibus angelis legimus Quis est
iste rex glorie. Aliis autem vel ambi-
gentibus vel interrogantibus / vilis ple-
bicula confitetur. a minoribus incipiens
ut ad maiora perveniat. Et dicit hic
est ihesus propheta a nazareth galilee / quem
et moyses similem sui dixerat esse
venturum et quippe apud grecos
cum aspiro scribitur a nazareth et
galilee. Quia ibi educatus fuerat
ut flos campi nutriretur in flore
virtutum. Et intravit ihesus in templum
dei et eiciebat omnes vendentes et
ementes in templo et mensas
nummulariorum et cathedras venden-
tium columbas evertit. et dicit
eis. Scriptum est enim domus mea
domus orationis vocabitur. vos autem
fecistis illam speluncam latronum.
Comitatus ihesus turba credentium
que vestimenta sua ut iter eius pede pul-
lus incederet stravit. Ingreditur
templum et eicit omnes vendentes
et ementes in templo. mensas que num-
mulariorum subvertit. et cathedras
vendentium columbas dissipavit.
Dixitque eis de scripturis sanctis
testimonium proferens. quod domus patris
eius orationis domus esse deberet
non spelunca latronum. vel domus

negotiationis sicut in alio evangelista scrip-
tum est. Et primum sciendum quod iuxta
mandata legis augustissimo in toto
orbe templo. domini et de cunctis
pene regionibus iudeorum illuc populo con-
fluente innumerabiles immolabantur
hostie. maxime festis diebus. taur-
orum. arietum. hircorum. pauperibus ne
absque sacrificio essent. pullos columbarum
et turtures offerentibus. Accidebat
autem plerumque / ut qui de longe
venerant non haberent victimas. Ex-
cogitaverunt ergo sacerdotes quomodo pre-
dam de populo facerent. et omnia animalia
quibus opus erat. ad sacrificia ven-
debant. et ut venderent non haben-
tibus. et ipsi rursum empta susciper-
ent. hanc triplam eorum crebra venie-
ntium inopia dissipabat. qui indige-
bant sumptibus / et non solum hostias
non habebant. Sed nec unde eme-
rent. quid aves et vilia munuscula
posuerunt ita. et nummularios. qui
mutuam sub cautione darent pecu-
niam. Sed quia erat in lege precep-
tum. ut nemo usuras acciperet. et
prodesse non poterat pecunia feneratori
que commodi nihil haberet. et interdum
sortem perderet. excogitaverunt et
aliam sectam. ut pro nummulariis co-
libistam facerent. Cuius verbi proprie-
tatem. latina lingua non exprimit.
Collibia dicuntur apud eos que
nos appellamus tragemata. vel vilia
munuscula verbi gratia frixi ciceris
uvarumque passarum. et poma diversi
generis. Igitur quia usuras accipere
non poterant collibiste. qui pecu-
niam feneraverant. pro usuris / ac-
cipiebant varias species. ut quod
in nummo non licebat. in hiis rebus

exegerint. que minus conveniunt. q.
in hoc ipsum Ezechiel predicavit dicens.
usuram et superhabundanciam non
accipies. Huius modi dominus cernens
in domo patris negociacionem seu la-
trocinium arcere spiritu conatus est.
iuxta quod scriptum est. in lxviii psal-
mo. Zelus domus tue comedit me
fecit ibi flagellum de funiculis et
tantam hominum multitudinem eiecit
de templo dicens Scriptum est do-
mus mea domus oracionis vocabitur.
vos autem fecistis eam speluncam
latronum. latro enim est et templum
dei in latronum convertit speluncam. qui
lucra de religione sectatur. Cultus
quoque eius non tam cultus dei. quam
negociacionis occasio est. Hoc iuxta
historiam. et ceterum secundum misticos
intellectus. cottidie ihesus ingreditur
in templum patris. et eicit omnes
tam episcopos quam presbiteros. et diaco-
nos quam laicos. et universam tur-
bam de ecclesia sua. et unius criminis habet
vendentes pariter et ementes. Scrip-
tum est enim. gratis accepistis gratis
date. mensasque nummulariorum subver-
tit. observa propter avariciam sacer-
dotum. altare dei nummulariorum men-
sas appellari. cathedras quoque vende-
ncium columbas evertit. id est qui ven-
dunt graciam spiritus sancti. et omnia
faciunt ut subiectos populos devorent.
de quibus dicitur. Qui devorant plebem
meam sicut escam panis. Iuxta
simplicem intelligenciam. columbe
non erant in cathedris sed in cave-
is. nisi forte columbarum institores
sedebant in cathedris quod penitus
absurdum est. Quia in cathedris
magistrorum magis dignitas in
dicatur. que admixta flum redigitur ni-
mirum sicut lucris. Quod de ecclesiis dixi-
mus quisque et de se intelligat. dicit
enim et apostolus paulus. Vos estis te-
plum dei. et spiritus sanctus habitat
in vobis. Non sit in domo pectoris
nostri negociacio. non vendencium eme-
ciumque comercia. non donorum cupidi-
tas. ne ingrediatur Ihesus iratus et
rigidus. et non aliter mundat templum
suum. nisi flagello adhibito. ne de
spelunca latronum et domo negocia-
tionis domum faciat oracionis. Et ac-
cesserunt ad eum ceci et claudi in tem-
plo et sanavit eos. nisi mensas nu-
mulariorum subvertisset et cathedras
columbas vendencium. ceci et clau-
di lucem pristinam. et cursum gradi-
endi recipere non meruissent. Videntes
autem principes sacerdotum. et scribe
mirabilia que fecit. et pueros cla-
mantes in templo et dicentes O-
sanna filio david. Indignati sunt et
dixerunt ei. Audis quid isti dicunt.
Plerique arbitrantur maximum esse
signorum. quod lazarus suscitatus
est. quod cecus ex utero lumen accepit.
Quod ad iordanem vox audita fuit
patris. quod transfiguratus in mon-
te gloriam ostenderit triumphantem. Mihi
inter omnia signa que fecit hoc
videtur esse mirabilius. quod unus
homo et illo tempore contemptibilis. et
in tantum vilis ut postea crucifi-
geretur. scribis et phariseis contra
se sevientibus. et videntibus lucra
sua destrui potuerit ad unius fla-
gelli verbera. tantam eicere multi-
tudinem. mensasque subvertere.
et cathedras confringere. et a-
lia facere. que infinitus infinity

non fecisset creatus. Igneum enim qui-
dam atque sidereum radiabat ex oculis
eius signum, et divinitatis maiestas
lucebat in facie. Cumque mirum
non auderent mittere sacerdotes
et opera calumpniantur, et testimonium po-
puli atque puerorum cum clamabant
Osanna filio David. Vertunt in ca-
lumpniam quod videlicet hoc non diceretur
nisi soli filio dei. Videant ergo episcopi
et quilibet sancti homines cum quan-
to periculo dicta ista sibi paciantur.
Si domino autem vere hoc dicebatur, quibus
necdum erat solida credencium fides
pro crimine impingitur. Ihesus autem
dicit illis. Utique nunquam legistis
quia ex ore infancium et lactancium
perfecisti laudem. Eciam moderate
sima temperata et responsio in utroque
vergens. et calumpnie non pateret
et non dixit quod scribe audire
cupiebant. Bene faciunt pueri ut
michi testimonium perhibeant. Et rursum
Errant pueri sed debetis etati ig-
noscere sed perfecto ex octavo psalmo
ut tacente domino testimonium scripturarum
puerorum dicta firmaret. Et relic-
tis illis abiit foras extra civitatem
in Bethaniam ibique mansit. Relictis
incredulos et urbem egressus
contradicencium, iuit Bethaniam
quod interpretatur domus obediencie
Iam tunc vocacionem gencium prefigu-
rans ibique mansit et in Israel per-
manere non poterat. Hic quoque intelli-
gendum est quod tante fuerit pau-
pertatis et ita nulli adulatus sit
ut in urbe maxima nullum hos-
pitem nullam invenerit mansionem
sed in agro parvulo apud Lazarum
sororesque eius habitaret. Eorum

quippe vicus Bethania est. Feria ij° post

Accesserunt ad ihesum quidam Secundum Matheum xij°.
dam de scribis et
phariseis dicentes. Magister volumus
a te signum videre. etc. Omelia

f in ij Matheum

Remigij

Narratur in superioribus Remigij
quo dominus demoniacum qui
erat cecus et mutus triplici mira-
culo sanaverat. Sed scribe et pharisei
qui ad hoc semper domino adherebant
ut illius admiranda opera vel negare-
rent vel sinistra interpretacione depra-
varent. ceperunt blasphemantes di-
cere quod in Belzebub principe demo-
niorum eiceret demones. contra quos
cum dominus longa disputacione disse-
ruisset. sicut narrat ewangelista dicit. Responde-
runt quidam de scribis dicentes.
~~Magister volumus a te signum videre~~ sic
insana racione signa postulant quasi
illa que viderant non revera sig-
na fuerunt. Magistrum etiam subdole
appellant ut capta malicia repugnant
Que vero signa vel unde postula-
verint. Alius ewangelista apercius ostendit
dicens. Volumus ignem de celo. Vole-
bant ergo ut vel in morem Helie
ignem descendere preciperet de celo vel
etiam in similitudinem Samuelis esti-
vo tempore faceret mugire tonitrua
coruscare fulgura ymbres ruere
tamquam illa que dominus fecerat non
de celo fuissent sed opera potius Bel-
zebub. Sed quo illa calumpniabantur
que pre manibus habebant videlicet
senciebant multomagis ista calu-
mpniarentur et dicerent. Hec non Christi
virtute sed variis aeris passionibus
accidisse. fortassis etiam dicturi erant
simul magos in Egypto multa si-
gna fecisse de celo. Sunt qui dicunt.

illos petisse a domino. ut manna pluerit
de celo. quia forte aliquem eorum dixisse
quod signum ostendis nobis patres nostri
manna manducaverunt in deserto. quod
sive hoc sive illud petierint intentione
temptandi calumpnie absque
dubio fecerunt. verum videamus quid
eis dominus respondeat. Qui respondens ait
illis. ~~Generatio mala et adultera~~
~~signum querit.~~ Egregie patres adulterium
vocat generationem iudeorum. que
legitimum virum dimiserat. et iuxta
ezechielem vaticinium multis se amatoribus
copulaverat. ~~Et signum non~~
~~dabitur ei nisi signum ione prophete.~~
Quia enim illi signum de celo temptando
petierunt. Respondit eis dominus. non se
signum eis de celo daturum. quod indigni
erant accipere, sed tale quale ionas
naufragus, et ceto sorbente vorati
et miseratione dei liberatus. et accepit
et dedit. Nam enim merebantur accipere
signum divinitatis, sed humanitatis passionis
non ~~et~~ glorificationis, discipulis
vero suis dominus signum dedit de celo
quia eis eterne divinitatis gloriam, et
prius in monte transfiguratus et post
in celum ascendendo sublevatus ostendit.
~~Sicut enim fuit ionas in ventre~~
~~ceti tribus diebus et tribus noctibus. sic~~
~~erit filius hominis in corde terre tribus~~
~~diebus et tribus noctibus.~~ Manifestissime
est ex hoc loco. Ionam prophetam typum
domini salvatoris gessisse. Ionas namque
interpretatur columba sive dolens.
Que nomina utraque competit redemptori
sive quam ~~baptizatus dominus~~ misterio
quem baptizatum spiritus sanctus in
specie columbe descendit. et de quo
Ysayas dicit. Vere languores
nostros ipse tulit. et dolores

nostros ipse portavit. Ionas missus
est ad predicandum. ninivem que interpretatur
speciosa. et salvator ad salutem
gentium missus est, ut illos ad
fidem conversos sibi aptaret ecclesiam quam
preciosi sanguinis emundaret et decoram
speciosamque efficeret, Piscis autem qui
ionam voravit in pelago significat mortem
quam dominus pertulit in mundo. Ionas
in ventre ceti, tribus diebus totidemque
noctibus, sic et christus in sepulchro latuit
tribus diebus et tribus noctibus. Et sicut
ionas in ventre ceti non permansit
sed eiectus est in aridam, ita salvator
noster cuius non est relicta in inferno
nec caro vidit corruptionem, sed per
gloriam resurrectionis productus est ad
aridam immortalitatis. Quo contra in
[illegible] ordinatur. iudeos. sicut quondam
ninivite fuerant gravibus peccatis obnoxiorum
et nisi penituerint. subversionem
proximos fuisse. Verum sicut ninivitis
itaque dari ad hoc iudeis. tempus penitendi
eos debere desperare si vellent
penitentiam agere. Oritur porro hoc
loco non contempnenda questio. Quomodo
dicatur dominus fuisse tribus diebus et
tribus noctibus in corde terre. cum sicut
~~ecc~~ eorum loquitur parasceve hora sexta
sit crucifixus, et circiter horam nonam
inclinato capite spiritum emisit.
sabbato in sepulchro quievit. et prima
sabbati. valde diluculo a mortuis surrexit
Sed hoc sinodochicus accipiendum
est apte per totum. Nam si partem parasceve
cum preterita nocte qua comprehensus
est accipias, itemque sabbatum cum
sua nocte, et ultimam dominicam cum
eodem die quo illucescente surrexit
et venies perfecto triduum integrum

et tres noctes. Sciendum etiam quod dupla
mors nostra scilicet in anima et corpore
Christi vero mors simpla fuit. Quia peccatum
quod est mors anime non admisit. Sic
et eius vero simpla extitit. Dominus autem
xxxvi horis iacuit in sepulcro. uno
videlicet die et duabus noctibus. Duodecim
vero hore diei ad xxiiii horas duarum
noctium simpli ad duplum sunt. Et
duodecim quidem hore diurne simple
morti nostri redemptoris conveniunt. xxiiii or
autem nocturne ad duplam mortem con-
sonant mortem. Magno ergo sacramento
una die et duabus noctibus iacuit in
sepulcro, quia lucem simple mortis
sue tenebris duple nostre mortis
adiunxit, veniens enim ad nos, qui in
morte carnis mortem detulit, et du-
as nostras ad se sol absolvit. Simplam
suam duple nostre contulit. et du-
plam nostram subegit. Viri ninivite
surgent in iudicio cum generatione ista
et condempnabunt eam, quia penitentiam
egerunt in predicatione Jone. Et ecce
plusquam iona hic, condempnabunt
ninivite gentem iudeorum comparatione
correctionis vite. egerunt enim penitentiam
in predicatione Jone etc. quia iudei ad
predicationem domini non fecerunt. mito cl-
lorum comparatione dampnabuntur. Et
ecce plusquam Jona hic, ionas paucis
diebus predicavit. semel se inrespites tri-
duo predicavit. Christus tribus fere annis,
Jonas missus est ad assirios, qui bar-
bari et incredul erant. Christus ad
iudeos qui domestici et populus dei
esse debuerunt. Ille exteris gentibus,
Iste civibus locutus est. ionas sine vo-
ce predicavit, nichil quod signorum exhi-
buit. Christus tot miracula, ubique
faciens, non recipiebatur, sed.

contra belzebub calumpnia sustine-
bat. Plus ergo Jona hic. Hoc est
in medio. Hic loci additum est.
Regina austri surget in iudicio
cum generatione ista et et condempna-
bit eam. Quia venit a finibus terre
audire sapientiam salomonis. Et ecce
plusquam salomon hic. Scriptura libri
Regum refert. quod regina saba in
gente sua, et imperii dignitate relicta,
per tot difficultates itineris venit
iherusalem, volens audire salomonis
sapientiam, quotque multa munera ei ob-
tulerit sed plura recepit. Iste ergo
iudeos in iudicio condempnabit.
Quia ipsa a finibus terre requisivit
eum, quem sapiencia singulari dono-
noverat esse famosum. Iudei sepeculi-
gentes dominum. qui est virtus et sa-
pientia dei patris non modo eum non
audiebant. verum blasphemabant.
Regina austri inquit surget in
iudicio cum generatione ista. patet ex
hoc loco unde bonorum malorum que re-
surrectio cum regina electa dicitur
resurrectura cum reprobis. Et ecce
plusquam salomon hic. Hoc est in regina
cum inter nos conversatur. qui
salomone incomparabiliter prestantior est,
Misterice ninivite penitentibus. et electa
regina austri fides ecclesie predicatur,
et ipsa perfectum, sancta enim ecclesia
ex duabus partibus congregatur, altera
eorum qui non peccaverunt, altera
eorum qui peccare desierunt. Cum
immundus spiritus exierit ab homine etc.
Potest quidem spiritualiter intelligi quod
hoc dominus ad ostendendam distinctionem
suorum et sathane operum adiunxit, quia
he pollutia adiunxit mundare velit.
Sathanas vero ea que munda sunt
gravioribus sordibus quit contaminare

tamen potest etiam de quolibet heretico vel scismatico sive falso catholico non inconvenienter accipi. Inmundus namque spiritus exiit ab homine qui in baptismo professionem fidei catholice et ab renunciatione inmundorum actuum ab heretico vel scismatico diabolus egreditur, ambulat per loca arida et inaquosa i. per loca arida querens requiem quia expulsus a iudeis corda sanctorum que ab humore fluxe cogitationis purgata sunt. Querens requiem i. investigans sed quos in eis nescit sue gressus figere possit. Sed non inveniens quia in castis et inmundis mentibus locum habere non potest sed aliquando impiorum mentibus cordibus gratam habet quietem. Unde et ad Iob de diabolo dominus sub pene leviathan dicit. Sub umbra dormit in secreto thalami in locis humentibus quia nimirum in tenebris simulationibus et lasciviis et luxuriosis mentibus delectatur. Tunc dicit Revertar in domum meam unde exivi. hoc est requiram hereticum quem in baptismo dimisi. Valde autem timendus est iste versiculus, ne forte culpam quam nobis dimissam credebamus penitus nos pigritia vacantes a bonis operibus opprimat. Et veniens invenit scopis mundatam vel ornatam. secundum alium evangelistam. Scopis mundatam vacantem et ornatam. Veniens enim malignus spiritus domum i. mentem talis hominis invenit scopis mundatam hoc est gratia baptismatis a peccatis originalibus ablutam vacantem a bonis operibus ornatam simulatis virtutibus. Tunc vadit et assumit alios septem spiritus nequiores se et ingressi habitant ibi. Solet septenarius numerus in sacro

eloquio pro universitate accipi, quia omne seculi tempus per septem dies volvitur. Septem ergo alios nequiores spiritus universitas viciorum designat. Septem ergo nequiores spiritus ingreditur. Quia quecumque post perceptam in baptismo peccatorum remissionem vel heretica pravitas vel seculi cupiditatibus arripuerit, omnem scientiam fiat esse viciorum. Unde bene nequiores spiritus dicuntur quia talis cum septem principalibus viciis plenus sit, ipsas in virtutes se habere simulat. Et fiunt novissima illius hominis peiora prioribus. Quia melius erat viam veritatis non agnoscere quam post agnitionem retrorsum ire. Sic erit et generationi huic pessime. Quibus verbis apte ostenditur hec similitudo ad iudeos pertinere. Quod inquit spiritus in uno quolibet genere solere narrat evangelium in hac generatione iudeorum fieri non desinit. Inmundus namque spiritus exiit a iudeis quando in montem Synai accipientes legem dixerunt. Omnia que precepit deus faciemus et obedientes erimus, ambulavit per loca arida querens et requiem, quia expulsus a iudeis per solitudines gentium que arebant esu [illegible] et pinguedinem spiritus sancti non habebant. Requiem invenire optabat. Psalmista dicens. Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea. Que tamen postea domino credidissent. Ille non invento in eorum loco dixit. Revertar in domum meam unde exivi. hoc est possidebo iudeos quos ante dimiseram. Et veniens invenit scopis mundatam.

per circumcisionem vacuatam. hoc est
celesti auxilio desertam. et xpm
hospitem non habentem. Quod dicitur re-
linquetur vobis domus vestra deser-
ta, ornatam supervacuis traditionibus,
et ypocrisi phariseorum. Revertitur ergo
ad eos diabolus, qui tales erant, et
addita septenaria eum demonum
plenitudine habitat priorem domum
et fiunt novissima hominis illius pe-
iora prioribus. Multo enim deteriores
sunt nunc iudei xpm in sinagogis suis
cottidie blasphemantes quam essent
olim in egipto ydola colentes. Mi-
nus quippe est non suscepisse eum cum
venerat, quam non credere venturum.
Adhuc eo loquente ad turbas ecce
mater eius et fratres stabant foris vo-
lentes loqui ei. Comparato dno et
officio predicationis. stabant foris
mater et fratres eius querentes loqui ei.
Cui quidam nuntiavit. mater inquiens
tua. et fratres stant foris volentes
loqui tibi. Non simpliciter iste hoc de-
nuntiasse putandus est, sed sub dolo
explorare volens utrum operi divino affectum
carnalium preferret propinquorum. Unde
dns prudentissime se matrem dissimulat
ut ostendat potius se cognoscere et
amare eos qui per cognationem carnis
sunt. Sequitur autem. Respondens
dicenti sibi ait. Que est mater mea
et qui sunt fratres mei. non autem
dns materne respuit officia pie-
tatis qui per legem precepit dicens
honora patrem et matrem. Sed
dei patris ministeria maternis
preponit affectibus. Hinc alibi dicit
Qui amat patrem aut matrem

super me non est me dignus. Non
contempsit fratres. Sed cognationi
carnis opus preferendum docet esse
predicationis. Nemo autem turbetur
cum audit fratres dni in evangelio vo-
cantur consobrini eius filii scilicet
marie matertere eius, que fuit
mater iacobi minoris et ioseph.
et iude, quos et in alio evangelio fratres
dni legimus appellatos. Mistice vero
mater dni sinagoga intelligitur
de qua carne editus est. fratres autem
iudei. Salvatore ergo in-
terposito mater eius et fratres
stant foris, quia cum iudei in
xpm credere nollent, dum ad eum
qui ad eorum salutem missus fue-
rat. intrare per fidem negligunt, tur-
ba gentium preoccupans ingressa
est, et nunc sermonibus dni fruitur,
et doctrina illis foris stantibus,
et circa terrenam legis intellige-
ntiam. et littere custodiam diiudicatis
Cumque quantum in ipsis est, magis
xpm ad docenda carnalia foras
cogunt exire, quam ipsi ad discenda
spiritualia velint intrare. Et ex-
tendens manum in discipulos suos
dixit. Ecce mater mea, et fratres mei.
Matrem et fratres apostolos dicit, imple-
tores paterne voluntatis, qui eum
a deo patre missum credebant, qui-
que predicationibus ~~Saissimis~~ paratissimo
animo intendebant. Nec negavit
matrem. de qua carnem assump-
serat, sicut insaniunt marcianiste
et manichei qui eum dicunt non
habuisse verum corpus sed fan-
tasticum, sed spiritualem propinquitatem
carnis prefert consanguinitati. Et

et nos doceret in campo dei ultimum
de affectione animus recognoscere/
Unde adhuc sequitur. Quicumque
fecerit voluntatem patris mei qui in ce-
lis est ipse meus frater soror et
mater est. Ecce dominus eum qui voluntatem
patris sui fecit/ fratrem ac sororem
vocat. propter utrumque sexum/ qui
ad fidem colligitur. non est mirum/
valde autem mirum et quesitu
dignum est/ quomodo etiam mater domini di-
ci possit. Nam et discipulos fratres
dignatus est appellare post resurrec-
tionem ut inquiens. nuntiate fratribus
meis. Qui ergo frater est in eum cre-
dendo/ et patris voluntatem implendo
quo pacto etiam mater fieri possit.
investigandum est. Sed sciendum quia
sicut quis frater domini efficitur in eum
credendo. ita etiam mater predicando.
Quasi enim mater christi quis efficitur
cum per eius predicationem amor do-
mini in mente proximi gignitur. Magna
dignatio inestimabilis bonitatis et
inenarrabilis ima. hominem qui
servus vocari dignus non erat/
fratrem domini appellare. quam quia ex
equo rependere non valemus/ saltem
digne vocari satagemus/ omnique in-
dustria laboremus. ne aliqua victo-
rum feditate degeneres et tan-
to nomine iudicemur indigni. deser-
vamus nobis morem eo quod nomine
vocamur/ ne non intelligentes ho-
norem divine filiacionis compensem
et similes illis simus. Et in ea que
loquimur/ obtinere mereamur illius
semper adiutorium nobis ad celum pervenire
possimus. Qui cum esset unicus fi-
lius dei propter nos dignatus est
esse filius hominis ihesus xpistus dominus noster.

f iiij p inuoc

Qui cum. Feria iiij post Math. xij c.

In illo tempore. accesserunt ad ihesum scribe et
pharisei dicentes. Magister volumus a te signum
videre. et reliqua. Omelia Ieronimi presbiteri

Tunc viderunt ei quidam de scri-
bis et phariseis dicentes. volumus a te
signum videre. Sic signum postulant
quasi que viderunt signa non fuerint
Sed in alio evangelista quid petant ple-
nius explicatur. Volumus a te sig-
num videre de celo/ vel in morem helie/
ignem de sublimi venire cupiebant/
vel in similitudinem samuelis tempore
estivo contra naturam loci mugire
tonitrua/ coruscare fulgura/ ymbres
ruere/ quasi non possint et illa
calumpniari et dicere ex occultis et
variis aeris passionibus accidisse.
Nam qui calumpniaris ea que o-
culis vides/ manu tenes/ utilitate
sentis/ quid facturus es de hiis
que de celo venerint. Utique respondebis
et magos in egypto multa signa
fecisse de celo/ Et ait illis generatio
mala et adultera. Egregie dixit
adultera/ quia dimiserat virum
et iuxta ezechielem multis se ama-
toribus copulavit. Signum querit et
signum non dabitur ei nisi signum
ione prophete. Sicut enim fuit ionas
in ventre ceti tribus diebus et tribus
noctibus. ita erit filius hominis
in corde terre tribus diebus et tribus
noctibus. De hoc loco plenius in com-
mentariis ione prophete disputavimus. Ad
illum ergo locum lectoris intelligen-
tiam remittimus. Hoc breviter
nunc dixisse sufficiat. quod synechdo-
chicos id est totum intelligatur ex
parte. non quod omnes tres dies
et tres noctes in inferno fu-

fecit, sed quod in parte passionis nox precedens
ne dimite, et tota die sabbati tres
dies et totidem noctes intelliguntur.
Viri ninivite surgent in iudicio cum
generatione ista et condempnabunt eam
non sine potestate comparationis eorum.
Et ecce hic plusquam Jona. Hic
adverbium loci non personam intelligas.
Jonas sim hoc infestos triduo pre-
dicavit. ergo tanto tempore. Ille assiriis,
genti incredule, ego iudeis populo dei.
ille peregrinus, ego civibus. ille voce
locutus est simpliciter nichil signorum
faciens, ego tanta signa faciens
belzebub calumpniam sustineo.
plus ergo est Jona hic. i. in presentia
inter vos. Regina austri veniet
surget in iudicio cum generatione
ista et condempnabit eam quia
venit a finibus terre audire sapientiam
salomonis. Eodem modo condempna-
bit regina austri populum iudeorum,
quo condempnabunt viri ninivi-
te israel incredulum. Ista est ac
regina saba de qua in regum vo-
lumine et in paralipomenon legimus
quod perlatis difficultatibus gente sua
et imperio derelictis venit in iudeam
sapientiam audire salomonis et ei multa
munera obtulit. In ninivitis autem
et in regina saba occulte fides na-
tionum prefertur israel. Cum autem
immundus spiritus exierit ab homine am-
bulat per loca arida querens re-
quiem et non inveniens dicit.
Quidam istum locum de hereticis
putant dictum. Ad immundus
spiritus qui in eis ante habitaverit.
cum gentiles erant. ad confessionem
vere fidei eiciatur postea vero

cum se ad heresim transtulerint
et simulatis virtutibus ornaverint
domum suam, tunc aliis septem
nequam spiritibus adiunctis reverti-
tur ad eos diabolus et habitat in eis.
fiuntque novissima eorum peiora
prioribus. Multa quippe peiori condi-
cione sunt heretici quam gentiles
quia in illis spes fidei est, in istis
pugna discordie, cum intelligentie
plausum quendam et colorem doc-
trine preferant. nescio an habeant veri-
tatem. Ab eo enim quod finita vel pa-
rabola vel exemplo sequitur. Sic
erit generationi huic pessime, co-
gimur non ad hereticos, et quos-
libet homines, sed ad iudeorum populum
referre parabolam et contextus loci
non passim et vagus in diversum
fluctuet, atque insipientium more
turbetur, sed herens sibi vel ad
priora vel ad posteriora videatur. In-
mundus enim spiritus exivit a iudeis,
cum acceperunt legem, et ambulavit
per loca arida querens sibi requiem,
expulsus videlicet a iudeis. ambu-
lavit per gentium solitudines, que cum
postea domino credidissent. ille non
invento loco in nationibus dixit.
Revertar in domum meam unde
exivi. Habeo iudeos quos
antea dimiseram, et veniens in-
venit vacantem scopis mundatam,
vacabat enim templum iudeorum,
et christum hospitem non habebat.
dicentem Surgite eamus hinc et
in alio loco. Dimittetur vobis domus
vestra deserta. Quia ergo et dei
et angelorum presidia non habebat,
et ornata erat superfluis obser-

nacionibus legis et tradicionibus pha-
riseorum videtur. Dyabolus ad sedem
suam pristinam et septenario sibi
numero demonum addito habitat pri-
stinam domum. Et fiunt novissima
illius peiora prioribus. Multi
enim nunc maiori demonum numero possi-
dentur blasphemantes in sinagogis
suis Christum quam cum in egipto pos-
sessi fuerint ante legis noticiam,
quia aliud est venturum non cre-
dere, aliud enim non suscepisse qui
venit. Septenarium autem numerum ad
iudeum dyabolus vel propter sabbatum in-
tellige vel propter numerum spiritus sancti, ut
quod super virgam in ysaia de radi-
ce yesse et florem qui de radice
consurgit septem spiritus virtutum
descendisse narrantur. Ita econtrario
viciorum numerus in dyabolus consecutus sit.

Generacio mala et adultera signum
querit et signum non dabitur
ei nisi signum ione. Generacio mala et
adultera iudeorum dominum signum de
celo dandi sibi infideliter querit;
signum crucis quod solum ad salutem
credentibus datur accipere in fronte
non meruit. Tale utique signum de
quo scriptum apud ysaiam est: Tolli-
te signum in naciones. De quo et
apud ezechielem septimum manifestis-
sime legimus cum dicitur: Transi
per mediam ierusalem et da signum
in fronte virorum qui gemunt super
iniquitatem plebis mee. Et postea
ait dicens: Ite et percutite omnem
masculum et feminam a minimo
usque usque ad maiorem eorum et
seniori nolite parcere; super quem

autem inveneritis signum meum dimit-
te et a sanctis sanctuario meo incipi-
te. Si ergo signum salutare in quo sa-
lus et vita est perspici et subinte-
intelligere aut agnoscere voluissent,
nunquam signum aliud postulassent. Ac-
cipiunt tamen signum ione in quo mani-
festum passionis resurrectionis domini
misterium demonstratum est. De qui-
bus in superiori parte non mediocriter
diximus; tamen quia etiam eiusdem ione
mencio facta est, repetere ea que su-
pra dicta deferimus. Et continua repe-
ticione iteratam gratiam fidei confere-
mus. Jonas missus predicare ni-
nivitis tempestatem maris patitur,
et filius dei missus a patre predicandi
gratia humano pariter simili eius tem-
pestatem maris id est persecutionem populi a
populo iudaico sustinet. Illic ventus
contra ionam concitat mare, hic
spiritus immundus adversus dominum conci-
tat plebem. Denique de ponti navis
illa in qua ionas erat orta procella
diversis tempestatibus iactabatur;
ista sinagoga in qua dominus erat
ad inferendum periculum mortis diversis
immundis spiritibus agebatur. Sed
sicut Jonas in illo periculo securus
dormiebat et stertebat in sompno,
ita et dominus in illo periculo sinagoge
per divine nature sue virtutem secu-
rus in passionis sue sompno qui-
evit. Jonas missus in profundum
a ceto accipitur et dominus similiter co-
ceptus a morte est. Sed sicut
ionam cetus ille nec digerere ne-
nec diu intra se potuit retinere
timentem, ita et mors a iudeis

excepit dominum. sed quia ultra vincere
et incomprehensibile intrinsecus retinere
non potuit, revomuit eum die tercia
sicut cetus ionam. Consueta namque
mors semper mortuos edere et di-
gerere, viventem dominum nauseata re-
iecit, et venena digerere eum non
valebat. Erat enim sicut ~~apostolus~~
petra. petra autem erat christus. Et
ionam quidem cetus deglutiens
solum modo reiecit, mors autem
excipiens dominum non solum ipsum
sed multos cum eo evomuit. Multa
enim corpora sanctorum cum domino resur-
rexisse legimus. sicut solent aliqui
ti contrarias pociones excipere
ut ea que intus habent reiciat
ita morti contigit. Accepit corpus
domini tamquam contrariam pocionem
ut in alia corpora que tenebat evo-
meret. Gluciens namque mors cor-
pus domini, non solidavit tamen
sed ipsa potius vulnerata a carne
est. quia caro illa non erat talis
que devorari possit a morte. Sed
erat gladius pessimus incidens
gulam mortis. Unde in corpore domini
erravit et decepta est mors
Aperuit quidem fauces suas
putabat enim quia sicut ceteri primum
adam exceperat et devoraverat, ita
quoque secundum adam posset capere
ad devorandum, sed elusa est. per dominum
tamen, nimirum dominum capere et devo-
rare cupit, ipsa potius capta est
et devorata. absorpta enim est
mors in victoria. Ut scriptum
ubi aculeus tuus est mors
ubi est mors victoria tua.
Feria quinta secundum Johannem viii° cap°

fia v^ta

Dicebat ihesus ad eos qui cre-
diderant in eum iudeos. Si
mansitis in sermone meo vere dis-
cipuli mei eritis. Et reliqua. Omel Iero^m iero^m
Loquente ad turbas domino et
divinitatis sue mistica adnunci-
ante, sicut superius sanctus ~~ewa~~
~~ewangelista~~ dicit. Multi crediderunt in eum
non tamen omnes credebant, quia nec dum
omnibus predicatum fuerat. nec dum
in omnem terram apostolice predicationis
sonus exierat. nec dum apostolis pap-
tum fuerat. Ite docete omnes. ad hos
ergo qui iam crediderant loquebatur
dominus. ~~Si vos manseritis in sermone~~
~~meo vere discipuli mei eritis~~ Iam
doctrina ~~initiati~~ spirituali initiati erant
iam tibi ce ceperant. et ideo dicit
Si manseritis in sermone meo. Hoc
est in fide quam in vobis credentibus
cepit. tunc vere discipuli mei eri-
tis. discipuli utique bonitatis. discipuli
iusticie et summe veritatis. Sed quo
verbis perveniendum est. Nam fides fun-
damentum est. [illegible] fundamento
ad quam altitudinem perveniemus. Co-
gnoscet inquit veritatem. veritas
ipse est qui dicit. Ego sum via et
veritas et vita. Qui ergo veritatem
cognoscit, dominum cognoscit. prescindo
autem quantum sit premium cognoscere
illud. quod nec oculus vidit nec au-
ris audivit nec in cor hominis ascendit
Nam fides est quod non vides credere.
veritas vero quod credidisti videre
Hinc ipse alibi dicit. Qui diligit
me diligetur a patre meo. et ego
diligam eum. Hoc est premium hanc
sanctitatem nobis in suo sermone
permanentibus dominus promittit. quam ~~per~~
expectat dicens. Sacialor enim

manifestabitur gloria tua. et veritas
liberabit vos hoc est liberos fa-
ciet et liberata ab amore saeculi
deum qui solus super omnia diligen-
dus est sequitur amet et cum
psalmista dicamus. Mihi autem
adhaerere deo bonum est. Dixerunt ergo
iudei ad eum Semen abrahae sumus
et nemini servivimus umquam. Non
hoc illi dixerunt qui crediderant
sed inter eos erant quidam qui
non credebant qui cum audissent
dominum libertatem sibi promittentem
unde superbi et subditi se deberent
inde magis indignati sunt quasi ser-
vos eos denotaverit quibus liberta-
tem pollicebatur. Et revera servi
erant peccati a qua pessima ser-
vitute non nisi per veritatem liberari
poterant. Verum illi solam carnis
libertatem cogitantes ceperunt se
de nobilitate carnis extollere dicen-
tes Semen abrahae sumus et ne-
mini servivimus umquam. Stulta
et vana superbia. Quid est quod di-
cunt et nemini servivimus. Ioseph
quippe in egipto servivit. De quo
scriptum est [illegible]
serviebant. Et prophete sancti in captivitatem
ducti sunt. Ipse etiam inclitus populus in
egiptum translatus gravissima ser-
vitute non saltem circa auri et
argenti aut quibuslibet preciosi metalli
sed luti et lateris opere [illegible]
in egipto oppressus est. Unde sepissime
illis dominus improperat quod eos de domo
servitutis et ergastulo egiptiorum
et fornace ferrea egipti eduxit.
Sed forte dicunt erant patres suos
non autem se servivisse quibus tunc
dominus loquebatur. Et quid est quod

Romanis tributa solvebant. Nam sicut
laqueum calumpnie domino tenderant
quando eum in dolo interrogabant
dicentes. licet censum dare cesari
an non. sed pilato nummo monstrante dictum
est. Audiamus quid deus mentientibus re-
det et de vana libertate tumentibus re-
spondit. Amen amen dico vobis quia
omnis qui facit peccatum servus est
peccati. Amen hebreus sermo est latine
verum interpretatur et potest etiam
si dici positas est. iuramentum dei. quod
verbum solum iohannes evangelista legitur
sub binatione iterasse. et aput omnes interpre-
tes incorruptum nec ab ullo in
aliam translatum est linguam. propter
honorem et reverentiam divinam sacri.
Ingemiscat vere quicumque sit ipsa voce
attentos faciat audientes. Summa vero
cum magno timore audienda est.
Quis enim non contremiscat quod dominus
dicat Omnis qui facit peccatum servus
est peccati. Nam quis est homo
qui se audeat dicere peccatorem non
esse. Si ergo omnis homo peccator videtur
quod omnis homo servus peccati. Et homines
quidem servi plerumque duros et in-
mites dominos fugiunt fugiendo re-
quiescunt servus vero peccati quo
fugiat non habet. Sequitur enim index con-
scientia inheret eo cruciatus. nec
vel ad modicum cessit. gravissimis eum
agitare stimulis quos subministrat
recordatio peccatorum. Cum ergo omnis
qui facit peccatum servus est peccati.
que potest spes superesse libertatis. Sed
audiamus dominum terrentem audiamus
et consolantem. Ita enim timorem
incutit ut afferat securitatem. Nam
sequitur Servus autem non manet
in domo in eternum. Domus dei est

etiam apostolus eum loquitur dicens fideli-
bus Templum dei sanctum est quod
estis vos Servus autem peccati non
manet in domo in eternum. Quia
qui non manet in peccato non permanet
in ecclesia Ecce apte subdit. Quia aliud
est peccare aliud esse servum peccati.
Nemo enim potest non esse peccator sed potest
non esse servus peccati. Permanere enim
in peccato hoc est servum esse peccati. Ser-
vus enim non manet in domo in eternum.
Quia et si manere intra sinum
videntur ecclesie positi iam tamen in dei
cuncta cernentis presentia ab ecclesia precisi
et novissime in die iudicii ab electorum
societate segregati ad sinistram partem
di unigeniti ergo qui se recognoscit
servum esse peccati studeat abire iam
gravissime servitutis credat in fi-
lium dei qui tempore prefert filii dei ut
possit et ipse effici filius dei. Quam
enim gratiam dedit in se credentibus et
se diligentibus unicus filius dei ut
per quosque in veraciter fiunt filii dei.
Si ergo vos filius liberaverit vere
liberi eritis. Vere hec est vera spes ut
a liberis liberemur et liberati a peccato
servi Christi efficiamur contra. Hec enim
vera et perfecta libertas est deo Christo
servire ipsumque diligere proximumque deservire.
Qui nos de servitute tenebrarum eri-
puit et vocavit in libertatem glorie fi-
liorum dei. Sed iudei de carne sue
nobilitate supplientes dedignati sunt fieri
liberi cum essent servi peccati. Ideo con-
sequenter ait eis dominus Scio quia
filii abrahe estis secundum carnem sed
non est ac si diceret filii quidem
abrahe estis secundum carnem sed non
estis filii abrahe per imitationem. Agnos-
co in vobis carnis originem non

agnosco fidem. Sed queritis me interfi-
cere Ecce unde degeneres unde non
filii abrahe Queritis inquit me
occidere quod certe nunquam cogita-
retis si filii abrahe essetis. Quia
sermo meus non capit in vobis.
i. non habet locum in cordibus vestris
non inquit capit in vobis hoc est
non recipitur a vobis. Si enim re-
ciperetur a vobis caperet utique vos.
Ego quod vidi apud patrem meum loquor.
Quid viderat Christus apud patrem
veritatem vidit. hoc est se ipsum utique
vidit quia ipse est verbum quod erat
in principio apud deum veritatem
ergo vidit apud patrem. veritatem
loquebatur in mundo et se et deum
patrem annunciabat mundo. Et vos que
vidistis apud patrem vestrum facitis.
Quid fecerint supra eis dixerat.
Queritis me occidere. Sed
hoc apud abraham non viderunt
quem amicum dei fuisse scriptura
testatur. Sequuntur ergo nunc predicat
eius opera faceret iudei in sequentibus
aptissime manifestabatur. Dicturus
enim est patrem eorum esse diabolum non
quod ab eo geniti vel creati essent.
Sed tamen iniquitatem mali erant filii
eius utique erant utique per imitationem
non per creationem. Cum apud hunc
patrem viderunt opera que faciebant
quia imitatores diaboli facti fuerant
cum non solum nollent filium dei
recipere verum etiam meditarentur
occidere. Responderunt et dixerunt ei pater
noster abraham est. Vos autem impu-
nit. arguis non facere opera patris
nostri Ecce pater noster abraham est
Quasi vero aliquid posset facere
dicere contra abraham aut in a-
liquo reprehendere. Sed dominus non
de abraham dicebat quia abraham

non fuerit talis qui reprehenderetur
sed qui potius a domino laudaretur
Sed illi enim provocabant ut diceret
aliquid contra abraham quatenus pos-
sent vindicare in eum tamquam
inimicum abrahe. Sed audiamus que-
ad dominus viderit abraham laudans
istos vero dampnans Si filii a-
brahe essetis opera abrahe faceretis
Nunc autem queritis me occidere ho-
minem qui veritatem locutus sum
vobis quam audivi a deo. Hoc a-
braham non fecit. Iudeis abraham
se iactantibus et contra contumeliam
domino struentibus non vidit dominus quod
illi audire volebant. non enim dixit
Ego sum dominus abrahe. Et si diceret
verum certe diceret sed noluit il-
lorum calumpnie dare in eorum quod
videbant. quod enim solummodo putabant
dixit hominem qui se appellavit. Dicit
ergo Si filii abrahe essetis opera a-
brahe faceretis id est sic me amaretis
sicut de mea presentia gaudet sicut
abraham qui exultavit ut videret
diem meum vidit et gavisus est
Nunc autem probatis vos non esse
filios abrahe quia queritis me in-
terficere hominem qui veritatem vobis
locutus sum vobis. Veritatem illis
loquebatur cum se et patrem illis
annunciaret. et hanc veritatem a
deo audierat. Quia ipse qui est ve-
ritas a deo patre genitus erat. Au-
dire enim illi nichil est aliud quam
a patre capere. Queritis inquit me
occidere. Hoc abraham non fecit
ergo eius filios vos non esse conten-
dit dum ei contraria opera agitis
unde eum dicat. Scio quia filii
abrahe estis probans in illis ori-
ginem carnis abrahe sed nunc

ostendit illos non esse filios abrahe
quia nolebant imitari opera abrahe
Quilibet enim melius christiani dicuntur
filii abrahe imitatores fidei et operum
abrahe quam iudei quorum ex illo ca-
ro nata aut non erat. Vos inquit fa-
citis opera patris vestri id est diaboli quia
ab initio mundi homicida est et se-
quaces eius queritis me interficere
dixerunt itaque ei. Nos ex fornicatione
non sumus nati. unum patrem habemus
deum. totiens nobiliter abrahe patres
tres totiensque convicti quod non essent
filii abrahe. Tandem ceperunt intelligere
dominum non de carnis generatione sed vi-
te similitudine morumque imitatione
quasi enim ad invicem loquebantur
quotiens nominamus abraham dic-
tus est quia non imitamur de cuius
genere gloriamur. dicamus deum patrem
nostrum et videamus quid nobis
dicat. Nos autem ex fornicatione
non sumus nati. legerant in scriptura
fornicationem spiritualem appellari ydola-
triam per quam anima misera cum demoni-
bus quasi prostituta subicitur. Ideo quod di-
xerunt nos ex fornicatione non sumus
nati iactant ergo se quod deum
patrem voluerunt quem ipse suum primoge-
nitum appellavit. Sed audiamus
Quid illis veritas sit. Si deus pa-
ter esset diligeretis utique me de-
si diceret. iactatis vos deum habere
patrem agnoscite me vel fratrem. et
si non deum in me ut deum cum
dei filium veneramini vultis saltem
ut fratrem diligite. Ego enim ex deo
processi et veni. processio ista eterna
est et ineffabilis absque tempore qua
filius processit a patre ut deus. ut

equalis, ut filius et verbum patris pro-
cessit ex deo. et venit. quia verbum quod
erat in principio caro factum est. et habi-
tavit in nobis. venire enim humanitatis
est. sicut manere divinitatis. processit ex
patre et venit. quia a patre in mundum
missus est sicut ipse dicit. Non enim a
me ipso veni. sed ille me misit. que
missio utique incarnatio intelligenda
est. Quare loquelam meam non a-
gnoscitis. quia non potestis audire ser-
monem meum. Quare sermonem
eius audire non poterant. nisi quia
in eum credere et a sua impietate cor-
rigi nolebant. adhuc quare non
poterant audire. quia filii diaboli de-
gerant manere. unde sequitur. Vos
ex patre diabolo estis. filios diaboli dicit
iudeos. non nascendo sed imitando.
nam consuetudo est sacre scripture ex
imitatione vel similitudine filios appellare.
iuxta quod ezechiel propheta loquitur
ad iudeam. pater tuus amorreus et
mater tua cethea. quia enim iudei imi-
tati fuerant impietates amorreorum
et cetheorum inde parentes illos ha-
buisse dicuntur. de quibus nascuntur.
et cum quibus simili scelere dampna-
ntur. Omnis ergo homo inquantum
a deo creatus est bonus est. In-
quantum vero se proprium arbitrium
peccando subicit diabolo patrem habet diabolum.
nam et ipse diabolus inquantum natu-
ralem habet substantiam et inquantum
creatura est a deo factus est et
bonus est. Inquantum vero superbiendo
et inobediendo prolapsus est diabolus
factus est et malus est. diabolus enim
interpretatur deorsum ruens. Dicit
ergo dominus iudeis diaboli imitatoribus.
Vos ex patre diabolo estis. et deside-
ria patris vestri implere vultis.
Que erant desideria patris nisi com-

supra ait. Queritis me occidere. Hec er-
ant desideria diaboli quia et ipse in-
vidit homini et occidit eum. Nam et
per serpentem seduxit et per illam de-
cepit virum. sicque occidit eum. quia
ex iusto fecit peccatorem. ex immortali
mortalem. hic inquit homicida erat
ab initio. diabolus contra primum hominem
non ferro accinctus sed letifera per-
suasione armatus venit. nec enim
gladio sed verbo necavit. Omnis ergo
qui alicui homini mala persuadet du-
cens illum ad peccatum. occidit. de talibus
psalmista dicit. Filii hominum dentes
eorum arma et sagitte et lingua
eorum gladius acutus. Et in veritate
non stetit. quia veritas non est in
eo. In veritate non stetit. quia prolapsus
est a veritate. non voluit manere
in sui originis sanctitate. factusque fu-
erat ad ymaginem et similitudinem
dei. sed superbiendo retinuit quidem
ymaginem. quia non perdidit natu-
ram immortalitatis. amisit veritatem simili-
tudinis. Quia ex iusto et bono an-
gelo diabolus iniustus et malus factus
est. de quo adhuc subditur. Cum
loquitur mendacium de propriis loquitur.
quia mendax est et pater eius. Sub-
auditur mendacii. diabolus a se ipso men-
dax fuit et ipse genuit mendacium
suum. Ideo cum loquitur mendacium de
propriis loquitur. Quia antequam ipse
audivit et dixit mendacium. et ideo
ergo mendax est et pater mendacii. sicut
deus verax est pater veritatis. et hic
mendax est. quia in veritate non stetit.
hoc est in deo non mansit. quia deus
veritas est. Nam et homo quia et
ipse a veritate declinavit et peccando
a deo discessit. mendax vocatur psal-
mista dicente. Omnis homo mendax.

Et quia homo a dyabolo deceptus et
mendax effectus fuerat. Ideo filius
dyaboli erat. non natura ut dictum
est sed imitatione. Quis arguet
me de peccato. Quia enim ipse eos redar-
guerat. de eorum peccato dat eis op-
tionem. ut si possent ipsi quoque eum
de suo peccato reprehendant. Et conside-
randum quanta sit humilitas redemp-
toris nostri ad relavanda hominum
peccata venerat. et tamen non dedignatur. unde
se peccatorem non esse qui ex potencia
divinitatis poterat salvare peccatores
Si veritatem dico vobis. quare vos
non creditis michi. Veritas ipse
est et quid aliud veritas quam
veritatem loquere. veritatem loq-
batur cum diceret. Ego ex deo pro-
cessi et veni quare vos non cre-
ditis michi. Quare quia. nisi quod
ex patre dyabolo estis et in patre me-
dacii permanere elegistis. Qui est
ex deo verba dei audit. Audire
verba dei est precepta illius que
per scripturas suas loquitur. obedire
Inde si illa verba dei audit qui
ex illo est et audire verba eius
non potest. quibusque ex illo non est
interroget se unus quisque utrum
verba dei aure cordis percipit et
intelliget. unde sit. Jubet enim deus
celestem patriam desiderare. carnis
carnis desideria conteri. mundi
gloriam fugere. aliena non appetere pro-
largiri. hanc dei vocem si quis in
sui cordis aure convaluisse co-
gnovit. gaudens agnoscat quia
ex deo sit. Sed quod sine mercede di-
ci non potest. Sunt non nulli qui verbum
dei nec aure quidem corporis perci-
pere dignantur. Quid isti aliud

nisi patenter indicant. quia membra
dyaboli sunt. et in eius sorte pocius
quam iudex permanere elegerunt. Co-
tidie dominus per scripturas suas clamat
nos, ut presentis mundi oblectamenta
fugiamus. et ad ea que finiri nesciunt
perhennium bonorum gaudia mentis
desiderio transcamus invitati. Studeamus
ergo nunc vocantem et admonentem
sequi. ne si modo loquentis verba contemp-
nimus. Cum iudex in maiestate venerit
ab illo ignoti et alieni condempnamur
Cum potius eum in presenti audire. et
preceptis eius obedire. festinemus
quatenus ab eo in domum patris mansionem
recipi mereamur. Feria vi. post Johannem
Erat dies festus iudeorum capitulo
et ascendit ihesus ierosolimam v.
In ewangelica lectione Omelia Remigii episcopi
quam modo audivimus duo nobis mi-
racula recitata sunt. Unum invisibiliter per
angelicam administrationem patratum
alterum per dominicam presenciam visibiliter ex-
hibitum. Ergo utriusque nobis sunt
breviter exponenda misteria. Erat
inquit ewangelista dies festus iudeorum
et ascendit ihesus ierosolimam. Quia nam
deus pro hominibus homo factus est. cum
cum hominibus solempnitates dei lege con-
stitutas celebrabat. Erat autem ierosolimis
probatica piscina que quinque porticus habet
In his iacebat multitudo magna lan-
guencium. cecorum. claudorum. aridorum
expectancium aque motum. Probatica
grece latine dicitur pecualis. probaton
quippe grece dicitur ovis latine. Et pis-
cina illa probatica dicebatur. Quia
ibi sacerdotes hostiarum quas in
templo dei immolabant cadavera
abluebant. mistice vero probatica

pisina que quinque porticibus cingebatur
signat populum iudeorum legis custodia un-
dique ne peccare deberent. munitum.
Quinque enim porticus legem que in quinque
libris moysi continetur insinuat. et
bene idem populus parabolam signatur pi-
scine. quia sicut aqua piscine non pla-
cida ventis stare, sed eisdem ventis
irruentibus turbari solet. ita ille populus
in quibusdam vite mundiciam servare
in quibusdam innumerabilibus solebat
temptationibus agitari. apte quoque eadem
piscina probatica vocatur. Quia mini-
mum erat in populo illo, qui merito sim-
plicitatis et innocentie vite deo placere
et cum psalmista dicere poterant.
Nos autem populus tuus et oves pas-
cue tue. Multitudo languentium que in
memoratis porticibus iacebat aque mo-
tum expectans, designat eos qui le-
gis verba audientes. [..] se suis
viribus implere non posse dolebant
atque ideo divine gratie auxilium totis
cordis affectibus exoptabat. Iacebat in-
quit ibi multitudo cecorum claudorum
aridorum. Ceci erant qui nec dum
fidei lumen habebant. claudi qui
bona que agenda essent noverant
sed ad implenda ea boni operis gres-
sibus non valebant. assurgere a-
ridi, qui oculum quidem fidei habent
sed spei et dilectionis pinguedine
egent. tales in quinque porticibus iace-
bant sed non nisi angelo in pisci-
nam descendente sanari poterant.
quia per [..] legem est cognitio
[..] peccati gratia vero remissionis
non nisi per christum poterat dari. quem
merito designabat angelus qui
invisibiliter descendens in piscinam

aquam movebat cui vim sanandi sug-
gerebat. motus enim aque passionem
domini que turbata gente iudeorum facta
est insinuat. Descendit ergo carne
indutus ille magni consilii angelus
id est paterne voluntatis nuntius in piscina
populi iudeorum. movit illos miraculis
et doctrina sua ut eum morte crucis
afficerent. qui genus humanum non solum
a languoribus peccatorum sanaret, sed etiam
ab ipsa eterna morte sufficeret liberare.
Descendentes ergo in aquam piscine tur-
batam sanabantur. Quia passione
domini quam motus aque designat re-
dempti sumus de maledicto legis. Lex
si quidem moysi etiam que quid agen-
dum quid ne cavendum esset edocuit ne-
minem tamen ad perfectum adduxit. quasi e-
iectos defectibus ignorantie porticus imper-
fectionibus continebat. languidos nec tamen
sanabat. Gratia autem et fides dominice
passionis sanat omnes miserabiles infir-
mitatum nostrarum. et quasi eiectos de
porticibus in aquam piscine turbatam
immittit. Quia a peccatis que lex ostende-
rat per aquam baptismatis abluit. unde
quod apostolus dicit. Quotquot baptizati
sumus in christo ihesu [..] in morte ipsius
baptizati sumus. Notandum vero nobis
est. quod dicitur quia qui primus de-
scendisset in piscinam post motionis
aque, sanus fiebat a quocumque detine-
tur languore. Unus inquam cura-
ta languentium multitudine sanabatur.
quia unus deus una fides unum
baptisma. Quicumque ergo in unitate fi-
dei catholice misteriis christi in baptis-
mo imbuitur ab omnibus pristinis peccatorum
languoribus sanatur. Qui ergo ab
unitate sancte ecclesie discrepat salu-
tem que ab uno per unum est habere no

mentur. huius de primo miraculo quod per
angelum invisibiliter fiebat premiss-
imus de sequenti quod per ipsum angelum
Christum visibiliter patratum est pauca
loquamur. In quo et unus solus
sanatus est. poterat quidem dominus
omnes qui ibi erant sanare. sed
unum tantum certi causa misterii sana-
re voluit. ut perfecto ostenderet pre-
ter ecclesiam nemini locum patere salutis.
Erat autem ibi quidam homo tri-
ginta et viii^o annos habens in infir-
mitate sua. Hunc cum vidisset ihesus
iacentem et cognovisset. quia mul-
tum iam tempus haberet. dicit ei. Vis sa-
nus fieri. Respondit ei languidus. Domine
hominem non habeo. ut cum turba-
ta fuit aqua, mittat me in piscina.
Dum venio enim ego. alius ante me
descendit. Dicit ei ihesus. Surge et
tolle grabatum tuum et ambula.
Et statim factus est homo sanus et
sustulit grabatum suum et ambulabat.
Sanaturus dominus infirmum. diuturno
labore tabescentem interrogabat.
utrum sanus vellet fieri. non quod
enim id velle ignoraret. sed ut eum
ad maioris ... sanitatis desideri-
um accenderet. qui iam longa de-
cubatione pene salutem desperaret.
nec saltem per sua restitucione roga-
re noverit. Unde et ille tamen in-
possibilitatem cepit ostendere. et conqueri
quod hominem non haberet. qui eum
post motum aque in piscinam mit-
teret. Sed dominus languentis misera-
tus imbecillitatem pariter et iustice simp-
licitatem. ait illi Surge tolle lectu-
tuum et ambula. Ille continuo re-
ceptis viribus et iam diudum amis-
sum persentiens robur. tulit lectum
in quo iacebat. et abiit in domum

suam. Iuxta spiritualem intelligenciam.
homo iste multorum annorum infirmitate
detentus designat peccatorem multarum
et gravium scelerum mole depressum.
Nam et ipsa temporis quantitas qua lan-
guidus decubabat. huic significacioni
congruit. Nam triginta et viii an-
nos in infirmitate habuisse dicitur. duo vero
minus de quadraginta. quadragenarius
autem nisi quindenario quaternario du-
cto. conficitur. perfectione vite operacio-
nis corporalis accipi solet. Ille enim recte
vivit. qui decalogum legis per quatuor
sancti evangelii libros implere studuerit.
atque a perfectione duo minus habet quisquis
dilectionem dei et proximi quam lex
evangelii pariter scriptura commendat. ser-
vare neglexit. Quos et duos signavit.
expressit. qui sanaturus infirmum pre-
cepit. dicens. Surge tolle lectum tuum
et ambula. lectus in proximi intellige
qui nobis in corpore. et in infirmitate
solacium exhibuit. quem sanati porta-
re precipimur. ut ei quoque in suis
necessitatibus adiutorium subministremus.
ait ergo dominus ei quem sanabat.
Surge tolle lectum tuum et ambula.
Surge inquit. i. vitiorum torpore
quo diu languebas exsurge. et ad
exercitia virtutum exsurge. tolle
lectum tuum. porta porta proximum
tuum. eius infirma pacienter tol-
lerando. a quo et ipse diu multumque
dum adhuc sub gravi iaceres temp-
tacionum genere sustentatus es. sic
et apostolus dicit. Alter alterius
onera portate. et sic adimplebitis
legem Christi. ambula ... vero
cottidianis bonorum operum
profectibus. de virtute in virtutem
progrede. Surge peccata relinquendo.

Tolle lectum tuum fratri succurrendo, ambula superna patria desiderando, et ad videndam creatoris faciem festinando. Erat autem sabbatum in illo die. Dicebant ergo iudei ei qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Miri et vehementer stupenda perfidorum dementia. Cum enim ob opinatam hominis diu languentis sanitatem credere et divinam potentiam laudare debuerint, e contra scandalizabantur, et salvatorem pariter et salvatum reprehendebant. Salvatorem quidem quod die sabbati hominem curasset, lectumque suum tollere precepit. Salvatum vero reprehendunt quia sabbato grabatum portaverit. Dicebant ergo ei qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Legis litteras stultissime defendebant, ignorantes dispensationem domini salvatoris, qui ipsam legem quondam per servum suum dederat, at nunc per semetipsum veniens eandem legem in gratiam sancti evangelii mutare disponebat, ut quod antea iuxta litteram carnaliter a carnalibus observabatur, deinceps spiritales spiritaliter observandum susciperent. Denique die septimo populus ab omni opere servili vacare preceptus fuerat, spiritalis vero sabbati observatione, que est in luce septiformis spiritus sancti, ab omni peccato, quod revera servile opus accipitur, non una die, sed omni vite nostre tempore feriati esse precipimur, nec solum a pravis operibus abstinere, sed etiam bonis operibus insistere iubemur. Quod et in ipsius hominis sanatione liquido insinuatum enim est. Cum dominus enim quem a languore liberabat, non solum surgere verum etiam lectum suum tollere precepit, ut aperte insinuans eos qui volunt a viciorum tabe resurgere, discusso torpore neglegentie, cum summe cure vigore ad visionem sui conditoris debere properare, nec malorum contradictionibus seu persecutionibus accepto boni operis studio cessare. Nam et homo iste, cum ei iudei contradicerent, eumque ne lectum ferret prohiberent, dicentes: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum, non ideo lectum deposuit, sed fiducialiter cepto insistens dixit: Qui me sanum fecit, ille michi precepit: Tolle grabatum tuum et ambula. Illius potius mandatis volens obtemperare a quo sanatus fuerat, quam illorum false religioni cedere, qui eius sanitati et domini glorie invidebant. Interrogaverunt enim eum: Quis est ille homo qui dixit tibi: Tolle grabatum tuum et ambula? Ille autem ait, quia ignorabat quis esset. Iam sanatus erat, sed adhuc salvatorem suum ignorabat, dignus tamen erat cui se salvator ostenderet, cuius imperio sic devotus obtemperasset. Ihesus autem declinavit a turba constituta in loco. Declinaverat inquid a turba dimittens eos deserendo auxilio immeritos quia virtutibus obstinata malicia conabantur resistere. Postea invenit illum in templo et dixit illi: Ecce sanus factus es. Quod is qui sanatus fuerat Ihesum non in turba sed in templo cognoscit, admonet nos instantius, ut si gratiam conditoris nostri cognoscere et ad eius visionem desideramus pervenire, fugiamus turbam cogitationum et affectuum.

prauorum declinemus conuenticula
hominum impiorum / qui bonum nostrum
propositum / uel mala exempla demon-
strando / uel nostra opera detrahendo / aut
etiam persequendo conantur impedire /
Confugiamus deuote ad templum dei
ubi illi de perceptis beneficiis gratias a-
gere / ac percipiendis exorare satage-
mus. nos ipsi templum dei in quo
misericorditer uenire. et mansionem
facere dignetur. preparare curemus.
attendere autem debemus / quod isti
sanato dominus dicit Ecce sanus factus
es. Quibus verbis aperte ostenditur /.
quia propter sua peccata languerat
nec nisi illis dimissis sanari pote-
rat. Sed credendum nobis est / quod deus
qui eum sanauit exterius. ab infir-
mitate / interius etiam. absoluit a
scelere. unde et eum dominus postea
premonuit / ne ulterius peccaret /
ne iterum peccando. grauioris sem-
dampnacionis incurreret. Non autem
semper propter sola peccata datur hominibus
infirmitas. Quinque enim modi causas
doctoribus deprehensi sunt. quibus infirmi-
tas hominibus contingit. aliquando enim
datur infirmitas hominibus propter gloriam dei
manifestandam / sicut illi ceco nato /
et sicut lazaro / de quo dominus dixit
Infirmitas hec non est ad mortem /
sed ut glorificetur filius dei per eam
non nunquam vero ad probationem et
uirtutum augmentum / sicut beato
Job / et thobie / qui cum ante fla-
gellum sancti extiterunt / sanctiores
ex flagello / et probatiores apparue-
runt. Datur plerumque infirmitas.
ad custodiam uirtutum / sicut beato
paulo apostolo / datur. Preterea infir-
mitas hominibus. ad castigacionem de-
licti. sicut illi qui xxxviii annis
decubuerat languens / Et sicut illi
paralitico cui dominus dixit. confide fili
remittuntur tibi peccata tua / de quo ali-
bi dicitur. Flagellat omnem filium
quem recipit. Quintus modus repro-
borum est / quibus datur infirmitas
ut hic turpiter incipiant. et post
tormenta temporalia / transeant. ad eterna
quemadmodum contingit antiocho
et herodi / in quibus impletum est /.
Duplici contricione contere illos
Quocumque ergo modo diuina prouiden-
cia nos iubeat infirmari / debemus
sub flagellis pii patris humiliter
subdi / et iudicia illius iustissima
uenerari / et arbitrantes nos minus
quam meremur sustinere / illius sine
memores. Bonus ego qui corripit.
hoc enim agentes et in presenti / deus eius
uerbere proficere / et in futuro. ad
eternam requiem. post flagella.
merebimur peruenire. Feria vi post

In illo tempore. Erat dies Iohannem v. ca.
festus. iudeorum. Et ascendit ihesus
ierusalem. et cetera.

Duo pariter miracula.
Dominice saluacionis hodie-
rna nobis. sancti euangelii leccio tradit.
unum uisibile per angelicam com-
mocionem. alterum per dominicam personam
inuisibiliter exhibitum. Sed utraque
nobis sunt breuiter exponenda.
misteria / ne prolixe leccionis pro-
lixa quoque explanacio. aliquantum
forte. grauius existat. Probatica
piscina. que quinque porticibus cin-
gebatur. populus est iudeorum legis
undique custodia / ne peccare de-
beat munitus. Recte et enim lex

que quinque libris moysi descripta est
quinario numero figuratur. Recte ergo
qui in quibusdam solebat. immundorum
spirituum temptamentis agitari per
aquam signatur. piscine que mire
placide mentis statum. nunc eius in-
crementis turbari consueverat. Et
bene piscina eadem probatica vocatur.
probaton quippe grece oves dicuntur
erant nimirum in illo populo qui di-
cere deo possent. nos autem populus pascue
tue et oves gregis tui confitebi-
mur tibi in secula. Vulgo autem proba-
tica .i. pecularis piscina fertur ap-
pellata quod in ea sacerdotes hostias
lavare consueverunt. Multitudo langue-
ntium que in memoratis quinque por-
ticibus iacebat aque motum expec-
tantes signat eorum catervas qui
legis verba audientes suis se
tamen viribus implere non posse do-
lebant. atque ideo divine auxilium gra-
tie totis cordis affectibus
implorabant. Ceci erant qui nec
dum perfectum fidei lumen habebant.
Claudi qui bona que noverant
operandi gressibus implere nequibant.
Aridi qui quamlibet oculum scien-
tie ... pinguedine caritatis spei et
dilectionis egebant. tales inquit
in quinque porticibus iacebant. sed non
in piscina angelo veniente sanabantur.
Quia per legem cognicio peccati. gratia
autem remissionis. non nisi per Iesum
Christum facta est. Hunc designat
angelus qui invisibiliter descendens
in piscinam ad suggerendam vim
sanandi movebat aquam. descen-
dit in aquam carne indutus
magni consilii dicens angelus

id est prime voluntatis mutatio in po-
pulum iudeorum. et movit patres
factis et doctrina sua ut acciderit
ipse qui sua morte corporali non solum
spiritualiter languentes sanare sed
et mortuos vivificare sufficeret.
Motus ergo aque passionem domini quia
mota turba iudeorum facta est insi-
nuat. Et quia per eandem passionem
redempti sunt credentes a maledicto
legis quasi descendentes in aquam
piscine turbatam sanabantur qui ac
tenus iacuerunt in porticibus egroti.
Legis siquidem littera que nescientes quam
legendo quid vitandum esset edocuit nec
tamen eos ut sua decreta complerent
adiuvit. Quasi cecos debiles
... in porticibus suis contine-
bat nec sanabat. languidos. Sanguis
autem eius qui per fidem ac misterium
dominice passionis sanat omnes langwo-
res iniquitatum nostrarum a quibus in
lege moysi non potuimus iustificari.
quasi cecos de porticibus legis egros
in aquam piscine turbidam. ut sanari
possint immittit. quia opertis que lex
ostenderit paginam baptismatis abluit
testante apostolo. Quia quicumque baptizati
sumus in christo Iesu in morte ipsius bap-
tizati sumus. consepulti enim sumus
cum illo per baptismum in mortem. ut
quomodo surrexit christus a morte per gloriam
patris. ita et nos in novitate vite
ambulemus. Bene autem dicitur qui
primus descendisset post motum aque
sanus fiebat. a quocumque languore
tenebatur. Quia unus dominus una
fides unum baptisma. et qui in uni-
tate catholica christi misteriis imbuitur
sanus fit a quocumque peccati langwore.

detinetur. Quisquis autem ab unitate
discrepat, salutem que ab uno est
consequi non valet. Hec de primo eius
lectionis miraculo, quod angelus dedit,
locuti sumus. De secundo quod ipse dedit filius
dei loquamur, in quo etiam ipso
unus commendatur sanatus, non
quia omnipotentis pietas salvatoris
omnes quos ibi languentes inveniebat
salvare nequiverit, sed ut doceret
preter unitatem catholice fidei nullum
cuilibet patere locum salutis. Erat
autem quidam homo inquit ibi
xxx et viij annos habens in infirmitate
sua. Homo iste multorum infirmitate defe-
ctus annorum, signat peccatorem quemlibet
enormi scelerum magnitudine vel mole-
sitate depressum, cuius signando reatui
etiam modus temporis congruit. Nam
duos de xl annos habebat in infir-
mitate sua. Quadragenarius autem numerus
qui denario quater ducto conficitur
perfectione recte conversationis solet in
scripturis accipi. Omnia quippe perfec-
tius conversationes exigit legis perfectu
decalogum per quatuor sancti evangelii
libros implet. A qua minimum perfectio-
ne duo minus habet, quia a dilectione dei
et proximi, quam legis pariter et evangelii
scriptura commendat, vacuus incedit.
Quod etiam mistice dominus sanans in-
firmum docuit cum ait: Surge tolle
grabatum tuum et ambula. Surge
id est de vitiorum torpore in quibus
diu languebas excute, quia ad cul-
mum virtutum quibus perpetuo salveris
erigere. Tolle grabatum tuum, proximum
diligens proximum tuum, patienter in-
firma eius tollerando, qui te adhuc
temptationum fasce depressum diu pa-
tienter sustinuit. Alter enim alterius
onera portate et sic adimplebitis legem
Christi. Et sicut alibi dicit: Supporta-
tes invicem in caritate, solliciti ser-
vare unitatem spiritus in vinculo pacis.
Ambula autem toto corde, tota anima,
tota virtute deum dilige, et ad eius
visionem pertingere merearis, et ut
cottidie meatis bonorum operum pro-
fectibus de virtute in virtutem progredi
fratrem sufferendo diutius ob amorem
ob amorem eius ad quem pergis, ne
ob fastidii amorem ~~temporis~~ itineris ad
quem pergis desertus, nec ob fratris
amorem cum illo quem diu cum quo
amore manere desideras, interconi-
ecti incessus incurrens. Sed ut perfecte
possis salvari, Surge tolle grabatum
tuum et ambula, id est relinque peccata
pristina, necnon fratrem sustine, et in
omnibus et in omnibus que agis, vide
ne in hoc seculo mercedem figas, ad
videndam faciem tui festines recte
petens. Surge bona operando, porta
grabatum diligendo proximum, et am-
bula expectando beatam spem et adven-
tum glorie magni dei. Sed mira perfido-
rum dementia, qui ad tam inopina-
tum diu languentes sanatum cre-
dit spiritaliter sanari debuerint,
econtra scandalizantur et salvato-
rem pariter et salvato pariter calumpniari
student. Salvato quidem quia sab-
bato grabatum tulerit; Salvatori
autem quia sabbato et eum sal-
vari et grabatum tolli precepit, qui
melius ipsi de sabbato quam tante
divinitatis potentia nosset. Dicebant
inquit ei qui sanus fuerit. Sab-

batum est. non licet tibi tollere graba-
tum tuum. litteram legis stulte de-
fendebant. ignorantes dispensationem
eius qui legis quondam decreta pro-
ferens decreverat nunc ipse adveniens
eadem gratia mutare disposuit. ut
que iuxta litteram diu carnales
carnaliter observabant. deinceps
spiritaliter spiritales. observanda cogno-
scerent. Sabbato quippe carnali
quod iuxta litteram custodiebant.
preter ab omni opere servili die septima
vacare preceptum est. Spiritale autem
sabbatum est in luce gratie spiritalis que
septiformis accipitur. non una die
sed omni die / nos ab omni quietudine
vitiorum manere feriatos. Si enim
iuxta vocem dominicam omnis qui fa-
cit peccatum servus est peccati, patet li-
quido. quia peccata recte servilia in-
telliguntur. a quibus quasi in die septimo
in perceptione gratie spiritalis. immunes
incedere iubemur, nec solum a pra-
vis continere, sed et bonis insistere
factis. Quod in hac lectione quoque
dominus typice ostendit, cum eum. qui
duos de quadraginta minus annos
languebat, in die sabbati non so-
lum surgere, verum etiam graba-
tum tollere, et ambulare precepit.
videlicet insinuans eis qui longo
vitiorum languore tabescunt et
dei ac proximi dilectione inanes,
quasi apice virtutum summa / Duo
minus habent. nisi per donum sancti spiritus
a vitiis posse resurgere. contraque dis-
cissio turpe, cum sine dilectionis
honore ad visionem debere sui
properare conditoris. Quod autem is
qui sanatus est, ipsum non in

turba positus adhuc positus, sed po-
stea in templo cognoscit, mystice nos
instruit. ut si vere conditoris nostri
gratiam cognoscere, si eius amore re-
formari, si ad eius visionem perve-
nire desideramus, fugiamus sollici-
ta turbam. non solum cogitationum
actionumque pravarum nostrarum, verum etiam
hominum nequam qui nostre sinceritatis
possint impedire propositum, vel mala
videlicet exempla sua monstrando, vel bona
nostra opera deridendo, aut etiam pro-
hibendo. Confugiamus sedulo ad
domum orationis. ubi secura libertate
dominum invocantes, et perceptis ab eo be-
neficiis. gratias agamus. et de percipi-
endis humili devotione. Immo caveamus
ipsi templum dei factum, in quo veni-
re et mansionem facere dignetur.
experiri avemus / audientes ab apostolo.
quia corpus nostrum templum est spiritus
sancti, qui in nobis est. Interque di-
ligentius intuendum fratres mei, quod invenit
eum in templo quem sanaverat dominus
et ait illi. Ecce sanus factus es. iam
noli peccare. ne deterius tibi aliquid
contingat. Quibus verbis aperte mo-
stratur. quia propter peccata languebat.
nec nisi dimissis eisdem. poterat sa-
nari. sed qui foris. ab infirmitate ipse
etiam intus salvavit a scelere. unde
et cautum premonuit. ne amplius
peccando graviorem sibi sententiam damp-
nationis contraheret. Quod non ita
sentiendum. quod omnes qui infirmantur.
ob peccata infirmentur. Quinque etenim mo-
dis inspicimus infirmitatis temporalis
hominibus data reperitur. peccatoribus vi-
delicet. ut vel corrigantur. primum
vel si corrigi non merentur eos

in hac vita qualiter eterna morte
dampnandi sint apparcat / iustis
vero ut vel maiorem paciencie
palmam percipiant / vel infirmita
tibus amoniti humilius iusticie meri
tum servent / plerisque autem obse
aliquociens ob hoc infirmitas datur
carnis / ut in eorum sanacione / et
domini salvatoris vel sanctorum eius facilius
gloria virtutis patescat. Nam quod pec
catores ob quendam mentis incolumita
tem infirmitate plectantur corporis /
testatur hodierna leccio / ubi sanatus
qui languerat audivit. Ecce iam
sanus factus es iam noli peccare
ne deterius tibi aliquid contingat.
Testatur et illa in qua sanando dominus
paraliticum ait. Confide fili remittun
tur tibi peccata tua. At hii qui in gravioribus
suis flagiciis involuti / nequaquam ad veniam
pervenire merentur. Aliquociens et
in presenti inicium sempiterne dampna
cionis accipiant / pena prodit herodis
qui ob reatum blasphemie / ante oculos
viventium consumptus a vermibus
expiravit / illuc utique post mortem
perveniens / ubi vermis eius non mori
tur / et ignis non extinguetur. At
ad iusti amplificandam paciencie sue
palmam doloribus afficiuntur corporis
uti Job indicat historia cui cum nullus
esset similis super terram / penas corporis
quas adversarius in maius gravio
res poterit excogitare / non pro dilu
endis reatibus / sed pro augendis meritis
mira constancie virtute superavit /
At certe iusti ob custodiam humilitatis
discipline feriuntur egritudine / unde
apostolus qui ait. Et ne magnitudo re
velacionum extollat me datus est
michi stimulus carnis mee an

gelus sathane ut me colaphizet /
Unde iterum dicit. Libenter ergo glo
riabor in infirmitatibus meis / ut in
habitet in me virtus Christi. At ostendendam
conditoris salvatorisque eius gloriam non
nulli sepe languescunt. Ipse manife
stat qui de ceco nato discipulis sciscita
ntibus ait. Neque hic peccavit neque
parentes eius ut cecus nasceretur / sed
ut manifestentur opera dei in illo.
Et de lazaro languente sororibus. In
firmitas inquit hec non est ad
mortem / sed pro gloria dei / ut glorificetur
filius dei per eam. Verum quia nobis iam
peccatum propter agenda merita bona an
propter mala minoranda puniamur /
incertum est curandum summopere est /
ut quociens molestia corporali pul
samur / ad discuciendam primus mentis
nostre intima redeamus / et quidquid
nos contra voluntatem auctoris
nostri egisse reperimus / digna penitencie
castigacione purgemus / nec prius
corporis medelam queramus / quam nos
ad interioris hominis puritatem per
venisse cognoverimus / nec forte ex
terius adhibite curacioni carnis /
obstet latens interioris valitudo
mentis / dicamus flagellis pii con
ditoris humiliter substerni / arbitran
tes nos minus pati quam meremur /
et illius sine merore. quia beatus
homo qui corripitur a domino. Et ipse
in apocalipsi. Ego inquit. quos
amo arguo. et castigo / longevo
autem languenti interius et exte
rius sanato / i. a flagellis apte ca
stigacionis / et operatus quibus se
macerabatur erepto. Iudei cetera

tempora iacens languidi. iam dictus egrotare incipiunt. persequendo videlicet christum, quia hec faceret in sabbato. Persequebantur autem eum quasi legis auctores simul et diuine operationis exempla secuti. Quia et dominus sex diebus mundi perfecta creatione, septimo requieuit ab omnibus operibus suis. et ipsum sex diebus operari vacare precepit. non intelligentes quod carnalia legislator decreta paulatim cessare spirituali interpretatione mutanda, adueniente illo qui non tantum legislator, sed et filius. et factor legis est. Christus ad iusticiam omni credenti. Neque enim ad literam quod conditor in die septima non ab opere mundane gubernacionis et anime humane cottidiana creaturarum institucione cessauit. Sed nec inquirimus illud sabbati misterium cognoscentes. quia vel ipse dominus sexta feria crucifixus operatus est salutem nostram in medio terre. id est carnis quam assumpserat septima requieturus erat in sepulcro. denique octaua resurgeret. vel sancti illius post sex huius seculi etates in quibus bona operando laborant. vt septimam quietis animarum in alia vita percipiunt. donec in octaua resurrectionis corporum quoque incorruptibilium recepcione donentur. Verum in doctoribus legis defensoribus, quid ipse qui est et legis auctor videat. quia ceruicem eorum diuine virtute frangat audiamus. Pater meus usque modo operatur. et ego operor. Quod non ita dictum est, quasi patre eatenus operante. ipse tunc post patrem operari inciperet. Sed ita potius, quia ab initio creaturarum, pater semper operante semper eadem opera cum eo pariter operatur. vt enim scias deum patrem. non primis tantum sex diebus, sed usque modo operari lege illud prophete. Prius quam te formarem in vtero noui te. Et in psalmo. Qui finxit sigillatim corda eorum. Et alibi. Qui operit celum nubibus et parat terre pluuiam. Qui producit in montibus fenum et herbam et cetera huius modi. Notandum quippe quod non preteriti temporis verbum posuit. dicens. Qui operuit. et parauit. et produxit. Sed presentis. operit. parat. producit. Et cottidie patrem operari demonstrat. nec minus sabbato quam ceteris diebus. Et vt filium pariter cuncta operari non dubites, recole illud psalmiste qui ait. Dixit et venit locusta et bruchus. Dixit et stetit spiritus procelle. Si enim dixit et facta sunt, per verbum vtique fecit. Verbum autem patris filius est. de quo iohannes ait. Omnia per ipsum facta sunt. Item psalmista cum non solum primordialem mundi creationem, sed et cottidianam creature gubernacionem ad laudem creatoris referret. ait inter cetera. Omnia in sapiencia fecisti. Christum autem dei virtutem. et dei sapientiam recte confitemur. et omnia in sapiencia fecit ac regit deus. Constat nimirum quia pater usque modo operatur, operatur et filius. Ergo pater meus inquit, non sex solum, vt putatis diebus primis operatus est. sed usque modo operatur. non nouas creature genus instituendo,

sed que in principio creauerit perpetua gubernatione
ne deficiant. et ego operor. subauditur
usque modo cum eo cuncta disponens
regens continens. ac si aperte dicat
Quid michi inuidetis cur me uituperatis
tamquam legis uiolatorem quod in forma hominis
salutem unius hominis operatus sum qui
in natura diuinitatis una cum deo patre
totum genus humanum immo totam
mundi machinam et cuncta uisibilia
et inuisibilia. quietus semper operor. Sed
ipsi tantis ac tanti misterij minus capa
ces. propterea magis querebant eum
interficere. Quia non solum soluebat
sabbatum. sed et patrem suum dicebat
deum equalem se faciens deo. In eo ma
xime dolebant. quia is uerum se
dei filium credi uoluit. id est non adop
tiuum ut ceteros sanctos. quibus lo
quitur propheta dij estis. et filij excelsi
omnes et natura parem et per omnia
equalem. illum uidelicet de quo pater loquitur
in aspectu filijs suis. id est prophetis suis
uidelicet adoptatis(?) uel ipse in filios(?).
ipse inuocauit me pater meus es tu
deus meus et susceptor salutis mee
Et ego primogenitum ponam illum
excelsum pre regibus terre. Intellige
bant enim interfectores christi iudei
quod confessores christi nos christi intel
ligere nequiuit arriani in eo quod christus
ait. pater meus usque modo operatur
et ego operor equalem equalem se
deo patri predicasse. Quia quoque cum
una eademque operatio eorum esset equalis
maiestatis. Sed ad unum finem
utrorumque tendit impietas. Quorum
alij quod dicebat dominus intelligentes
uera eum dixisse negabant. alteri
uera quidem dicta dominum dixisse te
statum fatentur. sed in hijs sensu

ueritatis sequi et comprehendere detrectant.
quorum finem eternum(?). Ut uitare
queamus necesse est fratres karissimi. ut uer
ba nostri saluatoris in ueritate cre
damus et hec recte intelligere curemus
In super in hijs spem nostre salutis omnem
ponere studeamus. Credamus enim
ueraciter suo patri equalem. pote
state. gloria. eternitate et regno predi
casse et bene agendo. satagamus ad
unam utriusque uisionem. peruenire
de qua roganti philippo acciderat(?).
domine ostende nobis patrem. et sufficit
nobis. respondit ipse dominus dicens. phi
lippe. qui uidet me uidet et pa
trem meum. Notandum sane quod dic
tum est. equalem se faciens deo. a
iudeorum persona dictum. qui pu
tabant dominum ihesum predicando se facere
quod non esset. et non ueraciter inti
mare quod esset. Nos autem fratres qui
fidei katholice sacramentis et doctrina
simus imbuti. credamus et confiteamur
dominum ihesum christum in humanitate nobis
factum. natura equalem et in diuinitate
patri mansisse semper equalem. et neque
in utralibet natura se fecisse fingen
do quod non erat. sed in utraque mo
strasse ueraciter predicando quod erat
qui nos ad uidendum perpetuo gloriam
sue maiestatis introducere dignetur.
In qua uiuit et regnat una cum
patre et spiritu sancto deus per omnia secula seculorum.

Sabbato secundum(?) Post dies sex
assumpsit ihesus *Matheum(?)* pro(?)
petrum et iacobum et iohannem fratrem
eius et duxit illos in montem
excelsum seorsum. et transfigu
ratus est ante eos et reliqua. *Omelia*
Remigij episcopi. Paulo superius
premissum est. a beato Matheo

ewangelista et cum dominus multa discipulis
suis de sua passione dixisset. eosque
ad sequenda sua vestigia ad contemp-
nenda mundi prospera pluribus hortatus
fuisset. atque ad ultimum filium hominis
in gloria patris cum angelis venturum
promisisset. tandem subiunxit et ait.
Amen dico vobis. sunt quidam de hic
stantibus qui non gustabunt mortem.
Continuoque subsecutus ewangelista inquit
post dies sex convenit sicut que promissa
sunt assumpsit Ihesus petrum Jacobum
et Johannem quia eis promiserat quosdam
ex illis non ante mortem gustaturos
quam eum glorificatum viderent. dig-
nus est hoc non post multos dies
implere. coram discipulis quoque ad
hoc videndum dignos indicavit trans-
figuratus. Ita in propinqua promissione
gestum est ut contemplacione glorie tam-
etsi ad breve momentum. et in transi-
tu prospecta fortiores contra mundi ad-
versa redderentur. Nam autem preteri-
tum quod lucas ewangelista hoc non post
dies sex. sed post dies viii^o futurum
memorat dicens factum. post hec fere
dies viii^o. Queritur ergo quo veritas
possit cognoscere. quod matheus et
marcus post dies sex. et lucas post
octo. discipulos assumptos dicat
a domino. Sed facilis potest esse solucio.
quia matheus et marcus medios
tantum ponunt dies. lucas vero primum
quo hoc dominus promisit et ultimum quo
sua promissa complevit et ideo non
absolute post dies sex. Sed tepan-
cius loquens ait. dies viii^o [illegible].
fulget sacrati hunc misterii. Nam
matheus signat post sex. seculi eta-
tes. sanctis omnibus ab omni labore

et quiescendum. lucas vero octavam
innuit resurgendum. Cui rei illud quoque
congruit quod sextus psalmus cuius
inicium est. Domine ne in furore tuo
arguas me. pro octavo inscribitur.
quia nimirum post sex huius seculi eta-
tes. precibus et bonis operibus est insisten-
dum ne in octava cuncto et districto
iudice corripiatur. hoc et ipse dominus
voluit declarare. qui secundum lucam ut
in montem oraret ascendit. In montem
namque oraturus et transfigurandus
ascendit. ut ostendat eos qui futuram
resurrectionem expectant. qui deum pla-
catum in iudicio videre desiderant
mente in celestibus habitare et assidu-
is precibus deferre insistere. Tres vero
tantum discipulos assumpsit. quibus gloriam
sue transfiguracionis ostenderet. quia
videlicet qui hic fidem sancte trinitatis incor-
rupta mente servaverint. tunc beata eius
visione merebuntur letari et pro pau-
ci assumuntur. Quia ut alibi dicit
multi sunt vocati pauci vero electi.
Bene autem cum dixisset. duxit
illos in montem excelsum. addidit
seorsum ut tenderet. ostenderet sanctos
in presenti. quamvis multorum viciis et
pravis moribus premantur. animo tamen ab illis
esse sequestratos et futuro plenius
esse separandos cum eos abscondet in
abscondito faciei sue a conturbacione
hominum. Et transfiguratus dicitur. Non
debemus putare pristinam eum formam
amisisse. nec abiecisse corporis veri-
tatem ut spiritualem vel aeream assu-
meret. transfiguratus enim est. non
substanciam veri corporis amittendo. sed gloriam
sue vel nostre resurreccionis ipse osten-
dendo. Nam qualis tunc apparuit.
talis post iudicium omnibus electis ap-

parebit. In ipso autem iudicio in for-
ma quam pro nobis suscepit. bonis
simul et malis videbitur. ut vi-
deant in quem compunxerunt. videbit
enim iudei quem negaverunt. mili-
tes quem crucifixerunt herodes et
pilatus quem iudicaverunt. postremo
omnis reprobi quem contempserunt.
Et resplenduit facies eius sicut
sol. Vestimenta autem eius facta sunt
alba sicut nix. Alibi dominus de electis
dicit. Tunc fulgebunt iusti sicut
sol in regno patris eorum. Cum ergo
de domino dicitur. resplenduit facies
eius sicut sol. non est putandum quod
domini et sanctorum eius similis esse
possit ac gloria maxime cum apostolus
dicat. Stella autem a stella differt
in claritate sic et resurrectio mor-
tuorum. Sed quia nichil sole splendidius
videre solemus ideo circa dominum et sanctos
in resurrectione gloria solis claritati com-
paratur. Quia clarius sole aliquid
unde comparetur minime poterit
invenire. Quia vero vestimenta quoque
domini sicut nix alba fuisse dicitur.
Quia nive candidius nichil cui
vestimentum domini assimularet evangelista
potuit reperire. Faciem vero domini
que sicut sol resplenduit divinitatis
illius intelligitur. Quia scriptum
est caput christi deus. in qua pariter
iudicio ab electis videbitur. Vesti-
menta ergo domini recte sancta accipiun-
tur apostolo teste qui dicit. Quicumque
baptizati estis in christo christum indu-
istis. Hec vestimenta eo interius despec-
ta consistere atque aliorum similia vi-
debantur. Sed domino montem ascen-
dente novo candore refulgent
quia ut iohannes dicit. Nunc filii
dei sumus et nondum apparuit quid
erimus. Scimus autem quia cum appa-
ruerit similes ei erimus quoniam videbimus
eum sicuti est. Unde bene de eisdem
vestimentis domini per marcum dicitur. Quia
facta sunt candida sicut nix nimis qua-
lia fullo non potest facere super terram.
Quis enim est iste fullo nisi ille quem
psalmista precatur dicens amplius
lava me ab iniquitate mea et a peccato
meo munda me. Sic iste fullo id est
dominus mundator noster nequaquam potest
fidelibus suis tantam claritatem dare
in terris dum adhuc mortali carne
circumdata sunt quanta eis conservatur
in celis. Nemo enim est qui sine ma-
cula alicuius peccati super terram vivere
possit. Potest etiam fullo aliquis doc-
tor et animarum mundator intelligi
quemlibet qui tamen non potest per omnia
maculis peccatorum nec aliorum ani-
mas doctrina et predicatione mun-
dare. Sed quod iste non potest facere super
terram deus faciet in celo qui electam
suam ecclesiam ab omni inquinamento
carnis et spiritus insuper eterne beatitudinis
luce faciet splendere. Et ecce appa-
ruerunt illis moyses et helias cum
eo loquentes. Quales apparuerint
vel quid cum domino locuti sunt lucas
evangelista manifestat dicens. Quia erant
moyses et helias visi in maiestate et
dicebant eius excessum quem completurus
erat in ierusalem. Isti vero moyses
et helias legem et prophetas signant
quem dominum oraculis et simbolis
passurum ac resurrecturum predixerunt.
Et bene moyses et helias cum
domino transfigurato in monte videntur
quia lex et prophetia in domino completa

et nunc quibusdam fidelibus et doctis
patent et in futuro manifestius
revelabitur. Pulcre vero in ma-
iestatis visu dicitur. Quia ex mag-
nitudine sublimitatis scripturarum divina-
rum sermo sensus et sermo pro-
batus est. Possumus quoque in moyse
et helia omnes sanctos qui cum domino
regnaturi sunt intelligere accipere. Nam
per Moysen qui mortuus est et se-
pultus designantur sancti qui ab
initio mundi usque ad tempus iudicii
defuncti et in ipso iudicio resuscitan-
di sunt. Per Heliam vero qui nec dum de
mortis debitum solvit, illi intelligun-
tur qui in adventu domini in carne
vivi et viventes sunt. Qui utique uno
momento rapientur obviam Christo
in aera. Moxque facto iudicio ad
vitam introducentur eternam. et
semper cum domino erunt. Pulcre vero
in maiestatis visu dicitur. Quia tunc
sancti insigni nunc a domino sunt corona-
ti. Qui vero excessum eius dicebat
quem completurus erat in Ierusalem. si-
gnat tunc omnes sanctos in maiestatem domini
laudaturos qui pro eorum salute pa-
ti dignatus est. Quanto amplius
eius recordabuntur tanto amplius
cum devota confessione laudabunt.
Et cum videret Petrus dixit: Domine
bonum est nos hic esse et cetera. Et magne
felicitatis summaque beatitudinis est visionem
omnipotentis dei inter choros an-
gelorum adesse. Hinc istud in canti-
corum scriptum. Quare nec cum morte
vel mortali amica simplicia famili-
dare quin potius de eterna incor-
ruptione et immortalitate gaudere.
Adhuc talem tantumque beatitudinem.
Beatus petrus putabat se per

venisse. Ideoque dicebat: Domine bonum
est nos hic esse. Si vis faciamus hic
tria tabernacula. Multipliciter beatus
petrus errore deterritus fuerat.
Primo quia oblitus fuerat regnum
a domino non in terris sed in celis esse
promissum. Secundo quia putabat se et
coapostolos suos adhuc mortali car-
ne circumdatos immortalitatis
statum subisse posse subire. Tercio
quia nolebat servos domino con-
ferre cum similiter dicebat. Moysi et
Helie tabernacula facienda quo vo-
dicens. Si vis faciamus hic tria ta-
bernacula. tibi unum. Moysi et He-
lie unum. Humano enim sopore cor-
reptus nesciebat quid diceret. Si-
cut alius evangelista testatur. In sua tamen
affectus dedit indicium. Unde et dominus
ad eius suggestionem non respondit. Ostendens
non quidem improbum esse sed mo-
dicum quod cupiebat. Cum utique sal-
vari mundus nisi per passionem non
posset. Si vis inquit faciamus tria
tabernacula hic. Valde errabat beatus
petrus qui nulla superne civitatis
dispositionem domum manu facta
requirebat. Ubi nullius cura adver-
sitatis metuenda remanebit. Dum
visionis luce omnia pace florente
iuxta quod beatus iohannes in apocalipsi
eiusque superne ierusalem templum de-
scribens dicit. Et templum non
vidi in ea. Dominus enim deus omnipotens templum
illius est et agnus. Adhuc eo
loquente ecce nubes lucida obum-
bravit eos. Ut aperte daretur in-
telligi sanctos in resurrectione non
domorum tegmine sed spiritus sancti
gloria protegendos. De quo psalmista ait.

filij hominis in regimine alium tuam preparabit.
Et ecce vox de nube dicens. Quia be-
atus petrus imprudenter interrogavit.
vox ei reddit dominus sed vox patris de
nube procedens pro filio testimonium
dicat. quo et ipsum petrum et in ipso pe-
tro ceteros apostolos. ablato errore
doceret veritatem. Hic est ait filius
meus dilectus. huic tabernaculum
fige. huic obtemperare debes. Hic est
filius meus. Moyses vero et heli-
as servi sunt. quibus non debes taber-
nacula facere sed ipsi vobiscum in
suis cordibus debent tabernaculum domino
preparare. Et notandum quod deus. qui primo
hominem peccantem dixit. penitet hominem
me fecisse super terram. in filio suo se
beneplacitum fuisse dicit. quem sine peccato
hominem ab omni peccato immunem esse
constituit. Ipsum audite. Hic vocis con-
cordat. cum verbis moysi. quibus in-
carnacionem dominicam prenuncians dixit.
Prophetam suscitabit vobis dominus deus
vester de fratribus meis. tamquam me ipsum
audietis iuxta omnia que preceperit
vobis. Quem ergo moyses cum vene-
rit ab omnibus audiri debere premonuit.
Hunc deus pater iam venientem in car-
ne suum filium ex voce celitus emis-
sa signavit. eiusque discipulis audi-
endum edixit. Hic est inquit filius
meus dilectus. ac si apertius di-
ceret. Hic est ille. quem vobis moy-
ses iste sepius in mundo nasciturum
predixit. Hunc ergo iuxta preceptum
moysi audite. et omnes qui salvari
volunt eum auscultare monete.
Et notandum quia sicut baptizato domino
in iordane. sic etiam eo in monte cla-
rificato totius sancte trinitatis misterium
declaratur. Nam deus pater in
voce. filius apparet in transfiguratione
homine. spiritus sanctus. ostenditur in luci-
da nube. Trinitatis ergo misterium in
transfiguratione ostensum est. quia
nimirum gloriam sancte trinitatis. quam
credentes in baptismo confitemur.
in resurrectione videbimus. Ac et lu-
cet quod spiritus sanctus qui in baptismo
dominum in columbe specie apparuerit in
eius transfiguratione. apparuit in lu-
cida nube. Quia qui nunc fidem quam
percepit simplici corde custodire
satagit. illic aperte luce quod credide-
rit intuebitur. eiusdemque lucis cla-
ritate illustrabitur gratia in perpetuum protegente.
Et audientes discipuli ceciderunt in
faciem suam et timuerunt valde. Hu-
mane fragilitatis familiare est. ut
altiora se videns expavescat. et
deserta viribus corporis decidat ad terram.
Sancti ergo apostoli non de patris sono
voce tremuerunt. sed et de filij ma-
iestate. Et accessit et tetigit eos
Quia cum consternati iacebant.
et surgere non valebant. Ipse cle-
menter accessit et tetigit eos. ut
tactu suo timorem depelleret corporum
ad vigorem pristinum revocaret. Et
dixit eis. Surgite et nolite time-
re. Quos nimirum tangens firmaverit
eis imperat. ut surgerent. primumque
terrorem eorum compescat. ut postea
doctrinam tribuat. Magister enim pavi-
da et dissipata cogitatione quod dice-
bat audire non poterant donec
metu ablato liberius et auditui
admitteret. Levantes. Hi autem
oculos suos neminem viderunt
nisi solum iesum. Bene autem nunc
non iam moysen et heliam sed
iesum vident. Ne videlicet si moysen

et helias cum domino apparuerent incertum foret cui potissimum vox testimonium daret. Sed et tempore ablata iam nube evanescentibus moyse et helia xpc cernitur quia legis et prophetarum umbra descendente vero lumine coruscante iam gracie eius reperitur. Et descendentibus illis de monte precepit eis dicens nemini dixeritis visionem donec filius hominis a mortuis resurgat. Et dominus ac redemptor in proximo pro salute generis humani passurus erat. ideo proinde precepit apostolis ut nemini sui dicerent glorificationem ne videlicet hoc mirabile videretur cum post hec omnia eum pati et mori posse viderent. sicque rudibus adhuc mentibus scandalum fieret. Voluit hec ante mortem suam predicari quia scilicet prefuerat tempus post suam resurrectionem qui iam secunde dimitatis (?) illius opera per apostolos predicanda erant. Hinc est quod alibi cum interrogasset apostolos quem eum esse dicerent. et illi hunc esse filium dei vidissent precepit illis ne eum manifestum facerent. Precens utique in diebus (?) ... tibus per amicum (?) suis ne gravius in eum peccarent. Postea enim filium dei noverint et crucifigerent. Ergo tantam circa nos divine pietatis habundantiam cognoscentes agamus assidue gratias misericordissimo conditori qui omnia nostre memor salutis hoc quod ~~nostre~~ nobis premio in fine seculi daturus est. adhuc mortalis et passibilis dignatus est demonstrare. quo propter maiori desiderio ad contemplandam claritatem eius speciem suscitemur. Nulla ergo nos desideria. nulla seculi labentis gaudia impediant. abiciamus omnia vite mortalis impedimenta et post habitis infirmarum viciorum cupiditatibus in montem virtutum cum domino conscendamus ad illam felicissimam divine visionis festivitatem ipso opitulante pervenire mereamur.

Sabbato secundum Matheum xvii capitulo (margin: sabbato secundum math)

In illo tempore. Assumpsit ihesus petrum et iacobum et iohannem fratrem eius. et duxit eos illos in montem excelsum. et transfiguratus est ante eos et cetera. **Omelia bede presbiteri** (margin: bede)

Quia dominus ac redemptor noster electos suos per humilis vite labores ad illam que laborem nesciat vitam future beatitudinis introducit. disposuit nostro pro eorum sunt sudores certaminis temporalium non eternorum despexit palmam premiorum. Ut audita victoria agonis nostri memineritis sibi vestri constat vita. nequaquam de petendam audita rursum dulcedine future retributionis. leviusque ferant mala temporalia que tantis separant remuneranda profectus. Cum enim suis suorum passiones. paulo superius commemorasset. confestim ea que iam eum sequerentur audiunt adiunxit dicens. filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis et tunc reddet unicuique secundum opera eius. Ubi aptissime dicens extremum designat examinis quando in potestate et maiestate veniet iudicaturus de mundo qui quondam in humilitate et abiectione venerat iudicandus a mundo. cum iudicii districtione querens operum perfectione ab eis quibus ante longanimitatem prorogaverat. scilicet

gloria iudicia, qui reddet singulis secundum
opera eorum electos in regnum patris
sui perducet reprobos autem cum diabolo
in ignem mittet sempiternum. Et pulchre dicit. Quia filius hominis venturus
est in gloria patris sui. Filius quippe
hominis natura minor est patre.
ipse in divinitate eius unius eiusdem
glorie cum patre. verus homo per
omnia existens verus et deus. Adventu
autem letificat pios. merito terret contumaces. Quod sequitur. Et
tunc reddet unicuique secundum opus suum.
Quia qui nunc bona operantes pressuris malorum affliguntur iniquis
letantibus mundi ad tempus expectant
illud quo per iudicem iustum non solum
ab iniustis liberentur inimicis sed
et iusticie ac pacis sui mercede.
Qui vero male viventes pacientiam iudicis negligendam putant isti secundo
penitentes eterne dampnacionis sententia
ferientur. Continet huic et illud quod
ait psalmista. Misericordiam et iudicium cantabo tibi domine. Primo quippe
misericordiam ac deinde iudicium se cantare
perhibet quia misericordiam dominus quod primo
suo adventu dispositum nobis benignus contulit. hoc in secundo districtus exiget. Sed perversus quisque
qui misericordiam largientis contempsit iure
iudicium discutientis domini pertimescit
ac qui gratiam nunc gratis se
meminit suscepisse gaudens utique
iudicii discrimen expectat. Ideoque
libera modulacione sive iudicii misericordiam et iudicium cantat.
Verum quia incertum est omnibus
tempus universalis iudicii incerta singulis sui exitus hora. et patere
videtur longa videri presens afflictio

nescientibus qui regni premissa dominus
voluit prius nisi aliquibus discipulorum adhuc in carne degentibus eterne
repromissionis gaudia prelibare quatenus
et ipsi qui vidissent. et omnes qui audire possent. levius ad ipsa presentia tollerarent. reducto sepius ad mentem future
retributionis munere quod expectarent.
Unde sequitur. Amen dico vobis sunt
quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem donec videant filium hominis venientem in regno
suo. Viderunt discipuli qui in eadem claritate viderunt fulgentem in monte
in qua peracto iudicio ab omnibus sanctis
in regno suo videbitur. Sed quamvis
tales adhuc et corporales discipulorum
oculi sufficere nequiverunt. tunc resurrectionem vero factum incorruptibilis potenter tueri sufficiet omnis ecclesia
sanctorum de qua scriptum est. Regem
in decore suo videbunt oculi eius.
Et post dies sex assumpsit Jhesus Petrum
et Iacobum et Iohannem fratrem eius et
duxit illos in montem excelsum seorsum. Ostensurus gloriam suam discipulis in montem eos ducit. desiderantes non infimis iacere voluptatibus. non illecebris servire carnalibus. non cupiditatibus adherere terrenis
sed eternorum amore de superna.
semper erigi angelice mundicie puritatis. pacis dileccionis et iusticie
vitam quantum mortalibus possibile est
semper imitare debere. imitari enim qui
dixit. Nostra autem conversatio in celis est
unde eciam salvatorem expectamus
dominum nostrum Jhesum Christum. Ostensurus gloriam
sue maiestatis in monte discipulos ducit

ut discant ipsi discant omnes qui hec
videre sciunt. non eam sibi in huius
seculi profundo, sed in regno superne be-
atitudinis esse querendam. Et bene cum
diceret quia duxit illos in montem ex-
celsum. addidit seorsum. Quia iusti
et nunc cum pravorum intima permix-
tio tamen sunt toto. atque intentione fidei
separati ab illis et in futuro funditus
seorsum. abducentur ab eis cum ab-
scondet eos et in abscondito vultus
sui a conturbatione hominum. proteget eos in
tabernaculo suo a contradictione linguarum.
Et autem post sex dies ex quo pro-
misit claritatem sue visionis con-
signat sanctos in die iudicii regnum
percepturos. quod eis promisit qui non
mentitur deus. ante tempora secularia
Tempora quippe secularia sex etatibus
constant. quibus completis audient
ipso dicente venite benedicti patris
mei. possidete paratum vobis regnum
a constitutione mundi. post dies sex
promisse dominice visionis. et glorie bono-
rum perfectorum operum designare sine
operibus quibus ad contemplandam con-
ditionis sui maiestatis quibus aliquid
agere valet pervenire non valet.
Quia enim dominus sex diebus rerum
creaturam formavit septima requi-
evit. ab operibus suis recte per sex di-
es opera bona. quibus ad requiem per-
venire debeamus exprimuntur. Et
quia qui deum videre. qui ad
gloriam beate resurrectionis pertingere
concupiscit. debet agere bona que
novit. recte post dies sex gloriam
sui regni quam spopondit discipulis
palliatur ostendit. Sequitur Et transfiguratus
est ante eos. et resplenduit fa-
cies eius sicut sol. Vestimenta autem
eius facta sunt alba sicut nix. Et trans-
figuratus est ante discipulos dominus
et sui corporis gloriam quam per resurrec-
tionem erat illustraturus signavit et elec-
torum omnium quante claritatis post re-
surrectionem sint corpora futura manifest-
avit. Unde et de electis alibi dicit. Tunc
iusti fulgebunt sicut sol in regno
patris eorum. et hic in exemplo
future clarificationis ipsius resplenduit
facies eius sicut sol. Non quia domini
et sanctorum eius equalis possit esse
claritas et gloria. Unde et de eisdem
sanctis dicit apostolus. Stella autem
a stella differt in claritate. Sic et resur-
rectio mortuorum. Sed quia nichil so-
le clarius videre novimus. non so-
lum deum. sed et sanctorum in resurrec-
tione gloria solis aspectui comparatur.
Quia clarius sole aliquid. Unde
exemplum daretur hominibus minime potuit
inveniri. Hanc autem clarificatam
dominici corporis maiestatem. hanc sanctorum
corporum claritatem nullus in iudicio
reproborum videre paratus est. Tamen
videbunt in quem transfixerunt. Et
plangent se super eum omnes tribus
terre. At cum peracto iudicio sublati
fuerint impii ne videant gloriam dei
tunc iusti ad contemplandam perfectio
gloriam regni eius. quia ipsi pro mo-
dulo suo in comparatione lucis trans-
figurati intrabunt. Unde dicit
apostolus. Qui reformabit corpus
humilitatis nostre configuratum cor-
pori claritatis sue. Si autem querit
aliquis quid vestimenta domini que
facta sunt sicut nix. typice designent
possumus recte intelligere sanctorum

eius etiam perfecte demonstratam de quibus ysaias ait. Omnibus hiis velut ornamento vestieris. Et apostolus. Quot quot autem inquit in christo baptizati estis christum induistis. qui in tempore resurrectionis omni labe mundatos simul et ab omni mortalitatis obscuritate castificat. Unde pulchre de vestimentis domini dicitur a marco. quia facta sunt splendida candidaque nimis velut nix. qualia fullo super terram facere non potest candida. Quia quod omnibus patet. nemo est qui sine corruptione ac dolore vivere possit super terram. Quod omnibus sapientibus patet licet heretici contradicant. nemo est quippe qui sine contactu alicuius peccati vivere possit super terram. Sed quod fullo id est doctor animarum sine mundator aliquis sui corporis eximius super terram non potest. dominus faciet in celo. emundans etiam vestem videlicet suam ab omni inquinamento carnis. ac perpetue beatitudinis ac luce vestiens. Sequitur. Et ecce apparuit illis moyses et helias cum eo loquentes. Quales apparuerunt et que locuti sunt cum eo. lucas manifestius scribit dicens. Erant autem moyses et helias visi in maiestate et dicebant excessum eius quem completurus erat in iherusalem. Moyses ergo et helias qui locuti sunt cum domino. et passionem eius ac resurrectionem dicebant oracula legis et prophetie designant que in domino completa et nunc doctis quibusque patent. et electis omnibus futuro manifestius patebunt. Qui bene visi in maiestate dicuntur. quia tanto apercius videbuntur quanto dignitate veritatis omnis divinorum eloquiorum non solum sensus sed

et sermo fuit prolatus. Quamvis in moyse et helia qui cum eo regnaturi sunt possint intelligi. In moyse quidem qui mortuus est ac sepultus. hii qui in iudicio resuscitandi sunt a morte. In helia vero qui necdum mortis debitum solvit. hii qui in adventu iudicis vivi et vivendi sunt in carne. et qui utrique pariter in uno eodemque momento rapti in nubibus obviam domino in aera mox peracto iudicio ad vitam inducuntur eternam. Quibus apte convenit quod moyses et helias in maiestate fuisse visi perhibentur. Excellentiam namque maiestatis insignem minime quo sunt coronandi monstratur. Bene etiam convenit et hoc quod excessum eius quem completurus est in iherusalem dixisse memorantur. Quia nimirum unica laudis materia fidelibus suis sit passio redemptoris. quia quanto plus meminerint eius se gratia esse redemptos. tanto sue redemptionis memoriam devoto semper in pectore servant. devota confessione testantur. Verum quia quanto amplius quisque vite celestis dulcedinem degustat. eo amplius fastidit omnia que placebant ei in infimis. Merito petrus visa domini et sanctorum eius maiestate pariter cuncta que noverat terrena oblivisceretur. solis hiis que viderat perpetuo delectatur adherere dicens. Domine bonum est nos hic esse. Si vis faciamus hic tria tabernacula. tibi unum moysi unum et helie unum. Et quia beatus petrus sicut alius evangelista testatur. nesciebat quid diceret. in eo quod in celesti conversatione tabernacula facienda putavit. In illa namque celestis vite

gloria. Domus ista non erit. Ubi di-
vine contemplationis luce omni par-
ticipante cura adversitatis alicuius
timenda nulla remanebit. testante
apostolo Iohanne qui eiusdem superne civi-
tatis civitatem describens dicit inter
alia. Et templum non vidi in ea.
Dominus enim omnipotens templum illius est
et agnus. Sed bene noverat quid
diceret cum ait domine. Bonum est
hic nos esse. Quia revera solum
homini bonum est intrare gaudium
domini sui et hinc contemplando me-
nere consistere. Unde merito nichil
umquam Petrus boni habuisse pu-
tandus est cum vultu suo porrige-
re contingit umquam sui faciem vi-
dere creatoris. Quia si beatus Petrus
glorificatum Christi humanitatem contem-
platus tanto afficitur gaudio ut
nullatenus ab eius intuitu vellet
recedere. Quid putamus sit bonum
et beatitudinis qui divinitatis eius
altitudinem videre meruerunt. Et
si cum duobus tantum sanctis Moyse
videlicet et Helia transfiguratam in mon-
te humanitatem Christi speciem videre bonum
maximum dixit. Quis sermo ex-
plicare quis sensus valet compre-
hendere quanta sint gaudia iusto-
rum cum accesserint ad Syon mon-
tem et civitatem dei viventis
Ierusalem et multorum milium frequentiam
angelorum ipsumque civitatis eiusdem
artificem et conditorem deum
non per speculum et in enigmate sic-
ut nunc sed facie ad faciem conspexerint
de qua visione dicit idem Petrus
loquens de domino fidelibus. In quem
nunc quoque non videntes creditis

quem cum videritis exultabitis letitia
inenarrabili et glorificata. Sequitur
Adhuc eo loquente ecce nubes luci-
da obumbravit eos. Et ecce vox
de nube dicens: Hic est filius meus
dilectus in quo michi bene complacui
ipsum audite. Quia tabernacula facere
querebant obtentu lucide nubis ad-
monentur in illa vite celestis civitate
domos non esse necessarias. Ubi omnia
dominus eterna sue lucis obumbratione
proteget. Qui enim populum per desertum gra-
dientem ne per diem sol ne luna u-
reret per noctem XL annos expandit
nubem in protectionem eorum. quanto magis
inhabitantes tabernaculum regni ce-
lestis in secula seculorum reclamato super pro-
teget alarum. Scimus enim dicente apostolo
Quia si terrestris domus nostra huius ha-
bitationis dissolvatur quod edificationem
ex deo habemus domum non manufac-
tam eternam in celis. Quia non resplen-
dentem filii hominis faciem cernere de-
siderabant. affuit pater in voce docens
eundem esse filium dilectum in quo sibi
bene complacuisset. Ut disceret ab
humanitatis eius gloria quam videbant
ad divinitatis que equalis est illi contem-
plandam suspirare presentiam. Quod autem
ait vox paterna de filio in quo michi
bene complacui hoc est quod idem filius
alibi testatur. Et qui me misit me-
cum est et non reliquit me solum.
quia ego que placita sunt ei facio semper
Et quod adiunxit ipsum audite. innuit
eum esse de quo Moyses idem populum cui
legem dedit premonebat. Quia prophetam
nobis suscitabit deus vester de fratribus
vestris quem tamquam me ipsum audietis

iuxta omnia que de eo locutus fuit. Ve-
nerunt cum Moysen et Heliam legem et
prophetas audire vetat. Sed omnibus his
audiendum filium qui legem et prophetas ve-
nerat adimplere preferendum insinuat.
Cunctisque veteris instrumenti typis et
enigmatibus lucem evangelice veritatis an-
ponendam intimat. Et quidem pia dis-
pensatione fides discipulorum ne cruci-
fixo domino titubet. solidatur dum immi-
nente crucis in articulo et humanitatis eius
qualiter perhennem sit sublimanda cele-
sti luce monstratur. Et quod coeternus sit
in divinitate patri filius celesti eiusdem
patris voce probatur quatenus adveniente
hora passionis minus merentem dole-
rent. quem post mortem mox glori-
ficandum in homine. in divinitate autem
semper a deo patre glorificatum meminissent.
Verum discipuli quasi carnales ad-
huc substantie fragilis audita dei
voce timentes ceciderunt in faciem. Dominus
autem quasi pius per omnia magister tetigit
eos et metu consolatur et erigit.
Et descendentibus inquit illis de monte
precepit Ihesus dicens. Nemini dixeritis vi-
sionem donec filius hominis a mortu-
is resurgat. Visionem ostense sue
maiestatis ad tempus taceri precepit ne
si palam vulgaretur in plebes. aut
dispensationem passionis eius idem populi
principibus repugnando impedirent
et sic humane salutis effectus qui per
sanguinem eius erat futurus retar-
daretur. aut certe hii qui eandem
visionem audientes credidissent visu
crucis obprobrio scandalizarentur. Op-
timus autem completa passione et
resurrectione eius et ascensione in celum

repletis quoque spiritu sancto apostolis pre-
dicanda est quatenus omnes qui sacramenti
initium voluissent. non solum esset
resurrectionis credere. sed etiam mo-
dum eiusdem resurrectionis. ab his
qui viderant potuissent edissere.
nec non eternitatem divine nativitatis
quam apostoli audierunt. Cunctis pa-
ter credendam annunciandamque predicaret.
Exposita lectione dominice transfigura-
tionis. ad mentem fratres karissimi confestim
revertamur. Et si gloriam domini vide-
re delectat. transitis carnalibus desi-
deriis. subeamus in montem virtutum.
Si ad vestimenta candidissima pertinere
volumus iam mundemus nos ab omni
inquinamento carnis et spiritus perficientes
sanctificationem in timore dei. Si vocem
dei patris audire si consubstantialis
eius filii maiestatem desideramus
intueri studeamus solliciti puerilia et
inutilia mortalium verba declinare.
Studeamus aspernantes seculi fallentes
oculos avertere spectaculis. Cum
resurrectionis nostre gloria. chorus
cante et spiritu quidem. ipsa quoque
recognitionis magnalia nostri condi-
toris videre simul et discere
mereamur. prestante ipso qui vivit
et regnat in unitate spiritus sancti
deus per omnia secula seculorum Amen.
Sequentia sancti evangelii [Dominica ij in xl secundum math. xv.]
Egressus Ihesus de Genazareth
secessit in partes tyri et sidonis. Et
ecce mulier chananea a finibus illis e-
gressa clamavit dicens. Miserere
mei fili david et cetera. [Omelia Remigii]
Supra refert evangelica
lectio. quod dominus conflictum
cum phariseis et scribis

b. zor ffo
que omel sup ewan in omel de ptis

habuit. et illis non credentibus
sed insuper et blasphemantibus. egressus
inde secessit. in partes tiri et sido-
nis. Tirus autem et sidon civi-
tates fuere gentilium. que ppo
forte iudeorum date sunt. sed alienis mi-
me possesse. quia habitatores
minime crediderunt. Incole enim
maris non facile ab hostibus
capiuntur. In hac fuit Iram rex
potentissimus. qui salomonis ligna
et lapides ad domum domini edifica-
dam prebuit. Contra quam ezechiel
propheta multa locutus est. dicens
eam sitam etc. in corde maris divitiis
locupletem. scilicet mercibus plenam. et
ad eius destructionem nabuchodonosor
regem venturum prophetat. Dicitur
autem a situ vel qualitate loci eo
quod tyra .i. preciosissima purpura ibi
reparatur. Inveniuntur quoque ibi
pisces quos conchilia vocant. qui
ferro incisi guttas sanguineas mit-
tunt. ex quibus sericum tingitur.
de quo preciosior purpura texitur. In-
terpretatur autem tirus in nostra
lingwa sors dei signans genus
humanum. quod ante prevaricationem pri-
mi hominis in sorte dei fuit. sed tunc
de eius sorte discessit. cum primus
homo peccavit. Dominus autem ad
fines terre appropinquavit. quando pro re-
demptione generis humani in mundum
venit. quatenus ipsum genus humanum
de parte dyaboli ad sortem suam re-
vocaret. impleta prophetia que dicit.
Vocabo non plebem meam plebem
meam et non misericordiam consecutam
misericordiam consecutam. et in loco ubi
dictum est. non plebs mea vos.
ibi vocabuntur filii dei. Et iterum

Postula a me et dabo tibi gentes he-
reditatem tuam. et gentes que non
exquisierunt te ad te current. Sidon
autem et ipsa a situ vel qualitate loci
dicitur. eo quod ibi multitudo piscium
capiatur. Nam fenices sidon pis-
ces appellant. Ibi etiam preciosissimi
vitri copia reperiri traditur. Inter-
pretatur autem in nostra lingwa inutilis
venatio. signat et ipsa genus humanum
quod ante incarnationem domini a dyabolo
inutiliter venabatur. sicut enim
venator cum rapacissimis canibus
bestiam persequitur. eius carnes
cupiens lacerare. sic dyabolus ante in-
carnationem eius genus humanum
persequebatur. Ut animam ipsius ad in-
teritum mortis pertraheret. Dominus
ad fines sidonis appropinquavit. ut
genus humanum de inutili venatione
dyaboli ad utilem pertraheret. per eos scilicet
venatores. de quibus per prophetam dicitur.
Mittam piscatores meos et pisca-
buntur eos. venatores et venabuntur
de omni monte et de omni colle. Cum
autem dominus relictis scribis et phariseis
ad fines tiri et sidonis secessisset
ipso nimirum situ corporis demonstravit
iudeos propter perfidiam relinquendos
et gentes ad fidem vocandas iuxta
illud quod ipsis iudeis non credentibus
alibi ait. Auferetur a vobis regnum
dei et dabitur genti facienti fruc-
tum eius. Quod protinus manifestatur
cum subinfertur. Et ecce mulier ca-
nanea a finibus illis egressa. Mulier
ergo cananea mulier gentilis de stir-
pe cananea que maledictionem prome-
ruit orta. quam etiam alius evangelista
sirophenissam appellat. post dominum
clamat. quia non venerat. ipse

iustos vocare sed peccatores ad penitentiam
Allegorice autem hec mulier cananea
typum ecclesie tenet. ex gentibus collecte
Que quoque ecclesie comparatur. non propter
mollitiem. sed propter constantiam viri.
et fecunditatem prolis. que ante ad-
uentum domini infecunda et sterilis per-
mansit. Sed domino veniente commota
sibi eciam spirituales filios gignere cepit
Impleta quoque prophetia que ait. Letare
sterilis que non paris. Hec est enim
illa mulier de qua Salomonem dicit
Mulierem fortem quis inveniet pro-
cul et de ultimis finibus precium eius
De qua et dominus in euangelio figuratiue lo-
quitur. Simile est regnum celorum
fermento quod acceptum mulier abscondit
in farine satis tribus donec fermentaretur
totum. Et item. Mulier cum parit tri-
sticiam habet. quia venit hora eius.
Hec autem mulier. cottidie spirituales
filios parit. quod fideles per vndam bap-
tismatis. et gratiam spiritus sancti regenerat
Nondum autem quod mulier a finibus suis
egressa post dominum clamasse dicitur. quod
nisi ecclesia prius pristinos errores ana-
thematizasset. ad noticiam dei perueni-
re non posset. Ordo namque necessarius ex-
poscit. ut prius vicijs et criminibus renun-
ciet. qui virtutes accipere desiderat.
Vt psalmista ait. Quis est homo
qui vult vitam diligere. et videre di-
es bonos. prohibeat linguam suam a
malo. et labia sua ne loquatur do-
lum. Declinet a malo et faciat bonum
Inquirat pacem. et sequatur eam.
Sed quid clamat audiamus. Mise-
rere mei fili dauid In quibus verbis
breviter. quid scilicet plenius catholicam
fidem comprehendit. Nam sic deum
credidit. ut hominem non negaret.

sic hominem confiteretur. Vt enim
verum deum credat. Verum enim
deum credidit cum dixit. Miserere
mei domine. Verum hominem cum ad-
iunxit. fili dauid. Filium dauid vo-
cauit quia de stirpe dauid. saluator
noster carnem assumpsit. dicente
apostolo. Qui factus est ei ex semine
dauid secundum carnem et prophetia. Ecce
dies veniunt dicit dominus et susci-
tabo dauid germen iustum et re-
gnabit rex et sapiens erit. Cum
enim mater pro filia domino supplicauit di-
cens filia mea a demonio vexatur.
manifestauit quia illi qui prius ex
gentibus crediderunt. plebem totam con-
qui adhuc in errore detinebantur.
preces ad dominum funderunt. Sicut enim su-
perius diximus mater. ecclesiam significat.
Filia quoque vnamquamque peccatri-
cem prefigurauit animam. que male a
demonio vexatur. Que in integra
corpore vicijs et criminibus subiacent.
qualia sunt adulterium. homicidium
furtum rapina sacrilegium et hijs
similia. Rogauit ergo mater pro filia
Quia ecclesia pro conuersione eorum qui
peccatis et vicijs subiacent. sollicite
inuigilat. aliquando suadendo aliquando
exhortando. aliquando acrius incre-
pando. aliquando orationis opus im-
pendendo. Nec solum magistri sibi sub-
iectis correctionem impendere debent sed
eciam omnes. Vt quos non possunt ser-
monibus corrigere. saltem possunt orationi-
bus iuuare. sicut faciebat apostolus
qui quondam lapsum suum repu-
tans dicebat. Quis infirmatur
et ego non infirmor. et item

filioli quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis. Quia non vidit ei verbum non est. Hoc ex simplicio scribarum et phariseorum quod dominus mulieri cananee clamanti non vidit sed varias ob causas et primum verbum distulit. cui post modum non solum verbum dedit sed etiam hoc quod petebat benigne tribuit. Primo ut constantia mulieris probaretur utrum inopportune perseveraret. Quia non secundo ut occasionem non credendi iudeis aufferret ne forte dicerent Christus nobis promissus est et iste gentes docet et gentes curat. et ideo nolumus credere in ipsum. Tercio ut mag(is) discipulorum ad misericordiam provocaret. Sed absit ut absque misericordia eos fuisse credamus qui cum auctore misericordie gradiebantur quorum animos ad misericordiam commotos evangelista manifestat cum subiungit. Et accedentes discipuli eius rogabant eum dicentes. Rogaverunt tunc discipuli pro muliere cananea de qua postea vero pectora exegerunt beata. qui non solum usque ad mortem se tradiderunt. sed etiam crucibus cum domino commendaverunt. Sicut Paulus apostolus quosdam discipulos relinquens dicebat. Commendo vos deo et verbo ipsius. Dicentes dimitte eam. quod est dicere dimitte peticiones et dona virtutes. Quia clamat post nos. quasi post apostolos clamavit quia etiam non solum eorum doctrinam diligit sed etiam actiones imitatur. Post apostolos autem clamare est eorum vestigia sequi. Ipse autem respondens ait. Non sum missus nisi ad oves ~~Israel~~ que perierunt domus Israel. Cum alibi dixisse legatur. et alias oves habeo que non sunt ex hoc ovili. et illas

oportet me adducere. et vocem meam audient. et fiet unum ovile et unus pastor. Ad quod dicendum quia de presentia sua dixit corporali, quo neminem gentilium per se ipsum docuisse legitur exceptis duabus diebus in samaria. Ut occasionem non credendi sicut sibi dictum est iudeis aufferret. Tamen cum inter iudeos ambularet docuerit / signa fecerit / salutem gentium futuram predicabat dicens. Et alias oves oves habeo que non sunt ex hoc ovili. Et alibi. Malos male perdet et vineam suam locabit aliis agricolis. Et ideo qui prius dicebat. In viam gentium ne abieritis et civitates samaritanorum ne intraveritis postea dixit. Euntes in mundum universum predicate evangelium omni creature quod impletum est post eius ascensionem ad apostolorum predicationem. Quod ergo non per se fecit corporaliter, post resurrectionem per discipulos implevit spiritualiter. Sed etiam hoc pretermittendum non est quare dixit. tunc hiis que perierunt. potius in eorum / quam in omnium mentibus completur. Ad quod dicendum quod quos dominus predicto suo unito invenit. eos oves gracie sue esse fecit. De quibus per apostolum petrum dicitur. Eratis enim oves errantes / sed conversi estis nunc ad pastorem et episcopum animarum vestrarum. In quo errare se noverat qui dicebat. Erravi sicut ovis que perierat. At illa mulier que antea repudiata fuerat nec audita / postquam discipulos pro se rogantes audivit. tandem resumpta fiducia ad deum. At illa venit et adoravit eum dicens. Domine adiuva me. que eum salutem respiceret.

de potestate non dubitabat qui videt
ait. Non est bonum sumere panem
filiorum et mittere canibus ad man-
ducandum. Filii quondam iudei fuerunt. de
quibus a domino per moysen pharaoni dictum
est. Dimitte filium meum israel primo-
genitum meum. Ysaias. Filios enutrivi
ipsi autem spreverunt me. quos postea
vocat canes psalmista. Circumdederunt me
canes multi. Canes vero gentiles pro-
pter spurciciam ydolatrie. Unde Rabanus
Canes autem gentiles propter ydolatri-
am/ qui esu sanguinis editi et cadaveribus
mortuorum vertuntur in rabiem. Ca-
nis quoque in scriptura varias significacio-
nes habet aliquando pro malo aliquando pro bono
ponitur. Bonos doctores signat sicut
per psalmistam dicitur lingwam canum tuorum
ex inimicis ab ipso. Malos de quibus per Is-
aiam dicitur. Canes muti non valentes
latrare. Alii hereticos sicut apostolus
ait. Videte canes. videte malos opera-
rios. videte concisiones. Aliquando peccatorem
falsum qui post confessionem mala sua iterat
sicut Salomon ait. Sicut canis revertitur
ad vomitum suum. sic stultus ad stulti-
ciam suam. Aliquando iudeos sicut per
psalmistam dicitur. Circumdederunt me ca-
nes multi. Aliquando gentiles. sicut in hoc
loco ut supra dictum est. Non est bonum
sumere panem filiorum et mittere ca-
nibus ad manducandum. Ac si diceret non
est bonum ut doctrina panis a filiis id est
a iudeis. qui ab initio deum coluerunt
et adoraverunt subtrahatur. et detur
gentibus qui multis spurciciis et y-
dolis deservisse dicitur. Ad prudentem
mulier intelligens. tale quod se humilians
dixit. At illa dixit. Etiam domine. Ac
si diceret. Scio domine et credo. quia
ita est non enim sumus digni. pasti y-
dolorum cultura panem filiorum acci-
pere. Sed quia in minimis dignatus es
venire ostende similiter nunc tue usp
ad colligendas gentes/ ut in pluribus
abundavit peccatum super habundet gratia
fiatque primam viam possibile quod per
minimam meritum est impossibile/ Nam
et catelli edunt de micis que cadunt
de mensa dominorum suorum. Ut qui ma-
gna capere non possumus saltem de
minimis et superfluis pascamur. scilicet
qui non sumus digni mense
filiorum participari. saltem de micis que
cadunt de mensa dominorum nutriamur.
Mensa autem in hoc loco scriptu-
ram sacram signat. que pro capacitate au-
ditorum varios habet cibos et appa-
ratus verborum panem vite nobis
ministrans. de qua propheta dicitur
Parasti in conspectu meo mensam ad-
versus eos qui tribulant me. Mi-
ca vero. que interior pars panis est
spiritualem intelligenciam que in scrip-
turis est designat. Catelli ergo e-
dunt de micis. que cadunt de mensa
dominorum suorum quando gentiles conversi
aput semetipsos spiritualem intelligenciam
requirunt quam iudei capere nolu-
erunt. Ad hoc dominus intelligens prudentem mu-
lierem. conspiciens clamat. dicit. At ille
vidit illi. O mulier magna est
fides tua fiat tibi sicut vis. Et sa-
nata est filia eius ex illa hora. Ubi
considerandum quia ad peticionem
matris. filia illius a demonio libe-
rata est. intelligamus quia parvuli
in baptismo. qui loqui non possunt fi-
de parentum ab originali peccato per bapti-
smum solvuntur. Huius quoque fidem
sicut centurionis dominus admiratus
est cui. dicit. Amen dico vobis
Non inveni tantam fidem in Israel.

in isr(ae)l. Et ideo quia fidem habuit
hec mulier statim effectum sanitatis
filie consecuta est. Tres namque vir-
tutes naturales principales in ter-
ris sine operibus huius mulieris cognoscimus fidem
constanciam atque humilitatem. Fidem ha-
buit quia cum esset gentilis salu-
tem a domino filie sue se impetrare non
dubitavit. Constanciam quia cum
esset repudiata tamen diu in prece per-
severavit quousque quod petebat acciperet.
Humilitatem quia cum a domino canibus
esset comparata ipsa despectum humilius sen-
ciens catulis se coequavit. Imitemur
ergo et nos hanc mulierem que
prima de gentibus credendo mater nostra
in fide effecta est. Qui congenaliter
primum habeamus fidem ut omnino
deum credendo quidquid ab eo iuste
petimus nos impetrare posse cre-
damus iuxta promissionem illius
dicentis. Amen dico vobis quidquid
orantes petitis credite quia accipie-
tis et fiet vobis. et iterum Si ha-
beretis fidem sicut granum sinapis
et diceretis huic monti transi et
transiret. Iustus enim ut ait scriptura
ex fide vivit. et sine fide impossibile
est deo placere. Habeamus constanciam
ut si divina dispensatio preces nostras
tardius exaudierit. tamen diu preces
precibus ingeramus quousque hoc quod
petimus impetremus dicentes cum
psalmista. Dirige me in veri-
tate tua et doce me quia tu es
salvator meus. et te sustinui
tota die. Si enim paterfamilias
dormit et tamen nostris precibus importuni-
tatis respondit noli mihi mole-
stus esse. iam hostium meum clau-

sum est. et pueri mei mecum sunt
in cubili. non possum surgere et dare
nobis. Si tamen instantissime nos per-
viderit petentes et si non dederit
surgens eo quod amicus noster sit. propter
importunitatem tamen surget. et dabit
nobis quidquid habemus necesse.
Iubemur enim in prece persistere quousque
accipiamus usque ad horam altius. Et si
ad impetrandum quod petimus nos idone-
os esse non sentimus. spiritualium fratrum
orationes ad adiutorium queramus.
Ut sicut ista mulier apostolis prece interve-
nientibus quod petebat promeruit. ita
nos omnium precibus magis quam propriis
et singularibus adiuvari credamus.
Habeamus humilitatem ut aliis a nobis
minoribus peccatoribus existimantibus nos
minimos iudicemus in exemplo huius
mulieris cananee que a domino compa-
rata canibus ipsa se catulis comparavit.
Hanc humilitatem habebat in corde
qui despectus ab aliis dicebat. Et vilem
et vilior fiam plusquam factus sum
et ero humilis in oculis meis. Hinc
et enim sapiens dixit. Quanto ma-
gnus es humilia te in omnibus et
coram deo invenies gratiam.
Iam supra per filiam huius mulieris
unam quamque animam peccatricem sig-
nificari diximus. Que nec anima sine
carne nec caro sine anima possit.
Tamen sunt quedam vitia que spectant
ad carnem. quedam vero ad animam
pertinere videntur. Furtum quippe
adulterium. homicidium fornicatio
ebrietas sacrilegium et his similia
ad carnem pertinent. Ad animam Invidia

ira odium superbia rancor. dolus
vana gloria simulatio et hiis similia
ad animam. Sine ergo animam sine car-
nem contingerit. in hiis viciis coma-
culatur. affinibus suis egrediatur
i. prava peccata deinceps postponat car-
nis desideria mortificet voluntates
proprias frangat. Jeiuniis vigiliis e-
lemosinis et orationibus insistat. et
tam diu impetere perseveret. quousque
a domino cum muliere cananea audire
mereatur. Magna est fides tua. fiat
tibi sicut vis. Sed illud non est pre-
termittendum quod mulier pro filia rogans
quintodecimo miraculo introducitur.
Numerus enim iste sacramentis conve-
niens propter misterium ebdomadis
et octo addere. Constat vero ex septem
et octo. Nam quartodecimo die post
egressionem de egypto populus israeliticus
pascha iussus est celebrare. Quinde-
cim cantica graduum in psalterio le-
gimus. que sunt ordinum cum ebula-
ver. Usque etiam nunc breviate vitam
Quindecim anni et ezechie ad vita
sunt adiuncti. Quindecim diebus paulus
cum petro se mansisse testatur.
conferens evangelium quod predicaturus erat
gentibus. ne forte in vacuum curreret
aut cucurrisset. Septem ergo ad
dona septem spiritus sancti pertinet. oc-
to ad resurrectionem. Et quia etiam
per septiformem gratiam spiritus sancti
illuminata didicit. resurrectionem cre-
dere sperare et amare. recte quin-
todecimo loco pro filia rogatura
introducitur. Et quia est ze-
lo suo amor accepta paren-
tem vitam diligit corporalem

et eternam diligere. recte cananea
dicitur. Cananea quippe zelus inter-
pretatur. Feria 2a. Sec. Johannem
in illo t. Dixit ihesus turbis viii. capitulo
Ego vado et queretis me et r.
Jo. effe Omelia Remigii episcopi
Superius sanctus evangelista iohannes.
quia cum doceret dominus in gazophi-
lacio templi. et divinitatis sue misteria
apertissime panderet. voluerunt eum
iudei apprehendere. sed nemo in eum
misit manum. quia nondum venerat
hora eius. Non dum enim venerat
hora voluntatis eius. et dispositio-
nis. qui sicut voluntate natus. sic et
voluntate passus est. Quia ergo
illi dominum apprehendere voluerant. ut
ostenderet inefficaciter illos cona-
ri. quamdiu ipse nollet. ideo dixit
eis. quod iam audivimus. Ego vado
et queretis me. Ac si aliis verbis
diceret. frustra me persequimini. in
cassum michi manum mittere moliri
temptatis. Ego enim presumam tempore quo pro
humani generis salute pati debe-
am. ego inquit vadam. ego volens
ad passionem pergam. Vos autem nunc
modo mali aliquid michi facere po-
testis. quia ego nolo. nec tunc preter
michi poteritis. cum ego pati voluero
Et queretis me non amore sed odio
Denique postquam christus de mundo dis-
cessit. postquam passionem. oculis
se hominum absentavit. quesierunt eum
iudei persequendo in apostolis. et ceteris
credentibus. Unde paulo persecutori dic-
tum est. Saule saule quid me per-
sequeris. quesierunt autem eum. sunt
apostoli amatores ipsius illum puta

hic cupientes et desiderio visionis
eius estuantes. Hoc ergo modo eum
querere debemus. ut illum semper di-
ligamus. et dicat illi cor nostrum.
Exquisivi vultum tuum domine. vultum tuum
requiram. ne avertas faciem tuam
a me. Hoc modo requiramus aliam x.
Nam illo quo eum quesierunt ini-
mici xpi. Illi enim querebant ut ha-
berent. isti querebant ut perderent
Unde ne putaremus eos illum be-
ne quesituros adiunxit. Et in peccato
vestro moriemini. Ille in peccato suo mo-
ritur. qui permanet in peccato suo usque
ad mortem. Et quia providebat illos
in sua malicia perseveraturos ideo dixit.
in peccato vestro moriemini. Et quia vi-
debat in illis omnibus voluntatem unam
similemque maliciam. ideo singulariter
numero dixit. in peccato. plurali autem. vestro. quia
pari effectu omnes eum perdere vo-
lebant. qui ad paliandus eos vene-
rat. Quo ego vado vos non pote-
stis venire. Non poterant venire
quo ibat. quia in eum credere no-
lebant. quia eum non diligebant.
Atque ideo ad illam gloriam. ad quam
ille per mortem festinabat ipsi venire
non poterant. Hoc ipsum alibi apostolis
loquens dixit. Quo ego vado vos
non potestis venire. neque enim tunc quo
ipse ibat venire poterant quia nec-
dum pro illo pati idonei erant. sed
postea venturi erant. Non ergo ab-
stulit eis spem. sed predixit dilationem.
Iudei vero inquantum quo ibat ven-
turi erant. quia in eum credere no-
lebant. Et ideo audierunt. in peccato

vestro moriemini. Sed audiamus quid
responderint. Verba domini carnali-
ter tantum audientes et non intellig-
entes. Numquid interficiet semet
ipsum. quia dicit. Quo ego vado
vos non potestis venire. Quam
ceca mens. et suis tenebris ob-
scurata. Numquid enim si dominus se
interficeret. sequi eum ad mortem
non poterant. aut numquid mori
ipsi non volebant. Ego quo va-
do dixit non de eo quod ibat ad mor-
tem. sed de eo quo venturus erat
post mortem. Hoc est de gloria ad quam per
passionem et mortem properabat.
Et ad quam illi nullomodo venire pote-
rant. Sed iam videamus quid eis
dominus responderit. Vos de deorsum inquit
estis. ego desursum sum. De deor-
sum inquit estis. terrena sapitis ter-
renis delectamini. terrenis inhiatis.
sursum corda non levatis. Ego desur-
sum sum. Hoc est a patre quo nichil
est superius. quia pater de nullo est. De
illo superius. id est de patre deo erat. quia
verbum eius erat. et ab illo coeternus
et consubstancialis genitus fuerat ante
omnem creaturam. ante quam vel quic-
quid in tempore cogitari potest. Vos de
hoc mundo estis. ego non sum de hoc
mundo. De hoc mundo erant quia pec-
catores quia iniqui et infideles e-
rant. Sed numquid et apostoli. et ce-
teri sancti de hoc mundo non erant.
De mundo erant. quia de adam nati
fuerant. sed de mundo id est de carnali
conversacione a deo electi erant. unde ipse
alibi dicit. Ego vos elegi de
mundo. De mundo ergo fuerant. sed

sed iam non erant de mundo quia electi de mundo erant. et ad eum pertinebant per quem factus est mundus. Inde vero quia perseverabant in peccato permanebant in mundo. propterea eis dictum est moriemini in peccato vestro. Sed dedit illis spem et ostendit. quod non possint mori in peccato suo. videlicet si in eum credant. Ergo inter eos quibus dominus loquebatur. erant plurimi qui non erant credituri. Erant et alii qui credituri erant. atque ideo illi in peccato suo morituri erant. isti vero a peccato liberandi erant. Unde quod dicit. Si non credideritis quia ego sum nec addidit quid esset. non dixit Si non credideritis quia ego sum Christus id est filius dei vel ego sum quem prophete predixerunt. nichil horum dixit. sed tantum ego sum. Nimirum ut ostenderet se illum esse. qui olim moysi dixerat Ego sum qui sum. eodem verbo essentie usus est loquens populo iudeorum. quo tunc usus ad moysen loquens per angelum. quem dirigebat ad liberandum populum suum. Ac si diceret. Ego qui tunc veni per angelum. ut mitterem moysen ad liberandum populum meum. Ecce ipse per memetipsum veni liberare genus humanum. Nisi ergo credideritis quia ego sum deus. moriemini in peccatis vestris. Sed illi in sua stulticia perseverantes et subtilitatem verborum domini non intelligentes responderunt. Tu quis es. Sed dominus ad instruendos eos qui in eum credituri erant respondit. Principium qui et loquor vobis. principium se dominus appellat quia omnia per ipsum facta sunt. Ipse enim est dei sapientia. de qua

psalmista de eo patri dicit. Omnia in sapientia fecisti. Si ergo omnia fecit in sapientia. id est in filio suo. utique ipse est principium omnium rerum. que per eum deus pater creavit. Dicitur et principium. quia in principio erat verbum id est in patre erat filius. Unum tamen est principium pater et filius. Principium qui et loquor vobis. ac si diceret. Ego sum deus. qui propter vos humilis factus. ad hoc descendi. ut vobis loqui possem. per susceptam servi formam. Credite ergo me esse principium. quia ut hoc credatis loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui et iudicare. In alio evangelii loco dicit. Ego non iudico quemquam. Quid est quod nunc dicit Multa habeo de vobis loqui et iudicare. Sed illud de primo adventu suo dixit. quo non venit ut iudicaret mundum. sed ut salvaret. Quod autem nunc dicit. multa habeo loqui et iudicare. secundum suum adventum insinuat. quando ad iudicandos vivos et mortuos venturus est. Sed qui me misit. verax est. ac si diceret per hoc veritatem dico. quia filius sum veritatis. pater enim verax est. filius veritas. et sicut est filius a patre. sic veritas a veraci. Et attendendum quod omnem gloriam dat patri deo unicus filius. ut nos tali instruat exemplo. quia si ipse qui est coeternus filius omnem gloriam dat ei a quo est. multo magis nos deum in suis operibus glorificare debemus. cuius servi sumus. Et ego que audio apud eum

hec loquor in mundo. Quid audi-
uit apud patrem nisi veritatem.
Veritatem ergo audierat. verita-
tem loquebatur. Audiuit autem
apud patrem, quia est apud eum. nichil
enim illi est aliud audisse nisi esse
quia scilicet ab illo audienciam a quo
scilicet essenciam. Et non cognouerunt
quia de patre eis diceret. Quare
non cognouerunt quia adhuc carnali- necdum
bus inherebant. et ~~verbi~~ oculos
cordis aptos habebant. quibus patris
et filii equalitatem intelligere valerent.
Dixit ergo eis. Cum exaltaueri-
tis filium hominis. tunc cognoscetis
quia ego sum. Exaltacionem hoc loco
passionem suam vocat. quia exalta-
tus fuit in cruce. Hec namque exaltacio
fuit humilitatis non glorificacionis secundum
quam humiliauit semetipsum factus obe-
diens patri usque ad mortem. Ait
ergo cum exaltaueritis filium hominis
tunc cognoscetis quia ego sum. Pre-
uidebat enim quosdam, quos ante
mundi constitucionem predestinauerat.
predestinauerat post suam passionem
credituros. de quibus legimus in acti-
bus apostolorum, quia predicante petro
una die crediderunt tria milia.
alia die quinque milia. et deinceps
multa milia. tunc inquit cognoscetis
quia ego sum. ac si diceret. Ideo
differo fidem vestram ut impleam
passionem meam. Cum vero me in cruce
exaltaueritis sicut quondam moyses
serpentem exaltauit in deserto. tunc
cognoscetis me deum unius cum patre
substancie. Et a me ipso facio nichil.
quia nec sum a me ipso. ab ipso

est michi operacio. a quo et generacio.
Et sicut docuit me pater hec loquor
in mundo. Non sic docuit pater fi-
lium quasi indoctum genuerit. sed
hoc est docuit, scientem genuit. Sim-
plex est enim natura veritatis et hoc
est illi esse quod nosse. et ab illo scilicet sci-
enciam a quo scilicet et essenciam. Et qui
me misit mecum est. Deus pater filium
misit. quem eum incarnari constituit.
Missio enim ipsa incarnacio est. Deus
ergo pater cum filio est. quia unum sunt
pater et filius. Una est illis substancia ea-
demque deitas. indiuisa maiestas et
tamen cum simul sint. solus filius mis-
sus est. Hoc est solus filius incarna-
tus est, sicut et solus filius passus
est. Cum ergo pater semper cum filio
sit. et non eum relinquit. et tamen
ut dictum est solus filii persona car-
nem assumpsit. et passionem ac mor-
tem subiacuit. Dei vero autem patris per-
sona. ab ista incarnacionis et passionis
iniuria aliena fuit. Ut enim utamur
aliquo exemplo. Arbor aliqua radiis
solis in se suscipiens ferro incidatur
cum tamen radius solis. nec possit inci-
di nec ab arbore separari. ita deus pater
et ipsa in christo diuinitas. pati non po-
tuit, sed sola ~~diuinitas~~ humanitas christi pas-
sibilis fuit. Quia que placita sunt
ei facio semper. que deo patri placita e-
rant. semper faciebat quia voluntatem eius.
salutem humani generis operando adimple-
bat, et peccati tocius penitus expers in
ministerio perseuerabat. quia peccatum
non fecit nec dolus inuentus est in
ore eius. Qua propter et nos si mem-
bra eius esse volumus, capitis imi-

exempla imitari studeamus agamus que deo placita sunt. Castificemus animam ab omni concupiscentia. et dominemus illicitos carnis appetitus. Mala que nos perpetrasse meminimus lacrimis purgare diluamus. et bonis inquantum possumus operibus insistamus. quatenus deum et inter seculi pressuras adiutorem et protectorem habere mereamur et in futuro ad illius simus beate visionis eius. mereamur feliciter pervenire. Feria ij secundum

F ij b[?] ca[?].

Iohannem viij cap.
In illo tempore. Dixit ihesus turbis iudeorum. Ego vado et queretis me. et in peccato vestro moriemini. quo ego vado vos non potestis venire. et cetera.

amen[?]

Omelia Augustini
De passione sua dominus ihesus. que posita erat non in eius necessitate sed potestate. locutus est iudeis. Ego vado. christo enim domino mors profectio fuit. illo bene illo. unde venerat. et unde discesserat. Ego inquit vado et queretis me. non desiderio. sed odio. Nam illum postea quam abscessit ab oculis hominum inquisierunt. et qui oderant. et qui amabant. illi persequendo isti habere cupiendo. In psalmis ait ipse dominus per prophetam periit fuga a me et non est qui requirat animam meam. et iterum ait in alio psalmo. Confundantur et revereantur querentes animam meam. Culpavit qui non requirerent. dampnavit qui requirerent. Malum est enim non requirere animam christi. et malum est querere animam christi. Sed quo eam iudei quesierunt. Illi enim ut haberent. isti ut perderent. Deniques isti quia sic querebant. ore malo corde perverso. secutus adiunxit. Queretis me et ne putetis quia bene me queretis in peccato vestro moriemini. Hoc est christum male querere. In peccato suo mori hoc est illum odisse. per quem solum possit salvus esse. Cum enim homines quorum spes in deo est. non debeant mala reddere pro malis. reddebant illi mala pro bonis. Pronunciavit ergo illis ihesus. dixit quod sciam prescius quod in suo morerentur peccato. Deinde adiungit. Quo ego vado vos non potestis venire. Non abstulit spem sed premisit dilacionem. Quando enim hoc dominus discipulis loquebatur. tunc non poterant quo ille ibat. sed postea venturi erant. Isti autem nunquam quibus prescius dixit in peccato vestro moriemini. Hec autem audientes verbis quo solent carnalia cogitantes. et secundum carnem iudicantes et omnia carnaliter audientes dixerunt. Nunquid interficiet semetipsum quia dicit. Quo ego vado vos non potestis venire. Stulta verba et omnis insipiencie plena. Quid enim non poterant illi venire quo ille pervenisset. si interficeret semetipsum. Nunquid non ipsi erant morituri. Quid est ergo. Nunquid interficiet semetipsum. quia dixit. Quo ego vado. vos non potestis venire. Si de morte hominis diceret. quis hominum non moritur. Ergo quo ego vado dixit. non quo itur ad mortem sed quo ibat post mortem. Illi itaque ista non intelligentes. ista responderunt. et dominus ad eos qui terram sapiebant. Quid ait eis. Et dicebat ad eos. Vos deorsum estis. idest terram sapitis. quia sicut serpentes terram manducatis. Quid est terram manducatis terrenis pascimini terrenis delectamini. terrenis omnes inhiatis. sursum cor non habetis.

Vos de deorsum estis. ego de supernis
sum. Vos de mundo hoc estis. ego
non sum de hoc mundo. Quomodo enim erat
de mundo per quem factus est mundus.
Omnes de mundo post mundum quia prius
factus est mundus. et sic de mundo
homo. Prius autem xpistus deinde mundus
quia ante mundum xpistus. ante ante
xpistum nichil. Quia in principio erat ver-
bum. et omnia per ipsum facta sunt. Sic
ergo erat ille de supernis. De quibus
supernis de aere. Absit. ibi et aves
volitant. De celo quod videmus et hoc
absit. ibi sidera sol et luna circu-
eunt. De angelis. neque hoc intelligas.
per illum et angeli facti sunt per quem
omnia facta sunt. De quibus ergo
supernis xpistus. De ipso patre. nichil illo
supernius qui verbum genuit equale sibi.
et coeternum sibi. unicum sibi sine
tempore. et per quem conderet et tempora. Sic
ergo accipe xpistum de supernis ut ex-
cedas cogitatione tua omne quod factum
est. universam omnem creaturam. omne
corpus omnem conditum spiritum. omnem
rem quoquo modo mutabilem. totum
excede sicut excessit iohannes ut con-
tingeret In principio erat verbum. et deus
erat verbum. Ego ergo inquit de su-
pernis sum. Vos de hoc mundo estis
ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo
vobis quia moriemini in peccatis vestris.
Exposuit nobis fratres quid intelligi vo-
luit. Vos de mundo hoc estis. quia
peccatores erant. quia iniqui erant.
quia infideles erant. quia terrena
sapiebant. Nam quid vobis videtur
de sanctis apostolis. quantum inter erat
inter iudeos et apostolos. quantum
inter tenebras et lucem. quantum
inter fidem et inter infidelitatem.

quantum inter pietatem et impieta-
tem. quantum inter spem et desperatio-
nem. quantum inter caritatem et cupi-
ditatem. multum ergo intererat.
Quid ergo. quia tantum intererat
apostoli de mundo non erant. Si cogites
quomodo nati sunt et unde venerunt. quia omnes
ex adam venerunt de mundo erant. Sed
quid eis ait dominus. Ego vos elegi
de mundo. Qui ergo erant de mundo
facti sunt non de mundo. et pertinere ce-
perunt ad eum per quem factus est mun-
dus. Isti autem remanserunt de
mundo. quibus dictum est moriemini
in peccatis vestris. Iam hoc attende.
Quid ait. Si non credideritis quia ego
sum moriemini in peccatis vestris. Quid est
si non credideritis quia ego sum.
Ego sum inquit. nichil addidit.
Et quia nichil addidit multum est quod
commendavit. Expectabatur enim ut
diceret et quid esset. nec tamen dixit.
qui expectabatur ut diceret for-
te nisi credideritis quia ego sum
xpistus. si credideritis quia ego sum
hominis formator et reformator.
creator et recreator. factor et re-
factor. nisi hoc credideritis quia e-
go sum moriemini in peccatis vestris.
Multum est quod ait ipsum. Ego sum
quia dixerat sic. et deus moysi. Ego
sum qui sum. Quis digne eloqua-
tur. Quid sit sum. Forte multum erat
et ad ipsum moysen sicut multum est
et ad nos. Et multo magis ad nos
intelligere quod dictum sit. Ego sum qui
sum. Ergo qui est misit me ad vos
Et si forte caperet moyses illi ad
quos mittebantur quando caperent. Distu-
lit ergo dominus quod capere non posset et

addidit quod capere possit. Adiunxit enim et ait. Ego sum deus Abraham et deus Isaac et deus Iacob. Hoc potes capere. Nam ego sum qui sum, que mens potest capere. Quid ergo nos audebimus dicere ne aliquid dicere ex hoc quod dictum est. Ego sum qui sum. Vel potius hoc quod dominum audistis dicere. Nisi credideritis quia ego sum moriemini in peccatis vestris. Dicam ergo domino Ihesu Christo et audiat me. Credo precantem non dubito. Ipse enim dixit. Ego vobiscum sum usque in consummationem seculi. O domine deus meus. Quid est quod aisti. Nisi credideritis quia ego sum. Quid enim non est eorum que fecisti. Numquid celum non est. Numquid terra non est. Numquid non sunt ea que in celo et que in terra sunt. Numquid homo ipse cui loqueris non est. Numquid angelus quem mittis non est. Si omnia sunt hec que per te facta sunt. Quid est quod tibi proprium quoddam retinuisti ipsum esse, quod aliis non dedisti ut tu solus esses. Nam quomodo audio. Ego sum qui sum, quasi alia non sint. Et quomodo audivi. Nisi credideritis quia ego sum. Illi enim non erant qui audiebant et si peccatores erant homines erant. In omnibus actibus et motibus vestris et in universa prorsus agitatione creature duo tempora invenio preteritum et futurum. Presens quero nichil stat. Quod dixi iam non est. Quod facturus sum non dum est. Quod vixi non est. Quod victurus sum non dum est. Preteritum et futurum invenio in omni motu rerum. In veritate que manet preteritum et futurum non invenio, sed solum presens incorrup-

tibiliter. Et hoc quod creatura non est. Discute rerum mutationes invenies fuit et erit. Cogita deum invenies est ubi fuit et erit esse non possit. Ut ergo et tu sis transcende tempus. Sed quis transcendit viribus suis. Levet illuc ille qui patri dixit. Volo ut ubi ego sum et ipsi sint mecum. Hoc itaque promittens ne moriamur in peccatis nostris, nichil aliud dominus Ihesus Christus videtur michi verbis dixisse quam hoc. Nisi credideritis quia deus sum moriemini in peccatis vestris. Bene deo gratias quia dixit. Nisi credideritis non nisi ceperitis. Quis enim hoc capiat. Aut quia vere ausus sum dicere. Et nisi estis intelligere aliquid de tanta ineffabilitate cepisti. Si ergo non capis fides te liberat. Ideo et dominus non ait. Nisi ceperitis quia ego sum. Sed quod poterant dixit. Nisi credideritis quia ego sum moriemini in peccatis vestris. Et alii sunt terrena sapientes et sunt secundum carnem et audientes et respondentes quid ei dixerunt. Tu quis es. Dixisti nisi credideritis quia ego sum nec addidisti quid esses. Quid es ut credamus. Et ille. Principium. Ecce quid est esse principium. Immutari non potest principium ipse manet et innovat omnia. Principium est cui dictum est. Tu autem idem ipse es et anni tui non deficient. Principium ait. Qui et loquor vobis. Principium me credite ne moriamini in peccatis vestris. Et addidit qui et loquor vobis. id est qui humilis propter vos factus sum. Ad ista verba descendi. Nam si principium sicuti est ita maneret

apud patrem ut non acciperet formam
servi et homo loqueretur hominibus quo-
rum corda erant infirma verbum in-
telligibile verbum sine voce sensibili
audire non possent. Ergo inquit
credite me esse principium quia ut
credatis non solum sum sed et lo-
quor vobis. Multa inquit habeo lo-
qui de vobis et iudicare. Sed aliud
est non iudico aliud non habeo iu-
dicare. Iudicio non dixit ad presens.
Venerat enim ut salvaret mundum
non ut iudicaret mundum. qui autem
dicit. Multa habeo de vobis dice-
loqui et iudicare. iudicium futurum
dicit. Ideo enim ascendit ut veniat
iudicare vivos et mortuos. Nec
iustius iudicabit quam qui iniu-
ste iudicatus est. Cum autem dixisset
dominus ihesus. Verax est qui me misit
non intellexerunt iudei quod de patre
eis diceret. et ait ihesus. Quod enim
legetur audistis. Cum exaltaveritis
filium hominis tunc cognoscetis quia
ego sum. et a me ipso facio nichil.
sed sicut docuit me pater hec facio.
loquor. Quid est hoc nichil enim aliud
videtur dixisse nisi eos post passi-
onem cognituros quis esset procul
dubio. ergo videbat ibi aliquos quos
ipse noverat quos ipse cum ceteris
sanctis suis ante constitutionem mundi
presciendo elegerit. post passionem suam
esse credituros. Et a me ipso facio
nichil. Sed sicut docuit me pater hec
loquor. Iam gaudere cepat sabellianus
error sed in oratione coopta statim se
se tranquillum in obscuro extulit.
consequente luce confusus. putave-
ras enim esse patrem quia dixit
ego sum. Audi quia filius est

~~A me ipso facio nichil.~~ A me ipso non
sum. Filius enim de patre est. pater autem
lumen sed non de lumine filius est.
sed est de quo est. pater autem est
sed non est de quo est. Quid addidit
~~Sicut docuit me pater hec loquor~~
Nemo vestrum obrepat cogitatio car-
nalis fratres mei. Non enim potest humana
infirmitas cogitare nisi quod consuevit
facere vel audire. Nolite ergo vobis
quasi duos homines ante oculos po-
nere unum alterum filium et loquen-
tem patrem ad filium sicut facis
tu quando verba aliquid dicis filio
tuo. quando mones eum et instruis
eum quo loquatur. Ut quicquid au-
dierit arte commendet memorie. cum
commendaverit memorie proferat lin-
gua. distinguat personas. inferat
auribus alienis. quod percipit in suis.
Nolite ita cogitare. ne in corde vestro
ydola fabricetis. Humanam formam.
humanorum lineamenta membrorum figuram
carnis sensus istos corporeos statu-
ram motusque corporis. lingue officium
distinctionem sonorum. Nolite in illa
trinitate cogitare nisi quod pertinet ad
formam servi quam accepit unigeni-
tus filius cum verbum caro factum
est ut habitaret in nobis. Ibi non
te prohibeo humana infirmitate cogitare
quod nosti. Immo etiam compello. si fi-
des in te vera est. talem christum cogita.
Infantis fuit. crevit ut homo. am-
bulavit ut homo. esurivit sitivit
ut homo. dormivit. postremo passus
est ut homo. suspensus in ligno oc-
cisus. sepultus ut homo. resurrexit
in eadem forma venturus est ad iu-
dicium. Angelorum enim vox est in
actibus expressa. Sic veniet. quo eum

vidistis euntem in celum. Et qui
me misit mecum est. Iam hoc et
ante dixerat. sed rem magnam assidue
commemorat. Misit me et mecum
est. Si ergo tecum est o domine. non
unus ab alio missus est. sed ambo
venistis et tamen cum ambo sint sit. unus
missus est / alter misit. quoniam missio
incarnatio est. et ipsa incarnatio non
filii est. non et patris. Misit itaque pater
filium. sed unum non ibi erat. pater
ubi non est. qui facit omnia. ubi enim
non est qui dicit. Celum et terram
ego impleo. Sed forte pater ubique est.
et filius non est ubique. Evangelium audi
In mundo erat. et mundus per eum factus
est. et mundus eum non cognovit.
Erat inquit qui me misit. cuius auc-
toritate tamquam paterna incarnatus
sum. mecum est. qui non me reliquit
non reliquit inquit me solum / quia
que placita sunt ei facio semper. Ipsa semper
equalitas. non ex quodam initio et
deinceps. sed sine fine. Dei enim gratia
non ex tempore. quia pregenitum. facta sunt
tempora. Feria in sexta mathei xxiii capitulo
In illo tempore. locutus est ihesus ad turbas. et
ad discipulos suos dicens. super cathe-
dram moysi. sederunt scribe et pharisei
et reliqua. Omelia Remigii episcopi.
In superioribus eiusdem locis invenimus quod
dominus crebro fuit pulsatus questionibus
scribarum et phariseorum. proposuerat etiam
eis et ipse eis questionem suam dicens.
Quid vobis videtur de christo. cuius filius
est? Cui cum respondissent david opposuit
dominus aliam questionem ex psalmistico va-
ticinio dicens. Quo ergo david in
spiritu vocat eum dominum dicens. dixit
dominus domino meo sede a dextris meis.
Tunc ipsi confusi. nullus postea

ausus fuit eum interrogare. Et
ut dominus eorum insinuaret immundi-
ciam. et vanam gloriam a cunctis esse
cavendam. tunc feria tertia ante pas-
sionem locutus est ad turbas et ad
discipulos suos. Tunc sermo predica-
tionis utilis est. ut sicut confutatur
in eo dogmata phariseorum. ita etiam in-
struatur simplicitatis fidelium. Super
cathedram moysi sederunt scribe et
pharisei. Non est pueriliter observandum
quod tunc temporis observaretur cathedra
moysi quasi lignea aut alicuius
materie corporalis. sed per cathedram
solet sermo divinus designare doc-
trinam. Unde in psalmo scriptum est
Beatus vir etc. et in cathedra pestilencie
non sedit. id est qui pestiferam doctrinam
non docuit. Kathedra namque sedes
doctorum est. sicut tribunal iudicis
et tronus regum. Proinde quod dicit.
Super cathedram moysi sederunt scribe
et pharisei. tale est ac si diceret. doc-
trinam quam docuit moyses docuerunt
scribe et pharisei. Omnia ergo que-
cumque dixerint vobis. servate et
facite. servate in corde facite in
opere. Secundum vero opera eorum.
nolite facere. dicunt enim et non
faciunt. dicunt bona et non faciunt
bona. Sed e contrario dicunt bona et
faciunt mala. Ex hoc loco datur
intelligi. quia omnis qui dicit bona
et facit mala. similis est scribarum
et phariseorum. Alligant autem onera
gravia. et importabilia et reliqua
honera humeri et digiti. In hoc
loco spiritualiter sunt omnia intelligenda
per onera gravia et importabilia
gravissima legis precepta intelli-

grauium. que scribe et pharisei subiectis
sibi populis imponebant. Digito autem
suo nolebant ea monere. quia etiam
qui aliis minora ponebant. ipsi nec
minora adimplebant. Horum figu-
ram tenent nunc episcopi et sacerdotes
in ecclesia qui grandia et precepta p-
recepta proponunt sibi subiectis. ipsi autem
nec minima adimplere curant. pec-
catoribus quibus grauem penitentiam est
imponunt. qui nec minimam penitentiam
in custodiunt. intantum ut penitentiam
recipere cogantur. Aut etiam sub specie
false pietatis sic turbant. qui rectum
cogitare debuissent. Ut inde iudi-
cium magis de ira. iudicaretur. adiuvo
si fieri posset quam de caritate. Omnia
vero opera sua faciunt et cetera. Ad hoc
ieiunant. ad hoc elemosinas facia-
unt. Ut laudem inanem a populo ca-
piant. aut etiam lucrum mortale
recipiant. Unde et dominus alibi in-
crepat eos dicens. Ad elemosinam
facturi tubam caneret. Ut omnes
in foro facerent. Dilatant enim phi-
lacteria sua et cetera. Philacte-
ria scilicet pittaciola vel membrane
in quibus decalogum legis scribebant
et frontibus suis colligabant vo-
lentes illud preceptum domini carnaliter
adimplere in quo dicit ad filios israel.
Erunt precepta mea in mota ante
oculos tuos. Illa talia pittaciola
appellabant philacteria. quasi ser-
vatorium legis quod nomen est com-
positum ex greco et hebraico.
philare enim grece latine servare.
Thorach hebraice latine lex. In-
compositum est nomen philacterium
quasi servatorium legis. Faciebat
enim hec ut videntes populi magistros

illos esse qui etiam tam studiosi erant
ut inter oculos ea ponerent. Hoc
non intelligentes quia magis precep-
ta in corde sunt tenenda quam in corpore.
Et magnificabant fimbrias. Et hoc
etiam ex carnali intelligentia sump-
serunt. precepat enim dominus ut per modicas
fimbrias per quatuor angulos vesti-
mentorum facerent. ut sicut discreti e-
rant circumcisione et lege a ceteris
populis. ita etiam qualiter vestitum distin-
cti essent a aliis. Et isti captantes
auram popularem magnas faciebant
fimbrias et inserebant acutissimas
spinas ut ambulantes et sedentes
pungerentur aculeis et sic cogerentur
preceptis domini recordari. Amant autem
primos recubitus in cenis. id est qui ad
cenas vocantur primi amant recumbere.
vel quando ad publicum pervenerint. Amant
salutationes ab hominibus. Non prohibet
dominus eos quibus hec iure debentur
vocari ab hominibus rabbi vel primos re-
cubitus. sive in cenis vel salutari ab
hominibus. sed potius ostendit eos esse
vitandos qui aut amplius appetunt
quam decet. aut etiam ea adula-
cionis ista requirunt. Vos autem
nolite vocari rabbi. Isto etiam qui-
dam subtilem movent questionem. cur dominus
apostolis suis preceperit. ne vocentur pa-
tres neque magistri cum nos eos qui
carnaliter genuerunt patres vocamus
et eos qui in fide nos erudiunt
magistros vocamus. Et certe paulus
apostolus magistrum gencium se appellavit di-
cens. Veritatem dico vobis in Christo
doctor gencium et magister. Et alibi qua-
diu magister gencium ero ministerium meum
honorifico. Ad quod dicendum est. quia aliud
debemus homines patres et magistros
vocare. et aliud deum. Hominem qui

vocamus patrem honorem etatis illi deferimus, non autem auctorem vite nostre estimamus. deum autem ita patrem vocamus, ut auctorem vite nostre et omnis confiteamur. Sicut enim unus et verus deus non tollit nobis ut dii dicamur, et sicut unus et verus dei filius non prohibet ut adoptivi filii vocemur, ita unus deus et pater non prohibeat nobis ut patres et magistri vocemur. Qui maior est vestrum erit minister vester. Qui cum esset maior apostolis suis factus est eorum minister, quia ministravit eis victum et vestimentum et doctrinam celi, ad ultimum animam suam posuit pro illis. sicut ipse dicit. Sicut enim filius hominis et non venit ministrari, sed ministrare et dare animam suam in redemptionem pro multis. Potest etiam de prelatis ecclesie intelligi, qui cum in congregationibus positi dignitate maiores sint aliis, ministri tamen illorum efficiuntur, ministrantes necessaria corporis doctrinamque verbi salutaris, et est sensus. quicumque vult fratrem suum prevenire regnando, preveniat mobsequendo. Unde paulus apostolus dicit. Honore invicem prevenientes. Qui autem se exaltaverit humiliabitur et cetera. Hec sententia non est in presenti tempore adimpleri potest. Multi enim ab exaltatione incipiunt et in ipsa exaltatione finiuntur, et e diverso multi sunt qui cum se humiliare incipiunt in ipsa humilitate perseverant. Id circo ad spiritualem intelligentiam recurrere debemus. Ut quicumque se exaltaverit, i. quicumque de beneficiis suis se extulerit in hac vita humiliabitur in die mortis, vel etiam in die iudicii cum apparuerit fuit agnus in reprobum. At contra qui se humiliavit de beneficiis suis proinde humiliando exaltabitur in die mortis, vel etiam in die iudicii quando spectaculo angelorum et patriarcharum et prophetarum administrabitur, audiens vocem illam optabilem. Venite benedicti patris mei. Studeamus ergo vere humilitatis et patientie vestimentis nos indui, ut cum ipsis qui hanc dilexerunt audire regnum dei patris mereamur intrare. Feria iii in ii ebdomada xle. Locutus est ihesus Matheum xxiii ad turbas et ad discipulos suos dicens. Super cathedram moysi sederunt scribe et pharisei. Omnia ergo que dixerint vobis servate et facite, secundum vero opera eorum nolite facere. Dicunt enim et non faciunt et cetera.

Quid mansuetius Omel' Ieronimi presbiteri quid benignius domino? temptatur a sacerdotibus, confringuntur insidie eorum, et secundum psalmistam sagitte parvulorum facte sunt plage eorum, et nichilominus propter sacerdotium et nominis dignitatem hortatur populos ut subiciantur eis, non opera sed doctrinam considerantes. Quod autem ait. ~~Super cathedram moysi sederunt scribe et pharisei~~ per cathedram legis doctrinam ostendit. ergo et illud quod dicitur in psalmo. Et in cathedra pestilencie non sedit. et cathedras vendencium columbas evertit de ~~bonitis intellige~~ doctrinam debemus accipere. ~~Alligant autem onera gravia et importabilia et imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea movere.~~ Hoc generaliter adversus omnes magistros qui grandia iubent et minora non faciunt. Notandum quod et humeri et digitus

onera et vincula quibus alligun-
tur spiritualiter intelligenda sunt. Omnia
bona opera sua faciunt. Ut videantur
ab hominibus scriba est et phariseus. Di-
latant enim philacteria sua et
magnificant fimbrias. amant quoque
enim primos recubitus in cenis. et
primas cathedras in sinagogis. et
salutationes in foro. et vocari ab
hominibus rabi. Ve nobis miseris
ad quos phariseorum vicia transierunt.
Dominus cum dedisset mandata legis per
moysen ad extremum intulit. liga-
bis ea in manu tua et erunt immo-
mmota ante oculos tuos. Et est
sensus precepta mea sint in manu
tua. Ut opere compleantur. sint ante
oculos tuos. Ut die ac nocte medi-
teris in illis. Hoc pharisei male interpreta-
tes scribebant in membranulis decalo-
gum moysi. id est decem legis verba com-
plicantes ea et ligantes in fronte
et quasi coronam capiti facientes ut
semper ante oculos moveantur. quod usque
hodie indi et babilonii faciunt. Et
qui hoc habent quasi religiosus
in populis iudicatur. Iusserat quoque alius
moyses. Ut in quatuor angulis pal-
liorum iacinctinas fimbrias face-
rent ad israhel populum dinoscendum. Ut quomodo
in corporibus circumcisio signum iude-
e gentis daret. ita vestis haberet
aliquam diversitatem. Superstitiosi vero
magistri captantes aurum popularem
atque commoda mulierum vel captantes
et facientes lucra faciebant grandes
fimbrias et acutissimas in eis spi-
nas ligabant ut scilicet ambulantes et
sedentes interdum pungerentur. et quasi
hac commonitione retraherentur ad officium
dei et ministeria servitutis eius quia
ergo dicebat dominus omnia opera sua fa-
ciunt. Ut videantur ab hominibus quod
gratis acceperunt. nunc in partes divi-
dit pittaciolum illum decalogi philac-
teria vocabant. id est conservatoria. quod qui-
cumque habuisset ea ob custodiam et muni-
mentum sui haberet. non intelligentibus
phariseis. quod hec in corde portanda sint
non in corpore. alioquin et armaria quod
arche que multos habent libros et dei
noticiam non haberent. hec apud
nos superstitiose mulierculę in parvulis
evangeliis et crucis ligno. et in istius modi
rebus que habent quidem zelum dei
sed non iuxta scientiam usque hodie fac-
titant culicem liquantes et camelum
glucientes. Istius modi erat fimbria
parva et brevis ex lege statuta quam
et mulier illa que sanguine fluebat
tetigit in pallio domini. sed non est compunc-
ta superstitiosis sensibus phariseorum magis
sanata tactu eius. Omnes superflue
dilataverunt philacteria. et magnas fe-
cerunt fimbrias gloriam captantes ab
hominibus. Arguuntur in reliquis. an-
quirant primos accubitus in cenis. et
primas cathedras in sinagogis. Et pu-
blice gloriam sectentur. et gloriam. et
vocentur ab hominibus rabi quod in latino
sermone magister dicitur. Denique
sequitur. Vos autem nolite vocari
rabi. Unus est enim magister vester. et pa-
trem nolite vobis vocare super terram.
Unus est enim pater vester qui in celis est.
Nec vocemini magistri. quia magister vester
unus est christus. Nec magister nec pater
vocandus est. alius nisi deus pater et
dominus noster ihesus christus. pater quia conpo-
suit omnia. magister quia per ipsum omnia
vel qui per dispensationem carnis. omnes re-
conciliati sumus deo. Queritur quare adversum

hoc propter doctorem gentium a-
postolus scribens dixit. aut quod vulgato ser-
mone in rume in palestina et e-
gipti monasteriis se inuicem pa-
tres vocent. Quod sic soluitur. aliud
est natura patrem. vel magistrum. aliud
indulgentia. Nos si hominem pa-
trem vocamus honorem etati de-
ferimus. non auctorem nostre o-
stendimus vite. Magister quoque dicitur
ex consortio veri magistri. et ne in-
finita replicem quomodo vnus per natu-
ram deus et vnus filius non preiu-
dicat ceteris. ne per adoptionem dii vo-
centur. et filii. ita et vnus pater. et
magister non preiudicat aliis vt abusiue
appellentur patres et magistri. Ve vobis
scribe et pharisei et ypocrite qui clauditis
regnum celorum ante homines. Vos
ipsi non intratis nec introeuntes sinitis
intrare. Habent enim scribe et pharisei
legis prophetarum noticiam. sciunt xpm
filium esse dei. non ignorant natum
esse de virgine. Sed dum potestatem de
subiecta plebe sibi appetunt. nec ipsi
intrent regna celorum. nec eos qui
potuerint intrare permittunt. Hoc est
quod in osee propheta arguit absconderunt
sacerdotes viam interfecerunt sichima
et rursum sacerdotes non dixerunt. Vbi
est dominus. Vel certe omnis magister qui
scandalizat malis operibus discipulos
suos claudit ante eos regnum celorum.
Ve vobis scribe et pharisei ypocrite quia
circuitis mare et aridam. vt faciatis
vnum proselitum. cum fuerit factus fa-
citis eum filium gehenne duplo quam
vos. Non enim eo studio seruamus quod
sita quo quimus. Scribe et pharisei to-
tum lustrantes orbem propter negoti-
acionem et diuersa lucra tam a disci-

pulis captandi. quam propter imaginem
sanctitatis studii habebant. Desiderabant
facere proselitum .i. aduenam et in-
circumcisum miscere populo dei. Sed qui
dum ante dum erat ethnicus
simpliciter errabat. et erat semel
filius gehenne. Videns magistrorum vi-
cia et intelligens eos destruere opere
quod verbis docebant reuertitur ad
vomitum suum et gentilis factus
quasi preuaricator. maiore pena di-
gnus erit. Filius autem vocatur
gehenne quo filius perdicionis et
filius huius seculi. Vnusquisque enim
cuius opera agit. eius filius appellatur.
Ve vobis duces ceci qui dicitis.
Quicumque iurauerit per templum
nil est. qui autem iurauerit in au-
ro templi debet. Stulti et ceci.
Quid enim maius est aurum aut
templum quod sanctificat aurum. Et
quicumque iurauerit in altari nichil est.
Qui autem iurauerit in dono
quod est super illud debet. Ceci. Quid
enim maius est donum an altare
quod sanctificat donum. Qui ergo
iurat in altari iurat in eo et in
omnibus que super illud sunt. Et qui
iurauerit in templo iurat in illo. et
in eo qui habitat in ipso. Et qui in ce-
lo iurat. iurat in throno dei et in eo qui
sedet super eum. Super vero nobis visum
est exposuimus quid significaret
tradicio phariseorum dicentium. Do-
num quodcumque est ex me tibi pro-
derit. nunc duplex et ad vnam aua-
ricie occasionem trahens phariseorum
tradicio condempnatur. Et argu-
untur circa plurima facere et propter
honore dei. Sicut enim in philacte-
riis et in fimbriis dilatatis opinio
sanctitatis captabitur gloria. et per occasi-

ex hoc querebant lucra / sic alia tradicione inuecta scriptura impietatis arguit peccatores. Si quis iurasset nomine in aliquo iurgio. vel in cause ambiguo iurasset in templo et postea conuictus esset mendacii non tenebatur criminis reus. Sin autem iurasset in auro et pecunia que in templo a sacerdotibus offerebatur statim id quod iurauerat cogebatur exsoluere. Rursum si quis iurasset in altari periurii reum nemo retinebat. Sin autem periurasset in dono vel in oblacionibus hoc est in hostiis vel victimis et in aliis similibus et ceteris que offeruntur deo super altare hoc studiosissime repetebant. Arguit ergo eos dominus et stulticie et fraudulencie quod multo magis sit templum quam aurum quod sanctificatur a templo. et altare quam hostie que sanctificantur ab altari. Totum autem faciebant non ob dei timorem sed ob diuiciarum cupiditatem. Ve vobis scribe et pharisei ypocrite quia decimatis mentam et anetum. et ciminum et reliquistis que grauiora sunt legis iudicium et misericordiam et fidem. Hec oportuit facere et illa non omittere. Multa in lege precepta sunt que typum preferunt futurorum / alia vero que aperta sunt iuxta psalmistam dicentem / mandatum domini lucidum illuminans oculos que statim opere impleri desiderant. Ut est non adulterabis. non furtum facies. non testimonium falsum dices et cetera. Pharisei autem quia preceperat deus in templo ut ministris templi dimittamus propter alimoniam sacerdotum et leuitarum quorum pars erat deus omnium rerum offerri in templo decimas hoc unum habebant studii ut que iussa fuerant compleretur / cetera que erant maiora paruum quis faceret an non perpendebant. Et consequenti itaque capitulo arguit eos auaricie quod studiose etiam vilium olerum decimas exigant et iudicium in disceptacione negociorum / misericordiam in pauperes pupillos et viduas et fidem in deo que magna sunt pretermittant. Duces ceci excolantes culicem camelum autem glucientes. Camelum autem puto esse iuxta sensum presentis loci et magnitudinem preceptorum iudicium et misericordiam et fidem / culicem autem decimas mente et aneti et cimini et reliquorum vilium olerum. Hec contra preceptum dei que digna sunt deuoramus atque negligimus. et opinione religionis in paruis que lucrum habent diligenciam demonstramus. Ve vobis scribe et pharisei ypocrite quia mundatis id quod deforis est calicis et parapsidis / intus autem pleni estis rapina et inmundicia. Pharisee ceca munda prius quod intus est calicis et parapsidis. ut fiat id quod foris est mundum. Diuersis modis eosdem quo supra sermo arguit phariseos simulacionis atque mendacii quo aliud ostendunt hominibus foris / aliud domi agant non quod in calice aut in parapside earum superstitio moraretur sed quod foris hominibus ostenderet sanctitatem in habitu / in sermone / in philacteriis / in fimbriis / in oracionum longitudine / et in ceteris istius modi / intrinsecus autem essent sordibus pleni. Ve vobis scribe et pharisei ypocrite quia similes estis sepulcris dealbatis que foris

que foris hominibus apparent speciosa intus vero plena sunt ossibus mortuorum quod in calce et inpapiside dealbantur. eo quod foris loti essent. et intrinsecus sordidi. Hoc nunc per exemplum sepulcrorum replicavit. quod quia sepulcra forinsecus relinguntur sunt. calce et ornata marmoribus et auro coloribusque distincta. intus autem plena sunt ossibus mortuorum. sic et perversi magistri quia alia docent. et alia faciunt. mundiciciam habitu vestis et verborum humilitate. demonstrant intus autem pleni sunt omni spurcicia. et avaricia libidine. denique manifestius quod ipsum exprimitur. infertur sic. Et vos a foris quidem apparetis hominibus iusti. intus autem pleni estis ypocrisi et iniquitate. Ve vobis scribe et pharisei ypocrite. qui edificatis sepulcra prophetarum et ornatis monumenta iustorum. et dicitis. si fuissemus in diebus patrum nostrorum non fuissemus socii eorum in sanguine prophetarum. Itaque testimonium estis vobis metipsis quia estis filii eorum qui prophetas occiderunt. Prudentissimo silogismo convincit eos filios esse homicidarum. Dum ipsi opinione bonitatis et glorie in populo sepulcra edificant prophetarum. quos maiores eorum interfecerunt. et dicunt. si fuissemus illo tempore. non fecissemus ea que fecerunt patres nostri. Hoc autem etiam si sermone non dicunt. opere locuntur eo eo quod ambiciose et magnifice edificant memorias occisorum. quos a patribus suis esse iugulatos non negant. Et vos implete mensuram patrum vestrorum. peractis superioribus dictis quod filii essent homicidarum. et eorum qui prophetas occiderunt. nunc concludit. quod voluerat. et quasi extremum silogismum tem ponit. Et vos implete mensuram patrum vestrorum quod illis defuit vos implete. illi interfecerunt servos vos crucifigetis dominum. Illi prophetas vos eum qui a prophetis predicatus est. Serpentes genimina viperarum quomodo fugietis a iudicio gehenne. Hoc ipsum et Iohannes baptista dicebat. sicut ergo de viperis nascuntur vipere sic et de homicidis patribus vos inquit nati estis homicide.

Feria iiii^ta secundum Matheum xx^o capitulo

In illo tempore. Ascendens ihesus iherosolimam et reliqua. Omelia Remigii episcopi

Dominus ac redemptor noster. prudens discipulorum animos. de sua passione turbandos longe ante eis et penam eiusdem passionis et gloriam sue resurrectionis predicere voluit. ut cum eum morientem cernerent resurrecturum quoque sicut eis predixerat. minime dubitarent. Et crebrius quidem hoc ipsum eis pronunciaverat. sed quia quibus accessi quod audierant labi a memoria poterat. Id circo iturus ad passionem et secum eos ducturus. iterato eis predicit. quatenus eos contra venientem temptacionem prepararet. ne venientem crucis persecutione. et passionis ignominia terrerentur. animus enim affectus que presentiuntur. Nam subita cogit etiam fortissimos quosque obruere solent. Assumpsit inquit xii discipulos suos In inicio sue predicationis plures voluit habere dominus discipulos. e quibus xii elegit. quos et apostolos nominavit quibus eciam specialiter committeret. et per quos totum mundum ad suam fidem convocaret. Cuilibet et alibi dicit

dicit: Vos estis qui permansistis mecum
in temptacionibus meis. Hiis ergo as-
sumptis preuento ait illis. Ecce ascendi-
mus ierusalem et filius hominis tradetur
principibus sacerdotum et scribis et phari-
seis et condempnabunt eum morte.
Attendendum quod dominus filium hominis tradendum
et morte dampnandum dicit, qui cum sit
idem filius dei et filius hominis dominus ihesus
christus, solus tamen filius hominis, id est humani-
tas assumpta tradi et comprehendi ac
passioni et morti subiacere potuit.
Simul et illud considerandum quia pene
in omnibus sancti euangelii locis precipue se deus
filium hominis quam filium dei appellat.
Ut videlicet nobis admonendo
reducat quod pro nobis factus sit. Nam
qui erat deus excelsus super omnia
factus est homo humilis inter omnia.
Et ideo quanto magis ille humilitatis sue
infima commendat, tanto magis nos
sublimia divinitatis eius venerari ac
glorificari oportet. Tradetur inquit
principibus sacerdotum. Primum enim ad
annam sacerdotem, deinde ad cayphe
domum adductus est, qui erat pon-
tifex anni illius, et condempnabunt
eum morte. Morte enim condempna-
uit cum clamauit dicentes: Reus est
mortis, et tolle crucifige eum. Et
tradent eum gentibus ad illudendum. Tra-
ditus est gentibus quia sicut textus
eius passionis apertissime loquitur:
Vinctum adduxerunt eum et tradi-
derunt poncio pilato presidi, qui utique
gentilis non iudeus erat. Ipse vero
flagellatum eum tradidit militibus
romanis ad crucifigendum. Sciendum autem
a multis dominum fuisse traditum. Tra-

didit namque eum deus pater, iuxta quod
apostolus dicit: Qui proprio filio non pe-
percit sed pro nobis omnibus tradidit illum.
Tradidit se ipsum filius eodem apostolo di-
cente: Qui dilexit nos et tradidit
se ipsum pro nobis. Tradidit eum iudas
iudeis, iudei nichilominus tradiderunt
pilato, pilatus ut dictum est tradidit
eum militibus. Si ergo eum deus pater
tradidit, et si se ipse tradidit, quid iudas
vel iudei peccauerunt, quid tamen sceleris ad-
miserunt. Ut sic execracioni et horrori
sint omnibus in christum credentibus. Sed in
re una dispar fuit affectus. Nam et
deus pater cum eterno sibi fecit filio,
amore scilicet et dileccione humani generis
hoc fecit. Iudas hoc iudei fecerunt
odio et inuidia. Ideo quod dignissime deus
pater cum christo filio suo benedicitur et
continuis laudibus predicatur, illi vero eter-
na maledictione et supplicio condemp-
nantur. Tradetur inquit gentibus ad
illudendum. Illusus est deus quando sicut cursus
refert expoliantes eum milites velauerunt
faciem eius et induerunt purpura,
et plectentes coronam de spinis po-
suerunt super caput eius, arundinem
in dexteram eius et venientes dicebant:
Aue rex iudeorum, et dabant ei ala-
pas. Flagellatus est ad columpna
religatus in qua hodie fusi cruoris
indicium fertur apparere. Nam vero prius
flagellatus deinde crucifixus est. Ex
romano more factum est enim reos
et morti adiudicatos primum flagellis
verberabant, deinde securi cedebant.
Et die tercia resurget. Solet diuina
scriptura tristibus leta subiungere. Unde
et dominus predicta sue passionis igno-
minia resurreccionis euestigio futu-
ram gloriam manifestare voluit, subditos

Die tercia resurget ~~Solet diuina~~
~~scriptura~~ Et iure die tercia quia
auctor vite diu morte teneri non
potuit / de quo psalmista dicit / de
torrente in via bibet / quia videlicet
mortem nostram in transitu gusta-
uit / et caro eius corrupcionem non
vidit. ~~Tunc accessit ad eum mater fi-~~
~~liorum zebedei cum filiis suis ado-~~
~~rans et petens aliquid ab eo qui~~
~~dixit ei quid vis.~~ ait illi. dic ut
sedeant hii duo filii mei / unus ad
dexteram tuam et unus ad sinistram
in regno tuo. Mater filiorum zebedei /
ipsa est maria mater iacobi et ioseph
cuius et in resurrectione domini memoria
agitur. Sed cum dominus suam sepius
legitur predixisse passionem / quod videlicet
tradendus et illudendus / et flagellandus
esset. queritur unde mater filiorum ze-
bedei ad hanc opinionem regni adduc-
ta sit. Ut filiis a domino regnandi cum
eo gloriam quereret Ea enim que in se
implenda predixit contraria videbantur
regni glorie regni / sed quia dominus subiun-
xit se die tercia resurrecturum puta-
uit hec mulier post resurrectionem illico
regnaturum eum in mundo arbitrans /
in primo domini adventu implendum quod in
secundo promittitur. Ideoque inmemor fu-
turorum auiditate feminea presentem glo-
riam concupiscit Sic et hodie iude-
orum opinio est / Christum suum per mille
annos feliciter regnaturum / omnibus
gentibus imperaturum / ipsosque iudeos
cum pace et prosperitate gauisuros /
atque ab omnibus populis esse venerandos
hac opinione corrupta fuit hec
mulier / ideoque errore mulieris muliebri
et affectu materno / filiis regnum
volebat impetrare / quod non intelliga-
bat dominus / quid illa vellet non ex ig-
norancia fecit sed ex dispensacione Ut
videlicet illius peticio nota omnibus fi-
eret. sicque ei dominus apte indueret Unde
ihesus dixit. Nescitis quid petatis / matre
postulante non matri dominus sed filiis
respondit. quia nouerat matris preces ex
voluntate filiorum ~~procedere~~ venire
Nesciebat enim quid peteret / qui
regnare et consedere Christo volebat
quod nec dum merebatur nec dum
pro Christo pati potuerant et apostolus ait
Si compatimur et conregnabimus /
delectat eos ergo culmen honoris /
sed prius decet eos exercere viam laboris /
iam enim desiderant sublimiter regnare
cum Christo / sed prius debent pati pro Christo.
Bonum certe erat eorum desiderium /
sed inconsiderata eorum peticio / atque
ideo dominus non voluntatem aut proposi-
tum illorum culpauit / qui de eius amore
nascebatur sed solam ignoranciam
reprehendit dicens. ~~Nescitis quid pe-~~
~~tatis potestis bibere calicem quem~~
~~ego bibiturus sum.~~ Nomine calicis
vel baptismi in sancto ewangelio labor
martirii solet designari Unde ali-
bi dominus dicit. Baptismate habeo bap-
tizari et quomodo coartor donec per-
ficiatur. In passione quoque patrem
orat Si vis transfer calicem istum
a me. Interrogat ergo illos si possent
bibere calicem quem ipse erat bibitu-
rus pro se et illos passionem insi-
nuat consimiliandos. At illi intelligentes
responderunt possumus. Et dominus. Calicem
quidem meum bibetis / solet queri
quo ambo hii fratres iohannes videlicet
et iacobus calicem domini biberint cum
solum iacobum legamus pro Christo ca-
pite cesum. Iohannem vero in pace quie-

iussu et propria morte uictum fuisse sed
legimus in historiis ipsum quoque pro confes-
sione verbi multa sustinuisse. Nam cum
ceteris apostolis cesus in actibus apostolorum
inuenitur, et deinceps a domiciano
cesare in feruentis olei dolium missus
itemque ab eodem principe propter inuictam
euangelizandi constantiam in pathmos
insula exilio narratur fuisse relega-
tus. Uidemus ergo non defuisse a
martirio iohannem et ipsum bibisse cali-
cem passionis quamuis persecutor non
fuderit sanguinem eius. Sedere autem
ad dexteram meam vel sinistram non est
meum dare vobis sed quibus paratum est
a patre meo. Quod dicit non est meum dare
vobis, ita sentiri potest, non est meum
sed uestrum, non est meum dare, quia re-
gnum dei in accipientis est potestate.
Qui namque enim talem se exhibuit ut
dignus sit regno celorum, non persona
sed uita consequitur. Si itaque et vos
tales fueritis ut digni sitis accipere illud re-
gnum quod deus pater paravit victoribus et
usque in finem in bono perseverantibus per-
cipit. Vos quoque absque dubio illud acci-
pietis sine etiam alio sensu. Non est
meum dare vobis hoc est non meum
illud regnum dare superbis et elatis
quod adhuc estis. Si ergo illud vultis
accipere nolite esse quod estis, id est nolite
esse elati quia tales indigni sunt accipere
regnum celorum. Et audientes decem
indignati sunt de duobus fratribus. Non contra
matrem indignatur sed ad filios re-
fertur presumptionem huiusmodi postula-
tionis, quod quasi ignorantes mensuram
sui immodica cupiditate ad petendum regnum
exarserint, in quo et dominus superius
non petenti matri sed tantum filiis
respondit. Nescitis quid petatis.

Ex qua domini responsione simul et de x
apostolorum indignatione datur intelligi
quod filii matrem instigaverint ad grandia
petenda. Iesus autem vocavit eos ad
se et ait: Scitis quia reges gentium
dominantur eorum. Et humilis ac benignus
magister formamque omnium magistrorum nec illos
duos de immodica et intolerabili petitione
nec hos decem de indignatione et livore
quem contra illos habebant redarguit
sed tale ponit exemplum quo manifeste doceat
illum vere esse maiorem qui minorem
se exhibuerit, illumque existere primum
qui fuit servus omnium. Qui ergo vult
summum pervenire regnando, perveniat ex
sese humiliando. Vincat enim in obsequio
quem vult vincere dignitate. Frustra ergo
illa gaudia querebant, frustra et isti
de illorum insolenti desiderio indignantur,
tam audiunt a domino ad summe dignitatis
culmen non potentia sed humilitate con-
scendere. Sicut filius hominis non venit
ministrari sed ministrare et dare animam
suam in redemptionem pro multis. Ponit
ipsius exemplum formam humilitatis discere,
ut si dicentis parvipenderent verba imi-
tarent exemplum. Non enim inquit venit filius
hominis ministrari, id est ut ministretur ei,
sed ministrare. Si ego inquit cum sim
filius dei et deus propter vos homo
factus, non ad hoc in mundum veni ut
homini obsequia vel ministeria michi re-
quirerem, sed ut ipse vobis obsequerer
vobisque ministrarem, quare vos homines
ab hominibus mortales ab mortalibus super-
ba servicia requiritis, non ut nature
cui parva sufficiunt necessitatibus subveniatis,
sed maiores et celsiores ceteris appare-
atis. Attendant hoc ecclesiarum prepositi et
caveant. Audiant a domino quia gentium

et non extrahere consuetudinis est, subiec-
tis dnari. et super eos quibus prelati
sunt potestatem dominium exercere. discant
ergo boni magistri exemplo, non fastu super-
bie se super minores extollere, sed potius
illis se contemperare, atque equales in omni-
bus se exhibere studeant, quia ab illo qui
non venit ministrari sed ministrare cele-
stem merentur consequi mercedem. Mi-
nistrauit autem dominus cum in cena lintheo
se precinxit, et omnium discipulorum pedes
lauit. ministrauit enim in cruce altare
se ipsum pro nostra redemptione deo patri
hostiam obtulit. Unde sequitur et
dare animam suam in redemptionem multo-
rum. Commendandum memorie quod non pro omnibus
sed pro multis se dicat animam dare pro hiis
videlicet qui credere voluerint pro hiis
qui sunt demum saluandi et ad vitam
eternam predestinatorum. Feria iiii in sec.
Math. xx°
In illo tempore. Ascendens ihesus
ierosolimam assumpsit xii discipulos suos
secreto et ait illis. Ecce ascendimus iero-
solimam et c. Omelia Jeronimi presbiteri

Et ascendens ihesus ierosolimam assump-
sit xii discipulos et ait illis.
Ecce ascendimus ierosolimam et filius
hominis tradetur principibus sacerdotum
et seniorum et scribis et condemp-
nabunt eum morte et tradent eum
gentibus ad illudendum et flagellandum et cru-
cifigendum et tertia die resurget. Cre-
bro hoc ipsum discipulis dixerat. sed quia
multis in medio disputatis poterat
labi de memoria quod audierant iturus
ierosolimam et secum ducturus apostolos.
ad temptationem eos parat, ne cum ve-
nerit persecutio et crucis ignominia scan-
dalizentur. Tunc accessit ad eum ma-
ter filiorum zebedei cum filiis suis ad-
orans et petens aliquid ab eo, qui
dixit ei, Quid vis. Ait illi dic ut
sedeant hii duo filii mei, unus ad
dexteram et unus ad sinistram in
regno tuo. Unde opinionem regni ha-
buit mater filiorum zebedei. Ut cum dominus di-
xit filius hominis tradetur principibus sa-
cerdotum et scribis, et condempna-
bunt eum morte et tradent gen-
tibus ad illudendum et flagellandum et cru-
cifigendum et ignominiam timentibus dis-
cipulis nunciaret, illa gloriam postulabat
labat triumphantis, hoc ut de ce-
tero. quando post omnia dixerat dominus
et tertia die resurget. putauit
eum mulier post resurrectionem illico
regnaturum, et hoc quod in secundo ad-
uentu promittitur in primo esse comple-
dum et auiditate feminina presentia
cupit immemor futurorum. Quod autem
interrogat dominus et illa petere videtur.
Quid vis. non venit ex ignorantia
sed ex eius persona dicitur qui flagellandus
erat. Quo et in emorroyssa, quis
me tetigit. et de lazaro. Ubi posuistis
eum. Symeteri quoque testamento. Adam
ubi es. et descendens videbo, si iuxta
clamorem sunt, qui venit ad me per-
fecerunt, sin autem non est ut sciam.
Postulat mater filiorum zebedei errore
muliebri et pietatis affectu, nesciens
quid peteret. Nec mirum si ista ar-
guatur imperitia, cum de petro di-
catur qui tria voluit facere taber-
nacula nesciens quid diceret. Respondens
autem ihesus dixit. nescitis quid petatis.
Mater postulat et dominus discipulis lo-
quitur intelligens preces eius ex filio-
rum descendere voluntate. Potestis
bibere calicem. quem ego bibiturus
sum. Calicem in scripturis passionem

intelligimus pater si possibile est transeat calix iste a me. Et in psalmo. Quid retribuam domino pro omnibus que retribuit michi calicem salutaris accipiam et nomen domini invocabo. Statimque infert, quis sit iste calix. Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Dicit illis. Calicem quidem meum bibetis. Sedere autem ad dexteram meam et sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo. Queritur quo calicem martirii filii zebedei iacobus videlicet et iohannes biberint, cum scriptura narrat iacobum tantum apostolum abscisso capite truncatum, iohannem autem propria morte finisse vitam. Sed si legamus ecclesiasticas historias in quibus refertur quod et ipse propter martirium sit missus in ferventis olei dolium, et inde ad suscipiendam coronam christi athleta processit. Statimque relegatus in pathmos insulam sit, videbis martirio animum non defuisse, et bibisse iohannem calicem confessionis, quem et tres pueri in camino ignis biberunt, licet persecutor non fuderit sanguinem. Quod autem dicit. Sedere ad dexteram meam et sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo, sic intelligendum est. Regnum celorum non est dantis sed accipientis. Non est enim personarum acceptio apud deum, sed quicumque se talem exhibuerit prebuerit, ut regno celorum dignus fiat, hic accipiet quod non persone sed vite paratum est. Si itaque tales estis qui consequantur regnum celorum, quod pater meus triumphantibus et victoribus preparavit, vos quoque accipietis illud. Alii de moyse et helia dictum volunt, quos paulo ante in monte cum eo viderant loquentes, sed michi nequaquam videtur. Ideo enim sedentium in regno celorum vocabula non dicuntur ne paucis nominatis ceteri putarentur exclusi. ~~Et audientes decem indignati sunt de duobus fratribus~~ decem apostoli non indignabantur matri filiorum zebedei, nec quod mulieris audaciam referunt postulatu, sed ad filios quod ignorantes mensuram suam immoderata cupiditate exarserunt, quibus et dominus dicat nescitis quid petatis. Subintelligitur autem vel ex responsione vel ex indignatione apostolorum quod filii matrem immiserunt ad gratiam postulandam. Ihesus autem vocavit eos ad se et ait. ~~Scitis quia principes gencium dominantur eorum et reliqua~~. Humilis magister et mitis nec cupiditates immodice duos arguit postulantes, nec decem reliquos indignationis increpat et livoris. Sed tale ponit exemplum quod doceat eum maiorem esse qui minor est, et illum dominum fieri qui omnium servus est. Sit frustra igitur aut illi immoderata quesierunt, aut ista dolent super maiorum desiderio, cum ad summitatem virtutum non potencia sed humilitate veniatur. Denique sui ponit exemplum ut si dicta parvipenderint, erubescerent ad opera, et dicit. ~~Sicut filius hominis non venit ministrari sed ministrare~~. Noti quod tercio dicimus eum qui ministret filium appellari hominis, et dare animam suam in redempcionem pro multis, qui formam servi accepit ut pro mundo sanguinem funderet, et non dixit dare animam suam in redempcionem pro omnibus sed pro multis, id est pro hiis qui credere voluerint. Feria v post iii dominicam quadragesime. Io. capitulo. (*in margin:* f v p iii)

Dixit ihesus turbis iudeorum. Non possum ego a me ipso facere quidquam, sed sicut audio iudico.

remigii

Precedentibus Omel[ia] Remigii
sancti euangelii lectionibus atque exposi-
toribus familiare est sequentia precedenti-
bus iungere. quatenus ex circumstantia prece-
dentium simul et sequentium in eiusdem
lectionis capere valeant intellectum. Proinde
ad ea que superius sanctus exposuit
euangelista intelligendum est nisi referret
quo dominus tertio anno predicationis sue
in piscina hominem xxx et viii annis
decubantem in sabbato sanauit. Sed
iudei veterno superbie et inuidie liuore
tumentes de impensa homini sanitate
grauiter ceperunt egrotare dominumque re-
prehendere quasi contra legem faceret
quod languido in sabbato curasset. Verum
dominus cum multa contra iudeos disputasset / ostendissetque se et deum patrem
non sex tantum diebus sicut illi putabant
operatum et sabbato requieuisse sed
usque modo operare regendo et guber-
nando que creata sunt. subiunxit dicens
quod modo audiuimus. Non possum ego a
me ipso facere quicquam. quod aliis est
dicere verbis. Si ego a me ipso nichil
facio. ergo pater sanauit hunc hominem
in sabbato / que me fecisse culpatis / Ca-
uendum ergo vobis est / ne mea reprehen-
sio usque ad dei patris redundet iniuriam /
qui in me suo filio operatur. / et dum
me redarguitis ipso deo contrariam deus
gerere. Non possum ait a me ipso facere
quicquam quia non erit a me ipso sed
a patre. In sancta enim trinitate pater solus
de nullo est. filius a patre est. ab illo ergo
ergo aliquid facere / a quo ergo esse. Unde
adhuc sequitur. Sed sicut audio iu-
dico sicut audit iudicat / quia unum
opus est patris et filii. Audire enim
est filio a patre / et ab illo audit a quo
est. Sicut inquit audio. i. sicut scio

iudico. esse / audire et scire filio tandem
idem est. quia a quo ille est essentia /
ab illo audientia. quia nichil aliud est
quam scientia. Potest etiam hoc quod dicit
sicut audio iudico ad humilitatem refferri
humanitatis. secundum quam nichil sibi tribuit
sed deo patri concedit. Sicut ergo au-
dit iudicat. / quia sicut in suis iudiciis
non sicut alii homines suam voluntatem sed
patris attendebant imperium / ita ideo
in suis iudiciis non errabat / quia dei pa-
tris precepta parebat. Et iudicium me-
um iustum est / Unde hominis iudicium
iustum esset. Subsequitur annectit. Quia
non quero voluntatem meam. sed vo-
luntatem eius qui misit me. Nam su-
pradictum est. quia missio filii incarnatio
est. non ergo suam voluntatem querebat
sed eius qui miserat illum. i. patris qui
illum incarnari constituit. Unde et
instante passionis articulo dicebat. non
mea pater / sed tua voluntas fiat. Sane
reuincuntur illi qui dixerunt christum non
habuisse animam / sed diuinitatem fuisse illi
pro anima. Voluntas enim in anima est. Cum
ergo dicat / non quero voluntatem meam
ostendit se vere habere animam / que tamen ita
unita est diuinitati. ut tota fieret spiri-
talis non carnalis / Si ego testimonium perhibeo
de me. testimonium meum non est verum.
Quia dominus ac redemptor noster / deus
et homo est. quod deo secundum utriusque nature
sue proprietatem valet nunc in se ostendere. quod ex
hominibus assumpsit. ostendere. Nunc item
secundum diuinitatis essentiam deo patri equa-
lem se patri demonstrans. Nam quia dicit
Ego et pater unum sumus / et ego in
patre et pater in me / et qui me videt
videt et patrem. Et iterum ait. Si
ego perhibeo testimonium de me / testimonium
meum non est verum / alia que pluri-
ra deitati eius / qua patri equalis

est convenit. Quod vero ait: Ego non
iudico quicquam. Et item: Non veni fa-
cere voluntatem meam, et mea doctri-
na non est mea. Pro humanitatis acci-
piendum est, sicut quam et accipitur e(st),
quod hic ait: Si ego testimonium perhibeo de
me, testimonium meum non est verum, quod
tamen non despicit filium, neque adeo se
patri iungit. Et est sensus: si ego so-
lus testimonium de me perhibeo, et non per-
hibet pater testimonium de me, non est verum
testimonium meum. Unde sequitur: Alius est
qui testimonium perhibet de me. His verbis
verum patrem ostendit, de quo apertius
sequentibus dicit: Qui misit me pater,
ipse testimonium perhibet de me. Perhibuit vero
pater filio testimonium, cum in baptismo vox
patris super eum celitus venit dicens:
Hic est filius meus dilectus, in quo
michi bene complacui. Perhibuit quoque
simile testimonium pater filio eo in monte
coram tribus discipulis transfigura-
to. Et scio inquit quia verum est
testimonium eius. Numquid aliud potest
esse testimonium veritatis quam verum? Vos
misistis ad Iohannem, et ille testimonium per-
hibuit veritati. Miserunt enim iudei ad
Iohannem sicut evangelista refert sacerdotes
et levitas. Ut interrogarent eum
de ipso quis nam esset. Putabatur
enim ab hominibus quod ipse esset Christus, sed
ille non sibi, sed testimonium veritati per-
hibuit, sicut propheta et amicus veri-
tatis. Confessus enim est non se esse
Christum, noluit fallaciter usurpare nomen
Christi. Ut veraciter fieret membrum
Christi. Perhibuit ergo veritati, id est
Christo testimonium, cum eum videns ad suum
baptismum properare dixit: Ecce agnus
dei et cetera. Perhibuit ei testimonium, cum di-
ceret: Qui habet sponsam sponsus est. Ego
autem ab homine testimonium non accipio,
sed hec dico ut vos salvi sitis.

Minimum approbat dominus neque repellit
testimonium Iohannis, neque enim Iohannes mitteba-
tur si testimonium eius opus non haberet, sed ostendit
non ita debere homines in lucerna inten-
dere, ut iam non putent sibi solem
necessarium esse, dum putant lumen lucerne suf-
ficere. Non ergo dominus superfluum dicit
Iohannis testimonium, sed vult advertere omnes testa-
re cui Iohannes testimonium perhibebat. Ille erat
lucerna lucens, Iohannes lucerna erat,
non lux, Christus est lux, de quo dicitur:
Erat lux vera que illuminat omnem ho-
minem, ergo Iohannes lucerna erat, quia
a Christo illuminatus erat. Ardens fide et
dilectione, lucens verbo et actione, pre-
missus est Iohannes ante Christum tamquam
lucerna, ut suo testimonio eius confunderet
inimicos. Iam enim psalmista predixerat in
persona dei patris: Paravi lucernam Christo
meo, inimicos eius induam confusione.
Et vos voluistis ad horam exultare
in luce eius. Cum enim Iohannes baptiza-
ret eum in habitu et victu ceteris ho-
minibus se dissimilem exhiberet, ceperunt
omnes existimare, et cogitare in cordi-
bus suis, ne forte ipse esset Christus. Vo-
luistis enim exultare ad horam in luce
eius, cum illo veniente et contradicente,
et dicente se Christum non esse, Christum esse
putabant, mirabantur lucernam,
exultabant in nomine lucerne, sed
lucerna ad solem, in quo exultare de-
berent, illos revocat. Ego autem
habeo testimonium maius Iohanne. Patris
utique testimonium prefert testimonio Iohannis. Hic
est quod Iohannes scriptor huius evangelii di-
cit: Si testimonium hominum accipimus, testimonium
dei maius est. Si enim recipimus te-
stimonium Iohannis de Christo, multomagis te-
stimonium dei patris quod filio perhibuit.

qd vtiqz maius est recipe de deo
Et quale illud sit testiom subsequen-
adiunxit. Opa enim que dedit michi
pr. vt pficiam ea ipa testiom phibet
de me quia pr me misit. Illa enim mi-
raculorum opa que a seclis nunquam visa
fuerunt. cum videlicet illuminaret
cecos / surdorum aures aperiret / obstru-
sa mutorum ora resolueret / arido-
rum artus inflexibilem visum reno-
uaret / claudorum distortos gressus
dirigeret / paraliticos sanaret / fugaret
demonia / pestiferos ipos quadridua-
nos et fetentes mortuos suscitaret.
Ista enim certe opa / que nisi deus fa-
cere non poterat / testiom deo phibe-
ant. Deinde adiunxit et ait. Et te-
stiom phibet de me qui misit me pr.
a quo nimirum accepi vt hec opa fa-
ciam. phibent ergo opa eius de eo
testimonium / phibet et deus pr / qui mi-
sit illum. neqz vocem eius vnquam
audistis / neqz speciem eius vidistis. Iudei
soliti sunt iactare qd audirent vocem
dei patris in sina loquentis / eumqz in
specie ignis viderent / sed conuincitur a
dno nunquam vocem eius audisse. Ista
enim diuinitas incomprehensibilis et in-
visibilis est. et non exterioribus oculis
videri pot. et vox enim non carnalibus
auribus sed spiritali intelligencia
p graciam sancti spc audiri pot / non ergo
audierunt vocem eius / quia eum
amare / et preceptis eius obedire
noluerunt. Et verbum eius non habetis
in vobis manens. Verbum dei patris
filius est / de quo dictum est In prin-
cipio erat verbum. Hoc verbum in se ma-
nens non habet / qui verbum dei
qd audiunt et memoria non retinent /

et ope adimplere contempnunt. Scru-
tamini scripturas in quibus putatis vos
vitam eternam habere. aliud. dat de
se testiom ex lege dei / que data est
p moysen famulum dei / Ipas inquit
scripturas in quibus vos vitam eternam
habere putatis ipas scrutamini et in ipis in-
uenietis testiom michi phiberi / qd
quia non vultis recipe / non in eis vi-
tam eternam habetis / sed potius dap-
nacionem acquiritis. Et iudei defendentes
et preferentes moysen videbantur re-
putare xpm / tanquam moysi contrari-
um. Dns econtra ipius moysi vtitur pro se
testimonio et quasi de altera lucerna
confundit eos iudeos. Moyses de xpo
testiom phibebat cum diceret. Prophetam
vobis suscitabit dns de fratribus vris. tan-
quam me ipm audietis. Et non vultis
inquit venire ad me .i. non vultis
credere in me. Omnis enim scriptura
phibet testiom de xpo / siue p figuras /
siue pphetas / siue p angelorum ministeria
Sed hic tantis testimoniis iudei non cre-
dunt de xpo / et ideo vitam eternam
habere non possunt. vel xpo placere qui dicit
Ego sum via / veritas et vita. et ad
patrem attribuit. Hec est vita eterna
vt cognoscant te solum deum verum
et quem misisti ihm xpm. Clarita-
tem ab hominibus non accipio. Claritas
et gla ab vno veniunt greco verbo
quod est doxa. claritatem ab hominibus
non accipiebat / quia gloriam et lau-
dem humanam non querebat. Non
enim venerat vt homo honorem carnalem
ab hominibus acciperet / sed vt honorem
celestem in se credentibus daret. Sed
cognoui vos quia dilectionem dei non
habetis in vobis. non enim volebant
recipe eum / quia a deo patre missus

non venerit facere voluntatem suam
sed patris / si enim dilectionem dei in se ha-
buerint / illum utique quem deus mi-
sit diligerent. Unde ad hoc sequitur
Ego enim veni in nomine patris mei
et non suscepistis me. In nomine pa-
tris sui venerit / quia non a se vene-
rit sed ab illo missus / illi omnem gloriam
tribuebat / illius voluntatem semper imple-
bat / sed eum non susceperunt / quia in
eum credere noluerunt / qui ad hoc
venerit / ut nomen patris sui glorifica-
ret. Si alius venerit in nomine suo illum
suscipietis. Cuius est iste qui veniet
in nomine suo nisi antichristus / qui propriam
gloriam non dei est quesiturus. quia
enim noluerunt recipere christum / pena pecca-
tis continget / ut recipiant antichristum /
noluit credere veritati / credet mendacio.
Quomodo potestis vos credere qui gloriam
ab invicem accipitis et gloriam que a
deo solo est non queritis. Ex hoc loco ad-
vertere possimus / quam gravis sit malum
iactancie / quam mortifera sit humane
laudis ambicio. Ecce enim dominus idcirco
dicit non posse credere / quia laudis huma-
ne cupidi erant. Superba enim mens
laudari desiderat. vultque estimari de
se id quod non est / et semper id quod est desi-
derat apparere. E contra humile cor dei
solius gloriam querit / eique soli placere
appetit. Hinc est quod salvator iohannem
baptistam laudavit / quod non esset a-
rundo vento agitata / quia nec laude
alicuius ad gloriam erigebatur / nec vitu-
peracione inflectebatur ad iram / quia humanam
gloriam non quesivit / ideo tam excellen-
ter ab omnibus laudari meruit. Noli-
te putare quia ego accusaturus sim
vos apud patrem / est qui accuset
vos moyses scilicet in quo vos speratis

Non inquit vos accuso / quia neminem
veni condempnare / sed omnes salvare.
Moyses vero accusat vos / quia incre-
dibiles estis verbis illius / quia ille enim
de me scripsit / false ergo de eo con-
fiditis / cui de me scribenti credere no-
lutis. Legitis illum predixisse. Prophetam
vobis suscitabit deus de fratribus vestris
tamquam me illum audietis / sed non
vultis eius recipere testimonium ut in me
credatis. et cum michi non creditis /
nec ipsi moysi credere comprobamini. Si
enim crederetis moysi crederetis for-
sitan et michi. Omnis scriptura legis et
prophetarum fert christo testimonium. Si ergo
legi et prophetis illius credidissent / cre-
didissent utique et christo. / quod vero dicit
forsitan / more nostro acceptum est.
Ceterum in christo nulla dubietas cadit /
apud quem perfecta est omnium rerum sciencia.
Si ergo legis et prophetarum scriptis non
credebant. profecto nec christo / qui a lege
et prophetis predictus fuerat. Ergo
liquide colligitur quia qui legis pre-
cepta [illegible] implere negligit / nunquam
dicta [illegible] ewangelii / que perfectiora
et sub[illegible]tiliora sunt implere valebit /
In lege [illegible] omnis rapina / in ewangelio tenacia
inhibetur / ibi homicidium / hic ira fratrum
[illegible] qui ergo ut dictum est /
illa [illegible] non implet / nec ista que
perfec[illegible]tiora sunt [illegible] poterit ob-
servare. Inter hoc [illegible] illud paulo
latius prosequendo / quod [illegible] dominus supra
dixit iudeis. Est qui accusat vos
moyses in quo vos speratis. Sunt enim
et hodie multi iudeis similes / qui
sanctos venerari videntur / quos no-
lunt imitari / et quasi sperant ab illis
adiuvari / quia eorum aut vel patria

vel reliquias honorabiliter excolant. quorum vite et moribus contraria agunt. Sciendum quo circa talibus est ne a sanctis magnis spem et fiduciam habere videntur potius accusentur quam adiuuentur. Summus acceptatio est sanctorum veneratio est sanctis que exterius exhibetur. nisi etiam morum ac vite similitudo commendentur. Si ergo illos digne et utiliter venerari volumus. et si virtutem ac meritum illorum ex equo non possimus imitari. in quantum fragilitas nostra patitur. satagamus fidei pietatis et dilectionis illorum vestigia sequi. Feria vj post mathie. xxj° capitulo.

Fia vj p⁹ mathi

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis parabolam hanc. Homo erat paterfamilias qui plantauit vineam et reliqua. Omelia Remigij

remigij

Passionis pro salute hominum dei filius venit ierusalem triumphali pompa ab exultantibus [illegible] turbis acceptus qui et gloria miraculorum suorum aures ad suam necem maturandam amplius inatuerat. Ibique per quinque dies non cessauit docens in templo. et [illegible] positis similitudinibus scribarum et phariseorum scelera redarguens. Ita [illegible] quia ipsi interrogauerunt eum. cum [illegible] eos de templo mirabiliter [illegible] eiecisset in qua potestate ista faceret. eius in sermone la[illegible] querebant [illegible] tenderant. cum [illegible] simulata [illegible] beneuolentie [illegible] interrogaret. Utrum liceret dari cesari censum an non et tamen ipsi suis artibus superantur a domino. et in parabolis audiunt que aptas non merebantur audire. Hec denique similitudo iudeorum inuidiam quam contra saluatorem conceperat et passionis eius totum complectitur sacramentum. Homo enim iste paterfamilias deus pater est. qui sic homines in mundo quasi deus suos famulos possidet in domo. Hic est ille paterfamilias qui habuit duos filios quique secundum alterius loci parabolam conduxit operarios in vineam suam. Qui plantauit vineam plebem videlicet israheliticam quam de omnibus gentibus in populum sibi peculiarem elegit. Hec illa vinea de qua ysaias in cantico locutus est ad finem ulterius addidit. Vinea enim domini sabaoth domus israhel est. de qua et psalmista dicit. Vineam de egypto transtulisti eiecisti gentes et plantasti eam. Et sepem circumdedit ei et fodit in ea torcular. et edificauit turrim. et locauit eam agricolis. Sepes vel murum urbis vel angelica presidia designat. Sepem ergo vinee circumdedit. quia et munimine murorum et auxilio angelorum illam plebem vallauit. Torcular altare. quia sicut in torculari vina exprimuntur. ita et in altari deo hostie immolantur. Hec sunt illa torcularia in finem pro torcularibus quorum titulo tres psalmi prenotantur. Edificauit turrim templum scilicet. Hec est illa turris de qua loquitur micheas propheta dicens. Et tu turris nebulosa filia syon. Locauit eam agricolis. agricole principes iudeorum dicit. quibus deus urbem templum et uniuersam plebem simul tradidit gubernandam. Et peregre profectus est. Profectus est peregre non loci mutatione. Nam quo potest recedere qui per prophetam loquitur. celum et terram ego impleo dicit deus. deus prope ego sum et non deus delonge. sed abisse di-

liberum illis relinquendo arbitrium
utrum vellent operari in vinea an non.
Cum autem tempus fructuum appropinquasset.
Tempus fructuum fuit ex quo interfectis
hostibus terram repromissionis ceperunt
colere et pulchre non pervenit
i. maturitatem sed tempus dicit fruc-
tuum quia nullus huius vinee proventus
nullus penitus prorsus extitit boni operis
fructus. Misit servos suos ad agri-
colas ut acciperent fructus suos eius.
Et agricole apprehensis servis eius
alium ceciderunt alium occiderunt
alium vero lapidaverunt. Servi qui pri-
mi ad agricolas missi sunt Moyses
legislator et Aaron et reliqui sacer-
dotes intelliguntur qui per quadraginta
annos continuos in deserto fructum
legis quem illis deus dederat exi-
gebant. Sed agricole missos ad se ser-
vos ceciderunt flagellantes eos ver-
beribus linguarum. Scriptum est enim
irritaverunt Moysen in castris Aaron sanctum
domini. Et item. Vexatus est Moyses propter
eos qui exacerbaverunt spiritum eius. De
qua vinea quid ipse Moyses senciat
in cantico deuteronomii declarat di-
cens. De vinea sodomorum vinum eorum
et de suburbanis gomorre. Uva
eorum uva fellis et botrus amaris-
simus. Notandum quod alium eorum dicit
alium in capite percusserunt. Per hunc na-
mque servum intelligitur David qui et
ipse patrisfamilias servus erat qui eun-
dem populum ad superna desideria iocunda
psalmorum melodia cantando in-
vitabat sed hunc in capite percusserunt
quia ipsum spiritualis musice repertorem
abiecerunt dicentes non est nobis
pars in David neque hereditas in

filio Ysai. Nobile quoque regnum eius
ignobili tradiderunt et religionem et
impietatem mutaverunt sed ille huius
iniurie immemor. Pro hac vinea huic
patrifamilias supplicabatur dicens. Deus
deus virtutum convertere respice
de celo et vide et visita vineam istam. — Item misit alios
Per servos qui secundo loco missi sunt choros
prophetarum debemus accipere qui suis
oraculis populum commonebant et que
huic vinee immineret predicebant. Sed
et hos similiter percusserunt et occiderunt
qui prenunciabant de adventu iusti.
Audiamus quid ~~...~~ de huius vinee
sterilitate queritur. Ego te plantavi — Item misit alios servos plures prioribus et fecerunt illis similiter
in vinea mea electa. Omne semen verum
quomodo conversa es in amaritudinem vitis
aliene. Fecerunt inquit illis similiter.
Quosdam enim lapidaverunt sicut Eze-
chielem in Caldea. Ieremiam in Egip-
to. Alios occiderunt ut Naboth.
Alios secuerunt ut Ysayam. Non illos
vetere ferro perfoderunt. Ut Amos.
Et ostenditur hic paciencia domini et iuste-
ricio. Qui crebro servos suos ad
malos colonos direxit quatenus ab
illis converti penitentiam agerent sed illi
contemptores iram sibi in die ire
thesaurizaverunt. Novissime misit ad
eos filium suum dicens. Verebuntur
filium meum. Novissime inquit
misit filium suum quia ut apostolus
dicit. Cum venit plenitudo temporis mi-
sit deus filium suum natum ex muliere.
Non autem misit ut de malis et
pene obnoxiis colonis sententiam iu-
dicialem ferret sed adhuc post tanta
scelera post suorum impias mor-
tes locum venie misericorditer ob- — Bolkmer

Ihesus ut sanctificaret per sanguinem suum. Haymo refert autem hoc apostolus legis consuetudinem ad spiritualem intellectum. Legis precepta sunt ut unusquisque die mensis septimi a festivitate paschali in festo videlicet propitiationis accipiens vitulum et yrcum et ymolacionem intra tabernaculum quorum sanguinem ferret solus pontifex in sancta sanctorum ut oraret pro populo. Carnes vero eorum portarentur extra tabernaculum atque cremarentur ... alium tabernaculo ... [illegible] ... autem illa duo animalia vitulus et yrcus figuram tenent salvatoris ... in nostro filii pro peccatis ymolatus ... in sancta sanctorum ... typum gerebat ... penetravit orationibus et fidelibus ... ymolabantur autem illa animalia extra tabernaculum ... redemptor ... extra castra ... in cruce ... passionis

servivit. Verebuntur filium meum. Quod quasi ambigens dicit "Verebuntur filium meum", non ita est accipiendum quasi ignorans hoc dixerit. Nam quid deus quicumque singulariter et summe novit ignorare possit? Sed dubitare dicitur ut in hoc potestas liberi arbitrii demittetur. Agricole autem videntes filium dixerunt: Hic est heres. Venite occidamus eum et habebimus hereditatem eius. Hoc loco manifestissime comprobatur principes Iudeorum non per ignorantiam sed per invidiam crucifixisse redemptorem. Noverant enim eum esse filium dei, intelligebant hunc esse illum cui loquebatur deus pater: Postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terre. Agnoscebant enim ad hoc venisse in mundum ut omnes gentes ad suam fidem converteret. Ideoque quasi consulentes dixerunt, dicebant: Ecce mundus post eum abiit, et si dimittimus eum sic omnes credent in eum. Hereditas autem filii ecclesia est in cunctis ei data nationibus, quam non moriens ei pater reliquit, sed ipse morte sua illam mirabiliter acquisivit atque a mortuis resurgendo illam sub testamento vite eterne possedit. De qua apostolus: Attendite inquit gregi in quo vos posuit Christus regere ecclesiam quam acquisivit sanguine suo. Hanc hereditatem nequam coloni occiso herede preripere cupiebant, qui adhoc persequebantur Christum ut fidem que per eum est extinguerent et carnalem legis iustitiam preferrent atque omnibus gentibus inferrent imbuendis.

Bemott

Unde Crisostomus: Postquam intravit ad templum et occidebat ... animalia que ad sacrificium credebantur ... in ... sacerdotes ... cogitaverunt eum occidere dicentes ... ut dimittat ... hostiarum que ad ... Venite autem occidamus eum ... quemadmodum ... apostolo ... sic ... hostiarum offerendarum et hoc est quod dicit ... habebimus hereditatem eius

Et apprehensum inquit eum eiecerunt extra vineam et occiderunt. Extra vineam heres occiditur, quia Christus extra civitatem in loco qui golgotha, id est calvarie locus, dicebatur crucifixus est. Unde ~~apostolus~~ ait: Ihesus ut sanctificaret per suum sanguinem populum extra portam passus est. Sive eiecerunt eum extra vineam et occiderunt, quia prius per incredulitatem a suis eum cordibus expulerunt, ac sic crucis supplicio afficerent. Hoc est quod figurabat quod Moyses in tabernaculo dei altare dei et altare holocausti, in quo victimarum sanguis effundebatur, non in tabernaculo sed ad hostium posuit, mistice innuens quod crucis ara extra portam tabernaculi testimonium erigenda erat, et Christus dei patris in domo Iudeorum, hoc est in mentibus illorum, non recipiendus sed foris esset immolandus. Quod autem Marcus mutato ordine dicit, Et apprehendentes occiderunt eum et eiecerunt extra vineam, pertinaciam infidelitatis illorum denotat, qui nec post eius passionem et resurrectionem credere voluerunt, sed quasi cadaver inutile proiecerunt predicatores verbi illius a suis finibus excludentes et ad nationum populos transmittentes. Cum ergo venerit dominus vinee quid faciet agricolis illis? Interrogat eos dominus non quod ignoraret quid illi responsuri essent, sed ut eos propria ipsorum responsione condempnaret. Aiunt illi: Malos male perdet et vineam suam locabit aliis agricolis. Veniens dominus malos male perdet.

ad hebreos

qui reddant ei fructum temporibus suis

et vineam suam locabit aliis agricolis
veniens dominus. malos male perdet. ~~[illegible]~~ mere
scelestosque et crudeles homicidas. digna
ultione punivit. locavit gentem. simul re-
gnum illis auferendo. et per omnes mundi
terminos longe lateque illos dispergendo.
Locavit autem vineam aliis agricolis.
quia nobis scripturarum misteria et
agrum suum tradidit ea condicione ut
suis temporibus fructum reddamus. i. nominis
quid unoquoque tempore nos loqui vel agere
conveniat. Sed hoc quod illi dixerunt quod scilicet
malos male perderet. et vineam suam
aliis agricolis locaret. dominus ipse divinitus
perpetratum prophetico ostendit exemplo.
ostendens. Nunquam legistis in scrip-
turis. lapidem quem reprobaverunt edifican-
tes. hic factus est in caput anguli. a
domino factum est istud. et est mirabile
in oculis nostris. Ipsos quos superius co-
lonos vocaverat. nunc edificantes appellat.
quia pharisei et sacerdotes iudeorum
subditam plebem. ad offerendos iusticie
fructus quasi vineam excolere. ipsi
etiam hanc. ut domino inhabitatore dig-
na fieret. quasi domum construere et co-
lumnare debuerant. Nam et apostolus
huic sensui astipulatur. fidelibus loquens
dei agricultura estis. dei edificatio estis.
sed illi qui quasi mali coloni fructum
vinee reddere noluerunt. i. quasi ma-
li cementarii electum et preciosum la-
pidem velut fundamento vel in angu-
lo domus ~~[illegible]~~ dei ponendo sub-
traxere hoc est fidem christi auditoribus
conabantur eripere. ait ergo. Nunquam
legistis. lapidem quem reprobaverunt e-
dificantes. hic factus est in caput
anguli. ac si diceret. quomodo implebitur
hec prophetia. que lapidem ab edificantibus
~~edificatum~~ in caput anguli factum
reprobatum

dicit nisi quia christus a nobis reprobatus et
occisus credituris gentibus predicatur.
Ipse enim quasi lapis preciosus iuxta quod
apostolus dicit. petra erat christus. in caput
anguli factus est. quia duos parietes
circumcisionis et preputii in sua fide co-
pulavit. et vineam etiam ex duobus po-
pulis constituit. Ideo dico vobis. quia auf-
feretur a vobis regnum dei et dabitur
genti facienti fructus eius. Regnum
dei hoc loco sancte scripture intellige-
re scilicet quas dominus in fidelibus iudeis ab-
stulit et nobis tradidit. ut vineam
fructum faciemus. Ista est illa vinea
condam locata agricolis. sed illi non
tantum scripturam habebant. fructu-
um vero earum nullum consequi meru-
erunt. Et qui ceciderit super lapidem
istum confringetur. super quem vero
ceciderit. conteret eum. Multum distat
inter eum qui per fragilitatem aut
ignoranciam peccando offendit christum.
et eum qui per superbiam negat christum.
Qui ergo credens in christum peccat. super
lapidem cadit. et confringitur. sed non
omnino conteritur. quia reservatur
ad penitenciam. Si vero quis negaverit christum
cadet. et irruet super illum lapis iste.
et ita conteret eum eterno interitu
ut ne testa quidem remaneat. in
qua parum aque de fovea hauriatur.
Vel et hoc dici quod illi super lapidem
cadebant. qui tunc eum per simpliciatem
et ignoranciam contempnebant. et
iniuriis afficiebant. et ideo conquassa-
tur. non tamen penitus conteritur. Qui
vero illum sciebant filium dei per invi-
diam negabant. et contra suam
conscienciam eius opera beelzebub assi-
gnabant. super hos irruet lapis

Lapis angularis coniungit duos parietes sic christus gentiles et iudeos

Nunquam legistis in scripturis quod dicitur quia vos non intelligitis. vos estis edificatores qui non cogitatis in domus edificio angulo ponendum [illegible] est lapis [illegible] qui vero reprobatus est secundum alios [illegible] edificari [illegible] non est ideo dicto

[illegible]

Et querentes eum tenere timuerunt turbas quoniam sicut prophetam eum habebant

ut corripiam pastorem

et conteret eos sempiterna perdicione atque comminuet. ut sit impius sicut pulvis ante faciem venti. Et cum audissent principes sacerdotum et pharisei parabolas eius cognoverunt quia de eis diceret. principes sacerdotum et scribe propria re cognita conscientia querebant interficere dominum quasi mendacem contra se. Sed hoc agentes probant esse verum quod dicebat. ipse enim est heres cuius mors iniusta vindicanda erit. a principio ipsi sunt coloni nequam qui ad occidendum filium dei. ad modicum quidem humano timore retardari poterit. donec eius pervenerit hora. iniquitatem vero eorum nec timore. aut amore cohiberi valebat. Hec vero que dicebat parabola de malicia iniquorum exposuimus. morali intellectu ad unumquemque nostrum referri possimus. Cum enim alicui fidelium misterium baptismi quod operando exercere debeat committitur. quasi ei vinea qua excolat locatur. mittitur unus et alter servus et tercius qui fructus accipiant. cum legitur lex. prophetia psalmi. quorum monitis bonorum fructum operum reddere debeat. sed servus contumelijs affectus eicitur. cum servus dei contempnitur. vel eciam quod gravius est blasphematur. insuper et heredem quantum ipse est occidit. qui immemor iniuste operis dei. ipsum filium dei respuit. et spiritui sancto qui regnatum est contumeliam facit. propter quod malis agricolis male perditis datur alteri vinea. quia dono gracie quod ingratus spernit humilis quisque ditatur. et hoc quod dictus est in fine evangelii dictum est. quia querentes tenere eum timore turbarum impediuntur. cottidie videmus agi in ecclesia. multi enim sunt in ecclesia solo nomine fideles. qui ecclesie fidem et pacis unitatem quam non diligunt. pro habitancium bonorum multitudinem aut erubescunt aut timent impugnare. sed hij sicut dicit ad iob destructione loquitur. cum tempus fuerit in altum alas erigent. quia nacta occasione eciam persequi et Christum cum prophetis eius aditere. et ostentum conabuntur. Hec pertimescere debemus ipsi qui loquimur. et cavere ne exempla perfidorum sequamur. caveamus sollicite ne solo nomine tantum. sine opere christiani. ne sub specie pietatis impietatis titulum subeamus. Agamus domino Christo gratias. qui scripturarum sciam in qua eadem iudei florebant. quamque illis pro ire notabili malicia abstulerat. nobis per sola misericordia largitus est. veneremur eum non sicut simplices tantum. ut pharisei. sed ut deum et dominum nostrum salvatorem et redemptorem nostrum.

In illo tempore. Dixit Secundum Mattheum xxi. iesus discipulis suis et turbis iudeorum. Homo erat paterfamilias qui plantavit vineam. et reliqua. Omelia. Jeronimi

Homo erat paterfamilias qui plantavit vineam et sepem circumdedit ei. et fodit in ea torcular et edificavit turrim. et locavit eam agricolis et peregre profectus est. Hoc est quod dominus iesus sumpta parabola significavit. durum est ut adversus stimulum calces principes sacerdotum et seniores populi qui interrogaverunt dominum.

Assimilantur pharisei qui obsistunt veritati ... ego sum via et veritas et vita

Moraliter

Ut opus bonum quod fit in ecclesia dei fiat fructus domino missis ad quos ... preparatur

Aliquis blasphematur ... qui impedit predicacio in officium domini ...

in qua potestate hec facis et quis tibi
dedit hanc potestatem. et voluit in ver-
bo capere sapientiam et sua arte superantur
et audiunt impalpabilis quod apta facie
non merebantur audire. Homo est
paterfamilias ipse est qui habuit duos filios
et qui in alia parabola conducit opera-
rios in vineam suam qui plantavit
vineam de qua et ysaias plenissime
parabolam loquitur. et ad extremum
infert vinea domini sabaoth domus
israel est. Et in psalmo vineam inquit
de egipto transduxisti. eiecisti gentes
et plantasti eam. Et sepem circumdedit
ei vel murum urbis et angelorum
auxilia. Et fodit in ea torcular vel
altare. aut illa torcularia quorum
et tres psalmi titulo prenotantur
octavus et octogesimus et nonagesimus
tercius. Et edificavit turrim hanc
dubium quin templum de quo dicitur
per micheam. et tu turris nebulosa
filia syon. Et locavit eam agricolis.
quos alibi vinee operarios appellavit.
qui conducti fuerunt hora prima. iii.
sexta et nona et undecima. Et pere-
grinatus est. non loci mutatione
cum deus omnino ab eo possit a
quo complentur omnia et qui dicit
per ieremiam. Ego deus appropinquans
et non de longinquo dicit dominus. sed
abire videtur a vinea ut vinito-
ribus liberum arbitrium operandi
derelinquat. Cum autem tempus fructuum
appropinquasset. misit servos suos
ad agricolas ut acciperent fructus
eius et agricole apprehensis servis
eius alium ceciderunt. alium occi-

derunt. Alium vero lapidaverunt. De-
derunt illis legem et in hanc eos vinea
operari iusserunt ut fructum legis in
operibus exhiberent. Postea misit ad
eos servos quos illi apprehensos. vel
ceciderunt ut ieremiam. aut occide-
runt ut ysaiam vel lapidaverunt ut
naboth et zachariam. quem inter-
fecerunt inter templum et altare.
legimus epistolam pauli ad hebreos
et ex ea plenissime discamus. qui
ad usque servorum domini. quanta perpessi
sunt commemorat. Novissime autem
misit ad eos filium suum dicens.
Verebuntur filium meum. In eo
quod legimus. Iterum misit alios ser-
vos plures prioribus et fecerunt illis
similiter. Patiam ondit paterfamilias
quod frequentius miserit. ut malos co-
lonos ad penitentiam provocaret. illi at
thesaurizaverunt sibi iram in die ire.
Porro quod inquit verebuntur filium
meum. non de ignorantia venit. quid
enim nesciat paterfamilias. qui hoc lo-
co deus pater intelligitur. sed semper am-
bigere dicitur deus. ut liberum vo-
luntatis homini reservetur. Interroget
arrium et eunomium. qui dixerunt
inequalem esse filium patri. Excepi
de ignorare. ut sinam tempor. et
quantum in nobis est. probatur esse
mentitus. quid est quod respondeat
hoc intelligant per filio. qui se dicat
ignorare consummacionis diem. Et
apprehensum eum eiecerunt extra vine-
am. et occiderunt. Et apostolus loquitur.
quod extra portam dominus crucifixus
sit. possimus autem et aliter intellige

Nō gtā p̄dicāe noleñ ē in septim[?] mittēn[?] b.

qd eiectus sit extra vineam. et ibi oc-
cisus. Ut sic suspicetur se gentibus aliis
vinea locaretur. Cum ergo venerit
dominus vinee quid faciet colonis illis.
Interrogat eos dominus. non quod ignora-
ret quid responsuri sint. sed ut propria
responsione dampnentur. Locata est
autem nobis vinea et locata est
ea condicione. Ut reddamus domino fruc-
tum temporibus suis. et sciamus uno quoque
tempore quid oporteat nos vel loqui vel
facere. Dicit illis ihesus. Nunquam
legistis in scripturis. lapidem quem
reprobaverunt edificantes hic factus
est in caput anguli. a domino factum est
istud et est mirabile in oculis nostris.
Variis parabolis diversisque sermonibus
de se eadem contexuit. quos enim (?)
operarios. et vinitores et agricolas
appellavit. nunc edificatores id est ceme-
tarios vocat. Unde dicit et apostolus
dei agricultura dei edificacio estis. Hii ergo
cementarii quod vinitores acceperunt
vineam. sic acceperunt lapidem que (?)
vel in fundamentis ponant iuxta ar-
chitectum vel in angulo. Ut duos
parietes id est populum utrumque conponeret. qui
reprobatus ab eis. factus est in caput
anguli. et hoc a domino factum est non
humanis viribus sed dei potencia. De
hoc lapide audiuntur (?). petrus quoque
loquitur confidenter. Iste lapis qui
reprobatus a nobis edificantibus.
hic factus est in caput anguli. Et
Ysayas. Ecce ait immittam in funda-
mentum in syon lapidem electum pre-
ciosum angularem qui crediderit
in eum non confundetur. Ideo di-

co vobis. quia auferetur a vobis re-
gnum dei. et dabitur genti facienti
fructus eius. Aliquociens dixi regnum
dei scripturas sanctas intelligi. quas
dominus abstulit a iudeis et nobis tra-
didit. Ut faciamus fructum earum. Ista
b est vinea. quam tradidit agricolis
et vinitoribus suis. in qua qui operati
non fuerint nomen tamen habentes. spe-
rarum (?) fructus vinee perdiderunt.
Qui ceciderit super lapidem istum con-
fringetur. super quem vero ceciderit
conteret eum. Aliud est offendere
christum per mala opera. aliud negare
qui peccator est. quia tamen in illum
credit. cadit quidem super lapidem et
confringetur. sed non omnino contere-
tur. reservatur enim per penitenciam ad sa-
lutem. Super quem vero ille ceciderit
hoc est cui lapis ille irruerit. et
qui christum penitus negaverit. sic con-
teret eum. Ut nec testa quidem re-
maneat. in qua hauriatur aque
pusillum. Et cum audissent princi-
pes sacerdotum et pharisei parabolas
eius. cognoverunt quod de ipsis diceret.
et querentes eum tenere timuerunt
turbas. quoniam sicut prophetam eum habebant.
Humanis dum corde essent. propter in-
credulitatem et impietatem in filium
dei habentes. tamen apertas parabolas ne-
gare non poterant et intelligebant
contra se omnes dominum similitudines dirigi.
Unde volebant eum quidem inter-
ficere. sed timebant turbas. quia
sicut prophetam eum habebant. Semper tur-
ba mobilis est. nec in proposito volun-
tatis persistens. atque in morem fluctuum
diversorumque ventorum huc atque

illuc trahitur quem nunc quasi
prophetam venerantur et colunt propter
contra eum clamant. Sabbato ij
[I]... e. Dixit ihesus Lucam xv° capitulo
discipulis suis parabolam hanc Ho-
mo quidam habuit duos filios et re-
[S]turbis Omelia Remigii episcopi
[S]ic peccatis contra auctorem no-
stre salutis fiat requisita. contra hanc
procedit sancti ewangelii lectio declarabit,
posuit dominus duas parabolas, alteram
hominis de inventa ove perdita gaudentis
alteram mulieris super perdita et reperta
dragma gratulabunde exultantis,
ostendens in conclusione parabole quanti
sit gaudium in celis super conversis pec-
catoribus. deinde dixit et hanc simili-
tudinem non solum suum de conversis pecca-
toribus gaudium demonstrans verum eciam
invidenciam murmurancium reprehendens
Ait ergo Homo quidam habuit
duos filios. Homo iste deus pater
intelligitur, quia duos habet filios
quia ipse est genitor et creator du-
orum populorum, et maior populus iude-
orum significatur quia in cultura unius dei
permanserunt. minor vero populus de-
signat gencium, qui relicto creato-
re colendo creaturam eciam usque ad
ipsum inimicum dei dyabolum adorandum
pervenit. Et dixit adolescentior ex illis
patri. pater da michi porcionem substancie
que me contingit. Et divisit illis
substanciam suam, que inter fratres divisa
est, sensus racionalis homini adeo attri-
butus est intelligitur. Nam vivere
intelligere, meminisse, ingenio aliquo
pervenire divina munera substancia
est, quam substanciam tunc minor filius

a patre exegit, cum homo in sua vo-
lens esse potestate, per liberum arbitrium
se regere conatus est, spreto dominio
conditoris sui, quesivit superbus abire.
Divisit ergo illis substanciam, quia fideli-
bus sue preceptis graciam quam deside-
rabant impendit. Infidelibus vero na-
turalis tantum ingenii bonum, quia hoc
sufficere putabant attribuit. Et non
post multos dies congregatis omnibus
profectus est in regionem longinquam.
Et non post multos dies congregatis
omnibus profectus est. designat quia
non multo post institucionem humani
generis visum est ei, ut bona sua
nature humane attribueret, que ad
perficienda bona infirma et impotens
est, nisi eius qui eam dedit auxilio
fulciatur. Vivendo autem luxuriose
dicit animus hanc vitam prodigam,
que pompis exterioribus spaciari gau-
det. vicijs, non meruit mansuescere,
longe vero profectus est non loci sed
animi mutacione, quanto enim amplius
quis delinquit, tanto longius a dei
sui conditoris gracia recedit. Et post-
quam consummasset omnia facta est
fames valida in regione illa. fames
in regione longinqua indigenciam
designat verbi dei In regione lon-
ginqua i. in oblivione creatoris,
de qua dominus per prophetam minatur. mit-
tam famem super terram, non famem
panis, neque sitim aque, sed audiendi
verbum dei. Et ipse cepit egere et
abiit et adhesit uni civium regi-
onis illius. Merito egere cepit qui
thesauros divine sapiencie, et divina
scienciam scripturarum, et societatem

celestium angelorum reliquit / Vng-
cinium regionis illius · cui iste pro-
digus adhesit / dyabolus est · quem dominus
principem huius mundi appellat / quia mun-
do pueritatis / sic / terrenis compre-
positus est · Et misit illum in villam
suam ut pasceret porcos · Villa car-
nalem concupiscentiam signat · de qua is
qui invitatus est ad spirituales epulas
ire recusat · dicens · Villam emi habeo
exire et videre illam / rogo te habe
me excusatum · In villam ergo mitti
est cupiditatibus mundi subiuga-
ri / porcos vero pascere / est ea qui-
bus maligni spiritus delectantur opera-
ri · qui merito immundiciam et immun-
diciam designant · est enim animal sordi-
bus et ceno semper gaudens · Et cu-
piebat ventrem suum implere de
siliquis · quas porci manducabant ·
Siliqua genus est leguminis follibus
maximum / et insipidorum et granorum
paucitate sterile / et pene vacuum /
ideo quod per siliquas designantur dulce
seculares / suavitate resonantes / et
in quibus laudes ydolorum · i · fabule
et carmina · continebant poetarum / quibus
idem demones delectantur · hiis pro-
digus iste saciari cupiebat · quia
aliquid preter quod ad beatam vitam per-
tineret · in talibus invenire nolebat
nec poterat · Hoc est enim quod subiungi-
tur: Et nemo illi dabat · Ipse autem re-
versus dixit · quanti mercenarii in do-
mo patris mei habundant panibus
ego autem hic fame pereo · Ipse
inquit reversus · unde iste in se rever-
sus fuerat / ab hiis nimirum que foras
oblectamenta noxia illiciunt / et
seducunt / ad consciencie interiora

mentis intencione redicat · Quanti mer-
cenarii et reliqua · Licet enim gentes
in magna veri ignorancia / et errore
cultus dei torperentur / tamen predicanti-
bus apostolis ceperunt quodammodo resipis-
cere / et ad agnicionem sue inedie ver-
bi saturitate perfecta revocari · Mer-
cenarii autem sunt qui intuitu superne
mercedis digna satagunt operari · Hii
mercenarii in domo patris panibus
habundant / quia tales in ecclesia
spiritualis gracie reficiuntur alimoniis /
At vero qui extra edes huius confi-
nias positi sunt / fame verbi dei
pereunt · et ventrem siliquis imple-
cupiunt / quia saciam veritatis non
habentes / beatam vitam in studiis
inanis philosophie requirunt · Sicut enim
panis · qui cor hominis confirmat /
verbo dei merito comparatur · ita siliqua
que foris nitida / intus vacua est /
nec reficit ventrem sed onerat / se-
culari sciencia comparatur / que est
sermone sonora / utilitate autem
vacua · Surgam inquit quia pes-
sime me iacere sencio · Ibo ad prom-
menum a quo longe recessi · ad patrem
inquit meum / quia sub porcorum principe
miserabili egestate tabesco · Et quia
pium ac mansuetum noverat patrem /
qui quamquam offensus / quamquam
magnis sceleribus irritus non dedi-
gnatur · patris audire vocabulum /
Peccavi inquit in celum · hoc est
in angelis et in sanctis animabus / que
sunt sedes dei · anima inquit iusti · sedes
est sapiencie · et dominus dicit · celum michi
sedes / addidit · coram te · hoc est
in ipso interiori consciencie secreto / quod
dei solius oculis penetrare potest /

Iam non sum dignus vocari filius tuus. fac me sicut unum ex mercenariis tuis. Meminit se esse filium professus cuncta que patris sunt sua esse non ambigit. sed pondus ignorantie memor adhuc nequaquam aspirare presumit. ideoque sicut mercenarium se fieri poscit. pro mercede. non pro hereditate serviturus. Fac me sicut unum ex mercenariis tuis. Verum nec hoc quidem nisi previa dignatione promereri se posse testatur. quia propter timeant pelagiani qui temerario ore garriunt hominem sua virtute sine dei adiutorio posse salvari. cum apertissime veritas dicat. Sine me nichil potestis facere. Et surgens venit ad patrem suum. Ad patrem venire est ad eius societatem accedere. per fidem ubi est legitima et fructuosa peccatorum confessio. Cum autem adhuc longe esset. hoc est cum non deum adhuc deum intelligeret. sed iam pia devotione quereret. vidit illum pater. hoc est misertus est illius. videre namque deum misereri est sicut de petro scriptum est. Respexit dominus petrum. id est misericordia motus accurrit. venienti filio procurrit. cum unigenito filio suo. et licet solus filius pro salute nostra carnem assumpsit. tamen in eo deus pater semper mansit. et cum eo ad hanc nostram peregrinationem descendit. apostolus enim dicit deus erat in christo mundum reconcilians sibi. Sicut ipse salvator ait. qui me misit mecum est. et non reliquit me solum. Et alibi pater in me manens ipse facit opera. Et cecidit insuper collum eius. et osculatus est eum. Super collum filii cadere est in amplexus eius brachium inclinare.

Brachium autem dei patris filius est propheta dicente. et brachium domini cui revelatum est. Deus ergo pater redientis filii collum cecidit. quia brachium suum hoc est verbum suum ad hoc mundi infirma immensa misericordia fudit. Osculatus est eum id est ad spem venie peccatorum verbo gratie reduxit. cum super flumen diceret. Penitentiam agite appropinquabit enim regnum celorum. Dixitque filius ad patrem. Pater peccavi in celum et coram te. et iam non sum dignus vocari filius tuus. nec addidit. fac me sicut unum de mercenariis tuis. cum enim longe esset. et patrem non haberet. cupiebat vel mercenarius esse. At postquam patris osculo honorari gloriosissime cepit. iam dedignatur mercenarius esse. multam namque intelligit esse distantiam inter servum et mercenarium et filium. Servus namque est qui adhuc metu penarum gehenne vel legum condempnatarum formidine a vitiis abstinet. Mercenarius vero est qui desiderio accipere regni celestis bona agit. filius vero est qui affectu se et virtutum amore delectabiliter deo per caritatem famulatur. quam summam et perfectionem omnium virtutum apostolus commendavit dicens. Nunc autem manent spes fides caritas. Hec maior autem horum est caritas. Ergo prodigus iste primo quasi servus ad se reversus diversimodis suppliciis cepit formidare. moxque velut ad patrem volens de statu mercenarii cepit cogitare. postquam vero accurrens pater amplexatus est eum. oblitus statim servi oblitus et mercedem mercenarii de sola hereditate cepit sollicitus esse penitus. et hoc est quod apostolus dicit. Perfecta

caritas foras mittit timorem/ Dixit
autem pater ad servos suos. cito
proferte stolam primam et induite illum.
Stola prima hec vestis/ est innocencia/
quam prothoplastus adam bene de-
ceptus amisit. Unde et post culpam
prevaricationis primi homines cognoverunt
se esse nudos/ et amissa immortalitatis gloria
pellicium quod est mortale acceperunt
indumentum/ Servi quibus hoc pre-
cipitur/ sunt sancti predicatores/ qui
protulerunt primam stolam/ quando homines
deo reconciliandos predicabant tanta
gracia sublimandos. Ut non solum ci-
ves angelorum/ sed et heredes dei
et coheredes fierent christi/ Et date
anulum in manum eius. Anulo solet
res secreta signari/ per anulum ergo
signaculum fidei debemus accipere/ quo
cuncta dei promissio/ in fidelium dei
cordibus confirmatur/ Anulo eciam
sponsa nupciali federe pignoratur/
et circo. per hunc pingnus (?) nupciarum
christi et ecclesie intelligitur. Anulum ergo
pignus filius accipit/ cum per fidem
christi ecclesiam sibi sociavit Et bene in
manum datur anulus/ ut opera deo fi-
dei astruant/ et per fidem ipsa opera confir-
mentur. Dantur et calciamenta in pe-
des/ per calciamenta officium ewangelizandi
signatur. Scriptum est enim quam spe-
ciosi pedes ewangelizancium bona/ pre-
dicancium pacem. Et apostolus calciati in quit
pedes in preparatione ewangelii pacis/ filio ergo
ad patris pietatem redeunti/ manus et
pedes ornantur. Manus quidem ut quique
fideles recte vivant/ pedes vero ut
vel piis sanctorum moniti exemplis
ad eterna gaudia properemus/ et addu-
cite vitulum saginatum et occidite
Vitulus saginatus iste est filius dei/
vivus ipse/

qui bene vitulus dicitur saginatus/ quia caro
eius spirituali pinguedine et virtute
opima est a deo/ ut sola sufficeret
ad tollenda totius mundi peccata/ addu-
cere autem vitulum precepit/ et occidere
mortem eius prophetas predicavi dicit et
revereris/ Tunc enim recens vitulus iste
occiditur/ cum ab unoquoque occisus
creditur. Tunc comeditur. cum sacrum
passionis eius carne corpore/ et munda
mente percipitur. Et manducemus et e-
pulemur quia hic filius meus mor-
tuus fuerat et revixit perierat et in-
ventus est/ Intuendum quod pluraliter di-
cit manducemus et epulemur. Quod enim
decaritate unius pro sancti vituli non
solum ille qui mortuus revixerat/ et
perditus fuerat. et inventus leta est
pater et servi illius sunt epulati/ Ostenditur
quia epulacio patris est. nostra salus
et illius gaudium est nostra remissio
peccatorum/ nec solum patris sed et
spiritus sancti/ quia sancte trinitatis una est
operacio/ unum gaudium/ unaque dilectio/
Hoc presignabat olim quod abraham tribus
angelis hospicio receptis/ vitulum
tenerrimum et optimum occidisse/ et
eis legitur apposuisse/ quia immolata
pro nostri redempcione carne christi/ tocius
trinitatis leticia est/ Et ceperunt epulari
Epule iste nunc in ecclesia per totum orbe
dilatate celebrantur/ cottidie enim in
sancta ecclesia/ vitulus iste sacerdos deo
patri per sacerdotes offertur. Et in vitam
percipientes pascit eternam/ quia cum
cottidie immolatur/ semper integer perma-
net/ et immaculatus et vivus/ Erat
autem filius eius senior in agro
filius senior est populus iudeorum/

qui per cognitionem dei sunt / quibus a deo per
prophetam primogenitus appellatus est filius
Qui quamvis a patre longe non discessisset
non tamen domi sed in agro erat. / quia a deo
prophetis nostris cultum creatoris toto corpore
ydola deseruit / nec tamen legis sibi date
interiora mistica penetravit / sed superficie
terrene littere delectatus / exteriora .i.
terrena tamen operari et sperare novit / unde
et ei terrena promittebantur / per prophetam
dicentem. Si volueritis et audieritis me
bona terre comedetis / Et cum veniret
et appropinquaret domui audivit simpho-
niam et chorum. Sepe contingit ut ali-
quis diligens ac studiosus doctor in-
decorum legis archana scrutari incipi-
at / cumque ex eisdem scripturis libertate
ecclesie perceperit / laborem servilis operis / cum
per litteram legis obstinando inceptus sit
perhorrescit / hoc est enim quasi de agro
recedere / et domum appropinquare. Audit
simphoniam et chorum. hoc est predi-
catores spiritu sancto plenos cum co-
sonis vocibus intelligit predicare / denique
apostolus obsecro vos / ut et ipsum dicatis
omnes. Et vocavit unum de servis et
interrogavit quid hoc esset / vocat
unum de servis / cum sumit in manibus
ad legendum aliquem expositorem qui sunt
vere servi huius patrisfamilias / et scrip-
turis investigare quasi requirit / que na-
tum iocunda ecclesie festa sint / quibus se
nunc videt interesse / Is quod respondit
frater tuus venit et occidit pater tuus vi-
tulum saginatum quod est aperte dicere
gentilis populus deum cuius ignorans
ignarus / qui per errorem longe adeo dis-
cesserat / nunc ex omnibus mundi partibus
tibi ab extremis quoque terrarum [illegible] ra-
rum ad deum convertitur [illegible]
et pro eius salute tanta [illegible] exul-

tacione / novum deo canticum cantat /
propter quem etiam occisus est ille
vitulus pinguissimus / qui per psalmistam
dicitur. holocaustum tuum pingue fiat
Indignatus est autem et nolebat
introire. obstinatus adhuc indi-
gnans sunt / et nolunt fide etiam in-
trare pater ergo illius egressus cepit
rogare illum. Novissimo scilicet tempore
implebitur vocacio iudeorum / quia e-
ditur sicut ad predicacionem. helie et enoch /
hanc ergo illorum aptam vocacionem /
egressus pater vocat / Tunc enim quodam
modo egredietur. et rogabit eum /
ut ingressa iam gentium plenitudine /
quasi minore filio / omnis etiam israel sal-
vus fiat / cui etiam maxima pec-cati-
contigit infidelitatis / At ille respondens
dixit patri suo. Ecce tot annis ser-
vio tibi et numquam mandatum tuum
preterii cum frequentissime legamus /
illum populum contra mandatum domini ydo-
la coluisse. Quid est quod nunc dicit.
Numquam mandatum tuum preterii.
cum frequentissime legamus illum populum
contra mandatum domini sed hoc non
de omnibus generaliter sentitur / sed particula-
riter de quibusdam accipiendum est / de
hiis scilicet tantum / qui semper deum coluerunt /
et numquam ad ydola defluxerunt / hii
enim tales quamvis terrena tamen delec-
tantes / quasi in agro essent / ipsi
tamen bona terrena a solo deo spe-
rabant atque / Quod et testimonio ipsius
patris confirmatur. cum respondet
in sequentibus / fili tu mecum semper fuisti
et numquam dedisti michi edum / ut
cum amicis meis epularer. Edus
ab olidum et petulcum in scripturis
divinis / peccatorum figuram tene

plet. Sed hoc loco edi nomine xpm
xpm debemus intelligere. quem ille po-
pulus in similitudine carnis peccati
venisse conspiciens peccatorem esse
existimabat. Unde et ceco illuminato
dicebat. Nos scimus quia hic homo
peccator est. et alibi samaritanum eum
esse et demonium habere blasphemabat.
nec mirum videri debet si hic per edum
xpm figuratum dicimus. cum et
in lege hoc nomine legatur appellatus.
Dicit enim. Non coquetis edum in lacte
matris sue. Edum ergo dicit. Non de-
disti michi edum. tale est ac si di-
cat. Illum qui michi edus videbatur
non dedisti michi. hoc de eo illum sub-
trahens. quia edus michi videbatur.
Nam quia xpm prophanatorem legis
et violatorem dicebant. de carne eius
iocundari nolunt. Quod vero
sequitur. ~~Ut cum amicis meis epu-
larer.~~ ex phariseorum persona accipiendum
est. qui cum amicis suis. i. cum re-
liqua plebe epulari volebat. potest et
ex persona populi christiani dictum intelli-
gi cum ceteris populis iudea. Sed post-
~~quam filius tuus hic. qui devora-
vit substantiam suam cum meretricibus venit
occidisti ei vitulum saginatum.~~ Mere-
trices cum quibus substantiam suam devorasse
dicitur. superstitiones gentilium. et nepha-
nda figmenta sunt. in quibus totum naturale
ingenium expenderunt. et relic-
to deo quem verum numine habere
debuerunt. cum turba hominum turpis-
sima cupiditate fornicati sunt. At
ipse dixit. ~~Fili tu semper mecum es.~~ non
redarguit quasi mentientem. sed eius
perseveranciam in suo obsequio com-
probans. ad ~~collectas~~ sibi collectas et
sint cum filio epulandum invitat.

~~Et omnia mea tua sunt et omnia tua mea~~
sunt. Ecce hoc simillimum huic sonare videtur
et omnia mea tua sunt. Sed distincte
multumque dissimiliter. omnia que patris
sunt sic is qui pro natura est filius. quam
hii quos gratia fecit filios dei. Illius
enim sunt omnia patris pro natura. istorum
pro donatorum dei clemenciam. Ille sicut
unicus sic omnia potestate. iste adop-
tati concessa divinitus pietate. Ille sic
omnia possidet quod de deo deus patri equalis
est. isti pro hoc quod ex deo renati sunt.
Hanc cum dicit ~~omnia mea tua sunt~~
non sic est accipiendum quasi non sint.
Nam in terrena hereditate quedam
sunt angusta. nec potest maior fieri. hic
omnia sed minor. etiam partem habuit.
Ut in spiritualium et celestium bonorum he-
reditate sic fit perfectis et immortali-
bus filiis. omnia possident ut et
singula sint omnium et omnia singulorum
operante in omnibus caritate. que michi
novit cum angustia possidere. quam
psalmista magna laude sublimigat
ait. Omnis consummationis vidi finem
latum mandatum tuum nimis. Hanc
ergo efficacissime tenere studeamus. per
hanc mutuis affectibus congaudere
discamus. Diligamus id quod est super
nos. et quod infra nos diligimus.
qui est supra nos tota anima. tota
mente. tota virtute. diligamus quod
est iuxta nos. i. proximum sicut nos
met ipsos. Diligamus intra nos. i.
interiorem nostrum hominem. animam
videlicet nostram. eamque deo spiritui sub-
dere curemus. Diligamus quod est
infra nos. carnem videlicet nostram.
...t ut eius illecebras appetitus
...refringamus. eamque spiritui
obtemperare cogamus. xpm

Sedule possidentes. Ut spiritum et animam
similiter corpus sine querela in suo
sibi adventu custodiat deus et dominus
noster. Sabbato post Johannis xv
capitulo. Dixit ihesus discipulis suis parabo-
lam hanc. Homo quidam habuit
duos filios etc. Omelia Jeronimi presbiteri
Homo quidam habuit
duos filios et dixit adoles-
centior patri. Pater da michi porcio-
nem substancie que me contingit. Et
divisit illis substanciam. Murmurantibus de
peccatorum susceptione scribis et phariseis
tres ex ordine parabolas salvator
posuit. Duabus primis de quibus disputa-
tum est, quanti ipse cum angelis
ac penitencium salute gaudeat insi-
nuans. Tercia vero que sequitur non
suum tantummodo suorumque gaudium
demonstrans, sed et invidenciam murmu-
rancium deprehendens. Homo itaque qui duos
filios habuisse dicitur deus pater intelligitur
duorum scilicet genitor populorum, et qui
duorum generis humani stirpium auctor
atque creator. Maior enim filius eos
qui in unius dei cultura, minor eos
qui usque ad colenda ydola deum de-
serere significat. Porcio substancie que mi-
norem filium contingit ipse sensus
in homine racionalis est. Vivere enim
intelligere meminisse ingenio alacri ex-
cellere divina substancia muneris est
quam minor filius expetit a patre
cum homo sua potestate delectatus
per liberum sese arbitrium regere atque
a domino quesivit carere conditore
divisitque illis substanciam fidelibus scilicet sue
gracie preceptum quam desiderabant
impertiendo infidelibus vero naturalis
solum ingenii quo contenti erant
beneficium concedendo. Et non post mul-
tos dies congregatis omnibus adoles-
centior filius peregre profectus est in
regionem longinquam et ibi dissipa-
vit substanciam suam vivendo luxuriose.
Longe profectus est non locorum mutatione
sed animi, quanto enim quisque plus in pra-
vo opere delinquit tanto a dei gracia lon-
gius recedit. Et non post multos
dies dixit factum. Ut congregatis
omnibus peregre proficisceretur in regio-
nem longinquam. Quia non multo
post institucionem humani generis placuit
anime per liberum arbitrium ferre se-
cum quandam velut potenciam nature
sue et deserere eum a quo condita est
fidens viribus suis, quas vires tan-
to consumit cicius quanto eum de-
serit a quo data sunt. Itaque hanc vitam
prodigam vocat effusam fundere atque
spargere pompis exterioribus intus
manentem, cum ea quisque sequitur
que ab illa procedunt et relinquit eum
qui sibi est interior. Et post-
quam omnia dissipasset, facta est
fames valida in regione illa. Ornamenta
que dissipavit ornamenta nature
que consumpsit significat. Fames
in regione longinqua indigencia
verbi veritatis est in oblivione cre-
atoris de qua dictum est in propheta Amos viii
quia mittet dominus famem in terram
non famem panis neque sitim aque
sed audiendi verbum dei. Et ipse ce-
pit egere. Et abiit et adhesit
uni civium regionis illius. Egen-
te ergo egere cepit qui thesauros
sapiencie dei divitiarumque celestium
altitudinem delinquit. Unius ac
civium regionis illius cui ille

egenis adhesit / utique est ille qui co-
cupiscentiis terrenis merito super
versitatis prepositus princeps huius mun-
di a domino vocatus / et de quo apostolus.
deus inquit huius seculi excecavit
mentes infidelium. Et misit illum
in villam suam. ut pasceret porcos
In villam mitti est substanciis mun-
dialis cupiditate subiugari. de qua in
alia parabola quidam ad spirituales epu-
las invitabatur / fastidiens dixit
/ villam emi et necesse habeo exire / et
videre illam / Porcos vero pascere
est / ea quibus immundi spiritus gaudeant
operari. Et cupiebat implere ventrem
suum de siliquis quas porci manduca-
bant. Siliquae quibus porcos pasce-
bat. sunt doctrine seculares sterilem
suavitatem resonantes / de quibus lau-
des secularium fabularum. quo ad
deos gentium / vario sermone atque
carminibus perstrepant / quibus demonia
delectantur. / Unde cum iste saturari
cupiebat / aliquid solidum et rectum
quod ad beatam vitam pertineret. invenire
volebat in talibus et non poterat.
Et nemo illi dabat / In se autem rever-
sus iam scilicet / ab eis que forinsecus
frustra alliciunt / et seducunt in conscientie
interiora redire faciens inte-
cionem suam dixit / Quanti mercenna-
rii patris mei habundant panibus
ego autem hic fame pereo. Unde hoc
scire poterat. in quo erat tanta ob-
livio dei / sicut in omnibus ydolatris
fuit nisi quia ista recogitatio iam
resipiscentis est. cum evangelium predica-
retur. mercennarii ergo. patris habun-
dant panibus / quia qui future mer-
cedis intuitu digna operari sata-

gunt / cottidianis superne gratie refician-
tur alimoniis / At vero fame pereunt
qui extra patris edes positi ventrem
cupiunt. implere de siliquis. i. qui
sine fide viventes. vitam beatam in
carnis perversis studiis inquirunt / sicut enim
panis. qui cor hominis confirmat.
verbo dei quo mentem reficiat. assimila-
tur / ita et siliqua que et ipsa intus
inanis / foris mollis / et corpus non
reficit. sed implet. / ut sit magis o-
neri quam usui secularis ~~potentie~~ sapientie
non immerito comparatur / cuius sermo fa-
cundie plausu sonoris / sed virtute
utilitatis est vacuus. Surgam
et ibo ad patrem meum. et dicam
illi. pater peccavi in celum et coram
te. Quem misericordem principio nove-
rat patrem / qui nec offensus a filio.
patris non dedignatur audire voca-
bulum / Surgam ergo inquit quia me
iacere cognovi / et ibo. quia longe
recessi ad patrem meum / Cuius pro principe
porcorum. miserabili egestate tabes-
co / Peccavi autem in celum coram
spiritibus angelicis / sanctisque animabus / in quibus
sedes est dei / Coram te vero in ipso
conscientie interioris conclavi / quia dei
solius oculi penetralia penetrare va-
lebant / et iam non sum dignus vo-
cari filius tuus fac me sicut unum
de mercennariis tuis. Ad filii quidem
affectum qui omnia que patris sunt
sua esse non ambigit / aspirare nequa-
quam presumit / sed mercennarii statum
non pro mercede servitutis desiderat /
verum nec hunc quidem nisi paterna
dignacione se mereri posse testatur.
Ubi sunt ergo pelagianiste / qui sua
de virtute salvari posse confidunt /

contra aptissimam veritatis sententiam
que ait: Sine me nichil potestis facere.
Et surgens venit ad patrem suum.
Venire ad patrem est in ecclesia con-
stitui per fidem, ubi iam sit peccatorum
legittima et fructuosa confessio.
Cum autem adhuc longe esset, quia
antequam intelligeret deum, sed tamen
cum iam pie quereret. Vidit illum
pater ipsius. Impios enim et superbos
convenienter non videre dicitur tam-
quam ante oculos non habere. Ante o-
culos enim habere non nisi qui diligun-
tur dici solet. Et misericordia motus est et
occurrens cecidit super collum eius.
Non enim pater unigenitum filium de-
seruit, in quo utique ad nostram longin-
quam peregrinationem cucurrit atque
descendit, quia deus erat in Christo
mundum reconcilians sibi. Et ipse
dominus ait: Pater in me manens ipse
facit opera sua. Quid est autem ca-
dere super collum eius, nisi inclinare
et humiliare in amplexum eius bra-
chium suum, et brachium domini cui
revelatum est, quod est utique dominus no-
ster Christus. Et osculatus est eum. Con-
solari verbo gratie dei ad spem indulgen-
tie peccatorum, hoc est post longa itinera
revertentem a patre mereri osculum
caritatis. Dixitque ei filius: Pater
peccavi in celum et coram te, iam
non sum dignus vocari filius tuus.
Hominem vult fieri per gratiam qui se in-
dignum per merita esse fatetur. Non ad-
didit quod in illa meditatione dixerat:
Fac me sicut unum ex mercenariis
tuis. Cum enim panem non haberet
vel mercenarius esse cupiebat, quod
post osculum patris generosissime

iam dedignatur. Intelligit namque
inter filium, mercenarium et servum
non minimam esse distantiam: servum
esse eum qui adhuc metu gehenne
seu penarum legum aliquis temperat.
Mercenarium qui spe atque desiderio
regni celorum. Filium qui affectu
boni ipsius atque amore virtutum,
in quarum virtutum summa consumma-
bitis apostolus omnem salutis summam
concludens: Nunc inquit manet
spes fides caritas, tria hec, maior
autem horum est caritas. Fides namque
est que futuri iudicii ac suppliciorum
metu viciorum contagia facit de-
clinare. Spes autem que mentem no-
stram de presentibus avocans universas
corporis voluptates celestium premiorum
expectatione contempnit. Caritas
que nos ad amorem Christi et spiritualium
virtutum fructum mentis ardore suc-
cendens quidquid illis contrarium est
toto facit odio detestari. Unde prodi-
gus iste postquam in semetipsum re-
versus dixit famis supplicium formida-
bat. Velit iam servus effectus esse.
mercenarii statum de mercede iam
cogitans concupiscit, sed patri occur-
rens non contentus in ordine con-
cedere, sed utroque gradu sine dila-
tione transcurso pristine filium re-
stituit dignitati. Nec iam de mercede
conductoris sed de hereditate facit
cogitare parentis. Dixit autem pater
ad servos suos: Cito proferte sto-
lam primam et induite illum. Sto-
la prima est vestis innocentie quam
homo bene conditus accepit sed ma-
le persuasus amisit, quam post in cul-
pam prevaricatoris cognovit esse.

nota de fide spe et caritate

se induimus / gloriamque immortalitatis per-
dita pelliceam hoc est mortale sus-
cepit indumentum. Servi quoque ea
proferunt reconciliatoris / predicatores
sunt / proferunt enim stolam primam /
quando mortales terrenosque homines
ita sublimandos asseruerant / ut non
solum cives angelorum / sed et he-
redes dei / et coheredes sint Christi futuri
Et date anulum in manu eius et
calciamenta in pedes. Anulus est vel
sincere fidei signaculum / qua cuncta pro-
missa in credentium cordibus certa in-
pressione signantur / vel nuptiarum
pignus illarum quibus ecclesia sponsatur /
Et bene anulus in manu datur / ut
per opera fides clarescat / et per fidem opera
firmentur. Calciamenta autem in pe-
des / officium evangelizandi denunci- Nō bn
ant. Ut cursus mentis ad celestia
tendens / a terrenarum contagione
rerum inviolatus servetur / quia
mundus presensque inmanis exemplis
sicut serpentes et scorpiones securum
incedat / manus quoque et pedes .i. opus
ornatum / et cursus / opus ut recte
vivamus / cursus ut celestia gau-
dia queramus. Non enim habemus
hic manentem civitatem / sed futu- Nō
ram inquirimus. Et adducite
vitulum saginatum et occidite
Vitulus saginatus ipse idem dominus
est / sed [illegible] amicum / et bene sagina-
tus / quia caro eius adeo spiritali cum
opima virtute / ut pro totius mun-
di salute sufficiat / in odorem sua-
vitatis / in odorem vero immolationis
ad deum mittere / et pro omnibus exo-
rare. Adducere autem vitulum
et occidere / est predicare Christum

et mortem eius insinuare / Occidi-
tur enim unicuique nunc quasi recens oc-
ciditur / cum credit occisum / cum caro
eius comeditur / cum passionis eius
sacramentum et ore ad emundationem percipitur /
et corde ad imitationem cogitatur. Et
manducemus et epulemur quia hic
filius meus mortuus erat et revi-
xit perierat et inventus est. Verum
pater et servi illius patris sancta vi-
tuli / qui propter servum filium occisus est
carne refecti epulantur / qui patris
abus filius est noster / et patris gau-
dium nostrorum remissio est peccato-
rum tamen patris sed et filii et spiritus sancti
quia sicut in divinitate una voluntas
et una operatio / ita et una est delec-
tatio / sancteque individue trinitatis /
Nō bn Unde beatus Abraham tres angelos
hospicio recipiens / vitulum tenerrimum
et optimum occidisse / eisque cum lacte
pane et butiro epulandum legitur
obtulisse / quia qui veram trinitatem
recte devocionis officiis reficere
.i. letificare desiderit mortem quoque
unigeniti verbi filii dei in carne que
est una in eadem trinitate persona pie con-
fessionis sinceritate celebrare. Et
notandum quod ante stola prima / ante a-
nulus / ante calciamenta premittitur et
sic deinde vitulus immolatur / quia
nisi stolam quisque perhennis immortalitatis
induerit / nisi anulo fidei opera pre-
munierit / nisi ipsam fidem pie con-
fitendo predicaverit / non poterit sacramentis
interesse celestibus. Et ceperunt epulari
Iste epule atque festivitates / nunc ce-
lebrantur per orbem terrarum / ecclesia di-
latata atque diffusa / Vitulus enim ille

in corpore et sanguine domini / et obsonium
patri et pascit totam domum. Erat
autem filius eius senior in agro.
filius senior populus israel est / qui licet
in longinqua non abiit / non tamen do-
mi sed in agro dicitur esse moratus /
quia populus idem neque usque adolen-
da ydola creatorem deseruit / quam
accepit interiora penetravit / Sed lit-
tere solum custodia contentus ex-
teriora magis et terrena operari si-
mulque sperare solebat. Audiens pro-
phetam. Si volueritis et audieritis me
bona terre comedetis. Et cum ve-
niret et appropinquaret domui audi-
vit simphoniam et chorum. Appro-
pinquat filius domui / cum populus ille in
quibuscumque israelite consideracionibus /
nam multi tales inventi sunt in eis /
quia sepe inveniunt labore servilis
operis improbato / ex eisdem scripturis
ecclesie libertatem consideravitis / audit
simphoniam et chorum scilicet spiritu
plenos vocibus consonis evangelium predi-
care quibus dictum est / obsecro vos
fratres ut idipsum dicatis omnes
et concorditer conspirantium cum et cor-
dium in laudes dei / Et vocavit
unum de servis et interrogavit
que hec essent. Iste dixit illi. Vo-
cat unum de servis cum sumit unum
ad legendum aliquem prophetam / et in eo
querens quodam modo interrogat /
unde ista festa in ecclesia celebrantur /
in quibus se esse non videt. Respondet
ei servus prius propheta / Frater tuus venit
et occidit pater tuus vitulum sa-
ginatum quia salvum illum rece-
pit. In extremis enim terre fuit

frater tuus / sed inde maior exul-
tacio cantantium domino canticum novum /
quia laus eius ab extremis terre /
Et propterea eum qui absens erat occi-
sus est ille / cui dictum est / et ho-
locaustum tuum pingue fiat. Indi-
gnatus est autem et nolebat intr-
are. Pater ergo illius egressus ce-
pit rogare illum. Indignatus est
nunc et adhuc non vult intrare. cum
ergo plenitudo gentium intraverit /
egredietur optimo tempore pater eius et
ut omnis israel salvus fiet / de cuius
parte cecitas facta est / velut absen-
cia in agro / donec plenitudo filii mi-
noris longe in ydolatria gentium
constituti / redivit. ad manducandum
vitulum intraret / Erit enim congre-
gacio iudeorum in societate ecclesie
Quam manifestatum vocacionis
tamquam egressum patris appellat /
ad rogandum maiorem filium / At
ille respondens dixit patri suo /
Ecce tot annis servio tibi. et numquam
mandatum tuum preterivi. Queritur
quo ille populus numquam mandatum
dei preterivisse dicatur / facile illud
occurrit indecorum neque de omni man-
dato dictum est / sed de uno maxime
mandato / quo nullum alium deum
colere iussus est / neque iste filius
in omnibus israelitis / sed in hiis intelligentibus
hanc personam / qui numquam ab uno deo
ad simulacra conversi sunt / Quamvis
enim tamquam in agro positus iste fi-
lius terrena desideraret ab uno tamen
deo. ista desiderabat bona / cum etiam
patris ipsius testimonio comprobatur
cum dicit / tu mecum es semper. Non
enim quasi mencientem redarguit /

sed sanctam perseverantiam eius approbans ad fructum eum potioris atque iocundioris exultacionis invitat. Et michi numquam dedisti michi hedum ut cum amicis meis epularer. Peccator profecto edi nomine solet significari sed absit ut antixpm intelligamus. Multum enim absurdum est cui dicitur: tu mecum es semper hoc apparet optasse ut antixpo crederet neque omnino in eis intelligendum qui antixpo credituri sunt. Istum filium propheta est intelligi quo epularetur ex illo edo si ipse est antixpc qui non ei credet aut si hoc est epulari ex edo accessione quod est de antixpi perdicione letari quo dicit filius quem recepit pater hoc sibi non fuisse concessum cum filii omnes dei de illius adversarii dampnacione letaturi sunt. Numquid ipsum dominum sibi negatum ad epulandum conqueritur dum eum peccatorem putat. Cum ergo edus est illi genti id est cum eum sabbati violatorem et prophanatorem legis existimat iocundari epulis eius non meruit. Ut quod ait: Numquam dedisti michi edum ut cum amicis meis epularer tale sit ac si diceret: eum qui michi edus videbatur, numquam michi dedisti ad epulandum eo scilicet michi illum non concedens quo michi edus videbatur. Quod autem dicit cum amicis meis aut cum persona principum cum plebe intelligitur aut ex persona populi ierusalem cum ceteris populis iude. Sed postquam filius tuus hic qui devoravit substantiam suam cum meretricibus venit occidisti illi vitulum saginatum. Meretrices sunt gentilium superstitiones cum

quibus substantiam dissipare est relicto uno connubio veri dei cum turba demonum cupiditate turpissima fornicari. At ipse dixit illi: fili tu semper mecum es et omnia mea tua sunt. Epulari autem et gaudere oportebat quia frater tuus mortuus fuerat et revixit, perierat et inventus est. Quod dicit et omnia mea tua sunt non putandum est ita dictum quasi non sint et fratris sed tamquam in terrena hereditate paciaris angustias quo possint te omnia maiorem sicut etiam minor ibi partem suam. Sic enim perfectis quia pervenientibus etiam immortalibus filiis habentur omnia ut sint et omnium singula et omnia singulorum. Ut enim cupiditas nichil sine angustia ita nichil cum angustia caritas erit. Cum ergo beatitudinem illam obtinuerimus nostra erunt ad videndum superiora nostra erunt ad convivendum equalia nostra erunt et ad dominandum inferiora. Sed quem autem monet quo pacto supplicantis verbis dicat: Et omnia mea tua sunt, sicut unigeniti filii et omnia que patris sunt propter hoc etiam ipse deus est ex patre natus patri equalis. Unde et illud quod de spiritu sancto loquens ait: Omnia que habet pater mea sunt propterea dixi quia de meo accipiet. Et annunciabit vobis de hiis dixit que ad ipsam patris pertinent divinitatem in quibus illi est equalis omnia que habet pater habendo neque enim spiritus sanctus creatura que patri est subiecta et filio erat accepturus quod ait de meo accipiet sed utique de patre de quo

pcedit sps sanctus et de quo natus
est et filius. Sine itaque duos fili
os hos ad utrumque pertinentes. sive ut
quibusdam placet ad duos quoslibet
homines. penitentem videlicet et iustum.
vel qui sibi iustus videatur. refferre
voluerís congruebat maior filius
quia filius minor mortuus fuerat. et
revixit. perierat et inventus est.
In illo t. **Dominica iii. secundum lucam. x^o. ca^o.**
Erat ihesus eiciens demonium et illud
erat mutum. et cum eiecisset demo-
nium locutus est mutus et admi-
rate sunt turbe. et cetera. **Omelia Remigii**
Dicturus euangelista **episcopi.**
dominum ab homine demonium eie-
cisse. recte in exordio huius lectionis
tale verbum posuit per quod eternitatem
divinitatis exprimeret dicens. Erat
ihesus eiciens demonium. Non enim
dixit fuit. quia ex sola deo est. et
num et incommutabilem permanere.
cui nec preterita transeunt. nec futura
succedunt. sed semper eternaliter per-
manent. sicut ipse ait moysi. Ego
sum qui sum. et dices filiis israel.
qui est misit me ad vos. Et iterum
Ego sum deus abraham. et deus
ysaac. et in apokalipsi. Ego sum al-
pha et o. Et in evangelio. Amen amen
dico vobis. antequam abraham
fieret. ego sum. Ut ergo ostende-
ret filium dei esse coeternum patri. Erat
dixit. et non fuit. Demoniacus iste
apud matheum. non solum mutus
sed etiam cecus esse perhibetur. cura-
tusque adeo mirabiliter dicitur. ita ut
loqueretur et videret. Ubi notandum quod
in uno eodem que homine. dominus tria
mirabilia pariter est operatus. cecus
videt. mutus loquitur. obsessio a demo-
ne eruitur. Allegorice autem genus
humanum significat. quod tunc possessum sub
dyabolo se subdidit. quando deum crea-
torem suum dyabolo suadente contemp-
sit. tunc videndi deum dignitatem
perdidit. cum ad concupiscendum ve-
titum lignum. oculos aperuit. sicut
scriptum est. Vidit mulier lignum quod esset
pulcrum visu. aspectuque delectabile.
tulit et comedit. deditque viro suo.
qui comedit. et aperti sunt oculi amborum.
loquelam pariter amisit. quia post-
quam peccato se subdidit. a laude dei
cessavit. Non enim est ut ait scrip-
tura. speciosa laus in ore peccatoris.
sed domino in mundum veniente. de-
moniacus iste curatus est. quia post-
quam deus humanam naturam. sibi
coniunxit inmundorum spirituum. potestates
ab humanis cordibus expulit. ideo
dicente. nunc hora est. ut princeps
huius mundi eiciatur foras. tunc enim
videndi deum. officium recepit. qui
ab ipsius intuendi claritate deum recepit. a cuius visione intuen
peccando se elongaverat. Impleta
prophetia que ait. populus qui sedebat
in tenebris vidit lucem magnam.
habitantibus in regione umbre mortis
lux orta est eis. Unde apostolus pau-
lus credentibus ait. Fuistis aliquando
tenebre nunc autem lux in domino. Lo-
quelam pariter recepit. quando ge-
nus humanum contra prioris taciturnitatis
ad confessionem aperuit. dicens cum
psalmista. Domine labia mea aperies.
et cum ysaya. Dominus dedit michi lin-
guam. ~~et cum ysaya~~ eruditam.
nec solum deum laudare. sed et

ydolorum cultores cepit detestari di-
cens. cum psalmista. confundantur
omnes qui adorant sculptilia et qui
gloriantur in simulacris suis. quoniam om-
nes dii gentium demonia. dominus autem ce-
los fecit. et cum ieremia. dii qui non
fecerunt celum et terram pereant de
celo et de hiis que sub celo sunt.
Unde bene subditur. Et cum eiecisset
demonium locutus est mutus et
admirate sunt turbe. Hinc intelligere
possumus. quia ab exteriore tenerent
demonia. que eum possidebant inte-
rius. ex terius videndi loquendique
officium amiserat. quia statim ut
recessit. visum et loquelam recepit.
in tantum ut turbe mirarentur. Iuxta
autem anagogen. id est superiorem sensum
turbe quo mirabantur. immundi spiritus
sunt intelligendi. qui videntes genus
humanum de sua potestate liberari et
illuminari. timore simul et admiratione
perterriti sunt. Unde et possessum
hominem dicebant. Quid tibi et
nobis fili dei. venisti ante tempus tor-
quere nos. Sed quia unde primus
plus proficit. inde malus deterior
fit. Recte subiungitur. Quidam autem
ex eis dicebant. non hoc aliqui
de turba dixisse. putandi sunt. sed scri-
be et pharisei qui ideo eum sequebantur.
ut ipsum reprehenderent. et hec calum-
niabantur. ut alius euangelista testatur.
Turbis enim domini signa semper mira-
tibus. illi econtrario invidia pleni
que negare non poterant. sinistra
interpretatione pervertere moliebantur.
ut simpliciores turbas ab
eius credulitate subtraherent. et

ideo demoniacum et mutum et
cecum videntes curatum in matibus
turbis dixerunt. In belzebub princi-
pe demoniorum demonia eicit.
Ut quidam dicunt a nomine vel fan[o]
est baal et inde compositum est
belzebub. Nam belzebub ydolum
erat. baal qui dictus est deus
accaron. ad quos ochozias rex nunci-
os suos misit. ad consulendum utrum
de infirmitate sua evaderet an non.
cui helias propheta occurrens ait.
Numquid non est propheta in israel. quod
pergitis ad consulendum belzebub deum
accaron. Ideo dicite viro qui misit
vos de lectulo in quem descendit non
ascendet. sed morte morietur. Ab
antiquis enim temporibus huius ydolo pre-
varicatio inventa est. Fuit enim
ut quidam referunt homo nomine
vel proprio nini regis qui civitatem
niniven edificavit. quo vel mor-
tuo filius eius statuam ipsius ere-
xit. et sibi subiectos adorare precepit.
asserens patrem suum inter deos
esse translatum. Ex quo tempore pessima
consuetudo exorta est ut honorem de-
bitum deo stulti homines ydolis
tribuerent. postea dictum est
vel beelphegor eo quod in monte
phegor qui in finibus erat ma-
dian constitutus a multis adora-
retur. in quo prevaricati sunt filii
israel egressi de egypto. ad sugge-
stionem balaam. qui sicut ait
psalmista. initiati sunt beelphe-
gor et comederunt sacrificia
mortuorum. Templum autem inde
tum dictum est baal berith

idest deus pacti / eo quod filii israel cum
eo pactum inierint relicto deo
patrum suorum / Consuetudo enim
erat illius maxime in montibus et
in cornibus responsum dare / unde
et deus montium dictus sicut syri
ab israel superati existimantes illum
ab eis esse / dixerunt dii montium
sunt dii eorum / et ideo non possumus
superare eos / huius simulacri effigiem
colentes ipse templum statuerunt
in valle in loco amenissimo /
ubi non solum thura et sacri-
ficia ei offerebant / sed etiam
filios suos et filias per ignem sibi
sacrificando transferebant. Sicut
manasses crudelissimus patrata fe-
cisse legitur. Propter hoc huic loco
dominus sepissime per prophetas maxime autem
per Ieremiam terribiliter comminatus est
dicens / Posuerunt offendicula sua
in domo in qua invocatum est nomen
meum ut polluerent eam / et edifi-
caverunt excelsa thophet / qui est
in valle filii ennon. Ut incenderent
filios suos et filias suas igni / que
non precepi / nec cogitavi in corde meo /
Ideo ecce dies veniunt dicit dominus / et
non dicetur amplius thophet / nec vallis
filii ennon / sed vallis interfectionis /
et sepelientur in thophet eo quod non
sit locus ad sepeliendum pre multitudine
cadaverum. Et erit morticinum
populi huius in escam volucribus celi / et
bestiis terre / et non erit qui eli-
gat. i. qui defendat / propter effusio-
nem autem ibi sanguinis qui ibi frequen-
ter effundebatur / multe musce in eodem
loco congregabantur / Unde est ei

congruum nomen impositum belzebub
i. princeps muscarum / sive vir huius
muscas / zebub enim musca dicitur /
non nulli enim finem huius nominis
per d. vel per l. scribendo et putamus /
legentes beelzebul / et asserentes
auctorem huius ydoli primum in israel
zebum servum achimelech fuisse /
qui occidit septuaginta fratres suos
super lapidem / sed ipsa interpretacione
ostenditur non aliam litteram quam
per b. scribendo / quia ut supra diximus /
belzebub princeps muscarum dicitur.
Ergo quia scribe et pharisei miraculum
a domino factum negare non valebant /
in huius demonis potestate factum ob-
fuscare illud conabantur. Et ideo blas-
phemantes dixerunt In belzebub
principe demoniorum eicit demonia
Et alii temptantes signum de celo
dicebant querebant ab eo superflue /
qui ea que oculis vident credere
nolunt / de invisibilibus signa querunt
qui enim cecum videntem / et mutum
loquentem ab eo curatum credere no-
lebant. Ad callida argumenta se con-
verterunt / querentes signum de celo /
scilicet ut more samuelis tonitrua de
celo coruscare faceret / vel ad simili-
tudinem helie ignem de celo deponeret /
quod si hoc fecisset / et hec utique calum-
pniarentur et dicerent / non ea
a deo esse facta / sed ex occultis aeris
commocionibus accidisse / affirmantes
et magos pharaonis in egipto
multa signa de celo fecisse / non enim
impossibile erat deo de celo si-
gnum ostendisse vere / sed illi
indigni erant signum de ce-

celo videre / qui terram diligētes re-
gem celi temptare audebant / Ad
quos magis illa sna dirigitur in
qua dns ait. Gnac̄o hec mala / et
adultera signum quit / et signū
non dabitur ei nisi signū ione p-
phete. Horum etiam similitudiem vi-
dentur illi tenere / qui ypocrite uolant
et qui ficte deum querunt / minime
inueniunt / quia longe est a pccātoribꝫ
salus. et ipse est omnibꝫ inuocātibꝫ
eum non in simulacōne / sed in uirtute /
Ipse autem ut vidit cogitacōnes eo-
rum dixit eis. Quia ceterorum signa eos
non velle credere cognouit / ptinus
cogitacōnibꝫ eorum respondit / Ut sal-
tem sic in eo diuinitatem credere co-
gerentur / qui cordis videbat archana
ac si diceret / Eadem maiestate qua co-
gitacōnes cordis intueor / possum et
signa de celo ostendere / Solius enim
dm̄ est cogitacōnes cordis intueri /
dicente scriptura / Tu deus solus
nosti corda filiorum hom̄ / et iterum
homo videt in facie / deus autem
in corde / Omne regnum in se diuisum
desolabitur. et domus supra domum
cadet. Iuxta litteram ita est / si enim
regnum in se diuisum fuit / ut a-
liud rex / aliud pnceps / aliud duces /
aliud milites senciant / desolacōm
patitur / Similiter domus si diuisa
fuit / ut aliud vir / aliud vxor /
aliud filii / aliud parentes / aliud ser-
ui / et aliud dm̄ sapiant / utique
et ipsa ruinas pacietur / dr̄ enim
domus supra domum cadere /
qn̄ alius post alium comouetur cuᵒ

filium / et filii contra patrem / sic de
reliquis / in qua similitudine tempta-
tores suos dns a regno dyabolī mo-
net recedere / qd diuisum in se co-
gnoscunt stare non posse / qd neque
nulloᵒ potestis / velocissime a regno
dyabolī recedite / quia cito eius casum
non dubitatis. Regnum enim dyabolī in
illis est / in quibus peccatum regnat / qd
quamuis sit unitum in mala volun-
tate diuisum est. / in operacōne /
Alius quidem adul terium / alius
homicidium / alius furtum / alius
sacrilegium perpetrat / sed hii ex vna
radice mala voluntatis procedunt /
Si autem et sathanas in se ipsum
diuisus est. quo stabit regnum
ipsius. quia dicitis in belzebub me
eicere demonia / In quibus verbis /
dns suos temptatores prudentissime
silogismo hinc inde concludit / ut ne
aptam responsionem inuenire pos-
sint / qd non solum hic / sed etiam
in plurimis locis frequenter scripture
legitur / sic scilicet / cum venerunt ad
eum dicentes. Dic nobis in qua potesta-
te hec facis. Et ait ad illos / dicite
michi et vos unum verbum et ego
dicam vobis in qua potestate hec
facio / Baptismus iohis de celo e.
an ex hominibus / at illi cogitabant inter
se dicentes / Si dixerimus de celo / dicet
nobis quare ergo non suscepistis
illum / Si ex hominibus turba / que ad
iohem baptizata est lapidabit nos /
et non inuenientes quid dicerent
siluerunt / sic et in hoc loco quia
confiteri nolebant. qd xpc in vir-
tute dei demones eiceret nec

affirmative re potuit quod sathanas
sathanam eiceret nec liberam respon-
sionem inveniebat obstructum os
loquentium iniqua propter quod tradetur
in manus gladii partes vulpium erunt
ad quorum maliciam adhuc comme-
dam subiunxit dicens. Si ego in
belzebub eicio demonia filii vestri
in quo eiciunt. filios eorum disci-
pulos suos dicit. quia sine dubio
ex eorum progenie erant quibus in
potestate effugandi demones dede-
rat atque calcandi super omnem potesta-
tem inimici dicens In nomine meo in-
firmos curate leprosos mundate cecos
illuminate demones eicite gratis acce-
pistis gratis date Si discipuli mei
filii utique vestri in nomine meo demonia
eiciunt Quare vos idem opus in
me principi demoniorum belzebub
et non deo signatis ideo ipsi iudices
vestri erunt .i. infirma et contempti-
bilia mundi que ego elegi ut con-
fundant fortia discipuli mei qui
curationes deo non belzebub assi-
gnant. iudices vestri erunt tunc
scilicet cum venerit filius hominis et sederit
in sede maiestatis sue sedebunt et ipsi
super sedes xii tribus israel iudicantes. Vel
vel certe filios eorum exorcistas
appellat qui ex more antiquo in eo-
dem populo habebantur ad quorum in-
vocationes vel coniurationes demones
ab hominibus pellebantur cui rei te-
stis est iosephus historiographus
hebreorum qui in libris antiquita-
tum inter cetera que de salomonis
sapientia commemoravit adiecit ista
dicens. Prestitit autem dominus salomoni
ut etiam demones eiceret et in-
cantationes instituit quibus egritudi-
nes solerent mitigari que cura-

tionis apud nos multum valere di-
noscitur. Vidi enim ego quendam he-
leazarum de gente nostra presente ves-
pesiano et filiis aliisque simul con-
sistentibus curantem eos qui a demonibus
vexabantur genus autem curationis fu-
it huiusmodi. Iniecit naribus eius qui de-
monio vexabatur anulum habentem
signaculum a salomone monstratum et
repente cecidit homo ac ille con-
iuravit eum commemorato salomone
obiciens eadem carmina que salomon
composuit super eum deinde preparans
odoramentis demonum extraxit et
ponebat et ponebat in medio pel-
vem plenam aqua sive quodlibet
vas precipiens Ut egressus ab homi-
ne hanc everteret dans indicium audientibus
quod hominem reliquisset quod cum fi-
eret admirabantur sapientiam salomonis
Ad horum ergo exorcistarum opus
dominus scribas et phariseos constringit di-
cens Si ego in belzebub eicio de-
monia filii vestri in quo eiciunt ac
si diceret si exorcistarum expulsio
deo tribuitur et non hominibus qua-
re ad opus in me non eandem ha-
beret reverentiam ideo ipsi iudices
vestri erunt non potestate sed com-
paracione Sicut enim regina saba ve-
niens a finibus terre audire sapientiam
salomonis iudicatura est eos qui
qui maiorem sapientiam salomone audire
contempserunt et sicut ninivite age-
tes penitentiam ad predicationem ione iudi-
catura sunt eos qui maiorem iona
salvatorem audire noluerunt sic
et isti exorciste qui curationem de-
monum deo tribuebant iudicare
dicuntur eos qui curationem demonum
belzebub et non deo assignabant.
Porro si in digito dei eicio demonia

Profecto peruenit in vos regnum dei.
Digitus enim dei spiritus sanctus intelligitur,
quod matheus ewangelista manifestius de-
clarat cum dicit: Si autem ego
in spiritu dei eicio demones et plane.
Per digitum dei spiritus sanctus figuratur,
quia sicut digitus aliquid operatur
et fingit, sic pater et filius per spiritum
sanctum omnia operantur, dicente psal-
mista: Verbo domini celi firmati sunt, et
spiritu oris eius omnis virtus eorum.
Hoc digito tabule testamenti scripte
sunt. De hoc etiam digito magi in egyp-
to stupefacti dixerunt: digitus dei est
iste. Cuius pulcherrimam operacionem propheta
admirabatur cum dicebat: Quoniam
videbo celos tuos opera digitorum tuorum,
lunam et stellas. Et pro certe per digitum
dei recte spiritus sanctus intelligitur, quia
sicut in nullis aliis membris tantam
particionem habemus quantum in digitis,
sic et spiritus sancti dona diuisa sunt
[illegible] iuxta accipiencium qualitate,
teste apostolo qui ait: Alii quidem
per spiritum datur sermo sapiencie, alii sermo
sciencie secundum eundem spiritum, alteri fides
in eodem spiritu, alii gratia sanitatum in
uno spiritu, alii operacio virtutum, alii
prophetia, alii discrecio spirituum, alii genera
linguarum, alii interpretacio sermonum.
Hec autem omnia operatur unus atque
idem spiritus, diuidens singulis prout vult.
Quod autem regnum dei in eos peruenis-
se dicitur, sicut alibi ait: Regnum dei
intra vos est. Vel illud iudicium dis-
crecionis intelligi vult quo discernuntur
pii ab impiis, iusti ab iniustis. Compressis
vero calumpniatorum insidiis qui
dicebant eum in belzebub eicere
demonia, de sua victoria pariter et
demonum expulsione libere loquitur
subiungens: Cum fortis armatus
custodit atrium suum, in pace sunt

ea que possidet. Fortem armatum dyabolum
dicit, cuius atrium erat mundus, quem
post preuaricacionem primi hominis sibi subiuga-
uerit. Quod dum fortis custodiret,
in pace erant omnia que possidebat,
quia nullus tam iustus fuit ante
aduentum domini qui ita ei recte re-
sistere posset ut genus humanum ab
eius potestate tolleret. Ad hoc opus
expectabatur illius aduentus qui sine
peccato venturus erat in mundum. De
quo subditur: Si autem fortior illo
superueniens vicerit illum. Fortior illo
dominus ihesus christus, de quo psalmista ait
dicens: Dominus fortis et potens, dominus po-
tens in prelio. Ille autem diabolum solus vicit,
in quo vestigium peccati antiquus hostis
nullum inuenire potuit, dicente ipso
in ewangelio: Venit ad me princeps huius mun-
di, et in me non habet quidquam. Quia ergo
contra illum arma pretendens exa-
cuit, qui sine peccato erat, merito in pec-
catoribus potestatem amisit, domino di-
cente: Nunc hora est ut princeps mundi
eiciatur foras. Et item in ewangelio: Videbam
sathanam sicut fulgur de celo caden-
tem. Ideo venerat dominus ut non solum
hominem solummodo a demonio liberaret,
sed etiam ut ab uniuerso genere humano
eius potestatem expelleret. Unde
subiungitur: Uniuersa arma eius
aufferet in quibus confidebat. Arma
dyaboli vicia sunt et peccata. Omnia apostolus
dicit: Manifesta autem sunt opera car-
nis, que sunt fornicaciones, immundicie,
luxurie, ydolorum seruitus, venefi-
cia, inimicicie, contenciones, emulacio-
nes, ire, rixe, dissensiones, secte, in-
uidie, homicidia, ebrietates, comes-
saciones et hiis similia; qui talia
agunt regnum dei non consequentur. Si
deus ipsa arma dyaboli abstulit

quando in cordibus hominum vicia multitudine commutavit. Et superbia humilitate, luxuria castitate, avaricia largitate diligerent. Vel aliter. Arma dyaboli erant reges et principes in quibus velut in armis confidebat, quo quamdiu prelatus in sua potestate tenebat, non facile subiectos perdere timebat. Que arma dominus abstulit, quia non solum subiectos sed etiam imperatores reges atque principes ad suam fidem convertit. Quam perfecte quoque dominus de antiquo hoste triumphaverat, manifestatur cum subiungitur. Et spolia eius distribuet. Victoris est autem spolia distribuere. Spolia vero idem homines erant, quos dyabolus velut violentissimus predo de paradyso rapuerat, que dominus distribuit, quia propter lucrandos homines discipulos in diversas partes misit. Sicut enim rex post triumphum victorie letus militibus spolia dividit, sic dominus discipulis suis partes mundi ad predicandum distribuit. Petro et paulo Romam, Andree achayam, Jacobo iudeam, Johanni asiam, Philippo ethiopiam, Bartolomeo indiam, sic et de aliis reliquis senciendum. Qui non est mecum adversum me est et qui non colligit mecum dispergit. Quamquam hec sentencia de iudeis et de hereticis possit intelligi, tamen specialiter de dyabolo ad dyabolum pertinet, qui ab inicio fur fuit et mendax et in veritate non stetit, et ideo quia adeo discessit, contra christum fuit et contrarius eius voluntati, teste apostolo. Que enim est conventio christi ad belial, aut que pars fideli cum infidele, aut que societas luci ac tenebris, nulla. Contraria enim inter se sunt et diversa, que dominus iubet et dyabolus suggerit. Dominus precipit humilitatem, dyabolus suggerit superbiam. Dominus castitatem, dyabolus luxuriam. Dominus concordiam, dyabolus discordiam. Et ideo qui cum illo non colligit, dispergit. Sicut de eo alibi sub figura lupi dicitur, lupus rapit et dispergit oves. Cum immundus spiritus exierit ab homine ambulat per loca arida et inaquosa. Quod hec similitudo specialiter ad iudeorum populum pertineat, Mattheus ewangelista manifeste declarat. Cum post finitam parabolam dominum dixisse commemorat. Sic et generacioni huic pessime. Nulli dubium est quin iudei dominum cognoverunt et legis precepta observaverunt, immundum spiritum ab eis exisse, qui ambulat per loca arida et inaquosa, id est per solitudines et corda infidelium, qui aridi erant a pinguedine spiritus sancti et inaquosi ab unda baptismatis alieni. Sed cum dominus in mundum veniret, gentiles perceptam baptismatis et gratiam sancti spiritus a se immundum spiritum eiecissent. Querens requiem et non inveniens dicit revertar in domum meam unde exivi, quod est dicere, revertar ad iudeos quos reliqui. Et cum invenit, invenit eam scopis mundatam et ornatam. Vacabat enim domus iudeorum, quia christum ipse hospitem non habebat, sicut dominus ait. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Scopis mundatam, id est circumcisione et cerimoniis carnalibus, ornatam scribarum et phariseorum superstitionibus. Et tunc vadit et assumit septem alios spiritus nequiores se et ingressi habitant ibi. Domum quam vacuam invenit non solum ipse qui reliquerat invadit, sed et alios secum septem spiritus nequiores secum assumit, id est septem vicia principalia, que sunt superbia, gula

fornicacio / avaricia / ira / tristicia / vana gloria / sicut enim septenarius numerus cum in bono ponitur / omnes virtutes que per graciam spiritus sancti fidelibus dantur significat / sic cum in malo / omnia vicia que virtutibus sunt contraria / Et fiunt novissima hominis illius peiora prioribus. Multo enim iam peiores sunt iudei / quam antequam legem accepissent veluti adeo et sine lege et sacerdotes facti et dispersi / de gente in gentem et de regno in regnum ad populum alterum / Sed valde cavendum est ne forte vicia iudeorum ad nos transeant / Ait enim cum immundus spiritus exierit ab homine. Omnis enim catholica ecclesia credit quod per sanctum baptismum et graciam spiritus sancti omnibus peccatis dimissis de omnibus peccatis excluditur. / Tunc ambulat per loca arida et inaquosa / id est corda aliorum christianorum temptando qui aridi per abstinenciam et inaquosi a fluxu libidinis alicui intelliguntur quoque querens requiem et non invenit / castas et puras mentes effugiens / tenebrosis et libidinosis quiescit / de quo ad beatum iob dominus ait. Sub umbra dormit in secreto calami in locis humentibus / Sed cum zelo divini amoris fuit expulsus dicit. Revertar in domum meam unde exivi. Hic variis modis mentem hominis temptare incipit / quem per baptismum reliquerat / Sed quia multi sunt trepidi / vanam vitam de eadem domo subditur. Et cum venerit invenit eam vacantem scopis mundatam et ornatam. Vacantem id est a bono opere torpentem / scopis mundatam id est per baptismum a peccatis veteribus ablutum ornatam sub specie ficta simulatis virtutibus. / Et tunc vadit et assumit septem alios spiritus nequiores se et ingressi habitant ibi / Solet contingere ut quem ante baptismum per solum originale peccatum tenebat / postea permulta vicia possideat / Et fiunt novissima hominis illius peiora prioribus. Quia sicut de talibus petrus apostolus ait Melius eis fuerat non agnoscere viam veritatis / quam post agnicionem retro converti / De talibus autem dominus in evangelio dicit. Nemo mittens manum suam in aratrum et aspiciens retro aptus est regno dei. Non enim par pena debetur ei / qui multum / et illi qui parum peccat. / Dominus in evangelio dicit. Servus sciens voluntatem domini sui et non faciens digne plagis vapulabit multis / Factum est autem cum hec diceret. Extollens quedam vocem mulier de turba. Magne devocionis hec mulier ostenditur / que fidem dominice incarnacionis / quam corde concepit / inter turbas malignancium / vehementer et calumpniancium ore credula confessa est dicens / Beatus venter qui te portavit et ubera que suxisti / In quibus verbis non solum calumpniatores presentes qui dicebant eum in belzebub eicere demonia confudit / sed eciam futurorum errorem destruit / qui dicturi erant non verum carnem ex maria virgine assumpsisse. Qui enim ventre portatus / et uberibus est lactatus / patet profecto / quia substancialem carnem matris suscepit / maxime cum secundum physicos in ventre pregnantis liquor sanguinis et lactis ex uno fonte manat / sanguis unde formetur homo / lactis unde pascitur / Si quod dominus ihesus christus sicut ceteri homines lac suxit et nutritus est / nimirum verum carnem et non simulatam assumpsit /

sicut paulus apostolus ait. Cum factus
est ei ex semine david secundum carnem. De
quo matheus in inicio sui ewangelii ait.
Liber generacionis ihesu christi filii david fi-
lii abraham. Spiritualiter autem intel-
ligitur ista, scilicet significat ecclesiam que inter
turbas iudeorum paganorum et here-
ticorum credulam vocem confitetur. Cuius
retinet vocem venter marie virginis
beatus predicatur. que tocius mundi re-
demptorem meruit portare. sicut ipsa
dixit ait. Ecce enim beatam me dicent omnes
generaciones. Et elizabeth. beata es que
credidisti. Confirmat autem verba
cuius subiungit. At ille dixit. Quin-
immo beati qui audiunt verbum dei et custo-
diunt illud. Ac si diceret. Iuxta tuam
sententiam principaliter. beatus ille venter est
qui me portavit. sed et omnes beati
qui audiunt verbum dei et custodiunt
illud. ac si diceret. quem autem beatitudo
marie delectat. studeat ante verbum
audire verbum dei. et custodire. et
beatus erit. Quisquis ergo verbum dei
libenter audit. christum concepit. si autem
in opere pertractavit. christum parit. Unde
dominus audiam dicta sibi Ecce mater tua
et fratres tui foris stant. querentes
te. videt. si quis fecerit voluntatem
patris mei. iste meus frater. soror et
mater est. Omnis quippe qui verbum
dei audiens impleverit cottidie christum
concepit. et parit. et quem venter
marie portavit corporaliter. ipse por-
tat spiritualiter. Unde autem pertinuimus
dixi. Beati qui audiunt verbum
dei. subiungit. et custodiunt illud.
quia ad beatitudinem eternam prome-
rendam non proficit verbum dei au-
dire. nisi quisque studeat illud custo-
dire. domino dicente discipulis. Scien-

tes. beati eritis si feceritis ea. Unde
iohannes in apocalipsi. Beatus qui audit
verba prophetie libri huius. adimplevit et
servat ea que in ea scripta sunt.
Non enim ait apostolus. auditores legis
iusti sunt apud deum. sed factores le-
gis iustificabuntur. Audire et non
facere magis pertinet ad condempnacionem
quam ad beatitudinem. Unde iohannes dicit.
Scienti bonum facere. et non facienti
maius peccatum est illi. Et iacobus. Esto-
te factores verbi. et non auditores
tantum. fallentes vosmetipsos. quia
si quis auditor est verbi. et non factor.
hic comparabitur viro consideranti
vultum nativitatis sue in speculo. Consi-
deravit enim se et abiit. et statim
oblitus est qualis fuerit. Qui autem
perspexerit in lege perfecte libertatis. et
permanserit non auditor obliviosus
factus. sed factor operis. hic beatus in fa-
cto suo erit. Feria quinta secundum lucam capitulo quarto

In illo tempore. Dixerunt pharisei ad ihesum. Quanta audivimus facta in capharnaum fac et hic in patria tua etc.

Reliqua. Omelia Remigii episcopi.

Respicius [illegible] quia cum venisset
dominus nazareth et in sinagoga functus
lectoris officio. ab omnibus intento studio
atque intencione auditus fuisset. omnes
mirarentur in verbis gracie que pro-
cedebant de ore illius. ceperunt
stulte et perfide invidentes dicere.
Nonne hic est filius ioseph fabri.
Cuius quanta esset claritas, hic
liquido cognoscimus. quia deum
quem in verbis factisque mirabantur
et christum agnoscebant. ob solam ge-
neris noticiam contempnunt. quia
illum apud se initium et peccati
tempora perfecisse viderant. Unde et
eum qui de virgine natus fuit

f in sexta ferie – [illegible]

remigii

filium ioseph appellabant, qui sponsus integritate matris eius et custos ac nutricius fuerat ipsius. Et ait illis dominus: Utique dicetis michi hanc similitudinem: Medice cura te ipsum. Quid autem hoc vulgare contineret proverbium capitulum subiungit: Quanta audivimus facta in capharnaum fac et hic in patria tua. Quia inquiunt in capharnaum plures te curasse fama vulgante comperimus, cura etiam te ipsum, id est fac similiter in tua patria, id est in tua civitate. Patria enim vel civitas domini nazareth erat, in qua secundum assumptam hominem et conceptus et nutritus est. Et innuere quod sicut suspicans fabrum vel fabri filium, ita nunc eadem errore insania medicum cognominant. Sed error iste insanus plenus est sancte fidei et veritatis. Revera enim filius erat fabri illius qui in principio celum terramque fabricatus est, quinque sicut verus faber igne operatur et spiritu. Unde quod de christo tamquam fabri filio iohannes dicit: Ipse vos baptizabit in spiritu sancto et igne. Hic faber in magna huius fabrica mundi facit diversi generis vasa, aliud quidem in honorem, aliud vero in contumeliam. Ipse etiam vasa ire spiritus sancti ignem inmittendo in vasa coquit. Iuxta quod malachias ex persona dei patris de christo loquitur: Et sedebit conflans et emundans argentum. Est ergo christus verus faber, de quo scriptum est: Omnia per ipsum facta sunt. Est et medicus, quia omnia per ipsum in celis et in terris sunt restaurata. Unde de se alibi dicit: Non est opus valentibus medicus sed male habentibus. Sed videamus adhuc quo genere medicine medicus iste utitur. Legimus enim in evangelio iohannis, quia preteriens vidit

hominem cecum a nativitate, et expuit in terram et fecit lutum ex sputo et linivit oculos ceci et dixit ei: Vade ad natatoriam siloe, quod interpretatur missus. Abiit et lavit et venit videns. Cuius mirabilis curationis misterium, quia suo loco divinitate domino est exponendum, hic dicere supersedemus. Monetur ergo christus ab invidentibus civibus ut se ipsum curaret, hoc est in patria sua virtutes faceret, quasi non veniam alibi fecerit que rumor famae vulgaverit, cum apud suos cives tamquam apud domesticos et affectos nichil tale fecisset, quibus multo convenientius talia beneficia impendenda erant. Ad quare dominus non fecit alias euvangelista apte ondit et exposuit dominum dicens: Quia non poterat ibi virtutem ullam facere nisi tantum paucos infirmos sanavit. Et mirabatur inquit incredulitatem illorum. Non ergo invidit domino patria sua, sed incredulitas illorum hoc non merebatur. Amabat quidem cives, sed ipsi despicientes christum quasi notum et non credentes patriam civitate privabant. Ait autem: Amen dico vobis quia nemo propheta acceptus est in patria sua. Ad verus dominus in scripturis solet propheta appellari. Moyses testatur qui dicit: Prophetam vobis suscitabit dominus deus vester de fratribus vestris tamquam me ipsum audietis. Non autem solus dominus qui est caput et dominus prophetarum, verum etiam helias et ieremias ceterique sancti prophete minores atque inferiores apud cives suos plus despecti habiti sunt quam apud exteraneas nationes. Naturale enim quodammodo proximum est cives civibus invidere, quia non presentia opera, non virtutem in vivo considerant.

sed fragilis innocentie recordatur/
velud ipsi profectus gradus ad matu-
rum non pervenerunt. Ceterum In veritate
dico vobis multe vidue erant in diebus
helie in israel quando clausum est celum
et non pluit annis tribus et mensibus sex
et ad nullam missus est helias nisi
in sarepta sidoniorum ad mulierem
viduam. Novissimo utitur ex libro re-
gum exemplo/ vidue sareptene/ ad quam
helias famis tempore missus est/ prius ut
eam pasceret/ quam ab ea pasceretur/
cum tamen in israel tunc temporis innumere essent
vidue/ ac si aperte diceret/ non est mi-
randum exemplis prophetarum/ si nobis
meis civibus beneficia operum meorum sub-
traho/ sicut enim quondam fame totam
terram premente/ nemo est in iudea re-
pertus/ qui dignus esset helie hospitio/
sed ex terre nationis vidua quesita est/
que a tanto propheta visitaretur/ sic et
vos modo qui me invidie et perfidie
causa spernitis/ ipsi vos superno munere
privatis/ hoc propheticum iuxta historie sum-
ministre superbiam iudeorum et fidem
ac salutem gentium designat/ Nam
vidua facta premonstrat ecclesiam/ que
vidua erat/ quia diutius a suo con-
ditore deserta remanserat/ Hec filium
pauperem egena stipe nutriebat/ quia
populum recte fidei nescium verbo sectari
fecit/ absque utilitatis fructu docebat
bene hec mulier in sarepta sidonie
fuisse dicitur/ Sidonia namque inuti-
lis venatio/ sarepta autem incendium
vel angustia panis interpretatur/
quibus omnibus gentilitas cognoscitur/
que inutili venationi dedita erat/
lucris ac negociis temporalibus inser-
viens/ Eratque in sarepta in incen-
dio videlicet carnalium cupiditatum/

panisque spiritualis paciebatur angusti-
as/ Ad hanc missus est helias .i. ser-
mo propheticus/ qui in iudea fame pre-
clusa videtur/ clausa celi ianua .i. ces-
sante scripturarum intelligencia/ merito
infidelitatis iudeorum/ Venit ergo ser-
mo propheticus ad ecclesiam/ ut pasceretur
et pasceret/ ut videlicet receptus
a credentibus/ reficeret corda credencium/
Ubi ergo ante panis spiritualis angu-
stia/ nunc farina et oleum redundat/
.i. fructus hilaritatis et caritatis/ Vel gra-
dina corporis/ et pacis unanimitatis munia
apud ecclesiam non deficiunt/ Pulcre vero
hec mulier misticam factura panem/
prius se dixit duo ligna colligere/
Ubi non solum unum lignum nominavit/
verum quidem duo ligna dixit/ sig-
num crucis evidentissime expressit/
In qua nobis vite eterne preparatus est
panis. Et multi leprosi erant in israel
sub elizeo propheta et nemo eorum sa-
natus est nisi naaman syrus. Quo
ergo historie narratur/ satis omnibus liquet/
que ad ministerium pertinent videamus/
Naaman qui decor interpretatur/ populus
est nacionum/ qui antequam in christum
crederet/ perfidie et scelerum lepra
maculosus erat/ sed in christum credendo
per baptismum/ ab omnimoda feditate pur-
gatus/ de quo bene dicitur/ quod puel-
le consilio monitus sit/ ut ad prophetam
elizeum veniret/ quia gracia superne
inspirationis quam puella significat propheticis
gencium cepit salutem/ que est in christo
parare/ Iubetur a propheta septies in ior-
dane lavari/ quia mundum baptismum
illud credentes salvat/ quod septiformi
spiritu regenerat/ de quo illud signanter dicitur/
quod postquam lavit se/ restituta est
caro eius/ sicut caro pueri parvuli/

quia cunctos in xpo baptizatos in
una purgat iure gratie infancia / siue
quod sicut puer renouatus est / signat
quia per baptismum in xpo renati ve-
terem hominem depositum respuere
sciimus / cuiusque corpori conformamur /
de quo scriptum est / paruulus natus
est nobis / filius datus est nobis etc.
illud vacat a misterio quod puerum tene-
re sancte secum tulisse dicitur / quia bap-
tismi corporis et sanguinis domini debent
perceptione confirmari. Hys quoque exem-
plis duorum prophetarum helie /
atque elizei probatur dominum non causa
impotentie ciuibus dona virtutum ne-
gasse sed propter eorum imprudenciam /
atque infidelitatem. Et repleti sunt omnes
in sinagoga ira hec audientes et sur-
rexerunt et eiecerunt eum extra ci-
uitatem. Hoc typice illorum sacrilegium
quod tunc in ewangelio legimus / olim propter psalmi-
stam legimus ita fieri prenunctiatum
retribuebant in mala pro bonis.
cum enim dominus plebes salutari diffu-
derent beneficio diffunderet illi contu-
melias ei erogabant. Nec mira-
ri si salutem quam non meretur qui sal-
uatorem de suis finibus expulerunt
Et duxerunt duxerunt inquit illum.
usque ad supercilium montis supra quem
ciuitas illorum erat edificata ut
precipitarent eum. Ipse autem transi-
ens per medium illorum ibat. Expressio
iugiter priores discipuli. Dyabolus enim
dominum tantum temptat verbo dicens
mitte te. Isti facto. Ille hortatur
ut se deorsum mittat. Isti adhor-
tantur ut mittat. Erant autem
hii qui sanctorum locorum mira-
cula curiose investigarunt et di-
ligenter scribere studuerunt quod

cum dominus de manibus inimicorum elapsus
per medium illorum de rupis vertice
descendisset / atque sub ipsa rupe delites-
ceret / subito ad tactum vestis ipsius
saxum illud subter fugit et instar
cere est deliquatum ac resolutum.
sinum quoddam quo dominicum corpus
immo deriuetur et reciperetur. effectum
tante utique capacitatis quantum ipsum
corpus domini extitit quantitatis in quo
et hodie liniamenta et ruge vestis
que a tergo domini fuerunt. Velut ma-
nu sculptoris expressa seruantur. Et
ille quidem ad hoc illum ad supercilium
montis duxerunt / ut illum precipita-
rent / sed subito illorum mente muta-
ta et maiestati ineffabili stupefacti
per medium illorum transiens descendit
adhuc illis reseruans locum penite-
ncie vel sit intelligentes eius potencia
a consilio mortis ei inferendo animum re-
uocauerunt. Non dum enim venerat hora
passionis eius que non sabbato sed
parasceue pasche futura erat. Non du-
locum eiusdem adiecit passionis quia
non in nazareth sed in iherusalem erat
implenda. Ubi et agni paschalis
immolacionis eius mors prenunctiabat
sed nec hoc genus mortis eligat
neque enim uoluit se a nazarenis precipitari
neque alibi ab illis se permisit lapi-
dari. nec multo ante ab herode
se puerum voluit perimi qui ante
secula elegerat mortem crucis /
cuius signo frontes fidelium armaret
que celerrimo dextre motu expressum
fit contra dyaboli temptamenta sit-
que ut se monarchiam totius orbis
per crucis positionem innueret. cuius ca-
cumen celos tangit. yma petit
inferos. terminosque cornua tegunt

Hinc apostolus eiusdem crucis misterium
exponens dicit. Ut in nomine Ihesu
omne genu flectatur celestium ter-
restrium et infernorum, et omnis
lingua confiteatur, quia dominus Ihesus
Christus in gloria est dei patris. Feria
In illo tempore dixerunt secundum Lucam IIII ca-
pharisei ad Ihesum quanta audivimus facta
in Capharnaum fac et hic in patria
tua et cetera. Omelia Bede

Quanta audivimus facta in Caphar-
naum fac et hic in patria tua
quarum insana perfidia, simulans licet
nesciens fidem confitetur, que dominum
Christum fabrum cognominat et medicum.
faber enim est verus, quia per ipsum omnia
per ipsum facta sunt in celis et in terra,
sicut de se ipse testatur. non enim opus
sanis medicus sed male habentibus. et quia
diximus de fabro quo instrumento fabri-
candi, dicamus et quo utitur generis
mediandi. Transiens vidit cecum a
nativitate, expuit in terram et
fecit lutum de sputo, linivit super
oculos eius et dixit ei: Vade et
lava in natatoria Siloe quod interpretatur
missus. abiit ergo et lavit et venit
videns. Agnosce quod in agone modum
medicine et gaude quod per semet ipsum clinica
vi meruisti. Lutum de terra caro Christi
est, sputum de ore divinitatis eius est,
quia caput Christi deus. sputum luto in-
mixtum nos illuminat in natatoria
Siloe baptizatos, quia caro facta
est et habitavit in nobis. et vidi-
mus gloriam eius, quam prius tenebris
accentibus conprehendere non poteramus.
Per fabrum ergo Christum creatus es
ut esses, per medicum Christum recreatus
es ut post vitia sanus esses, qui ab
incredentibus civibus quidem se ipsum

minime, hoc est in sua patria virtu-
tes facere monetur, sed non omnino
se ab eorum alio excusatur, quia
non poterat virtutem ullam ibi fa-
cere, nisi paucos infirmos curavit
impositis manibus, et mirabatur propter
incredulitatem illorum, ne fortasse quod
viliorem nobis fieri debere patrie
putaret affectum. Amabat utique ci-
ves, sed ipsi se caritate patria immun-
de livore privabant. Ait autem
Amen dico vobis quia nemo propheta
acceptus est in patria sua. Prophetam
dici in scriptura dominum Christum et Moyses
testis est qui ait: Prophetam vobis sus-
citabit deus in fratribus vestris, tam-
quam me ipsum audietis. Non solum
autem ipse qui caput et dominus est
prophetarum, sed et Ieremias, Helias, cete-
rique prophete minores in patria sua quam
in ceteris civitatibus habiti sunt,
quia prope naturale est cives semper
civibus invidere. Non enim considerant
presentia viri opera, sed fragilem recorda-
tur infanciam, quasi non et ipsi per
eosdem etatis gradus ad maturam
etatem venerint. In veritate dico
vobis multe vidue erant in diebus
Helie in Israel quando clausum est ce-
lum annis tribus et mensibus sex cum
facta est fames magna in omni
terra, et ad nullam illarum missus
est Helias nisi in Sarepta Sidonie
ad mulierem viduam. Non inquit
hoc quod dicunt fastidiosis civibus
beneficia subtraho, prophetarum gestis
subtrahuntur, adiscitur, quia sicut
fame quondam omnem terram premen-
te nemo est in iudea repertus Helie
dignus hospicio, sed ceteris gen-
tis quesita est vidua, que obscuri.

gratiis tanto propheta visitari deberet. et sic
videm leprosi naaman syrum syrus quia
devote quesierat ab heliseo propheta
curari promeruit. sic et vos non alia
quam invidie causa signo nunc
fraudavit. Quorum si facta prophetarum et
allegorice discutiens, innocens perfec-
to dominum in patria sua, a qua receptus
non est, perfidiam superbiam notasse
iudeorum. nomine vero capharnaum
que ager consolacionis interpretatur
gencium predicasse salutem. Ubi maiora
cottidie signa per apostolos, apostolorumque suc-
cessores non tam in corporum quam in
animarum sanatione patrantur. Igitur
vidua ad quam heliseus missus est
gentium designat ecclesiam que a suo
divinae conditore deserta prius recte
fidei nescia, quasi parvum filium
egena sepe nutriebat. id est verbi fructum
corpore tenebat donec adveniens
sermo propheticus qui ex siccato valle
israelis. ut pote qui clausum celi ianua
fame periclitabatur in iudea pasceretur
ibi simul et pasceret. et receptus ab
a credentibus et reficiens ipse credentes
Unde et hec bene eademque vidua in sa-
repta sidonie dicitur esse morata. si-
donia quippe venatio inutilis, sarep-
ta vero incendium vel angustia pa-
nis interpretatur. Quia ubi habunda-
vit peccatum superhabundavit gratia. Ubi
rebus vacuis semper adquirendis quasi in-
cipiandi cura impendebatur. Ubi dire
sitis incendium panisque spiritualis antea
fiebat angustia. ibi farina oleumque
ore prophetico benedicitur. id est fructus et
hilaritas caritatis, sive gratia corporis domini
et crismatis unctio in defectivo ver-
bi celestis munere fecundatur, cum
attenuis in vas oleum gaudii sperat

et benedictionem farina non deficiat cre-
dentibus, qui non credunt gentibus inopia pa-
nis divini muneris et beatitudinis dedit
in natali. Nam quia ipsa pusillam misti-
cum sibi prius quam moreretur panem
duo se ligna colligere velle testatur,
non solo ligni nomine sed etiam numero
lignorum signum crucis exprimens,
quo nobis est panis vite paratus
eterne. ~~Et multi leprosi erant in israel~~
~~sub heliseo propheta. et nemo eorum munda-~~
tus est nisi naaman syrus. quia nota
est historia, de misterio nunc est pauca
intimemus. Et naaman ergo iste syrus
qui interpretatur decor, populum denotat
nationum quondam prefatis sceleribus
lepre maculosum sed per sacramentum
baptismatis ab omni mentis et cor-
poris feditate purgatum, qui capte
consilio puelle, hoc est inspiratione
superne gratie quam in iudeis conservavit
non valentibus gentes rapuere sal-
tem fluvium commonitus se pacis lavari
iubetur, quia nimirum solum bap-
tismi genus quod spiritu sancto regnat
salvat. Unde et nunc caro eius post
lavacrum velut caro pueri parvi ap-
paruisse memoratur, sive quia cunctos
in christo baptizatos in unam parit gra-
tia infantiam, seu magis ille sit
intelligendus puer de quo dictum est
parvulus natus est nobis filius datus
est nobis, cuius corporis participatione to-
ta credentium sibi adunatur
et ut cuncta hic baptismi sacra
sacramenta premonstrata, in quo primum
abrenuntiare sathane, fide confi-
teri promittimur, negat se naaman ul-
tra diis alienis holocaustum sed
domino serviturum, petens quoque
terre sancte secum tollere, gaudet
quia baptizatus oportet dominici quoque
corporis participatione confirmari. inde

quod naaman syrus dum aqua corpus abluitur .i. populus gentium iudeis lepra contumacie separatentibus emundatur merito vidua sareptena .i. ecclesia ligno crucis refecta desiderans iudeis fame verbi pereuntibus pane sacrosancti corporis et unxit spiritus unctione recreatur probaturque dominus non ob suam impotentiam civibus sed ob eorum incredulitatem virtutum dona negasse atque hoc exemplo totam postremo gentem non quia non amaretur sed quia ipsa se amari non amavit ab eo derelictam doctoribus scilicet inde ob salvationem gentium toto orbi dispersis Sed quod dominus verbo demdens hoc ipsi de se iudei facto testantur nam sequitur Et repleti sunt omnes in sinagoga ira hec audientes et surrexerunt et eiecerunt illum extra civitatem Sacrilegia quippe iudeorum que multo ante dominus prenunciaverat per prophetam dicens Retribuebant michi mala pro bonis in evangelio docet esse completa nam cum ipse per apostolos beneficia diffunderet illi iniurias irrogabant nec mirum si perdiderunt salutem qui eiecerunt de finibus suis salvatorem Moralis adhuc dominus quia qui docuerat exemplo suo apostolos suos omnia omnibus fieri nec volentes repudiat nec invitos alligat nec recedentibus velitatur nec rogantibus deest Sic gerasenos alibi cum virtutes eius sustinere non possent quasi infirmos et ingratos relinquit simul intelligere non ex necessitate fuisse sed voluntariam corporis passionem nec captum a iudeis sed se oblatum Et enim quando vult capitur quando vult labitur quando vult suspenditur quando vult non tenetur Et duxerunt illum usque ad supercilium montis super quem civitas illorum erat edificata ut precipitarent eum Ipse autem transiens per medium illorum ibat Opeyor angro discipulorum hereditas duas verbo dum temptat iudei facto ille dicat mitte te ista adiuvatur ut mittat Et quidem de supercilium montis precipitandus ascenderat sed per medium illorum mutata subito vel obstupefacta furentium mente descendit quos adhuc sanare quam perdere malebat Ut cassata videntes sue cepta nequicie a poscenda deinceps eius morte desisterent nec dum enim venerat hora passionis que non quolibet sabbato sed in parasceve pasche futura extiterat nec dum locum passionis qui non in nazareth sed in ierusalem hostiarum sanguine figurabatur advenerat Sed nec hoc genus mortis qui crucifigendus a seculo predestinabatur elegerat non quod a nazarenis precipitari vel a ierosolimitanis lapidari non inter pueros bethleemitas ab herode perimi non alia vel alia voluit morte consummari quod enim tali morte regie potestatis indicium quo fidelium frontes armarentur eminet solet crucis est expectatum ve vexillum cuius figura et celeberrimo devote motu contra malignos hostis temptamenta depingi et ipsa nichilominus figura monarchie singularis potius typus fuit quo triumphum crucis exponens apostolus ait In nomine ihesu omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum Hic est enim quod eiusdem crucis cacumina celos tendunt yma petit inferos

corona terminatur legitur. Feria iii
in illo tempore dixit secundum matheum xviii capitulo
ihesus petro. Si peccaverit in te fra-
ter tuus vade et corripe eum inter
te et ipsum solum et reliqua. Omelia

f iii matheum

remigii

Tota hec sancti Remigii episcopi
evangelii lectio et moralibus nos
preceptis instruit quales erga eos
qui in nos delinquunt esse debeamus
fratris nostri admonitione ostendit
Secundo tanto preciosius est tantoque
studiosius addiscenda quanto con-
stat quia sine huius doctrina illud
beate karitatis vinculum quo sta-
tus ecclesie connectitur solidum atque
indisruptum servari non potest. Ait
ergo dominus habendam cum fratribus pacem
erudiens Si peccaverit in te frater tuus
vade et corripe eum inter te et ipsum
solum. Notandum vero est quod non omnium in
nos frater peccaverit et qualibet causa
nostrum cum lesit dimittendi nobis
conceditur potestas immo ingeritur
necessitas qualiter nobis nostra scilicet
debita non relaxat nisi et nos de-
bitoribus nostris dimiserimus. Si vero
quis in deum peccaverit non est no-
stri arbitrii sed solius est dimittere
dei. Scriptum est enim Si peccaverit
vir in virum placari potest ei deus
si autem in deum peccaverit vir
quis orabit pro eo. Si vero
ordine perverso in illatis dei iniu-
ria lenta pietate torpemus in no-
stris vero contumeliis odia exercemus
prius tamen corripiendus est qui in nos
peccat secretius ne putet non esse
peccatum quod facit sicque amis-
sa semel verecundia si in pec-
cato manere velit. Et si quidem
tertio admonitus nos audierit
lucrifacimus animam eius quia prius

salutem nobis quoque datur remissio
peccatorum Iacobo apostolo dicente qui
converti fecerit peccatorem ab errore
vie sue salvabit animam suam a mor-
te et operit multitudinem peccatorum. Er-
go docet quo ordine scandala di-
vitare possimus. Ut si neque ipsi aliquem
ledimus si peccantem zelo iusticie
corripimus si penitenti viscera pie-
tatis toto corde pandimus. Cum quem
fratrem delinquentem corripimus si nos
non audierit adhibendi sunt fratres unus
aut duo ut qui ab uno non potuit
a pluribus corrigatur vel eorum testimonio
convincatur. Porro si nec illos au-
dierit tunc ecclesie dicere presumimus ut ab
omnibus detestetur et vindicetur quatinus
si noluit pudore corrigi saltem cor-
rigatur multorum obprobriis. Si autem
neque ecclesiam audierit sit tibi
sicut ethnicus et publicanus. Ethnos
greco sermone gens dicitur inde ethni-
cus id est gentilis vocatur qui sic ma-
neret ut natus est et non est in christo
renatus. Publicani vero sunt qui publi-
ce peccant vel qui publicis nego-
ciis inserviunt per fraudes ac
furta et scelerum pernicia. Sane
tamen incorrigibilem fratrem sicut ethni-
cum et publicanum habendum dicit ostendit
gravioris criminis eum esse reum qui
sub specie fidelis opera agit infidelium
quam eum qui aperte infidelis et
publicanus existit. Sed hic caute
attendendum quod non passim aut leniter
sed obedienti et penitentiam commissi sine
agenti veniamque petenti fratri dimit-
tere iubemur. [illegible] enim sceleris rei
tenetur apud deum et is qui pecca-
torem videns fratrem corrigere noluerit

si negligens perimpedit / atque ille qui
primam agenti fratri dimittere noluit
Nam dominus cum dixisset si peccaverit cor-
ripe. statim subiungit / Et dixit pe-
nitet me statim dimitte / Igitur lar-
gienda est venia post increpacionem si
ille qui primum egerit / et se ab corde
conterit / quia nec difficilis venia in-
remissa de ce indulgencia / Amen dico
vobis que cumque alligaveritis super terram
erunt ligata et in celis / quia ducit
durum et impenitentem fratrem / sicut
ethnicum et publicanum haberi / ne aliquis
per tenore et desperacione mortifera
contemptor existeret / Ut tacitus apud
se loquetur / Si me despicis et ego
te despiciam / si me condempnabis ut-
que mea sententia condempnabis / Idcirco
dominus / apostolis potestatem ligandi tribuit et
solvendi / Ut hii qui condempnantur sa-
ciant humanam sententiam divinam firmare /
Et quod fuerit ligatum in terra ligatur
nichilominus in celis / nec vero potestas
spiritualis sanctis ecclesie episcopis collata est
generaliter vero omni ecclesie data creditur
Nam quod dominus alibi sancto petro hanc
potestatem ligandi atque solvendi tri-
buisse dicitur / in illo utique quia typum
gerebat ecclesie / omnibus fidelibus concessis-
se non dubitatur / Iterum dico vobis
quia si duo ex vobis consenserint super
terram de omni re quacumque petie-
runt fiet illis a patre meo qui in celis
est. Magnam fidelibus auctoritatem
et fiduciam tribuit / et contra ma-
gnum contemptoribus metum incutit
dicens a deo patre in celis fieri
quicquid consensu duorum super terram
fuit constitutum / et hoc primo ad
concordiam nos provocat / quo soli-
citius festinemus ad pacem / cum se

dicat inter duos aut tres aliquid
sancientes in nomine eius medium
fore / Nam sequitur Ubi enim duo vel
tres fuerint congregati in nomine meo
ibi sum in medio eorum / In medio
inquit sum eorum / Ut vel recipi-
am humilem penitentem / vel puniam
superbum et contumacem / Et quicquid
illi iudicaverint ad hominum salutem agit
in terra / meo desuper iudicio roboratur
de celo / spiritualiter illud vero dicere possu-
mus ubi spiritus anime et corpus consen-
serit / nec bellum inter se discordi-
am habuerint voluntatum / carne
adversus spiritum et e converso spiritu concupiscente
adversus carnem / de omni re quam
petierint a patre impetrare possint /
nec dubitandum iustam et acceptam
deo esse peticionem / ubi ea vult anima
que spiritus / Tunc accedens ad eum
petrus dixit. domine quociens pecca-
bit in me frater meus et dimittam ei
usque septies. Superioribus verbis domini
provocatus apostolus petrus solita sibi
fiducia accedens interrogavit quo-
ciens deberet in se peccanti dimittere
an usque septies / cui respondit dominus
Non solum usque septies. sed usque
septuagies septies. i. quadringentis
et nonaginta vicibus in fratrem posse
delinquere / si tociens in die peccare
poterit / impossibile est enim aliquem
quadringentis nonaginta vicibus in fratrem
posse delinquere / et hec multiplicacio
secundum beatum ieronimum facta est / ceterum
beatus augustinus docet hunc numerum sim-
pliciter / et non multiplicatum accipiendum
ideo quod totus per additum fit / ars
enim arismetica docet / ut unde aliquis
super solum fiat additum vel per solu-
cionem non multiplicetur / Sed vero compo-
simul et additio / ut verbi gratia sep-
ties septuaginta / et e converso sep-

tuagies septem possit multiplicari. Ergo dicat septuagies septies, septuaginta septem dicam idem doctor intelligit. Sed iam videndum est ad misterium, nec enim abre est peto, quod dominus huiusmodi alium aliquem numerum in relaxandis fratrum erratibus constituere voluit. Constat enim ex septenario et undenario, nam sive septies undecies, sive septies undecies septem dicamus, septuaginta septem perficimus. Et septenarius quidem numerus sacratissimus est donis septiformis spiritus. Undenarius vero figuram tenet omnis peccati. In undenario namque transgressio est denarii, et nos cum peccamus decalogo divinorum perfecto preceptu transgredimur. Hinc est quod in tabernaculo dei undecim saga fuisse memorantur. Cilicinum namque habitum penitenciam et peccatis merentium designat. In tabernaculo ergo dei undecim saga cilicina fuisse memorantur, sicut ipsa fuit. Quia sancta ecclesia non solum iustorum et immaculatorum verum etiam peccatorum penitentibus et cordis constitit. Hinc numerum sacramenti Petrus apostolus agnoscens Iuda perdito noluit apostolos in undenario numero permanere, sed electo Mathia duodenariam summam curavit supplere. Septuagies septies ergo dominus dimittere precepit, ut ostendat quia quotiens aliquis peccaverit, docens ei dimittere et nunquam admittendo cessare debemus. Quod enim per hunc numerum remissio significatur peccatorum illud manifestat quod beatus Lucas catalogum dominice generationis enumeravit incipiens a Joseph et usque ad ipsum rerum conditorem perveniens, quia enim dei filius ad solvenda dei peccata mundi peccata venerit, ideo in cuius incarnatione septuaginta septem

generationibus recitatur, et hoc ascendendo, quia videlicet humanitatis incarnationis filii dei nostra exaltatio fuit, et unde ille descendit, inde nostra abiectio ascendere meruit. Quod vero hic numerus ex septenario et undenario multipliciter coniugatur, significat quod omnis peccatorum remissio per gratiam sancti spiritus fit, cuius donis privari merentur qui annexi fratrum in se peccatis dimittere noluerint. Sane aliter fit penaliter inimico persequenti veniam dare. Hinc namque dimissa est ut accepta remissione peccatorum quo nos insidentes lesit, vel ex dehinc nobis caritatem communem. Illi vero qui malum vult nobis aut facit, nos illi semper bonum velimus et si possimus etiam faciamus. Non enim illis qui diu in malo perseverant peccati sui veniam dare possumus, licet velimus. Habemus hinc duo convenientissima exempla. Joseph fratribus suis salubriter castigatis benivole ignovit. David vero persecutoribus suis impenitentibus et in malicia perseverantibus perdurantibus, quamvis eos fleverit, veniam tamen illis prestare non potuit. Hec ergo precepta tenende caritatis, que a Christo qui est auctor pacis audimus, sedule operari curemus, ne graventur nimia dimittere, cum sciamus nos innumera milia peccatorum in baptismo dimissa, sed et cottidie delinquentes cottidianam a domino veniam postulantes. Exemplo namque suo nos ipse ad facilitatem indulgentie provocat, qui totius mundi peccata non solum dimittere, verum etiam suo cruore dignatus est expiare.

Feria iiij secundum Matheum xv

f iiij ß march.

Matthei xv c(apitulo). Accesserunt ad ihesum pharisei di-
centes. Quare discipuli tui trans-
grediuntur precepta seniorum etc.
Quia dei Omel(ia) Remigii
filius pro salute omnium in mundum
venerat, ideo loca singula circu-
iens gressibus peragrabat, ut omnibus
prodesset, omnibus succurreret, postremo
cunctorum in commune(m) salutem con-
suleret. Denique ut supra ewangelista
loquitur. Venit dominus cum discipulis
suis in terram genezareth, ut ibi
quoque optatum levamen sua visi-
tatione conferret. Ibi quoque pharisei
iusticie inimici cum scribis sunt
non studio discende veritatis, sed ea
reprehendende falsitatis. Nam sicut lec-
tum est. Accesserunt ad ihesum pharisei
dicentes. Quare discipuli tui trans-
grediuntur precepta seniorum. non enim
lavant manus suas cum panem
manducant. Quia vero est confessio
domini, qui superius patrem laudans di-
xerat, abscondisti hec a sapientibus et
prudentibus, et revelasti ea parvulis,
hec gerebant, qui minus docti erant,
ad dominum veniunt, infirmos suos
secum deferunt, remedia salutis a
suis tactu saltem fimbrie eius
requirunt, atque ideo cum vite sa-
lutis remedia plena et fide pro-
merente consequuntur. At vero scri-
be et pharisei qui populi doctores esse de-
buerant, non ad audiendum verbum, non
ad aliquam anime vel corporis capiendam
medelam, sed ad movendas questiones
pugnaturi conveniunt, cumque non lotis
manibus vituperare laborant, magis
nichil ~~sordidacie~~ immundicie sordida-
tis reperire valebant. Hec enim vera
scribis magis magis culpare de-
buerunt, quia lotas aqua manus
habentes, cor tamen livore pollutum
gestabant. Quare inquiunt discipuli
tui transgrediuntur precepta seniorum.
Stupenda dementia, eum qui est fi-
lius dei reprehendunt, cur hominum tra-
diciones non servet. non enim aut
lavant manus suas cum panem man-
ducant. Primum est et quondam modo
consuetudinarium erat iudeis crebro
manus abluere, et aliquando toti
corpus, maxime si contigisset eos
cum quolibet gentilium loqui, sed
iam videmus, ~~sed iam videamus~~ quid
sua veritas comminatur. filiis fratribus
ait illis. Quare et vos transgredimini
preceptum dei propter tradicionem vestram,
ac si dicat, cum vos precepta dei propter
tradicionem hominum negligitis, quare dis-
cipulos meos reprehenditis, qui seniorum
tradiciones postponunt, ut divina iussa
custodiant. Nam deus dixit honora
patrem tuum et matrem tuam. Honor
in sacro eloquio dicitur et accipitur,
videlicet non solum in salutacione, sed et
in elemosina et in rerum necessariarum col-
latione. Hinc apostolus dicit. Presbiteri
duplici honore digni habeantur.
Ut non solum illis officium veneracionis
deferatur, verum etiam optima subsidia
ministrentur. Et alibi idem apostolus dicit,
Honora viduas, que vere vidue sunt,
id est bona illis et competencia largire
ministeria. Vos autem dicitis, quicumque
quodcumque est ex me tibi proderit, et
universorum conditor et parens deus
inbecillitates vel etates parentum
considerans, precepit in lege, ut filii
parentes suos honorarent, et res vite
necessarias ministrarent. Hanc pruden-
tissimam legem dei scribe et pharisei

subvertentes et impietatem pro pietate in
ducentes docebant pessimos filios
ut que in usus parentum deputata e
rant, deo offerrent oblationes dei
parentum muneribus preferentes ita fie
bat ut sacerdotum oblatio sub occasione
templi in lucrum cederent sacerdo
tum. Ipsi etiam parentes ea que sacrata
a filiis deo consecrata ne sacrilegium
committerent tangere nolebant ac
per hoc egestate et fame afficiebantur.
Cum ergo indigens pater et mater a
filio aliquid exposceret respondebat ei doctus magistris iniquitatis
O pater noli contristari sed patienter
memento hunc penuriam preferre stude.
quoniam deo omne oblatum est
tibi proderit si non corporaliter at
certe spiritualiter. Potest et hunc sub
interrogatione habere sensum. O pa
rens nunquid quod ex me est tibi proderit ac
si diceret. Exigis donum quod obla
turus sum deo in tuos usus consu
mam et hoc tibi proderit. Docebant
hoc scribe et pharisei ut parentes mise
ri accipere quod deo oblatum est vide
bant nollent et eligerent magis
inopem vitam ducere quam deo con
secrata contingere. Propterea bene prophe
tavit de vobis Ysayas dicens. Populus
hic me labiis honorat cor autem
eorum longe est a me. Preuidens propheta
simulacionem iudeorum quod contra eum
predicationem dicentur et verbis repugna
turi essent. ~~unde de eis predixit.~~
Bene decenter prophetavit. Nunquid hec
quod de eis dicebatur eorum esset
sed quia ipsa prophetia optime eorum
moribus conveniret. Ait ergo propheta
ex persona domini. Populus hic me labiis
honorat. Iudei labiis dominum hono
rabant, cum legem ab eo datam
servare viderentur, psalmos etiam et
divinos ympnos modularentur. Sed
cor eorum longe erat ab eo, quia
sepe in malum proni ferebantur cordi
bus ydola colentes, de quibus etiam
scriptum est quod reversi sunt cordi
bus suis in Egyptum. Honorabant
labiis dominum quando ad Christum sub
dola fraude dicebant. Magister scimus
quia verax es et viam dei in veri
tate doces. Cor eorum longe ab
eo erat quia dolose loquebantur
ista ut possent eum presidis tradere
potestati. Hoc enim significavit evangelista
cum premisit quia abeuntes pharisei
consilium inierunt ut caperent eum
in sermone. Sine causa autem co
lunt me docentes doctrinas et man
data hominum. In vanum enim illum labiis
et lingua colebant quorum corda
ab eo longe erant quia cum ceteris
dei cultoribus mercedem reportare
non poterunt. Ut alibi dominus dicere
Non omnis qui dicit michi domine domine
intrabit in regnum celorum. Doctrinas
vero et mandata hominum docebant
quia precepta dei negligentes suas
ut supra ostensum est tradiciones
statuere volebant. Et convocatis ad
se turbas dixit eis. Non quod intrat
in os coinquinat hominem sed quod exit
de ore. Hoc verbum quod est commu
nicat sanctarum scripturarum est proprium
Siquidem iudei qui se partem et par
tem dei esse iactabant, communes
cibos vocabant quibus in commune
omnes homines utuntur preter nostros
iudeos sicut lepores, ostree, suillas
carnes et istiusmodi animalia quibus
iudeis preceptum est abstinere.

communicare ergo illud vocabant quod ce-
teris hominibus ad utendum patet et non
est de parte dei atque ideo immundum
iudicare et hoc utimur quod est commu-
nicare polluere et pugnare ponitur
et communicare pro immundo ponitur. Ait
ergo non quod intrat in os coinquinat
hominem ac si diceret nichil quod extra
hominem est et in hominem ingreditur
ipsum potest hominem coinquinare sed que
de homine procedunt illa hominem pol-
luunt. Obiciat sane aliquis si cibus
quod intrat in os non coinquinat ho-
minem non vescimur ydolaticis apostolus
enim dicit Non potestis calicem domini
bibere et demoniorum sed sciendum
quia ipsi et omnis creatura dei per se ip-
sum munda est invocatione tamen demonio-
rum odibilis offertur fit immunda
et contra conscientias vir respuitur.
Tunc accedentes discipuli dixerunt
ei Scis quia audito hoc verbo pha-
risei scandalizati sunt. Scandaliza-
bantur quia videbant uno ser-
mone dominum omnes supersticiones ob-
servacionum suarum elidere qui tamen
in cibis sumendis atque in lavatis
et variis baptismatibus suam religi-
onem sitam arbitrabantur ignoran-
tes quod dicit apostolus Esca autem nos
non commendat deo. Scandalum autem
sermo grecus est quem offendiculum
vel ruinam vel impactionem pedis
possimus dicere. Pharisei ergo in ver-
bis domini scandalizabantur quia per-
verse mentis obstinacione ceccati non
salutem in doctrina christi sed perdi-
cionem eterne vite occasionem in-
veniebant. At ille respondens Omnis
plantacio quam non plantavit
pater meus celestis eradicabitur.

Hinc locum sibi falsi arbitrati sunt
hii qui dicunt duas esse naturas
in hominibus alteram bonam a deo alte-
ram malam a principio tenebrarum et
plantacionem quam non plantavit pater
naturam mali acceperunt. Sed sciendum
quia omnis natura a deo est et bo-
na est sed quia inest hominibus liberum
arbitrium ideo pro bona plantacione est
arte nature sed plerumque male volun-
tatis hinc et ieremias dicit Ego te
plantavi vineam meam electam quomodo con-
versa es in amaritudinem vitis aliena
ergo quod deus plantat nemo potest
eradicare nisi ipsa prebuerit assensum
Sane potest hic oriri non absurda
questio nam si omnis plantacio quam non
plantavit pater eradicabitur de qua
ait apostolus Ego plantavi apollo ri-
gavit sed attendendum quod sequitur
deus autem incrementum dedit Id est
plantante paulo apollo rigante
deus suis operibus cooperatur et cum
eis ipse plantat et rigat hinc idem
apostolus dicit dei agricultura estis
et de se ac sibi similibus loquitur
Coadiutores enim dei sumus Sinite
illos ceci sunt duces cecorum Ceci fue-
runt pharisei quia tenebrosis tradicio-
nes lucem mandatorum dei non con-
sideraverunt de qua psalmista dicit
lucerna pedibus meis verbum tuum et
lumen semitis meis nec solum
ceci sed et duces eorum dicuntur qui
tales non solum sibi proficiunt nec
in foveam perdicionis incidunt sed
eciam sibi obsequentes in precipicium
mortis secum trahunt Hos ergo
et omnes pravos doctores precepit sal-
vator sinendos et suis erroribus de
libero arbitrio dimittendos. Sancti

eos postquam semel dederint aut
vix aut nullatenus ad veritatem
posse retrahi. Hinc apostolus precipit.
Hereticum hominem post primam et
secundam correptionem devita. Respondens
autem petrus dixit. Edissere nobis
parabolam istam. At ille dixit. Adhuc
et vos sine intellectu estis. Culpatur
apostoli adhuc nisi ducti erant. et qui
verba domini absolute prolata non intel
ligebant. sed aperte dictum fuerat.
et patebat auditui parabolice dic
tum putabant. ideoque in re manifesta
misticam requirebant intelligen
ciam. proinde corripiuntur a domino quod
per figuras dictum putabant. eos
quod in re manifesta misticam que
rebant intelligentiam putaret quod
proprie locutus fuerit. Adhuc in
quit et vos sine intellectu estis.
Non intelligitis quia omne quod intrat
in os in ventrem vadit et in seces
sum mittitur. Hanc sententiam domini
heretici calumpniantur cuius reprehen
dunt quasi phisice disputationis
ignarum. quia putant omnes cibos
in ventrem ire et in secessum di
geri. Dicunt enim susceptas escas
statim dentibus teri et faucibus per
artus venas medullas nervosque
diffundi. Unde et videmus multos
qui vicio stomachi perpetem paciun
tur vomitum post prandia statim
evomere quod ingesserint. et tamen cor
pulentos esse. quia ad primum es
se ad tactum liquidior cibus et
potus per membra funditur. Sed hii
tales cum volunt reprehendere impe
riciam alienam ostendunt suam. quam
vis enim tenuissimus humor et le

vis esca sit. tamen ipsa cum artubus
et venis suscepta et decocta fuerit.
per occultos meatus quos poros di
cunt. ad inferiora purgamenta dela
bitur et sic in secessum vadit. Que
autem procedunt de ore de corde ex
eunt et ea coinquinant hominem.
De corde enim exeunt cogitationes ma
le. Notandum quod dominus cogitationes ma
las de corde dicat exire. Nam plato
prius dicit sedem anime in cerebro esse
sed oportet ut principale anime in corde
accipiamus. ubi quasi in quodam
medituillio consistens cogitationes
disponit. et membris corporis vita
lem subministrat effectum. Simul etiam
hinc sententia arguuntur qui dicunt co
gitationes a diabolo immitti et non
ex propria nasci voluntate. Diabolus enim in
stigator et incentor potest esse malarum
cogitationum. auctor vero esse non potest.
sed neque recipiendum est diabolum secreta
cordis posse rimari. Ille enim insidiis
semper positus quid nos velimus ex
habitu et gestibus ipsius corporis esti
mat. tamen animum penitus cogitatione
cordis nequit intueri quod soli sibi esse
deus reservavit. cui dictum est tu
solus nosti corda filiorum hominum. Cum
ergo ipsas cogitationes videre non
possit. signis quibusdam et motibus
illas deprehendit. Verbi gratia si nos
pulcram mulierem videat crebro
respicere intelligit cor amoris ia
culo vulneratum. sicque prius suggestionibus
stimulat ad fornicandum. Si nos conspexerit
proximi iniuriam vultu vel truce
affectum levare conspexit. intelligit
cor invidia tabescere. sicque per iram
ad homicidii facinus inflammat.

Si iemmorum hec viderit nos oc-
ulos ad fenestram respicere et in
spus vicio curiosius hominum affec-
tionis denotare. quilibet vero con-
uincit eum fornicatum. Si gemmarum
vel auri vel quarumlibet rerum
pulcritudinem ardenter intueri con-
spexit. intelligit in corde latere ma-
lum auaricie. et id circo prouocat
ad furta. Attendendum vero quod hec que
apta sunt opera pollutor cogitationes
applicat. quia primum concupiscentia cor-
de concepta cogitationum fomitibus e-
nutritur. et sic demum in opacum pro-
ducitur. Et ideo dominus hec opera cogi-
tationes vocat. quarum iudicia hostis
callidus per quasdam imitationes mo-
inuestigans quamuis genus despi-
ficiat. et ad gaudia que diuinus
sermo prohibet instigat. Et hominem
ad ymaginem dei conditum polluat
Sunt et pollutor cunctat cogitationibus
malis subiunxit. hec sunt que coinquinant
hominem. non lotis autem manibus
manducare non coinquinat hominem.
sed pharisei iuxta litteram accipientes
cuncta accipientes et spiritualia prophete
verba spiritualiter intelligere nolentes
que cumque cordis simul et operis cor-
poris mundicia perficiebant. dicentes.
lauamini et mundi estote. et ablu-
imini qui fertis vasa domini. hoc
isti in sola corporis mundicione seruum
dei credebant. sed frustra manus
abluebant. frustra baptisabantur a
fonte saluatoris ablui contempnebant
Sed quid prodest exterius excandidare
cutem. et interius inuidia et aua-
ricia ceterisque viciis sordidam gestare
re mentem. tales enim recte comparantur
sepulcris dealbatis. que aforis can-
dida interius vero sordibus. et se-

de cadauere plena sunt. ergo fratres karis-
simi mundemus nos ab omni inquinamento
carnis et spiritus. et castigamus hec cum
dum cum in corpore mundo. Ut sic per-
ficiamus sanctificationem in timore christi.

In illo tempore. Feria v post Johannem — f v p iohem

Dixit ihesus discipulis suis operamini non
cibum qui perit. sed qui permanet in
vitam eternam. et cetera. Omelia — remigii

Describit in precedenti Remigii
bus beatus iohannes euangelista qualiter
dominus quinque millia hominum ex quinque pa-
nibus et paucis piscibus clarissimo mira-
culo refecerit. quodque que sa-
ciatis turbis superfuerant
fragmentis duodecim cophinos plenos
sustulerint. quo miraculo delectate tur-
be voluit rapere dominum. et eum super se
regem constituere. felices se et beatos
arbitrantes. nec sibi vltra interuenien-
laboribus quicquam desudandum si hunc
meruerunt habere regem. cuius potencia
de paucis panibus habundantissime re-
ficiebantur. Sed is qui rex erat ce-
lestis terrenum non dignabatur imperium
venerat enim ut non hominum regnum ac-
ciperet. sed ut crucis mortem pro omnibus
sustineret. Cum ergo ait euangelista cogno-
uisset dominus quia venturi erant. ut
eum raperent. et super se regem facerent.
fugit potius in montem orare. Et
nos tali exemplo docere terrenam glo-
riam fugere. et ad montem virtutis humi-
litatis et pacientie pennis precibus subuo-
lare. Sed cum postea inuenissent eum
turbe admirantes dixerunt. Rabbi quando
huc venisti. quibus respondit dominus. Amen
amen dico vobis queritis me non quia
vidistis signa que feci. sed quia man-
ducastis ex panibus meis ac deinde sub-
iunxit quod modo lectum est. Operamini non
cibum non qui perit sed qui perma-
net in vitam eternam. Cibus iste

corporis carnem reficere / potest interiores hominis famem expellere non potest. Nec sufficit semel complesse ventrem nisi etiam cottidianus labor. Providerat etiam qui possit morbidam carnem subinde reficere. Spiritualis vero cibus permanet in vitam eternam tamquam virtute stomachum mentis semel acceptus confortat. Ut pacientem preciosum simul et immortalitatem anime largiatur. Qui vero sit iste tam necessarius cibus in posterum non demonstratur. Sed et licet super breviter ostendendus est. Cibus spiritualis est verbum dei quo anima multis concupiscentiis defatigata reficitur. Cibus spiritualis est lectio sive meditacio scripturarum divinarum. Postremo vero perfectissimus atque super omnia optandus hic cibus est misterium corporis christi quo ad eternam beatam quam vitam refecta reficitur perficitur. Quo sensu hic dominus cibum qui permanet in vitam eternam intelligi voluit. Unde sequitur Quem filius hominis dabit vobis. Hunc enim cibum nemo potest dare aliquem quam ipse filius hominis qui est etiam filius dei. Quando enim per manus sacerdotis corpus christi accipis non illum debes attendere quem corporaliter vides sed illum quem non vides. Sacerdos enim minister est huius cibi non largitor dispensator non auctor. Filius enim hominis salvator et dominus hominum ipse nobis dat hunc cibum se ipsum dat utique nobis ut in eo maneamus et ipse in nobis. Unde adhuc sequitur. Hunc enim pater signavit deus. Signare est signum vel aliquid ponere ut

non cum ceteris confundatur sed ut sequestratus a ceteris filiis hominum comparari possit. Unde per psalmistam dictum est Unxit te deus deus tuus oleo exultationis pre participibus tuis. Iste ergo filius signatus est id est separatus multumque discretus quadam singulari gratia a ceteris filiis hominum quia ceteri homines tantum homines hic etiam homo et deus. Dixerunt ergo ad eum. Quid faciemus ut operemur opera dei. Audierant a domino operare operi sed cibum qui permanet in vitam eternam. Etiam subintellexerant istam escam opus esse dei ideoque interrogant quid facerent ut cibum istum id est opera dei operari possent. Respondit eis Ihesus. Hoc est opus dei ut credatis in eum quem misit ille. Ostendens quis sit cibus qui permanet in vitam eternam. Huic cibo non venter sed mens preparanda est. Notandum vero quia cum dicat opus dei est ut credatis fidem opus appellat. Discernitur quidem fides ab operibus sicut apostolus dicit Iustificari hominem per fidem sine operibus non posse. Sed quia nullum opus sine fide bonum est non potest quicumque videatur esse bonum. Idcirco dominus ipsam fidem opus vocavit in qua est inicium et finis tocius operis boni. Sine fide enim impossibile est placere deo. Et apostolus dicit Finis legis christus ad iusticiam omni credenti. Hec autem fides non ea intelligitur que in multis est quia multi confitentur se nosse deum factis autem negant. Sed ea sicut dicit apostolus que per dilectionem operatur. Sed et hoc considerandum quod non dixit opus vestrum sed opus dei fidem namque veram opus dei vocavit ut nemo se putet a se

habere fidem, sine aliquo bono ne de
suis viribus glorietur. et dicit cum a-
postolo: gratia dei sum id quod sum. Dixe-
runt ergo ei: Quod ergo tu facis opus
ut videamus et credamus quid opera-
ris. Quid est quod isti signa querunt. Vel
quid operetur inquirunt. Pane non eis
erat quod de quinque panibus pasti fuerunt
an forte huic miraculo manna quod
de celo patres eorum acceperunt preferre-
bant. Dominus autem plus aliquid eis pro-
mittebat quam moyses. Aliquid enim
moyses ausus fuerit promittere eis
cibum qui permanet in vitam eternam.
Ille enim tantum promittebat terram eis
fluentem lacte et melle, pacis habunda-
ntiam, salutem corporum, ceteraque his
similia omnia temporalia. Christus vero pro-
mittebat eis cibum qui permanet in
vitam eternam. Attendebant ergo
maiora promittentem, sed quasi non vi-
debant eum maiora quam moysen
facientem, ideoque dicebant: Quod ope-
ris ut credamus tibi. Conferebant hoc
miraculum quod fecerat moyses in
manna huic miraculo quod de quinque pa-
nibus dominus fecerat, et quasi hoc minus
iudicantes dicebant: patres nostri
manna manducaverunt in deserto. ac
si diceret: promittis nobis maiora
quam moyses, et nec dum talia fa-
cis qualia moyses. tu enim panes nobis
dedisti ordeaceos, ille patribus nostris
manna de celo. Sed dominus ad spiritualis
cibi intelligenciam illos revocat, et
et quid illud manna significaverit
ostendit. Dixit enim eis ihesus: Amen amen
dico vobis non moyses dedit nobis
panem de celo verum. panis enim dei
est qui de celo descendit et dat
vitam mundo. et ipse erat ille cibus

qui permanet in vitam eternam, quem
superius hortabatur operari. Ergo ipsum
significabat, sed iudei signa diligentes
id quod significabat contempnebant.
Non inquit moyses dedit vobis pa-
nem de celo, sed pater meus dat vobis
panem de celo. non manna sed illum
quem significabat manna, christum videlicet,
qui per assumptam humanitatem descen-
dit de celo, et per assumptam humanitatem
dat vitam mundo. Descendisse enim
de celo dicitur et vere creditur propter
unam deitatis humanitatisque personam,
quia in christo non alia persona est hominis
alia dei, sed deus et homo unus est
christus. Dixerunt ergo ad eum: Domine da
nobis semper panem hunc. delectati
utique fuerant, et quasi desiderabant
talem panem, cuius edulio ad vitam
nutrirentur eternam, nec laborare
panem opus haberent. Sic et illa mu-
lier samaritana, cum audisset a domino: qui
biberit ex aqua quam ego dabo ei
non sitiet in eternum, hoc secundum auditu
carnis accipiens et hauriendi penuria
carere volens, Respondit: da michi hanc
aquam ut non sitiam neque veniam
huc haurire. Sed dominus ad se illos re-
ducat, et quem panem quotiens di-
cat evidencius apparuit dicens:
Ego sum panis vite. tamquam dice-
ret: panem de celo requiritis, pre-
sentem habetis nec advertitis nec man-
ducatis. Ego enim sum panis vite
igne sancti spiritus in [illegible] virginali — in clibano
utero deformatus, et mundo ad pelle-
ndam durissimam ignorantie famem
datus. Qui venit ad me. hoc est
qui credit in me. hoc est vere co-
medere hunc panem, credere in christum

quod exponit cum subdit. Et qui cre-
dit in me non sitiet umquam. Nam
que alibi dicit non sitiat umquam et
que et supra ait non esuriat. Utrum-
que dico non esuriat et non sitiat si-
gnata est illa sacietas eterna et
plena et consummata omni refectio-
ne fidelium. Hunc ergo panem totis
desideriis inquiramus atque ipsa sancta
desideria congruis bonorum operum inse-
diis adimpleamus. Via qua ad eum
veniamus fides est. Ita enim preferentibus acce-
dentibus et sincero corde sumentibus vitam
tribuit sempiternam. Illi enim qui du-
bitant utrum corpus Christi sit non re-
ficiuntur sed suam secum reportant
esuriem nec illuminantur sed de visionibus
tenebris obscurantur. Psalmista enim
dicit. Accedite ad eum et illuminamini
et facies vestre non confundentur. Illorum
enim facies illuminantur et non erubescunt
qui enim recta fide et mundo corde
ad tantum sacramentum accedunt. Ceterum
illius facies confusione repletur qui
vel non credit corpus Christi esse quod
percipit vel quem sua conscientia alicuius
gravioris peccati reconductum subiungit
ut se lavit damnabilem non sustinere
animis confusionem munderunt nos
ab omni inquinamento carnis et spiritus dominus
ac sacro sanctum ministerium non ad
mortis eterne iudicium sed ad perhennis
vite sumamus premium. **Feria quinta sup**

Feria quinta sup lucam

In illo tempore. Surgens Ihesus **lucam quarto.**
de sinagoga intravit in domum Si-
monis. Socrus autem Symonis tene-
batur magnis febribus et cum intras-
set Ihesus in domum Petri vidit socrum
eius iacentem et febricitantem et te-
tigit manum eius et dimisit eam
febris et cetera. **Omelia Bede presbiteri**
Bede

Surgens Ihesus de sinagoga intravit
in domum Symonis socrus autem
Symonis tenebatur magnis febribus.
Ut virum a demonio liberatum moraliter
animum ab immunda cogitatione purgatum
significare diximus consequenter femina
febribus tenta sed ad imperium domini cura-
ta carnem ostendit a concupiscentie sue fer-
vore per continentiam precepta frenatam
omnis enim amaritudo et ira et indi-
gnatio et clamor et blasphemia spiritus
fervor est. Immunditie fornicationis vero
et immunditiam libidinem concupiscentiam
malam et avariciam que est ydolorum
servitus febrem intelligere carnis in-
tellige. Et rogaverunt illum pro ea et
stans super illam imperavit febri et
dimisit illam. Modo salvator rogatus
modo ultro curat egrotos ostendens se
contra peccatorum quoque passiones et
precibus semper annuere fidelium et ea que
ipsi in se minime intelligunt vel intellige-
re dare vel etiam non intellecta dimit-
tere iuxta quod psalmista postulat
delicta quis intelligit. Ab occultis meis
munda me domine. Et continuo surgens
ministrabat illis. Naturale est febrici-
tantibus incipiente sanitate lassescere et
egrotationis sentire molestiam. Verum
sanitas que domini confertur imperio
simul tota redditur nec solum ipsa red-
dit sed et tanto robore comitante ut
eis continuo qui se adiuverant mini-
strare sufficiat et iuxta leges tropologie
membra que servierant immunditie
ad iniquitatem ut fructificarent morti
serviant iusticie in vitam eternam.
Cum sol autem occidisset omnes qui ha-
bebant infirmos variis languoribus
ducebant illos ad eum. At ille sin-
gulis manus imponens curabat eos

solis occubitus passionem mortemque significat
illius qui dixit: Quamdiu in mundo sum
lux sum mundi. Et solis occasu plures
demoniaca quam ante plures sanantur
egroti, quia qui temporaliter in carne
manens paucos iudeorum docuit, calcato
regno mortis omnibus per orbem gentibus fi-
dei salutisque dona transmisit. Cuius ministerio
quasi vite lucisque preconibus psalmista cantat:
Iter facite ei qui ascendit super occasum.
Super occasum quippe dominus ascendit, qui
unde in passione occubuit, inde maiorem
gloriam suam resurgendo manifestavit. Exi-
bant etiam multa demonia a multis cla-
mantia et dicentia: quia tu es filius dei. Et
increpans non sinebat ea loqui, quia sci-
ebant ipsum esse Christum. Quia quem dierum xl
ieiunio fatigatum diabolus hominem cognoverat,
nec temptando valebat an filius dei esset
experiri, iam autem per signorum potentiam vel
intellexit vel potius suspicatus est esse fi-
lium dei. Non ergo ideo iudeis crucifi-
gere persuasit, quia Christum sive dei filium
ei non esse putavit, sed quia se morte
illius non previdit esse dampnandum. Vere et
de hoc misterio ab eternis abscondito dicit
apostolus: quod nemo principum huius seculi co-
gnovit. Si enim cognovissent, numquam dominum
glorie crucifixissent. Quare autem demonia
[qu]od se loqui prohibet, psalmista manifestat,
[qu]i ait: Peccatori autem dixit deus: quare
[tu] enarras iustitias meas? Et ne quis dum
[ve]ritatem audit sequatur errantem. Improbus
[en]im magister est diabolus, qui falsa veris sepe
[ad]miscet, ut specie veritatis testimonium fraudis
obtexit. Alias autem non solum demo-
nes, qui multa confitebantur, tacere iu-
bentur de Christo, sed et illi qui ab eo sana-
ti sponte confiteri volebant. Immo ipsi apostoli,
qui cum post resurrectionem toto orbe
eum predicaturi, ante passionem eius precipi-
untur omnibus reticere de illo, ne divina dei maiestate
predicata passionis dispensatio dif-
ferretur, et dilata passione salus mun-
di que per eam futura erat nega-
retur. ~~Facta autem die egressus~~
~~ibat in desertum locum et turbe~~
~~inquirebant eum et venerunt usque~~
~~ad ipsum~~ etc. In occasu solis domini mors
exprimitur, quare non die redeunte
resurrectio illius indicatur. Cuius ma-
nifesta luce ac ardentium turbis
inquiritur et ingentium in deserto
inventus ne ab ea detineretur, ma-
xime cum hec prima sabbati, quo re-
surrectio domini celebrata est, egressio,
quesitio et inventio contingerent.

In illo t(empore). Iesus Fer. iii post Iohannem. fer. iii post Iohannem.
fatigatus ex itinere sedebat sic super fon-
tem et reliqua. Omelia Remigii episcopi. remigii

In hac lectione vera nostri redemp-
toris, quam ex nobis et pro
nobis assumpsit, humanitas commendatur.
Cum enim esset verus filius dei, beatis-
simus et summe beatus, bona cuncta tri-
buens, nullius egens, propter nos re-
dimendos homo factus, ita sese nostre
contemperavit ac commodificavit infir-
mitati, ut omnia que nostre infirmitatis
fragilitati conveniunt, ipse excepto pec-
cato susciperet. Denique is qui erat pa-
nis vite esuriit, fons iustitie sitivit,
fatigatus ab itinere qui erat via,
quique erat lux mundi, suis sump-
sit membra sopori. Quod nempe
ait modo evangelista: Iesus fatigatus ex
itinere sedebat sic super fontem. De-
videndum ex quo itinere dominus fatigatus
dicatur. Supra legitur quod cum au-
disset Iesus quia audierunt pharisei
quod plures discipulos facit quam Iohannes
et baptizat, quamquam non baptizaret,
sed discipuli eius, reliquit Iudeam
et abiit iterum in Galileam. Venit ergo

in ciuitatem samarie que dicitur
sichar. iuxta predium quod dedit iacob
filio suo ioseph. Ubi erat fons iaco
b. ac deinde iesus inquit fatigatus
ex itinere. pro nobis ergo et pro nobis
fatigari uoluit potuit. qui in se im
motus stabilis et status mobilis
semper fuit. sedebat super fontem ut lassi
tudinis incommodum releuaret. et per
sonam ac dignitatem magistri pretenderet.
Sedere namque magistri est. Uenit ergo
dominus in ciuitatem samaritanorum ut
illis quoque intransitu doctrine sue bene
ficium impertiret. Ad predium uero quod
iacob filio suo ioseph dederit. id circo
accessit ut se ostenderet illum esse quem
sanctus ioseph prefigurabat. quem sol
et luna uenerantur. et cui astra omnia
famulantur. quem ~~quondam~~ fratres impii
iudei uidelicet iniusto odio persequeba
tur. sedit super fontem quia ibi noue
rat uenturam mulierem. quam se ar
aturum ante secula presciebat. Unde
sequitur. Uenit mulier samaritana hau
rire aquam. dicit ei iesus. da michi
bibere. Quid est quod dominus a muliere
samaritana potum exposcit. qui ipse
cunctis spiritualis affluentiam fontis in
se credentibus se daturum promisit. Sed
siciebat non tam aquam. quam illius
salutem et fidem. denique qualis sit
sitis eius ex consequentibus claret. ubi
dicit. meus cibus est ~~est~~ ut faciam
uoluntatem patris mei. Qualis ergo
cibus eius talis est et potus. Hoc
ergo desiderabat. hoc siciebat. ut in
illa uoluntate patris sui perficeret. Sed
carnalis adhuc mulier sitim domini carnaliter
accipiens dixit. Quomodo iudeus tu cum
sis a me bibere poscis que sum mulier
samaritana. Hoc quare miraretur

ostendit subinferens. Non enim coutun
tur iudei samaritanis. non coutuntur. i. non
communicant samaritanis iudei. nullius
rei usum cum illis habent. nec in aliquo
participes sunt eorum. uocantur enim te
las et oduunt. quod ipsorum regionem possi
deant. uel quod deum simul et idola co
lunt. Unde et pro magna contumelia di
cebant. Ei quem samaritanum uocasse
quo nomine xpm certe legitur in
iuriasse. Sed audiamus quid dominus adhuc
erranti et in tenebris agenti mulieri respon
dent. Si scires inquit donum dei. et
quis est qui dicit tibi da michi bibere.
tu forsitan petisses ab eo et daret tibi
aquam uiuam. Donum dei quid est aliud
quam spiritus sanctus. Hoc donum post suam
ascensionem fidelibus dedit. quia ascen
dens in altum captiuam duxit captiui
tatem. dedit dona hominibus. et sicut
alibi idem euangelista dicit. non dum erat
spiritus datus. quia iesus non dum erat
glorificatus. ostendit ergo se dominus non
talem sitire aquam. qualem illa intel
ligebat. fidem namque eius siciebat
et credenti ei spiritum sanctum dare
uolebat. Hec est aqua de qua alibi
stans in templo dicebat. Qui sitit ue
niat et bibat. et de uentre eius flu
ent aque uiue. quod exponens euangelista sub
iunxit. hoc autem dicebat de spiritu sancto
quem accepturi erant credentes in
eum. Ait ergo. Si scires donum dei
et quis est qui dicit tibi da michi bibere.
Scire xpm non potuit. quia donum
dei. i. spiritum sanctum non habebat. atque ideo
xpm ignorabat. et aquam uiuam
ab eo petere nesciebat. Sed adhuc
in carnali sensu perseuerans mulier dixit.
Domine neque in quo haurias habes et
puteus altus est. Unde uero que

quod hic puteum dicit, quem superius
fontem nominavit. quia nimirum omnis
puteus fons, non autem omnis fons pu-
teus. que verba sicut apta et pla-
na transcurrentes audiamus quid ei
dominus responderit. superiora verba sua
exponens. ait enim Omnis qui biberit
ex aqua hac sitiet iterum, qui autem
biberit ex aqua quam ego dabo ei
non sitiet in eternum. sed aqua quam
ego dabo ei, fiet in eo fons aque
salientis in vitam eternam. cuius
dum sermonibus delectata et tanti mu-
neris compos esse cupiens, et ad
huc prudentiam carnis amplectens
inquit domino, Da michi hanc aquam
ut non sitiam, neque veniam huc hau-
rire. ait illi dominus. Vade voca virum
tuum et veni huc. dicit ei. non habeo
virum. dicit ei Ihesus. Bene dixisti non
habeo virum. et ista loquebatur
ut paulatim eam a carnali
intellectu retraheret, et ad intel-
ligendum quis esset, qui cum ea lo-
quebatur perduceret. denique mul-
audiens que circa se erant primo
eum prophetam, postmodum Christum esse
confessa est. Sed huius historie sic
est plana simplicitas ut in ea sen-
sum lateat alta profunditas. Si
iam aliquid de hoc dono dei, id est de
spirituali aqua gustamus spiritualiter
ista tractemus. et primo videamus
quid significet, quod hora vi. dominus ve-
nisse dicitur ad pu puteum
hora sexta sexta mundi
etatem significat quando
tamquam in mun di senec-
tute dominus tamquam re
redemptor in
hominem indutus

Venit ad puteum, ad tenebrosam
videlicet mundi huius profunditatem, et
de illa celorum sublimitate, ad infi-
mas terre partes dignatus est desce-
ndere. Hora ergo sexta dominus ad pu-
teum venit, quando sol ad inferiores
circulos a summo celi centro incipit
declinare, quia novissima seculi e-
tate, ut dictum est filius dei ad
terrenum laborem nostrum dignatus
est descendere, ut nos doceret ex-
uere veterem hominem, et induere
novum, qui secundum deum creatus est.
Quod fatigatus venit, infirmitatem
carnis, quod sedit humilitatem ostendit.
fatigatus ergo resedit, quia et
infirmitatem pro nobis carnis susce-
pit, homo humilis inter homines ap-
paruit. De hac infirmitate carnis eius
dicit propheta, Vidimus eum et non erat
aspectus et desideravimus eum de-
spectum et novissimum virorum, vi-
rum dolorum et scientem infir-
mitatem. De humilitate eius dicit
apostolus. Humiliavit semetipsum factus
obediens patri usque ad mortem,
mortem autem crucis. Mulier
hec samaritana gentium est ecclesia
que bene samaritana vocatur. Sama-
ria enim pro idolatria accipi solet. Hinc
propheta promittens Christi incarnacionem
dicit. Antequam sciat puer vocare
patrem aut matrem suam, accipiat
virtutem damasci et spolia sama-
rie. Christus namque virtutem damas-
ci accepit, quando ei magi aurum
obtulerunt, in quo quondam potentis-
sima civitas ipsa confidebat. Acce-
pit et spolia samarie, id est homines
idolatrie captivitate oppressos, ad liber-
tatem nove gratie reduxit. Apte

Hec mulier samaritana dicitur scilicet
sancta ecclesia ante Christi adventum ydo-
latrie cultui dedita erat nichilque
aliud agere nolebat quam curis
seculi curis vanis cupiditatibus oc-
cupari. hoc enim significat quod cum
ydria ad puteum hec mulier au-
hauriendi veniebat sitiebat. Deus
ab ea salutem gentium sitiens quate-
nus eos ab errore erueret et ad christiane
fidei religionem reduceret. Quinque viros
quos habuerat quinque corporis sensus
accipimus. visus videlicet auditus
gustus odoratus et tactus. et visu
quidem alba et nigra vel quocumque
colorata videmus. auditu rauca et
sonora capimus. olfactu odores
fetencia queque discernimus. gustu dul-
cia et amara percipimus. tactu vero
qui per omnia membra corporis diffunditur
calida et frigida mollia et dura le-
nia et aspera sentimus. Istis quinque vi-
ris sensibus ecclesia gencium ante adventum
Christi subdita erat. et lucem mentis non
habens carnalem vitam absque ulla ve-
ritatis intelligencia transegit. Et quia
istos sensus non error regit sed natura
contribuit racione viri quasi legittimi
dicuntur. quibus primis seculi temporibus
hos homines serviebant sed iam vene-
rat tempus quo non illis sensibus ve-
teribus anima uteretur sed haberet
virum id est racionabilem spiritum cui illos pri-
ores viros id est quinque sensus in famulatum
subiceret. nec iam ea quinque viris su-
deretur sed verbum dei amplectens spiri-
tu Christo inhereret nec prioribus delectaretur
sed eternorum amore frueretur. sed quia
adhuc pristino errore tenebatur nec-
dum post quinque viros id est post tempus
quinque sensuum corporis verbum dei accep-
erat sed diaboli complexu adulterino

alligatam tenebat. Ait dominus voca virum
tuum et veni huc. quod est dicere re-
move te ab affectione carnali in qua
nunc es et spiritum intelligentie evocata
pariter ad Christum. Vir enim anime est quodam-
modo spiritus hominis qui animalem affec-
cionem tanquam coniugem regit. De
quo apostolus dicit. nemo scit hominum
que sunt hominis nisi spiritus hominis qui
in ipso est. Sed cum illa respondet
non habeo virum. Audivit bene dixisti
quinque enim viros habuisti id est primo tempore
quinque corporis sensibus servisti. Nunc
quem habes non est tuus vir. quia
non est iste spiritus qui intelligit deum
cum quo legittime possis habere coniugium
sed error diaboli tibi dominatur qui te
adulterina commaculacione corrumpit
et adhuc forsitan pertinet. Quod hec mu-
lier post quinque carnales responsiones in
sexta iam [illegible] Christum nominat. nam
prima visio [illegible] eius fuit. Domine tu
iudeus cum sis bibere poscis a me
que sum mulier samaritana. Secunda domine
neque in quo haurias habes et puteus
altus est. Tercia da michi hanc aquam
ut non sitiam neque veniam huc hau-
rire. Quarta non habeo virum. Quin-
ta video quia propheta es tu. patres nostri
in monte hoc adoraverunt. Sexta iam
responsione Christum confitetur dicens
scio quia messias venit qui dicitur
Christus. Sed adhuc errat. quia venturum
eum expectabat. quem presentem habe-
bat. Non enim eam virum suum vo-
cavit [illegible] sed vicium erat. ut
error [illegible] iste tanquam adulter
expelle[illegible]retur. et intellectus
virilis [illegible] introduceretur.
Ait [illegible] ergo mulier domine vi-
deo quia propheta es tu.
Iam quasi cepit vir

eius appropinquare / sed non dominum plene tenebat / prophetam enim dominum putabat / nec propter omnia errabat / nam et ipse se prophetam dignatus est dicens / non capit prophetam perire extra Jerusalem / Et longe ante de eo Moyses dixerat / prophetam vobis suscitabit deus de fratribus vestris / tamquam me ipsum audietis / Patres nostri in monte hoc adoraverunt et vos dicitis quia Jerosolimis est locus ubi adorare oportet. Contentio erat inter iudeos et samaritanos / quia solummodo iudei Jerosolimis in templo a Salomone constructo deum adorabant / Samaritani vero longe positi / et ipsi deum / sed non in templo adorabant / ideoque iudei se extollebant / et meliores se ipsos dicebant / qui deum in templo a sapientissimo homine edificato colebant / quibus dicebant samaritani / quare vos meliores vos esse putatis / quia templum habetis quod nos non habemus / nonne patres nostri qui deo placuerunt non in hoc monte adoraverunt / Et ipsi certe templum non habebant / sed hic adorabant ubi et nos adoramus / Utrique contendebant / illi pro templo isti pro monte / et utrique ignari veritatis erant / Sed quid dominus mulierem docebat audiamus / Dicit ei ihesus / Mulier crede michi quia veniet hora quando neque in monte hoc neque in Jerosolimis adorabitis patrem / Crede inquit michi. Est enim in te quod credas / quia cepisti ad te mittere qui me prophetam agnovisti / Crede ergo michi quia sicut scriptum est / nisi credideritis non intelligetis / Veniet autem dies quando neque in monte hoc neque in Jerosolimis adorabitis patrem. ~~Crede inquit michi~~ tempus evangelii gratie quod iam instabat dicit / quando ablata omni umbra figurarum / veritatis puro luce / mentes credentium illustrare ceperunt / Deus enim non loco continetur / qui celum et terram implet / nec in templis manufactis / sed in sanctis mentibus habitat / Vos inquit adoratis quod non scitis nos adoramus quod scimus / Multum honorem iudeis tribuit / qui dei cognitionem habebant / legem et prophetas acceperant / quibus est templum testamentum / et legis latio et promissio / quorum patres / ex quibus Christus / qui est benedictus in secula / hoc est enim quod dicit / salus ex iudeis est / quia salvator ex illo populo natus est / honorabat ergo iudeos / sed non istos reprobat / ipse enim erat lapis angularis / qui ex gentibus parietem parieti ex iudeis copulavit / Quod vero ait / adoramus quod scimus / non ad domini personam est referendum / sed ad illorum tantum / qui sapientes et veritatis doctores erant / ut apostoli fuerant / et prophete ceterique qui vel venturum Christum fide expectaverunt / vel venientem fideliter susceperunt / Dicit ei mulier / Scio enim quia messias venit qui dicitur Christus. Pro christus catholica supponit / quia messias hebraice Christus / grece unctus dicitur latine / Scio inquit ac si diceret / quid necesse est vobis pro monte illos pro templo contendere / Cum enim Christus venit montem spernet / templum evertet / et nos docebit ut in spiritu et in veritate adorare noscamus / Docebat iam hec mulier a quo docenda esset / sed docentem nondum agnoscebat / Iamque digna erat cui non differetur / sed cui iam Christus manifestaretur / Dicit ei ihesus / Ego sum qui loquor tecum. Hoc ad est ubique vocare intrebatur / factumque est.

sm apostolum caput mulieris vir, caput autem
viri Christus. Sed illa iam postquam audi-
vit: Ego sum qui loquor tecum, respondit, quia
iam manifeste Christum agnovit. Et con-
tinuo venerunt discipuli eius et mi-
rabantur quia cum muliere loquebatur.
Venit discipuli qui venerant in ci-
vitatem ut cibos emerent, mirantur
tantam Christi dignacionem, amantem eccle-
siam que perditam ovem querebat,
qua gentilem et erroneam mulierem
docebat, hanc eius mansuetudinem, hanc boni-
tatem inestimabilem mirabantur, non
mali aliquid suspicabantur. Reliquit
ergo mulier ydriam suam et abiit in ci-
vitatem et dixit illis hominibus: Venite
et videte hominem qui dixit michi
omnia quecumque feci. Proicit ydriam
quam olim nimiam aviditatem, non
iam usui sed oneri deputabat, ut
expedita atque exonerata Christum annun-
ciaret. Sed et mistice sancta ecclesia
postquam ad fidem Christi venit ydriam
proicit, quia cupiditatibus renunciavit.
Ydria enim illa amorem seculi figura-
liter exprimebat, quo sibi homines
de tenebrosa ac in ymum demersa con-
cupiscione quasi de puteo voluptatem
hauriebat, qua percepta iterum sitiunt,
quia completa voluntas non saciat
sed ad maiorem sitim mali operis in-
citat. Venite inquit et videte hominem
qui dixit michi omnia quecumque feci.
Paulatim venit ad predicandum Christum. Primo
enim vocat eum hominem, ne si primo Christum
diceret, auditores irriderent et
indignarentur, sicque ad eum venire
nollent. Interea rogabant eum dis-
cipuli eius dicentes: Rabi manduca.
Ille autem dixit eis: Ego enim habeo
cibum manducare quem vos ne-

scitis. Dicebant ergo discipuli eius:
Numquid aliquis attulit ei man-
ducare? Quid mirum si mulier sa-
maritana superius non intelligebat
quam aquam dominus ei promitteret? Ec-
ce ipsius discipuli nunc intelligunt de
qua esca dominus dicat. Sed verus ma-
gister instruit eos, non sicut mulierem per
amfractus et sermonum circuitus, sed
aperte ostendens spiritualem se notare
cibum. Ait enim: Meus cibus est ut
faciam voluntatem patris mei qui
in celis est, ut perficiam opus eius.
Voluntas est patris ut in filium eius
credatur, sicut alibi dicit: Hec est
autem voluntas patris mei qui
misit me, ut credatis in eum quem
misit ille. Opus vero patris perfectio
erat nostre redemptionis. Cibus
ergo Christi nostra est fides et salus,
atque ideo perficiebat voluntatem patris
omnes in se credere docendo, perficiebat et
opus eius humane redemptionis mi-
sterium maturando. Nonne vos dicitis
quod adhuc iiii^or menses sunt et messis
venit. Opus illud urgebat et quodam
fervore operandi salutis nostre exarde-
scebat, iamque operarios id est predicatores
in mundum mittere volebat. Sed ego
vobis aliam messem iam tostam, iam
maturam, et ad metendum paratam oste-
ndam. Ecce inquit dico vobis: levate
inquit oculos vestros et videte re-
giones quia albe sunt ad messem. Ergo
tempus est ut messores mittantur,
quod est aperte dicere: intellectu mentis
considerate quoniam mundo racionalia
ra et transacta yeme infidelitatis
ad estum fidei calorem, iamque parata se-
genum, ut collectis messem
iusticie. Viri predicatione colligatur

In hoc enim est verbum verum, quia a-
lius est qui seminat, alius qui metit.
Ego misi vos metere quod non labora-
stis. Alii laboraverunt et vos in labores
eorum introistis. Non mittit dominus
discipulos seminare, sed metere. Di-
rigitur enim eis ubi iam alii laboraverunt,
id est ad iudeos primum, quibus prophete christum
annunciaverunt, et ubi laborantium erat
utique seminatum erat. Quod vero se-
minatum fuerit et iam maturum
saltem querebat. Diriguntur ergo
apostoli, quem predicaverunt prophete. Ipsi enim
seminaverunt hoc, quod ad eius mundi no-
ticiam pervenerit. Unde et dicebat:
Scio quia messias venit qui dicitur
christus. Hec est messis primum in iudea collec-
ta est, cum predicante petro una die
crediderunt tria milia, alia quinque
milia, et deinceps multa milia. Qui
etiam qui crediderunt afferebant
rerum suarum precia et ponebant
ante pedes apostolorum, ut expediti
a curis seculi liberi christum sequeren-
tur. De hac messe pauca grana per
orbem sparsa innumeram messem
per totum mundum genuerunt, que in
fine seculi colligenda est. Intuendum vero
quod supra dixit, ut et qui seminat
simul gaudeat et qui metit. Prophete
enim seminatores et apostoli messores
dispares tempus habuerunt, sed unam
mercedem simul acceperunt et fruc-
tum pariter eternum congregaverunt. Ex
civitate autem illa multi crediderunt
in illum eum propter verbum mulieris te-
stimonium perhibentis et cetera finetenus.
Primo quidem famam verum audierunt,
postmodum cognoverunt. Nec hoc suffe-
cit, sed etiam rogaverunt eum ut
saltem aliquot dies maneret apud
illos. Nec iam se propter hoc quod
mulier perhibebat testimonium credere dice-
bant, sed se ipsos vere cognovisse et
scivisse quia ipse esset salvator mundi.
Cita credulitas samaritanorum congerit, — no
et multum aggravat infideli-
tatem iudeorum. Samaritani certe nullum
miraculum viderunt, non mortuum susci-
tatum inspexerunt, non nunc predicantem tal-
mecatem audierunt, sed tantum quod mulier
dicebat, quia dixit michi omnia que-
cumque feci. Iudei vero innumera cotidie
mirabilia cernentes non solum non
credebant, verum etiam suum salutis
auctorem persequebantur. Sic etiam
cotidie fit apud gentiles. Cum enim
a christianis christi animas christum predicari
audiunt et credunt, quasi per famam
mulieris predicantis ad christum veniunt,
sitque eo apud illos manente, iam ro-
bustius per se ipsos quanta veritas sit
christiane fidei, quanta salus in christum
credentibus esse cognoscunt. Nec
vacat quod biduo apud eos mansisse
dicitur, quia nimirum credentes in
se christus duobus preceptis instruit, caritatis
dicens eos diligere deum super omnia,
proximum autem sicut semetipsos. Bi-
duo ergo apud samaritanos mansit,
quia in eorum cordibus requiescit,
quos gemine caritatis lampade fervere
cognovit. Nec illud contemnendum quod
nulla noctis sed solius diei fit men-
cio. Nam que potest esse societas lucis
ad tenebras? Iohannes enim dicit: fratres, deus
caritas est. Itemque alibi dicit: deus lux
est et tenebre in eo non sunt ulle.
Si ergo deus caritas et fidelis lux
est, ergo caritas lux. Ubi ergo cari-
tas lux est, quis tenebris locus esse
potest? Et econtra, ubi caritas non est,

fia vj in joh

nulla ibi lux. Sed omnia tetra obscu-
ritate nigrescunt. Hinc iohannes ait
Omnis qui non diligit fratrem suum.
in tenebris est / et in tenebris ambu-
lat et nescit quo vadit / qui autem
diligit in luce manet. Hanc ergo inqua-
tum possimus efficaciter teneamus
ut christo inhitante gratie [sue] mereamur
precidamus a nobis noxarum [perversam]
cupiditatem et ad bona que deo in-
spirante cognovimus. nobiscum alios
trahere festinemus / clementiamque
nostri redemptoris piis votis ac bonis
actibus exoremus. Ut quibus iam suam
dignatus est dare cognitionem cum
virtutum profectu usque ad sue glorie
dignetur perducere visionem. fia vj.
yffi e. Ihesus fatigatus. Johannem iiii°
ex itinere sedebat sic super fontem. Ho-
ra autem erat quasi sexta / et reliqua

Augustini

Oportebat Omelia Augustini
autem eum inquit transire per
Samariam in civitatem que dicitur Si-
char iuxta predium quod dedit iacob
filio suo ioseph. Erat autem ibi fons
iacob et puteus / sed omnis puteus
fons / non omnis fons puteus / Ubi
enim aqua de terra manat et usui
prebetur haurientibus fons dicitur. Sed
si in promptu et superficie sit / fons tantum
dicitur. Si autem in alto et profun-
do sit ita puteus vocatur / ut fontis
nomen non amittat. Ihesus ergo fatigatus
ex itinere sedebat sic supra fontem
Hora erat quasi sexta. Iam incipiunt
misteria / Non enim frustra fatigatur vir-
tus dei / non enim frustra fatigatur / per
quem fatigati recreantur. Non enim
frustra fatigatur / quo deserente fati-
gamur / quo presente firmamur. Fatigatur
tamen ihesus / et fatigatur ab itinere / et
sedet iuxta puteum / sedit et hora
quasi sexta fatigatus sedit / Omnia ista in-
nuunt aliquid indicare volunt. et in-
venimus infirmum ihesum fortem et infir-
mum / qui in principio erat verbum. et ver-
bum erat apud deum / et deus erat
verbum / hoc erat in principio hoc erat in principio
apud deum. Vis videre quam iste filius
dei fortis sit. Omnia per ipsum facta sunt
et sine ipso factum est nichil / quia sine
labore facta sunt / Quid ergo illo fortius
per quem sine labore facta sunt omnia / Infir-
mum vis nosse / Verbum caro factum est
et habitavit in nobis / fortitudo christi te
creavit / infirmitas christi te recreavit /
fortitudo christi fecit / ut quod non erat
esset infirmitas christi fecit / ut quod
erat non periret / Condidit nos forti-
tudine sua / quesivit nos infirmitate
sua / Nutrit nos ipse infirmus infirmos
tamquam gallina pullos suos / Hinc
enim similitudinem fecit / quotiens volui
inquit ad te filios tuos congregare
tamquam gallina pullos suos sub
alas et noluisti / Videte fratres quem
ad modum gallina infirmetur cum
pullis suis. nulla alia avis quod sit ma-
ter agnoscitur / Videmus nidificare passeres
quoslibet ante oculos nostros / hirundines
ciconias columbas cotidie videmus
nidificare / quos nisi quando in nidis vi-
demus parentes esse non agnoscimus /
gallina vero sic infirmatur in pullis
suis / ut etiam si pulli eciam non
sequantur / matrem tamen cognoscas / Ita
fit alis dimissis / plumis hispida / vo-
ce rauca / omnibus membris dimissa
et abiecta / filios vel pullos non
videas matrem tamen agnoscas / sic ergo
est ihesus fatigatus ab itinere / Iter
ipsius est caro assumpta pro nobis /
quid enim iter habet / qui ubique est

qui numquam deest / quo it / aut
unde it / nisi quia ad nos veniret /
nisi formam visibilis carnis assume
ret. Infirma ergo venire ad nos co
modo dignatus est / ut infirmus per
in assumpta carne appareret / ipsa
carnis assumptio est. iter ipsius dei /
fatigatus est ab itinere / quod quid
est aliud quam fatigatus in carne /
Infirmus in carne ihesus / sed noli tu
infirmari. in illius infirmitate tu
fortis esto / quia quod infirmum dei
est / fortius est hominibus / Et venit
mulier forma ecclesie / non iam iustifi
cata / sed iustificanda / Nam hoc ait
sermo. venit ignara / invenit eum
quia agitur cum illa videamus qua
re venit mulier de samaria haurire
aquam / Samaritani ad iudeorum gen
tem non pertinebant / alienigene e
nim fuerunt. Venit ergo haurire aquam /
simpliciter venerat haurire aquam /
sicut solent vel viri vel femine. -
Dicit ei ihesus da michi bibere. disci
puli enim eius abierant in
civitatem. ut cibos emerent. Dicit
ei ergo mulier illa samaritana. quo
tu iudeus cum sis / bibere a me pos
cis que sum mulier samaritana.
Non enim coutuntur iudei samaritanis
Videtis alienigenas / omnino vascul
orum non utebantur. Et quia fe
rebat secum vasculum / unde aquam
hauriret / admirata est quod iudeus
petebat ab ea bibere / quod non so
lebant facere iudei / Ille autem qui
bibere petebat. fidem ipsius mulieris
siciebat / respondit ei ihesus / Si sci
res donum dei. et quis est qui di
cit tibi da michi bibere. tu forsitan
petisses ab eo / et dedisset tibi aquam
vivam. petit bibere / et promittit

bibere / eget quasi accepturus. et
affluit quasi saciaturus. Si scires
inquit donum dei. donum dei est spiritus
sanctus / Sed adhuc mulieri tecte loquitur
et paulatim intrat in cor / fortasse
iam docet. Quid enim ista hortacione
suavius et benignius / Si scires
donum dei. et si scires / quis est qui
dicit tibi da michi bibere. tu petisses
et daret tibi aquam vivam. hic
usque suspendit / Viva aqua vulgo di-
citur illa que de fonte oritur. et exit /
Illa enim que colligitur de pluvia
in lacu / aut in cisternas aqua viva
non dicitur / et si de fonte manavit
et in loco aliquo collecta steterit
et ad se illud unde manabat / non admit
sit / et interrupto meatu / tamquam
a fontis tramite separata fuerit / non
dicitur aqua viva / sed illa aqua
viva dicitur / que manans excipitur /
talis aqua erat in illo fonte / Quid
ergo promittebat quod petebat / Et
mulier suspensa ait / Domine neque in quo
haurias habes. et puteus altus
est. Unde ergo habes aquam
vivam / aquam scilicet que erat in illo
fonte / Tu michi vis dare aquam
vivam / et ego fero unde hauriam
et tu non fers. aqua viva hic est
et quomodo michi eam daturus es / Aliud
intelligens et carnaliter sapiens
quodammodo pulsat / ut magister a
periat quod clausum est / pulsabat ig
norancia non studio adhuc imperita
non dum instructa. Videat aliquid
evidentius dominus de illa aqua viva.
Dixerat enim mulier. Numquid tu ma
ior es patre nostro iacob. qui dedit
nobis puteum / et ipse ex eo bibit.
et filii eius / et pecora eius. Se

hac aqua unde dare mihi non potes qui hauritorium non habes. Forte alium fontem promittis. Patre nostro melior potes esse, qui hunc puteum fodit et ipse cum suis usus est eo. Dominus ergo dicat qui dicat quid dicat aquam vivam. Audit ipsa et dixit ei: Omnis qui biberit ex aqua hac sitiet iterum; qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in eternum. Sed aqua quam ego dabo fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Apertius locutus est dominus: fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Qui biberit de aqua ista non sitiet in eternum. Quid evidentius quia non aquam visibilem sed invisibilem promittebat. Quid evidentius quia non carnaliter sed spiritualiter loquebatur. Adhuc tamen mulier illa carne sapit; delectata est non sitire, et putabat hoc carnaliter promissum sibi esse a domino; quod quidem fiet sed in resurrectione mortuorum. Hoc volebat illa modo. Dederat enim dominus aliquando servo suo Helie ut per quadraginta dies non esuriret neque sitiret. Qui hoc potuit dare per quadraginta dies non potuit semper dare? Quid est quod biberit de hac aqua sitiet iterum? Verum est ut secundum hanc aquam et secundum quod significat illa aqua. Est enim aqua in puteo seculi voluptas in profunditate tenebrosa. Hinc eam hauriunt homines ydria cupiditatum. Cupiditate quippe prius submittunt et voluptatem haustam de profundo perveniunt et fruuntur voluptate precedente et premissa cupiditate. Numquid ergo non iterum de aqua voluptatis quis biberit? Qui autem biberit, inquit, ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in eternum. De aqua alibi dictum est: Apud te fons vite. Promittebat ergo saginam quandam et saturitatem spiritus sancti, et illa nondum intelligebat. Unde dicit ad eum: Domine, da mihi hanc aquam ut non sitiam neque veniam huc haurire. Ad laborem indigentia cogebat, et laborem infirmitas recusabat. Utinam audiret: Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego vos reficiam. Hoc enim dicebat ei ihesus ut iam non laboraret; sed illa nondum intelligebat. Denique volens ut intelligeret, dicit ei ihesus: Vade, voca virum tuum. Fortasse enim et anime nostre dicatur: Voca virum tuum, intellectum. Utique virum appellat volens eum intellectum intelligere. Voca, inquit, virum tuum, quia intellectus tuus non adest; ideo nescis quid dicam. Loquor ego secundum spiritum, tu audis secundum carnem. Que enim non ad quinque sensus pertinent, sed solo intellectu capiuntur, presenta ergo intellectum ut illa capies que ego tibi loquor. Animam autem habere et intellectum non habere bestialis est vita. Cum autem ordinata vita est, vir id est intellectus animam regit, ad ipsam animam pertinens. Non enim aliquid aliud est quam anima, sed aliquid anime est intellectus, quomodo et carnis est oculus, et aliquid carnis est oculus. Et sicut membra carnalia luce perfundi possunt, lucem sentire non possunt, solus ea oculus et perfunditur et fruitur; sic in anima nostra intellectus, que et mens dicitur, illustratus luce superiore que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Iste lux.

cum muliere loquebatur, et illum intellectus non aderat, qui illustraret non illuminaretur. Ergo dominus tamquam diceret: illustrare volo, adsit ille intellectum per quem docearis quo regaris. Anima ergo mulier, vir intellectus est, et sicut mulieris vir, ita caput viri christus. Dicit ergo dominus: adhibe virum, caput tuum, et ille suscipiet caput suum. Et bene inquit hic, id est esto per fidem ad vocem veritatis intelligentiam. Et adhuc illa non dubitans, illo viro non intelligens ait: Non habeo virum. Et ne forte putaret mulier, ideo dixisse dominum: bene dixisti, quia non habeo virum, quod hoc cum illa vere et non divinitate cognoverit, audi aliquid quod non dixisti. ~~et numquam eum viros habuisti~~ Quinque viros mulieris quinque libros moysi quibus utebantur samaritani quidam putant. Sed quod angustat nos quod sequitur: ~~Et nunc quem habes non est tuus vir.~~ Sed melius quinque viros priores anime quinque sensus corporis accipimus, qui ideo viri dicti sunt, quia legitimi adeo quam primum se fiant, et ideo dominati anime sunt. Infirma est autem adhuc, que istis quinque sensibus regitur, qui eam non ad eternitatem, sed ad temporalia vel capescenda vel fugienda regunt. Ubi autem venit ad annos discretionis, si eam susceperit optima disciplina, quinque illis viris ad regendum non succedit, nisi vir verus legitimus et qui illis melior, et qui melius regat, et ad eternitatem instruat. Ubi ergo intellectus sapientia imbutus regere cepit animam, sensus iusta et iniusta discernens est in

hijs ut sit in illis ut non sit. Nam anima in parvo puero quod auditur, quod videtur, quod olet, quod sapit, quod tactu sentitur, hoc appetit aut fugit; appetit quod mulcet, fugit quod offendit. Hos sensus mulcet voluptas, offendit dolor. Cum autem divinitus intellectus sapientia imbutus regere cepit animam, iam non solum fugere foveam et ambulare inequaliter, nec tantum canoris vocibus suaviter audire, dissonas repellere, vel blandis odoribus delectari, putores respuere [?], aut dulcedine capi et amaritudine offendi, aut lenibus mulceri et asperis ledi animam perfectam [?]. Sed iusta et iniusta, bona et mala discernit. Ubi autem fit vir quinque illis non successerit vir iste ille vir id est error ante dicatur. Nam anima capax rationis aut a sapiente mente regitur aut ab errore. Sed error non regit sed perdit. Ergo error iste non erat legitimus vir mulieris sed adulter. Ideo dominus ait: voca non adulterum sed virum tuum ut intellectum capias, non errorem, ne de me aliquid sentias falsum. Errabat enim mulier que aquam illam cogitabat, cum dominus de spiritu sancto loquebatur. Errabat autem quia adulterum non virum habebat. Dic ergo ~~voca virum tuum~~ et veni intelligas me. ~~Domine video quia propheta es tu.~~ Patres nostri in monte hoc adoraverunt. Cepit adulter excludi et vir legitimus, non dum plene venit prophetam dum putabat. Erat quidem et propheta. Ut ipse ait: Non est propheta sine honore nisi in patria sua. Incipiens ergo adulterum excludere, incipit querere quod etiam solet

subinonere. contencio scilicet inter iu-
deos habita et samaritanos qui uter-
que ignorant quia unum non habebant
isti pro templo illi pro monte instabant.
aduersus se inuicem. dominus tamen docet
mulierem tamquam cum uir cepit.
prius esse. et dicit illi. crede michi
cepit enim uir cuius intellectus aberat
quando me prophetam appellasti. [illegible] cre-
de michi quia nisi credideritis non
intelligetis. quia uenit hora et nunc
est. que hora. quando ueri adoratores
patrem adorabunt in spiritu et ueritate.
spiritus est deus. si corpus esset deus
oportebat eum adorari et in loco corpo-
reo et in templo corporeo. deus est
spiritus et eos qui adorant in spiritu oportet
adorare. uos adoratis quod nescitis
nam alienigene hospites erant. et
positi in acceptamentis dei. nos ado-
ramus quod scimus. ex persona iudeorum
dictum est. et uerum scilicet de equalibus sunt
apostoli et prophete. addit et illi. uidit
talia docere que iam plus essent
propheta. dixit ei mulier. scio quia messi-
as uenit qui dicitur christus ille nobis
omnia demonstrabit. id est motum finiet et
templum euertet. ut in spiritu et ueritate
nouerimus adorare. illa ergo digna
erat cui ille doctus manifestaret. sed
cum dicat. scio quia messias uenit
qui dicitur christus. et dicit ei christus.
ego sum messias hebraice. christus gre-
ce. est unctus latine. unde punice dicitur
messe id est unge. nam cognate sunt
lingue iste et dicitur hebraica ita
et punica et siriaca. et mirabantur
quod cum muliere loquebatur. quia que-
rebat perditum qui uenerat quere-
re quod perierat. hoc illi mirabantur.
non malum suspicabantur. reli-

quit ydriam suam. receptis in cor-
pore domino quid faceret nisi ydriam
dimitteret. et euangelizare curreret
proiecit cupiditatem et perrexit ad
nunciandum ueritatem. grece aqua y-
dor dicitur. unde ydria appellatur
tamquam si aquarium diceretur. pro-
iecto proicit ergo ydriam et onere
abiecto auida currebat aqua illa
facta ut admittaret christum. dicit illi
uenite et uidete. perseueranti ne ille
quasi dignaretur. et prospicientes
numquid aliquis attulit ei manducare
similiter aquam. discipuli etiam non
intelligunt. non autem per carnalitatem
sicut illam mulierem. cum ad hunc ui-
num requirebat. sed iam apte. meus
cibus est ut faciam uolunta-
tem eius qui misit me. ideo dicebat
sicio. da michi bibere. scilicet ut fidem in
ea operaretur et fidem eius biberet
et eam in corpus suum traiceret.
corpus enim eius ecclesia est. quatuor
menses sunt et messis uenit. uos quatuor
menses computatis ad messem. ego
uobis aliam messem albam ostendo
et paratam. non ergo seminatores sed mes-
sores seminatoris erat. messuris erat
que ubi alii seminauerunt. nam si prophete
seminatores non erant. unde ad illa-
num uerbum peruenerat. scio quia messias
uenit. iam ista mulier fructus ma-
turus erat. et erant albe messes et
falcem querebant. et ego in talibus
res communicastis. in certa iudea
messis parata. et tamquam matura se-
ges fuit. quando tot milia hominum
precia rerum suarum. ad pedes apostolorum
ponebant. et de ipsa messe iactata sunt
pauca grana. et seminauit orbem
terrarum. et surgit alia messis. que
in fine seculi metenda est. ad istam
ergo messem non apostoli sed angeli
mittentur. que purgent ab illis

expectat in fine. Sed unde quod dictum
est: ut simul insimul gaudeat, qui se-
minat et qui metit. dispari quidem labores
habuerunt, sed gaudio pariter perfrue-
tur mercede vite eterne. Et mansit
ibi duos dies. hoc est dat illis duo
precepta caritatis. non propter eam lo-
quelam credimus. ipsi enim audivimus
primo per Samaritanam, postea per nos. Sic hoc
Christi initiatur per Christianos amicos et
etiam annuntiante, ad Christum venit et
firmius in eum credidit, quia vere ipse
est salvator mundi. Sabbato sancti
... Prodit Jhesus. Secundum Johannem in
in montem oliveti et diluculo iterum ve-
nit in templum et cetera. Omelia Remigii

Potentissimus conditor et benig-
nissimus amator hominum dominus in-
Jhesus Christus, cum venisset verbi divini mina et
veritatis, habuit sibi maxime circa suam
passionem familiarem sibi effecerat
consuetudinem. ut in die quidem in tem-
plo, quod erat celeberrimus, verbum dei pre-
dicaret, signa et miracula ostenderet,
quibus se filium dei esse declararet.
Unde hinc autem in die palmarum
cum reverteretur in Bethaniam
ut apud amicum suum Lazarum, sororibus-
que eius Martham et Mariam noctibus
hospitaretur. Sequenti item sexta feria dilu-
culo ad simile predicationis opus Jhe-
rosolimam reverteretur. Cum tunc quoque
sibi consuetum morem, cum tota fe-
sti die scenophegie, id est tabernaculorum, in
templo predicasset, vespascente iam die
sicut asserit sanctus evangelista, prodit in
montem oliveti, et inde rursum di-
luculo venit in templum. Congrue
mons oliveti sublimitatem dominice pi-
etatis ac misericordie designat, quibus satis
et ipso vocabulo liquet claret, quia

mons oliveti, quia nomen traxit
ab eleos namque grece, misericordia latine di-
citur, natura quoque olei, misterio divine
pietatis aptissime convenit. superfer-
tur enim omnibus liquoribus, atque gratiam
premonstrat misericordie dei, de qua psalmi-
sta ait: Suavis dominus universis,
et miserationes eius super omnia opera
eius. Oleum quoque per unctionem fessis ac
dolentibus membris solet afferre le-
vamen, et psalmista, miserationes
domini laude digna commemorans. Pro-
piciatur, inquit, omnibus iniquitatibus
tuis, qui sanat omnes infirmitates
tuas. Pergebat ergo dominus in montem
oliveti, ubique manebat, ut arcem misericordie
principalis constare, unio se ostenderet ipsam
manens, secundum psalmiste vocem. Deus, in-
quit, susceptor meus es, misericordia mea.
Tempus vero diluculi quo predicaturus
iterum redibat, exortum nove gratie
designat, quando remota legalium
umbra figurarum lux evangelice veritatis
mundo revelanda erat. Et omnis po-
pulus venit ad eum, et sedens do-
cebat eos. Sessio domini humilitatem in-
carnationis eius insinuat, per quam
mundo subvenire dignatus est. Domino
ergo in templo sedente, omnis populus
ad eum venit, quia postquam susceptam
humanitatem visibilem se hominibus prebuit,
ceperunt multi predicationem eius audire
et in eum credere, et tanto libentius,
quanto eum sibi per assumptam carnis
proximum factum esse meminerunt. Ista
autem diximus, quia plurimum supplici
mente salutem quam attulerat co-
temperavit. Unde multo ante predic-
tum erat: Audiant mansueti et
letentur. Mansuetis ergo et simpli-
cibus sermone domini imitantibus et in-
tentissime audientibus, quid contempto

primo olei

Scribe et pharisei interrogant non ut discant sed ut
veritati laqueos nectant unde sequitur [illegible] autem

Hoc autem dicebant temptantes eum ut possent accusare eum

res fecerit audiamus. Adducunt
autem scribe et pharisei mulierem in ad
ulterio deprehensam et statuerunt eam
in medio. et dixerunt ei. Magister hec
mulier modo deprehensa est in adul
terio. In lege autem moyses mandavit
nobis huiusmodi lapidare. tu ergo quid
dicis? O captiosa temptatio, o simula
tum veritate mentis obsequium, o la
bia dolosa in corde, et corde loque
ntia. Interrogant ut non quod verum
est discant, sed ut veritati laqueos
nectant. Sciebant enim eum dominum
maxime a turbis amari, quia
misericordiam predicabat, et peccatores suscipi
ebat. Itaque cum invenissent mulierem
in adulterio deprehensam, exultabat
se invenisse temptandi occasionem. Ad
duxerunt ergo eam ad eum, percontantes
quid de ea fieri deberet. Dicebant
enim intra se: si dixerit lapidanda
est hec mulier iuxta decretum moysi,
quasi crudelem et oblitum misericordie
quam predicat deridebimus, sicque eum
odiosum turbis in quibus diligitur fa
ciemus. Si vero lapidari eam prohibuerit,
quasi legem blasphemantem et aucto
rem scelerum publice deprehendemus,
et mortis supplicio condempnabimus.
Sed quid proficit humana calliditas
contra potentiam divinam, sed omnino
quod est? Non est sapientia, non est prudentia,
non est consilium contra dominum. Per hec
quod se dominus inclinavit humilitatem a
simplicitate humanitatis ostendit. Per digi
tum qui compositionibus articulorum corpo
ris atque ideo ceteris membris flexi
bilior est, subtilitas discretionis
exprimitur. Per terram vero humanum cor
pus vel cor ostenditur, quod bonarum
vel malarum actionum solet reddere

Hic autem inclinatus se scri
bebat in terra [illegible] de co
rdibus [illegible] illos
[illegible] in terra scribendo significaret
[illegible] celo [illegible] scribebat
[illegible] quia scribe et pharisei legem
[illegible] sua cognoscebant

Beda. [illegible] ad [illegible]
[illegible] digito
scripsit [illegible] se fore
[illegible] legem
in lapide scripsit

fructus. Expectantibus ergo dominus apostolis(?)
suis ut de adultera sententiam proferret,
non statim iudicavit, sed prius inclinans
se digito in terra scribit, ac de
inde instantibus illis obnixe insistentibus iudicium
protulit. Ut nos etiam typice moneat
quatenus cum quelibet mala proximorum
conspiciamus, non statim ea temere rep
rehendendo dampnemus, sed prius ad inte
riora cordis conscientiam humiliter conversi digito
discretionis ea sollicite inquiramus
et utrum sint ea opera deo placentia
diligenti meditatione investigemus.
Temerarium est enim iudicare de cordi
bus alienis, si adhuc reprehenderis ipse.
Hinc apostolus dicit: Fratres et si preoccupa
tus fuerit homo in aliquo delicto, vos
qui spirituales estis instruite huiusmodi
in spiritu lenitatis, considerans te ipsum,
ne et tu tempteris. Cum ergo per
severarent interrogantes eum, erexit
se et dixit eis. Qui sine peccato est
vestrum primus in illam lapidem mittat.
Pharisei quidem et scribe ex omni parte la
queos tetenderant, arbitrantes se
eum posse ostendere vel immiseri
cordem vel iniustum, sed dominus sedi
tionem(?) illorum facillime
sicut praesila(?) araneorum pertransiit,
servans per omnia et iustitie discretionem
et pietatis mansuetudinem. Qui sine
peccato est vestrum. Ecce temperantia miseri
cordie. Rursum primus lapidem in
illam mittat. Ecce iusticia iudicant
is, ac si patenter diceret: Dicatis quia
moyses precepit huiusmodi lapidare,
sed hoc audistis non a peccatoribus fieri,
sed ab hiis qui primo legis iustitiam implere, et
sic mundis manibus et corde ad
lapidandam ream conveniunt. Primo fi
dem et misericordiam spiritualia sunt precepta
perficite, et sic ad carnalia iudicia

Augustinus: Illa voce iustitie tamquam telo percussi, sese inspicientes, reos invenientes, unus post unum omnes recesserunt. Et hoc est quod sequitur.

Hoc iudicio dato. Dominus iterum inclinans se scribebat in terra. Potest intelligi hoc fecisse Dominus iuxta morem humane consuetudinis, ut quasi aliud agens et vultum alio intendens, liberam eis facultatem egrediendi daret, quos sua visione perculsos et citius abituros quam plura interrogaturos esse cernebat. Denique ait evangelista: Quia audientes hec unus post unum exibant incipientes a senioribus. Hoc vero quod et ante dictum sinam et post inclinans se scribebat in terra, figuratione admonet ut et prius quam peccantem fratrem corripiamus, et postea quasi ei ministerium debite correctionis impendimus, sollicita atque humili investigatione nosmet ipsos discutiamus, utrum autem ipsi de quibus alium castigamus aut aliis peccatis obnoxii simus. Sepe enim contingit ut ille qui alium de homicidio iudicat, ipse per odium fratris ante oculos conditoris reus homicidii habeatur, quia scriptum est: Omnis qui odit fratrem suum homicida est. Non numquam aliquis alium de fornicatione accusat, et in se fovens superbie absconditum celat. Cum ergo peccantem aliquem corripimus, pensemus sollicite quam deiecti, quamque fragiles ex nobis simus, si non divine pietatis auxilio sustentemur. Ita enim fiet ut nequaquam contra eum quem corripimus superbiamus, nec proterve superiores iudicantes condempnemus, sed memores communis conditionis mansuete et leniter ad penitentiam et emendationem delicti salubri emendatione exhortatione provocemus. Erigens autem se Ihesus dixit ei: Mulier ubi sunt qui te accusabant? Nemo te condempnavit? Que dixit: Nemo Domine. Nullus quippe ausus est condempnare peccatricem mulierem, quia accepta verbi dei gladio conscientia ad eorum penetrante, singuli in se tenebant quod magis dampnari deberent. Sed qui accusatores iustitie auctorem persenserunt, eam que accusabatur magno pietatis munere sublevavit dicens: Nec ego te condempnabo. Vade et amplius noli peccare. Tamquam pius preterita peccata ignoscat, sed quasi iustus ne amplius peccare presumat interdicat. Quia enim deus et homo erat, per id quod homo extitit mulieri adultere misereri potuit, per id vero quod deus est dimissa eam scelere absolvit. Veneremur ergo eum pro eo quod nobis proximus fieri dignatus est, precemur eius misericordiam pro his vacuis iustis operibus, ut nos ab omnibus peccatis nostris solvat et deinceps non peccare concedat, sicque mentes nostras sancti amoris sui flammis accendat, ut semper beneplacitum suum in operibus bonis perseverabiles faciat. Sabbato IIII e. Perrexit Ihesus in montem Oliveti et diluculo iterum venit in templum et reliqua. Secundum Iohannem. Omelia Bede.

Presentem sancti evangelii lectionem tanto intentius considerare fratres karissimi ac memorie commendare debemus, quanto maxima nobis commendat gratiam nostri conditoris. Ecce enim ut audivimus, oblatam sibi ab impiis accusatoribus mulierem peccatricem non iuxta preceptum legis lapidare, sed ipsos accusatores primo semetipsos considerare et sic imperatam sententiam dare precepit, ut ex consideratione sue

Et remansit solus Ihesus et mulier in medio stans. Relicti sunt duo, misera et misericordia; ad se emendandum remanebat in qua peccatum invenire non poterat. Ille autem qui adversarios eius reprehendit lingua iustitie, levans in illam oculos mansuetudinis interrogat eam dicens: Mulier ubi sunt...

admonendo respectu

Sabbato post Iohannem

Bede

singulis quantum aliis misereri debuisset
agnoscerent. Sed quia mos solet
esse scripturae, ut aliquando actum temporis
aliquando actum loci, aliquando utrumque
qualia sint post narranda significent,
relaturus evangelista temptatam legis
districtionem mansuetudinem redemptoris praemisit.
Dominus Iesus perrexit in montem Oliveti
et diluculo venit in templum. Mons
quippe Oliveti sublimitatem dominicae
pietatis et misericordiae designat, quia et graece
eleos misericordia vocatur. Oleum
et ipsa unctio olei fessis ac dolentibus
membris solet afferre levamen. Sed et
hoc quod oleum et virtute et puritate
praeeminet, et quocumque ei liquorem superfuderis
fuderis volens confestim hunc
transcendere eique supereminere consuevit,
gratiam misericordiae caelestis non incongrue
insinuat, de qua scriptum est: Suavis
dominus universis et miserationes eius
super omnia opera eius. Tempus quoque
diluculi exortum eiusdem gratiae, quae
remota legis umbra lux evangelicae veritatis
erat revelanda, demonstrat. Pergit
ergo Iesus in montem Oliveti,
ut arcem misericordiae constare demonstraret.
Venit iterum diluculo in templum,
ut eandem misericordiam incipiente novi
testamenti luce fidelibus templo videlicet
suo pandendam ostendendamque significaret.
Et omnis, inquit, populus venit ad eum,
et sedens docebat eos. Sessio domini
humilitatem incarnationis eius, per
quam nobis misereri dignatus est,
insinuat. Unde etiam nobis propheta:
Surgite postquam sederitis, ac si aperte
dicat: non ante sed postea quam
vere vos humilitate castigaveritis,
praemium superne exultationis vos
accepturos sperate. Bene autem di-

Surgite postquam sederitis

citur quia cum sedens doceret Iesus, omnis
populus venit ad eum, quia postquam per
humilitatem incarnationis proximus
hominibus factus est, libentius est a multis
eius sermo receptus. Audierunt enim
mansueti et laetati sunt, magnificantes
dominum cum psalmista et exaltantes
nomen eius in invicem. Audierunt immun-
di et dissoluti sunt, temptantes eum
et deriserunt eum derisum, stride-
runt in eum dentibus suis. Denique
temptantes adducunt mulierem
in adulterio deprehensam, et interro-
gantes quid de ea fieri iuberet, cum
Moyses talem lapidari mandaverit,
ut si ipse hanc lapidandam decerneret,
deriderent eum quasi immemorem quam
semper docebat, obliitum. Si lapida-
re non mandaret vetaret, striderent
in eum dentibus suis, et quasi fauto-
rem scelerum legique contrarium ve-
lut merito condempnarent. Sed ab-
sit ut terrena stultitia quid diceret
inveniret, et caelestis sapientia quid
responderet deficeret. Absit ut
impietas contra soli iustitiae ne in mun-
do luceret obsisteret. Iesus autem
inclinans se deorsum digito scri-
bebat in terra. Per inclinationem Iesu humi-
litas, per digitum qui articulorum con-
positione flexibilis est, subtilitas
discretionis exprimitur. Porro per
terram cor humanum, quod vel bonorum
vel actionum malarum solet reddere
fructus, ostenditur. Postulatus ergo
dominus iudicare de peccatrice non sta-
tim dat iudicium, sed prius inclinans
se deorsum digito scribebat in
terra, ac sic demum quod ab eo interro-
gatum iudicat. Nos videlicet typice in-
struens ut cum quaelibet proximorum

criminis conspicimus non licet nobis rep
rehendendo iudicemus. quam ad statim
nostram humiliter reuersi digito eam
discretionis solerter scrutamus et
quid in ea conditori placeat. quid
vero displiceat sedula examinatione di
noscimus iuxta illud apostoli. Fratres
et si preoccupatus fuerit homo in ali
quo delicto vos qui spirituales estis
instruite huiusmodi in spiritu mansue
tudinis considerans te ipsum ne et
tu tempteris. Cum autem perseuerant
interrogantes eum erexit se et di
xit eis. qui sine peccato est vestrum. pri
mus in illam lapidem mittat. quia
sine et inde dominus scribe et pharisei te
debant laqueos insidiarum. puta
tes eum vel misericordiam fiam
in iudicando vel iusticiam perdendo
sic solas quasi paruula transit aut
nec et in iusticie iudicium pro omnia
declinans et misericordiam pie
tatis ostendens compleuit in eis
illud psalmiste quod dicimus quia dis
soluta sit nec potuerint stare nec
compincti sint dissoluti sunt namque ut
dum in insidiis concluderent nec
compuncti sunt. Ut enim dilectionis
sequentur officiis. Ubi enim audiunt
temperantiam miserendi qui sine pec
cato est vestrum. Ubi iterum iusticiam
audiunt iudicandi primus in illam
lapidem mittat. Si moyses ma
mandauit nobis mulierem huiusmodi
lapidare. videte quia non licet pec
catores sed iustos precepit primo vos
ipsi iusticiam legis implere et sic
innocentes manibus et mundo cor
de ad lapidandum ream conuenire.
primo spiritualia legis et dicta fide
iam et veritate perficite et sic ad
carnalia iudicandi dedicate. Dato autem
iudicio. Dominus se iterum inclinans scribebat
in terra. Et quidem iuxta morem con
suetudinis humane possit intelligi quod deus
coram temptatoribus impiis inclinare
et in terra scribere voluit ut alia
velud intendens liberum eis daret
exitum. quos sua responsione prius
sub cernis exituros quam plura in
terrogaturus esse perpenderet. Denique
audientes. vnus post vnum exiebat
incipientes a senioribus. Sed figuraliter
nos ammonet in eo. quod ante datum et
post datam sententiam inclinans se scri
bit in terra ut et prius quam peccatorem
proximum conspiciamus et postquam de
bite castigationis illi ministerium red
diderimus nos ipsos digna humilitatis
inuestigatione perpendamus ne forte
aut eadem que in illo reprehendimus
aut alijs quibuslibet simus facinoribus
irretiti. Accidit enim sepe ut qui v
bi gratia homicidium publice peccatum
iudicauit peius ipse malum quo
ipsi in secreto deprimantur non senci
ant qui in fornicatorum arguunt
pestem superbie qua ipsi de sua castita
te extolluntur ignorant qui ebri
osum condempnant liuoris inuidie
quo exeduntur ipsi non videant.
Quid ergo nobis in huiusmodi periculo
remedij quid restat salutis nisi cum
peccatorem conspicimus aliquid mox
inclinemus deorsum id est quam deiecti
sumus conditione si simus. si non nos
diuina pietas sustentat humiliter inspi
ciamus. digito scribamus in terra
id est discretione solerti pensemus cum
beato Job. dicere possimus. neque enim re
prehendit nos cor nostrum in omni
vita nostra. Et meminerimus

seduli, quia si reprehenderit nos cor nostrum maior est deus corde nostro et novit omnia. Possumus autem et ita recte intelligere quod veniam peccatrici daturus digito dominus in terra scribere voluit. Et ipsum se esse monstravit qui legis decalogum suo digito id est spiritus sancti operatione quondam scripsit in lapide. Et bene lex in lapide scripta est que ad domanda duri et contumacis populi precordia dabatur. Bene in terra scribit dominus gratiam remissionis daturus contritis et humilibus corde qui fructum possent ferre salutis. Bene inclinans se deorsum digito scribit in terra qui condam sublimem se ostendens in monte digito scribebat in lapide, quia per humilitatem suscepte humilitatis gratiam fructiferis fidelium cordibus infudit qui excelsus in angelo apparens durus dura quondam dedit mandata populis. Bene qui inclinatus scripsit in terra erectus mox verba depromit, quia quod humane infirmitatis societatem promisit per divine virtutem potentie hominibus dona pietatis impendit. Erigens se inquit Iesus dixit ei: Mulier, ubi sunt qui te accusabant? Nemo te condempnavit? Que dixit: Nemo domine. Nemo condempnare ausus est peccatricem, quia in se singuli cernere ceperant quod magis se dampnandos cognoscerent. Sed qui accusatoribus prolato iustitie pondere fugatis viduam accusatam quanto mox misericordie sublevat. Sequitur: Dixit autem Iesus: Nec ego te condempnabo. Vade et amplius noli peccare. Impleta est hoc loco summa psalmigraphi prophetia qui in domini laudibus canit: Specie tua et pulcritudine tua intende prospere procede et regna propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam et deducet te mirabiliter dextera tua. Propter veritatem quippe regnat qui viam veritatis mundo predicando credentium regni sui gloriam dilatavit. Propter mansuetudinem et iustitiam regnat, quia plures ideo se regno subiciunt illius quod eo manifestum in liberandis a peccatis penitentibus et iustum in dampnandis peccato continuantibus esse cognoscunt. Mansuetum in largienda gratia fidei et virtutum celestium, iustum in reddenda mercede peccati et fidei et celestium certamine virtutum. Deduxit eum mirabiliter dextera sua, quia existens in homine deus mirabilem eum in omnibus que fecerit et docuerit ostendit. Sed et insidias quas quas astuti hostes excogitavere preteriit mirabiliter providentia semper eminente evitavit. Nec ego te inquit condempnabo. Vade et iam amplius noli peccare. Quam misericors et pius est peccata peccatrici relaxat, quam iustus est et iustitiam diligit ne amplius iam peccet interdicit. Verum quia poterant dubitare aliqui an posset Iesus quem verum hominem noverant dimittere peccata, dignatur ipse apertius unde quid divinitus valeat ostendere. Post repulsam namque temptatorum nequitiam, post solutam peccatricis culpam iterum loquitur eis dicens: Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris sed habebit lumen vite. Ubi manifeste non solum qua auctoritate mulieri peccata dimiserit, sed quid etiam figuraliter expresserit, ipse pergendo in montem Oliveti, quid diluculo iterum veniendo in templum, quid digito in terra scribendo, arcem vero se esse misericordie et fontem totius consolationis, pietatem simul et largitorem lucis, indeficientem legis pariter legislatorem et gratie ostendit. Ego sum inquit lux mundi.

ac si aperte dicat. Ego sum lux vera
que illumino omnem hominem venien-
tem in hunc mundum. Ego sol iusticie
qui timentibus deum orior. Et si inte-
rius ad tempus videor tegi. te-
gor enim nube carnis non abscondor
a querentibus. sed ut temperer infir-
mis. ut pandant oculos mentis fide
purificent corda sua. ut me ipsum me-
reantur intueri. Beati enim mundo cor-
de quoniam ipsi deum videbunt. Qui se-
quitur me. non ambulat in tenebris
sed habebit lumen vite. Qui meis mo-
nitis et exemplis obsequitur. non
timebit in futuro tenebras dampna-
cionis. sed lucem pacis. ubi inqua-
prisus moriatur. habebit. Sequamur
ergo fide non lucem iusticie. fide que
per dilectionem operatur. ut eam tunc ser-
mereamur. spem que dilectionis in-
tum et remuneret et addet. Ipso at-
testante qui ait. Qui autem diligit
me. diligetur a patre meo. et ego di-
ligam eum. et manifestabo ei me
ipsum. Veniamus non mentis intende
ad eum. qui in visibili monte oliue-
ti locum habet. Unxit enim eum deus eius
oleo leticie pre consortibus eius. ut et
nos consortes eius sic unctionis
id est gratie spiritualis dignetur facere parti-
cipes. Quod non aliter. quam dilige-
do iusticiam. et odiendo iniquitatem
adipisci merebimur. Nam et de
ipso psalmus. qui hec loquitur primus.
Dilexisti iusticiam et odisti iniqui-
tatem. Ut predicando secundum glossam capitis
membra que adhuc pertinere pos-
sint. qualiter conversari debeant
ostenderet. Reminiscamur quia ipse
diluculo venit in templum. atque
peccatricem soluit a crimine. Ut stude-
amus ipsi templum construere con-
ditoris. studeamus discussis vicio-
rum tenebris in lucem virtutum

Proficere. quatenus etiam nostra precordia vi-
sitare ~~nos~~ dominus. ac celestibus instruere
disciplinis. et quicquid in nobis sor-
didum reperit. gracius emundare
dignetur. qui vivit et regnat deus
in secula seculorum amen. Dominica iiii post epi- Dominica iiii post
phaniam. Abiit ihesus. Johannis vi capitulo epiphaniam
trans mare galilee quod est tiberiadis
et sequebatur eum multitudo magna
quia videbant signa que faciebat
super hiis qui infirmabantur. et reliqua. Remigius
Mare Omelia Remigii episcopi
galilee quod et tiberiadis pro
quantitate circumiacencium regionum
variis censetur nominibus. Dicitur autem
mare galilee propter adiacenciam
patrie vel provinciam galileam. Di-
citur mare tiberiadis propter civitatem ti-
beriadem. que prius pancas vocata fuit.
sed postquam ab herode reedificata
est. in honore tiberii cesaris tiberiadis
appellata est. Dicitur etiam et stagnum
genezareth. eo quod se crispantibus un-
dis auram generare videatur. Dicitur et
lacus cinereth propter civitatem cine-
reth adiacentem. et propter opportunitatem
portus. mare quoque. mare quia quibusdam
navatur. Extenditur enim
in longitudine centum quadraginta
stadia. in latitudine quadraginta. Ne-
que tamen mare vocatum est. eo quod
aque eius amare sint. sunt enim dulces
ad potandum. abilesque ad piscandum. sed ydi-
oma hebraice lingue est. congrega-
ciones aquarum vocari maria. sicut
scriptum est in Genesi. Congregaciones-
que aquarum appellavit maria.
Spiritualiter hoc mare mundum
prius significare scimus. quod in comparacionem
permanere non potest. Unde bene mare
dicitur amarendo. eo quod semper accedit
et recedit. Sicut enim mare quietum
et tranquillum stare non valet.

sic mundus conturbationibus commovetur / nunc prosperitatibus elevatur / nunc adversitatibus deicitur / crescit nascendo / decrescit moriendo / hoc ergo mare dominus pertransiit / quando calamitates mundi fluctibus / iter vite celestis nobis ostendit / de cuius transitu petrus apostolus ait. qui pertransiit benefaciendo / et sanando omnes oppressos a dyabolo / Et sequebatur eum multitudo magna quia videbant signa que faciebat super hiis qui infirmabantur. Turbe que eum secute sunt electorum cetus intelligitur / ex omnibus gentibus collecta / hec enim cotidie dominum sequitur / non gressu pedis sed imitacione operis / sequi enim dominum imitari est sicut ipse dicit / qui michi ministrat me sequatur / unde et in lege precipitur / post dominum deum tuum ambulabis / hic nos iohannes ammonet dicens / Qui vult in eo manere / debet sicut ipse ambulavit et ille ambulare / reprobi autem in hoc mari quasi pisces morantur / quia carnalibus desideriis implicati / litus eterne vite nequaquam tingere volunt / unde bene mare galilee dictum est / que rota sive volubilitas interpretatur / Sicut enim mobile in circulo movetur volvitur / sed nullum iter perficit / sic illi qui in mundi amore radices cordis plantaverunt / cum sint mobiles inquieti / tamen iter celestis vite nullo modo arripiunt / de quibus per prophetam dicitur / In circuitu impii ambulant / nos autem qui hic manentem civitatem non habemus / sed futuram toto desiderio inquirimus / talium exempla despicientes cum domino mare transnavigemus / ut ea que retro sunt obliviscentes / ad ea que ante sunt extenti / sic dominum sequamur eum.

ad bravium eterne remunerationis / quatenus cum hac turba specialiter ab illo curari et refici valeamus / Subiit ergo in montem ihesus. et ibi sedebat cum discipulis suis. Mons in quem dominus transfretato mari subiit / celsitudinem significat / in quod postquam post triumphum sancte crucis / fervente mundi fluctus calcavit / victor ascendit / Quod autem ibi cum discipulis sedebat / ostendit / quia ideo precessit / caput secutura erunt membra / sicut ipse ait in ewangelio / volo pater / ut ubi ego sum. ibi sit et minister meus / Et iob ubi fuerit corpus illic congregabuntur et aquile. Alter per hunc montem sublimior doctrina intelligitur / dominus in monte. verbum est in alto / Qui ergo sublimiorem doctrinam vult accipere / cor citra ad celum elevet. i. de amore mundi transeat ad amorem dei / Turbas ergo dominus in convallibus docet / curat / et reficit / et cum discipulis in montem ascendit / Ut ostendit / quia iuxta capacitatem audiencium formandus est sermo / in predicatione doctorum / non enim propter perfectos deserendi sunt infirmi / sed propter eos cum illis tollerandi et corrigendi / quasi enim quodam dominus in convalli morabatur / cum illi querenti Quid faciendo vitam eternam possidebo / Respondit / si vis venire ad vitam eterna serva mandata / non occides / non mechaberis / non furtum facies / non adulterabis / non concupisces rem proximi tui / honora patrem et matrem / et illa subtiliora querenti / et dicenti / hec omnia custodivi a iuventute mea / quasi montem ostendit illi dicens / adhuc unum tibi deest / Si vis perfectus esse. vade et vende omnia que habes et da pauperibus. et habebis thesaurum

Erat autem proximum pascha vel Alquinus / hoc erat quod immi nente pascha christus turbam reficit significans quod commissis pane vite et corpore et sanguine domini refici debeamus. Debet spirituale pascha fieri / id est de viciis transire ad virtutes

in celo / et veni / et sequere me / Sed quod
difficile quod diximus erat / vel autem
hunc montem ascendunt / Aliquid tristis
eo quod dives esset valde / Paulus qui
cum discipulis in convallibus morabatur
quando dicebat / ergo fratres non potui
vobis loqui tamquam spiritualibus / sed
tamquam carnalibus / quasi parvulis
lac potum dedi / non escam / quasi
montem ascenderit / cum illis dice
bat / Sapientiam loquimur inter per
fectos / quasi in convallibus morabatur
cum dicebat / propter fornicationem unusquisque
suam uxorem accipiat / et una
quaeque suum virum habeat / quasi in
montem ascenderat / cum dicebat
de virginibus autem preceptum domini non
habeo / consilium autem do / volo enim
illis / si sic permaneant sicut meum con
silium / volo autem omnes homines esse si
cut et me / Non enim una eademque doc
trina equaliter omnibus congruit / quia aliter
admonendi sunt imperfecti / et aliter
perfecti / aliter coniugati / et aliter virgi
nes / aliter casti / et aliter luxuriosi /
aliter ebriosi / et aliter sobrii / aliter
superbi / et aliter humiles / aliter aliena
rapientes / et aliter sua distribuentes /
plerumque enim medicine antidotum unum
morbum curat / alterum accumulat /
et panis cum fortium vitam ro
borat / et parvulorum necat / Et venenum
cum vita sit serpentis / mors est
hominis / Hec est ergo discretio in pre
dicatione observanda / ut quos vi
derit doctor spiritualem intelligentiam
capere non posse / iuxta litteram do
ceat / nec non propter non posse eos
in perfectiores relinquat / Cuius exem
plo suo nobis Iacob patriarcha ostendit
quia cum oves Laban avunculi sui
pasceret / et varia queque comperire
de cuperet / tulit virgas populeas
et amigdalinas / quas ex parte decor
ticavit / et ex parte cum corticibus re
liquit / et posuit eas in canalibus / et
in aspectu earum oves et arietes
ut fetus conciperent / Quid Iacob pa
stor ovium / nisi pastorem ecclesie si
gnificat / Quid oves / nisi fideles au
ditores / Unde Simoni pastori dictum est /
Si diligis me / pasce oves meas /
Aqua vero scripturam designat / de
qua per Salomonem dicitur / Aqua profunda
sermo ex ore viri / et torrens redundans
fons sapientie / Virge autem / eiusdem scrip
ture sententie sunt / que ex parte sunt decor
ticande / et ex parte cum corticibus relinquen
de / ut perfectiores allegorice instruantur /
et minus capaces / iuxta litteram e
rudiantur / Erat autem proximum pas
cha dies festus iudeorum / non ut qui
dam putant pascha a passione / sed a
transitu est dictum / Eo enim tempore
quo dominus per egiptum transiens primo
genita egiptiorum percussit / filios
israel liberavit / pascha iussum est ce
lebrare / quod hebraice phase / transitus
latine dicitur / Dicturus ergo evangelista dominum
ex quinque panibus quinque milia hominum
saciasse premisit / Erat proximum pascha
dies festus iudeorum / ut intelligamus
quia tunc ab eo spiritualiter pascimur
quando transitum celebramus / id est
quando de viciis ad virtutes / et
de amore mundi / ad amorem transimus
dei / Cum sublevasset ergo ihesus oculos
et vidisset quia multitudo maxima
venit ad eum / Oculi domini in scriptura
duplicem habent significationem / aliquando enim
dona sancti spiritus significant / aliquando re
spectum misericordie / Dona spiritus sancti
sicut in Zacharia legitur / In lapide
uno septem oculi sunt / Et iohannes in a
pocalipsi / vidi agnum occisum haben
tem septem cornua / et oculos septem

Alquinus / Oculi domini sunt dona spiritualia que in domino fine ... considerat ... in eos ... oculos ... est respectus misericordie ...

Ad litteram sublevavit oculos ut ostenderet quod oculos non ~~dirigebat~~ erigebat hic atque illuc per prudentiam ... attentus circa discipulos suos

qui sunt septem spiritus dei missi in omnem terram. Respectum misericordie significant. Sicut in psalmo legitur: Oculi domini super iustos. Et item: De celo respexit dominus, vidit omnes filios hominum. Eius enim oculis nuda et aperta sunt omnia. Tunc nos videre dicitur quando nobis dona sue misericordie tribuit, vel nos a pressura tribulationis liberat. Sicut moysi dicitur: Videns vidi afflictionem populi mei qui est in egypto et gemitum eorum audivi, et descendi liberare eum. In hoc ergo loco sublevatio oculorum domini misericordie respectum significat, quia turbas quas postea pavit prius misericorditer respexit. Sic enim oculis dominus petrum respexit quando egressus foras amare flevit. Dicit ad philippum: Unde ememus panes ut manducent hi. Interrogavit dominus philippum non ut ab eo aliquid disceret sed ut eum doceret. Quod sic alius intelligimus si quibus modis interrogatio fiat perpendimus. Fit enim tribus modis: aut studio reprehendentis, aut

voto ~~[illegible]~~ discentis, aut affectu docentis. Studio reprehendentis, sicut scribe et pharisei dominum interrogaverunt ut eum reprehenderent, veluti de quadam muliere in adulterio deprehensa et de denario et cetera his similia. Voto discentis, sicut apostoli dominum interrogaverunt dicentes: Domine quando hec erunt, vel quod signum adventus tui et cetera talia. Affectu docentis, sicut angelus iohannem in apocalypsi interrogavit dicens: Hi amicti stolis albis qui sunt et unde venerunt. Illo respondente: Domine mi tu nosti, continuo docuit eum dicens: Hii sunt qui venerunt ex magna tribulatione et laverunt stolas suas et dealbaverunt eas in sanguine agni. Interrogavit ergo dominus discipulum non ut eum reprehenderet neque ab eo a-

liquid disceret, sed ut eum doceret quod solicite exteriora manifestare curavit cum prius subiunxit: Hoc autem dicebat temptans eum. Quid est quod dominus temptasse discipulum dicitur, cum iacobus apostolus dicat: Nemo cum temptatur dicat quia a deo temptatur. Quia deus intemptator malorum est. Deus enim neminem temptat. Si ergo deus neminem temptat, quare evangelista dicit: Hoc autem dicebat temptans eum. Ad quod breviter respondendum quia alia est temptatio dyaboli qua hominem temptat ut peccet, et alia dei qua hominem temptat ut probet. Quod melius cognoscimus si earundem temptationum modos subtilius discutiamus. Est enim temptatio dyaboli qua hominem temptat ut peccet, de quibus liberari cupientes in oratione cottidie dicimus: Et ne nos inducas in temptationem. Est autem et alia que a fragilitate et dilectione carnis oritur, de qua iacobus dicit: Temptatur aliquis a concupiscentia sua abstractus et illectus. Et apostolus: Temptatio vos non apprehendat nisi humana. Est enim alia qua deus hominem temptat ut probet, de qua per moysen israelitis dicitur: Temptat vos dominus deus vester ut sciat si diligatis eum an non. Et per quendam sapientem: Vasa figuli probat fornax et homines iustos temptatio tribulationis. Illo genere temptationis temptavit dominus abraham, ut qui notus erat deo hominibus appareret probatus. Taliter enim se optabat temptari psalmista cum dicebat: Proba me domine et tempta me. Hoc genere temptavit dominus philippum, ut qui ignarus erat tamen misticis sciolus redderetur et doctus, et disceret eo presente qui ducit panem de terra et vinum

leasset cor hominis / non dubitans de
paucis panibus / multas turbas hominum
saciari posse / Hec ergo temptacio non
est timenda / sed pocius propter probacionem
tollerranda / atque optanda / Jacobo apostolo
admonente qui ait / Omne gaudium
existimate fratres / cum in varias tem
ptaciones incideritis / scientes quia te
mptacio paciam operatur / paciencia
probacionem / probacio autem spem / Et
alibi / Beatus vir qui suffert tempta
cionem / quia cum probatus fuerit acci
piet coronam vite / quam repromi
sit deus diligentibus se / Respondit ei
philippus Ducentorum denariorum panes
non sufficiunt eis. ut unusquisque
modicum quid accipiat. philippus
os lampadis interpretatur / significat hoc in
loco populum iudeorum / qui quidem os
lampadis fuit / quando aperto ore ad
laudandum deum prosiluit / Sed in eo vero quod
ait / ducentorum denariorum panes non
sufficiunt eis. ut unusquisque mo
dicum quid accipiat. rursum vero mo
dicam significat eiusdem populi fidem /
que primam corporalem domini et pri
morum apostolorum / utriusque testamenti
noticiam / ad saturacionem hominum veni
re posse non credidit / Ducenta enim
denaria utriusque testamentum significant /
Dicit ei unus discipulus eius an
dreas frater symonis petri. Est puer
unus hic. qui habet quinque panes orde
aceos et duos pisces. sed hec quid
sunt inter tantos. Si littera inspi
ciatur / Andreas in hoc loco / maio
rem fidem. quantulamcumque videtur
habere philippo / cum dicitur / Est puer
unus hic. qui habet quinque panes
ordeaceos et duos pisces. sed hec
quid inter tantos. significat enim populum
cum simonem. qui cum dominum in

carne venturum predixit / fidem habuit /
sed cum venientem iste populus magna
ex parte credere renuit / in fide dubitavit /
quod prefiguravit ysaac / qui cum caligantibus
oculis filium benediceret / multa
ei futura predixit / sed tamen quis presens esset
non agnovit / Puer in scriptura aliquando
puritate / aliquando plenitudine mentis acci
pitur / puritate. sicut de domino dicitur /
Ecce puer meus electus quem elegi /
Et sicut ipse discipulis suis ait / Pueri
nunquid pulmentarium habetis / plenitudine
ponitur / vel pro instabilitate mentis / sicut
dominus de iudeis dicit / Cui assimilabo
hanc generacionem pessimam / vel cui eam
similem dicam / Similis est pueris
sedentibus in foro / et ludentibus atque di
centibus / Cantavimus vobis / et non sal
tastis / planximus et non lamentastis /
Est enim puerilis etas / garrula / cele
ris / nisi discipline verbere cohercetur /
Puer namque iste populum significat. iu
daicum / qui plenitate et instabilitate
mentis in fide et cognicione dei / firmus
non permansit / qui quinque panes habuit /
quia iudaicus populus quinque libros
accepit / scilicet Genesim / Exodum / Leviti
cum / numeri / deuteronomium / qui hebrai
ca lingwa. Bresith / Ellesmoth / Vage
tra / Vagedaber / Elleadabarim nominantur /
Et bene quidem illi panes ordeacei fu
isse referuntur / propter duriciam legis /
Ordeum namque spissimum habet tegmen /
et non facile pervenitur ad eius medul
lam. ob sanctitatem legis significans /
quia lex ante adventum domini / intrin
secata extitit / ut nullus homo eam
spiritualiter intelligere posset. quo
adusque veniens benedictionem daret / qui
legem dederat / Sicut enim per quinque panes
quinque libri moysi intelliguntur / possumus
et pisces duos intelligere libros.

4or nature piscium

oracula scilicet prophetarum et cantica psal-
morum. qui post auctoritatem legis
sacratiores in eodem populo habebantur.
quorum unum memoriter decantabant
alterum vero in sinagogis suis fre-
quenter legendo recitabant. Et iterum
per hos duos pisces. hii duo libri in-
telliguntur. quia etiam populum in ecclesia
futurum predixerunt. qui hos servat
in moribus quod pisces sunt in natura.
Piscis namque quatuor habet naturas.
Unam quia sine aqua vivere non
prevalet. Secundam quia semper aquam salsam
dare consuevit. tertiam quod quo magis
tunditur fluctibus eo magis conva-
lescat. Quartam quia mundi pisces
per coytum non generant. Sicut ergo
piscis sine aqua vivere non potest. ita
scilicet christianus sine fonte baptismatis in
vitam eternam intrare nequit.
Domino dicente. nisi quis renatus fuerit
ex aqua et spiritu sancto non potest intro-
ire in regnum dei. Et sicut piscis super
aquas saltus emittit. sic ipse christianus
terrena despiciens penna contemp-
lacionis sese ad celestia sublevat.
dicens cum apostolo. Nostra autem con-
versacio in celis est. Et quemadmodum
piscis quanto magis fluctibus tun-
ditur. eo amplius convalescat. sic
et perfectus quisque tanto melius pro-
ficit. quanto in seculo graviora invenit. quod
Divinus probat. dicens cum propheta.
Induxisti nos in laqueum posui-
sti tribulationes in dorso nostro. im-
posuisti homines super capita nostra.
Transivimus per ignem et aquam. et
induxisti nos in refrigerium. Et
sicut mundi pisces per coytum non
generant. ita quoque in ecclesia ta-
les sunt. qui coniugalem con-
iunctionem respuentes integritate

virginalem sectantur. implentes
illud quod dominus dicit in evangelio. Sint lum-
bi vestri precincti et lucerne ardentes.
Aliter per duos pisces duos ordines
qui in eodem populo celebriores habe-
bantur. intellige personas regalem
scilicet et sacerdotalem. a quibus regebantur
et instruebantur. quos dominus ihesus in se
suscipere dignatus est. ut fieret nobis
rex pariter et sacerdos. Rex nos be-
ne regendo. sacerdos semetipsum deo
hostiam immaculatam pro nobis offeren-
do. Dixit ergo ihesus facite homines
discumbere. Discumbere homines
est spiritualiter in fide requiescere.
Tunc enim discipulis ut homines dis-
cumbere facerent dominus precepit quando
eos in mundum ad predicandum destinavit
dicens. Euntes in mundum universum
docete omnes gentes baptizantes eos
In nomine patris et filii et spiritus sancti.
Qui crediderit et baptizatus fuerit.
salvus erit. Tunc autem discumbere
fecerunt. quando profecti predicaverunt ubique
domino cooperante et sermone confirma-
te sequentibus signis. Sed illud preter-
mittendum non est. quod sicut alio evangelista
narrante cognovimus. fecerunt eos dis-
cumbere per convivia sua quinquagenos
et centenos. Ordo enim iste discumben-
tium varietatem significat in ecclesia. conspi-
cuam. quinquageni ergo discumbunt
penitentes. quinquagenarius numerus
penitentibus congruit. quia quinquage-
simus psalmus est in prima decantatur
et quinquagesimus annus in lege iu-
bileus est dictus. id est annus remissi-
onis. centeni sunt qui se deo pergente
vita prima publica indigent. Aliter
quinquageni discumbunt coniuga-
ti. centeni virgines. Vel certe quin-
quageni qui terrenas res bene

leue disponit / centum quam pro perfecti-
onis amore / omnia propter deum de-
relinquunt. / Erit autem fenum mul-
tum in loco. fenum herba est pratorum
que dum viridis est / et visu est de-
lectabilis / et pascuis aptum deambu-
lanti suavis / sed cum falce secta
fuit / subito pristinam viriditatem amit-
tit. / Per fenum ergo / delectatio carnalis /
sive eiusdem fragilitas carnis designatur /
que cum amatoribus suis iocunda
videatur et pulcra / falce mortis prae-
cisa / in ariditatem pulveris redigitur /
Ysaya dicente. Omnis caro fenum / et
omnis gloria eius quasi flos feni / exsicca-
tum est fenum / et cecidit flos. / quia
spiritus domini sufflavit in illo / vere fenum
est populus / cuius feni ariditatem inspe-
xerat propheta / cum dicebat / Homo sicut
fenum / dies eius tamquam flos agri /
sic efflorebunt. / Et Job. Homo natus
de muliere brevi vivens tempore / repletur
multis miseriis / qui quasi flos egreditur
et conteritur / et velut umbra fugit /
nunquam in eodem statu permanet. / Her-
ba ergo quam dominus pavit super fe-
num distribuit / ut intelligamus quod
si spiritualiter ab eo refici cupimus / ne-
cesse est ut delectationes carnis / sen-
mentis animo comprimamus / iuxta illud
apostoli. / Non regnet peccatum in nostro
mortali corpore / ut obediatis concu-
piscenciis eius / sed mortificate mem-
bra vestra / que sunt super terram. i. for-
nicationem / immundiciam / avariciam et
cetera huiusmodi. / Distribuerunt ergo
viri numero quinque millia. Non absque
consideratione praetermissum est. quod
in hac refectione domini nulla femina
interfuisse memoratur / sed tantummodo
viri / vir quippe a viribus dicitur /
unde et dominus ad beatum Job. Accinge
sicut vir lumbos tuos. i. sicut
fortis resiste luxuriam / Hinc sa-
pientia / Venit ad nos clamitat
ac si diceret / qui effluxa et fe-
minea mente sunt / mea verba au-
dire non possunt. / Hinc et in laude
Ioseph / tribulationes egyptiacas for-
titer tribulatis dicitur / Misit
ante eos virum / Cum ergo in
hoc convivio domini tantummodo viri fuisse
dicuntur / mistice monemur / ut
si quam suavis est dominus gustare
desideramus / viri simus fortes / con-
tra diaboli temptationes / Apostolo mo-
nente / Viriliter agite et confortami-
ni / omnia vestra in caritate fiant /
Et item Estote fortes in bello. et
pugnate contra antiquum ser-
pentem / nec aliquid refectione fe-
minea scientia remanebit / si se-
xu femineae mentis efficiatur. /
Sed contra impetum temptationis
dissolutus in opere suo inveniatur /
ad quorum vituperationem dicitur /
Et effeminati dominabuntur eis. /
Bene autem quinque millia hominum
fuisse refferuntur / propter quinarium
numerum perfectionem / et quinarius enim numerus
ad quinque sensus corporis pertinet /
visum scilicet auditum / gustum / odo-
ratum / et tactum / Hos quinque sensus
sollicite custodire debemus / si con-
vivio domini interesse volumus / Cu-
stodiamus oculos ab illicito visu /
ne videant quod concupiscant / propter
illud quod dominus ait. Qui viderit mu-
lierem ad concupiscendum eam / iam
mechatus est eam in corde suo. /
Et item Non concupisces rem proxi-
mi tui / ut cum Job dicere valeamus /
Pepigi fedus cum oculis meis / ne
cogitarem quidem de virgine. /
Quod ut facere possimus assidue
cum propheta oremus dicentes / Averte
oculos meos ne videant vanitatem

Custodiamus aures ne libenter verba maledicacionis detraccionis falsitatis et scurrilitatis sed semper aperte sint ad divinum verbum audiendum ut cum Job dicere possimus auditu auris audivi te domine. Hinc nos propheta amonet dicens Sepi aures tuas spinis ne audiant verba detraccionum. Custodiamus nares ab illicitis odoribus ne prelectemur odoris appetitum pravitatum. Sed sicut ait apostolus sumus Christi bonus odor in omni loco. Custodiamus linguam a malediccione detraccione falsitate murmuracione et ocioso sermone et propter taciturnitatis custodiam interdum a bonis cessemus colloquiis iuxta illud prophete Dixi custodiam vias meas ut non delinquam in lingua mea posui ori meo custodiam et obmutui et humiliatus sum et silui a bonis. Mors enim et vita ut ait Salomon in manibus lingue et qui custodit os suum custodit ab angustiis animam suam. Tota enim nostra religio quodammodo maculatur nisi lingue moderacionem possidemus quia sicut ait beatus apostolus Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Et Jacobus Si quis putat se religiosum esse non refrenans linguam suam sed seducens cor suum huius vana est religio. Custodiamus manus ab effusione sanguinis a percussione et lesione proximi ut eas semper paratas ad elemosinas teneamus et ad id quod bonum est operandum promptissimas ut cum propheta dicere possimus Lavabo inter innocentes
meas manus meas domine et circumdabo altare tuum domine. Quod si fecerimus ad millenarium numerum perfectionem pervenimus

millenarius quippe numerus quem nulla computacio transcendit cumulum perfectionem significat qui perfecte consummateque perfectionis virtutis. Ut ait apostolus Nichil deest in nulla gratia expectantibus revelacionem domini nostri Jhesu Christi. Accepit ergo Jhesus panes et cum gratias egisset distribuit discumbentibus similiter et ex piscibus quantum volebant. Alius ewangelista dicit Accipiens panes Jhesus gratias agens benedixit fregit et dedit discipulis suis ut apponerent et apposuerunt turbe. Jam enim superius ~~panem moysi~~ legem moysi significari diximus et pisces opuscula prophetarum et cantica psalmorum. Accepit ergo Jhesus panes fregit et dedit discipulis quando post resurrectionem sensum legis in eis aperuit sed quando incipiens a moyse et omnibus prophetis interpretabatur illis scripturas in omnibus que de illo erant dicta. Accepit etiam pisces et dedit discipulis quando eis in psalmis in prophetis spiritualem intellectum ostendit dicens illis quia sic scriptum est in lege moysi et prophetis et in psalmis de me. Et sic oportuit pati Christum et resurgere a mortuis et intrare in gloriam suam et predicari in nomine eius remissionem omnium peccatorum. Discipuli autem apposuerunt turbe quando eandem intelligenciam universo orbi predicaverunt de quibus dicitur In omnem terram exivit sonus eorum et in fines orbis terre verba eorum. Refectionis autem dominus turbam gratias egit patri non ut aliquid intelligeret ab eo postulare qui cuncta postulata dat cum patre sed ut ostenderet omnia sancta et iusta ab eo esse querenda de quo Jacobus apostolus ait Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum. Ut autem

impleti sunt. dixit discipulis suis.
Colligite que superaverunt fragmenta,
ne pereant. Magna hic potentia domini
ostenditur, sed non minor eius humili-
tas declaratur. magna est enim pote-
stas de quinque panibus, quinque milia hominum
saciare, sed mira humilitas fragmenta
que remanserunt colligere. id est obscuri-
ores quasque sensus eiusdem scripture
intelligere. Quod ergo plebeia multitudo
non capit, dominus apostolis ut colligerent
precepit. et obscuriores sensus quos
simplex multitudo capere non potest,
magistri ecclesie, scilicet episcopi et sacerdotes inquis-
itionibus debent recondere, ut tempore
necessitatis non solum ad eam docendum,
sed ad defendendam ydonei inveniantur.
Unde apostolus paulus cum virtutes
episcopi describeret, scientiam scripturarum in
eo eligendam esse ostendit, obtinentem
eum qui secundum doctrinam est fidelem ser-
monem, ut potens sit exhortari in
doctrina sana, et contradicentes re-
darguere. quamvis enim melior sit
sancta simplicitas quam doctrina ma-
lorum, tamen magistris ecclesie utrumque con-
venit, ut et sancta sit vita eorum propter
exemplum, et doctrina propter erudi-
tionem aliorum. Unde dominus ait. Omnis
scriba doctus in regno celorum, simi-
lis est homini patrifamilias, qui pro-
fert de thesauro suo nova et vete-
ra. Et item. quis putas fidelis est
servus et prudens, quem consti-
tuit dominus super familiam suam, ut
det illis in tempore tritici mensuram. Amen
dico vobis, quia super omnia bona sua
constituet eum. Collegerunt ergo.
et impleverunt xii cophinos fragmento-
rum ex quinque panibus ordeaceis que
superfuerunt his qui manducaverant

fecerat signum, et auxit ammirationem,
quia non solum de quinque panibus quin-
que milia hominum saciati sunt, sed etiam
tot fragmenta remanserunt, ex quibus
duodecim cophini replentur. Per duo-
decim namque cophinos xii apostoli con-
grua ratione figurantur. Cophinus
enim ex vilibus et minutissimis virgis
contexitur, sic minimum et apostoli,
dum non ex regibus et principibus,
non ex philosophis et sapientibus
huiusmodi, sed ex simplicibus et pisca-
toribus sunt electi, quasi cophini ex
vilibus et minutissimis virgis sunt contex-
ti, de quibus ait apostolus. Infirma mundi
elegit deus, ut confundat fortia.
Est enim et alia ratio propter quam congrue
apostoli cophinis comparantur. In cophinis
fimus ponitur, et in arentem ter-
ram defertur, ut uberiores fructus
reddat. sic et apostoli pinguedine spiritus
sancti repleti eandem gratiam, id est in a-
rentem terram, id est in gentilium corda
detulerunt, ut fructus uberiores red-
derent, et impleretur propheticum. Pingue-
scent speciosa deserti, et exultatione
colles accingentur. Induti sunt arietes
ovium, et valles habundabunt frumen-
to. Illi ergo homines cum vidissent quod
fecerat signum dicebant. Quia hic
est vere propheta qui venturus est in
mundum. Merito homines appellantur
ab ewangelista, quia humana tantum sapiebant,
videntes enim tale tantumque mira-
culum, debuerunt dicere, quod hic est
vere filius dei qui venit in
mundum. Et quia homines erant
et humana sapiebant, filium dei tacentes
prophetam confitentur. Quia sicut ipse
de se ipso ait. Non est propheta sine ho-
nore nisi in domo et in patria sua.
Et item. non oportet mori prophetam extra

Fid ii p iah·

venuncf

Iesum christum. Sed nos ab eo et spiritu sancto instructi horum exempla fugientes confiteamur cum petro quia hic est filius dei vivi qui propter nos et nostram salutem venit in mundum et item venturus est iudicare vivos et mortuos. Feria ii secundum Iohannem. In illo tempore. Prope erat pascha Secundo cap. iudeorum. et ascendit ihesus ierosolimam et reliqua. Omelia Remigii episcopi.

Beatus iohannes et ultimus omnium euangelistarum scripsit euangelium. et id circo plenius ac profundius ea que tribus euangelistis obmissa fuerant describere curavit. Illi enim ea tantum scripserunt que a domino tantum duobus annis ante passionem eius gesta sunt incipientes a tempore quo iohannes baptista missus est in carcerem. Ergo diligentissime sancti euangelii narratione considerata reperimus bis dominum salvatorem ad paschalem solempnitatem celebrandam ierosolimam venisse: semel primo anno predicationis sue quod iohannes scribit et item ipso quo passurus erat anno. cum quinque dies ante pascha sedens asino ierosolimam intravit. Utraque tamen vice avariciam scribarum sacerdotumque impietatem detestatus quam in templo exercebant eos cum omnibus in ibi negociantibus eiecit. Qua de re patet non esse hanc ipsam lectionem que apud matheum et lucam legitur. quo bis idem miraculum in pascha gestum est. Primo scilicet anno predicationis qui est tercius ante passionem et tercio imminente iam hora passionis huius processu necessarium premisimus ad exponendam. Proinde nunc accedamus lectionem. Prope inquit erat pascha iudeorum et ascendit ihesus ierosolimam. Ecce dominus propinquante pascha ierosolimam ascendit. perfecto exemplum dedit quanta cura et

ad [illegible]

studio divinis subdi debeamus imperiis. Si enim ille qui erat dei filius in infirmitate nostre carnis apparens decreta legis a se data implebat: solempnitates legitimas cum ceteris hominibus frequentando. quid nobis qui servi sumus agendum sit. Quanto studio et hec et alie festivitates et bonis operibus sint preveniende et digna reverencia cum venerint celebrande. Et invenit in templo vendentes boves et oves et columbas et nummularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis omnes eiecit de templo oves quoque et boves et nummulariorum effudit es et mensas subvertit. Non est putandum quod hec venalia in ipso templo fierent. sed potius in porticibus quibus ipsum templum cingebatur. Oves ergo et boves et cetera huiusmodi ad hoc ibi emebantur ut in sacrificium deo offerentur. Nummularii vero ad hoc ibi residebant. ut inter emptores venditoresque hostiarum promptior fieret pecunie translatio. Hec quodam modo honesta et licita erat ista negociatio. quia ad hoc ut dic[ ]tum est emebantur hostie ut deo offerentur. Quid ergo putamus fecisset dominus si invenisset eos rixis dissidentes aut fabulis ociosis aut turpibus et obscenis colloquiis vacantes aut quolibet alio scelere repperisset occupatos. si ita in eos desevit et de templo eliminare festinavit quia negociabantur in templo que deo offerre volebant. Hec contra illos dicimus qui ecclesiam ingressi non sicut in domo dei cum metu et reverencia ibi consistunt sed lascivientibus obtutibus vagi inanibus fabulis occupati cachinno solvuntur spretaque oratione ora di

peccata pro quibus veniam exorare debu-
erunt augent. quod quam est gravius
si quis eos presumpta presumpcione huius-
modi redarguere ausus fuit, odiis
eum et maledictis prosequuntur.
nec divinum ex hoc iudicium refor-
midant. cum templum negociale au-
si sic presumant. hoc sane quod tunc
corporaliter gestum est in templo cot-
tidie geri in ecclesia nullus qui recte sa-
pit ignorat. Cotidie namque dominus
sanctam spiritualiter intrat ecclesiam et
qualiter unusquisque in ea conversetur
attendit. Cavendum ergo et valde pa-
vendum est, ne improvisus veniens re-
periat in nobis aliquid unde merito
flagellari et de ecclesia [illegible]
[illegible]. Maxime vero observare
debemus, ut in ea que spiritualiter do-
mus eius vocatur, ne quid ibi in-
eptum geramus, ne dicatur de nobis
quod dominus per prophetam dixit, Dilectus
meus in domo mea fecit scelera mul-
ta. Nec obliviscamur nosmet ipsos
templum esse dei, ideoque ab omni in-
mundicia et iniquitate conscientiam nostram
immunem custodiamus, illud nempe me-
morie recolentes, quod dicit apostolus Si
quis templum dei violaverit disperdet
illum deus. Notandum autem est quod
vendebantur in templo oves, et
boves et columbe. Boves quippe
terram exarant, et suscipiendis se-
minibus preparant. Quid ergo per boves
nisi doctrina celestis accipitur. Bo-
ves ergo vendunt qui verbum dei
non pro auditorum utilitate, nec dei
amore, sed intuitu temporalis lucri
audientibus impendunt. Oves simp-
licia et mansueta animalia vestiendis
hominibus sua vellera prebent. Et quid

per oves nisi opera simplicitatis, et in-
nocencie signantur. Vendunt ergo oves
qui gratia humane laudis opera agunt
pietatis. De quibus dicitur, Receperunt mer-
cedem suam. Quid vero per columbam, columba
que felle caret nisi spiritus sanctus in-
telligitur, qui in specie huius volucris
super baptizatum dominum ostensus est.
Columbas ergo vendunt, qui spiritum sa-
nctum per impositionem manus ad pre-
mium vel ad vulgi favorem tribuunt,
qui sacros ordines non pro vite me-
rito, sed pro gratia largiuntur. Numularii numularii
vero sunt in templo hii qui in ecclesia
aperte iam terrenis rebus inserviunt,
que sua sunt querentes, non que Ihesu Christi.
Hos enim omnes dominus per facto flagello
de resticulis eicit de templo. Quid per funiculum
per funiculum nisi incrementa intelligi-
tur malarum actionum. Unde Ysayas
dicit, Ve qui protrahitis iniquitatem
in funiculis vanitatis. Et Salomon, Fu-
niculo peccatorum suorum unusquisque con-
stringitur. Cum enim peccator aliquis pec-
catis peccata graviora accumulat, quasi
funiculum quo flagelletur paulatim
augendo prolongat. Eicit ergo Ihesus de
ecclesia cum eis oves simul et boves,
ceteraque venalia, que talium doctrina pre-
ter cum suis auctoribus reprobanda est
et a domo dei pellenda. Numulariorum
quoque es effunditur et mense subver-
tuntur, quia dampnatis in fine mun-
di reprobis, et illarum rerum quas
dilexerunt auferetur figura, iuxta
quod Iohannes dicit, Mundus transit et
concupiscencia eius. Et hiis qui columbas
vendebant dixit: Auferte ista hinc
et nolite facere domum patris mei do-
mum negociacionis. Vendicionem co-
lumbarum in domo fieri prohibet, quia

spiritus sancti / non ad precium danda est / sed gratis accepi / et gratis da. Dare / Unde omnes qui premio vel accipere vel dare voluerint / similes sunt scribis et phariseis / domum vero dei faciunt domum negotiationis / qui sacros ordines dando / vel accipiendo precium / vel ab aman[illegible] / vel favore requirunt / et ministerium quod perceperunt / non simplici intentione sed pro humana retributione in ecclesia peragunt / nec student ut deus in hijs que agunt glorificetur sed ut ipsi potius laudentur et remunerentur / Sed et hoc non negligenter pretereundum est quod hic utriusque domini salvatoris natura nobis commendatur / humana quidem quia sicut homo ad celebrandam pasche sollempnitatem cum ceteris ascendit / divina vero secundum quam hijs quos de templo eiciebat dixit / nolite facere domum patris mei domum negotiationis. aperte namque filium se dei ostendit / qui templum dei sui patris domum appellavit / Recordati sunt vero discipuli eius / quia zelus domus tue comedit me / zelus hoc loco in bonam partem accipitur / Est enim zelus fervor quidam quo mens relicto humano timore pro defensione veritatis accenditur / Zelo ergo dei patris salvator impios negotiatores eiecit de templo / Sed et nos inquantum possumus zelemus domum dei / et ne quid pravum in ea geratur / studiose curemus / quod autem recte agimus si fratrem qui templum dei esse debuerit videntes vel superbia tumidum / vel luxuria enervatum / vel ebrietati deditum / seu quolibet vitio substratum / inquantum vires suppetunt corrigere et ad emendationis ordinem vitaeque correctionis normam reducere satagimus / Et etiam cum in ipsa orationis hora ubi corporis christi sacrosancta misteria

consecrantur / ubi angelorum et ipsius dei presentia agnosci esse non dubitatur ut quid inhonestum ac indecentes agitur solicite prohibemus / Responderunt ei iudei / quod signum ostendis nobis quia hec facis. Respondit eis ihesus. Solvite templum hoc et in tribus diebus excitabo illud. De quo templo hoc dixit. ostendit evangelista cum subdit / hoc autem dicebat de templo corporis sui. Templum dignissime suum corpus suum dicit / sacrarium divinitatis. Quia ut apostolus dicit / in christo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter / et sunt in illo omnes thesauri sapientie et scientie absconditi / Hoc templum solvendum erat in passione excitandum certissime die tercia resurrectione / Non dicit sicut illi in passione confixerunt destruam / sed honesto verbo / vos inquit solvite. non enim conveniret ut nos ipsi nobis manus inferamus / Vos ergo ait solvite / quia a vobis impendendus id est crucifigendus / et excitandus erat. Merito igitur de templo illo typico eiecti sunt qui ipsum verum dei templum in quo nulla prorsus peccati macula erat solvere per mortem quesierunt / Dixerunt ergo ei iudei. quadraginta et sex annis edificatum est templum hoc et tu tribus diebus excitabis illud. Carnaliter domino responderunt / quia carnaliter spiritualia verba eius intellexerunt / Quod enim ipse de sui corporis templo dixerat / hoc isti de materiali templo dictum putabant / Verumtamen dicit. quadraginta et sex annis templum edificatum non primam sed secundam eius iteratam edificationem / Primo namque templum ipsum a salomone in maxima regni pace decentissimo tempore septem annorum spacio perfectum est / Hoc destructum

postea a caldeis uersum. post septua
ginta annos iubente rege persarum
ciro relaxata populi captiuitate, a filiis
transmigrationis sub zorobabel et
ihesu principibus reedificari cep
tum est. In quo opere sic impediti sunt
impugnantibus se uicinis gentibus
ut una manu gladium tenerent, alte
ra lapidem impositis structura po
nerent, atque ita factum est ut per
quadraginta et vi. annos inchoa
ta templi fabrica uix potuit imple
ri. Hic autem annorum numerus perfectio
ni dominici corporis aptissime conuenit.
Tradunt namque phisici tot dierum
spacio formam humani corporis in u
tero matris perfici. Susceptum namque
semen primis sex a conceptione diebus
lactis habet similitudinem, nouem sequen
tibus uertitur in sanguinem, reliquis
duodecim coagulatur et maiorem
soliditatem redigitur, aliis uero
decem et octo formatur usque ad
perfecta membrorum liniamenta. Hinc
iam. Hinc iam usque ad tempus educationis
magnitudine sua augetur. Sex
autem et nouem et duodecim et
decem et octo in unum collecta quadraginta
quinque perficiunt, quibus si ipsum diem
addideris quo discretum per membra
corpus incipit simul crescere, tan
tum quadraginta sex absque er
rore repperies, per quos uidelicet tot
dies in edificatione corporis domini quot
annos in fabrica templi legimus
impensos. Possumus quoque hunc
numerum in nomine adam supputatis eius
litteris modo inuenire, cum nomen
ex principalibus quatuor climatum
mundi litteris apud grecos con
stat, per quod innuitur ipsum primum
parentem nostrum de paradiso eiectum
et in totum orbem fuisse disseminatum.
Nomina quippe quatuor partium mundi
sunt grece sic: arctos, id est septentrio, di
sis, id est occidens, anathole, id est oriens,
mesimbria, id est meridies. Nomen uero
adam ex alpha uel eta et alpha et
my constat, quarum litterarum sunt grecos
numerus est a. unum, d. quatuor, et rur
sum a unum, m. quadraginta, que sunt
simul xlvi. quot numero diebus corpus christi
in utero uirginali formatum ac per
fectum est, per quod designabatur
primum adam per orbem dispersum per
sanguinem autem adam, id est christi colligendum
atque in unionem fidei congregandum.
Cum ergo surrexisset a mortuis
recordati sunt discipuli eius quia hoc
dicebat et crediderunt scripture et
sermoni quem dixit eis ihesus. Non
enim pauca apostoli scripturis intelli
gebat, quia nec dum christus a mor
tuis resurrexerat, non enim apostolis
spiritum sanctum dederat, at ipso die re
surrectionis apparens illis aperuit
illis sensum ut intelligerent deo
omnia que de ipso scripta sunt in lege
moysi et prophetis et psalmis. Et tunc
recordati uerborum que ante passionem
dominum dicentem audierant. Credide
runt namque scripture prophetarum que
eius resurrectionem predixerunt et
sermoni quem dixit eis ihesus, hoc
uidelicet quod premissum est: Solui
te templum hoc et cetera. Cum autem
esset ihesus in pascha in die festo
multi crediderunt in eum uidentes
signa que faciebat. Ipse autem ihesus
non credebat se ipsum eis, eo quod
ipse nosset omnia et non opus illi
erat ut quis testimonium perhiberet
de homine. Ipse enim sciebat quid

esset in homine. patet causa quare dominus
quare dominus ad festivitates iudeorum cor-
paliter celebrandas veniret. ut videlicet
plures per eius predicationes in eum cre-
dendo salvaret. ait enim euangelista quia
cum esset ierosolimis multi crediderunt
in eum. sed ipse non credebat se-
metipsum eis quia non sic in eum
credebant ut digni essent cum quibus
christus familiariter habitaret. licet
enim iam credere putarentur. ipse
invisibiles corda illorum intuebatur.
hoc est enim quod dicitur. eo quod ipse
nosset omnes. nec volebat a talibus
predicari quos previdebat in sua passi-
one cito scandalizari. non enim opus
illi erat ut quis testimonium perhiberet
de homine. ipse enim sciebat quid esset
in homine. Hii nimirum typum te-
nebant cathecuminorum qui iam credunt
in christum sed ipse non credit eis quia
non dum renati sunt ex aqua baptis-
matis. Nemo autem potest intrare
regnum dei nisi prius renatus fuerit
ex aqua et spiritu sancto. Inde catecu-
mos ecclesiasticus obtinuit ut cate-
cuminis non tradantur misteria cor-
poris et sanguinis christi quamquam ipsi se
in christum credere fateantur. Nos vero
qui in christo iam renati et dominici
corporis eius sacramentis sumus initiati
agamus nomini eius eternas gratias
inmensas quas ipsius digne magnitudini suf-
ficimus laudibus extollamus qui
nobis ita se credere atque incomprehen-
sibili pietate dignatus est committere
ut ipse in nobis et nos in eo se
permittente credamus permanere. Magnum
est certe quod promisimus sed de eius
veracissima promissione solidati sumus.
Ait namque. Qui manducat carnem
meam et bibit meum sanguinem

in me manet. et ego in eo. Unde in-
spiciamus diligenter penetralia
cordium nostrorum et quicquid videmus
fedum quicquid deprehendimus sor-
dibus huius presentis dierum orationibus
et ieiuniis lacrimisque prius emundare
festinemus. preveniamus modo faciem
eius in confessione si cupimus eam
in futuro letam videre sine confusi-
one. Ad celestem patriam tendentes
mala seculi obiecta impediant non
prospera revocent non adversa retardent
neque enim vile aliquid nobis promittitur
sed illud quod oculus non vidit nec
auris audivit nec in cor hominis
ascendit. ad quod mereamur pervenire
opitulante ipso qui nos dignatus
est vocare. Feria ii secundum Johannem ii°
venit et ipse cum parentibus in capharnaum
et ascendit ihesus ierosolimam. et reliqua.

Solet movere Omelia Bede presbiteri
Solet movere questionem quorundam quod
in exordio lectionis huius euangelice dic-
tum est. Cum descendisset caphar-
naum dominus non solum mater et
discipuli eius sed et fratres eius se-
cuti sunt eum. Nec desunt heretici qui
ioseph virum beate virginis marie
putarent ex alia uxore genuisse
eos quos fratres domini scriptura appellat.
Alii maiori perfidia hos ex ipsa maria
post natum dominum genuisse putavit.
Sed nos fratres karissimi absque ullius scru-
puli questione scire et con-
fiteri oportet non tantum beatam dei
genitricem sed et beatissimum eius
castitatis testem atque custodem ioseph
ab omni prorsus actione coniugali man-
sisse semper immunem nec natos sed
cognatos eorum more scripture

visitandos. fratres / sororis filiam avunculus fra-
tris. Denique abraham hoc modo loquitur
ad loth / ne queso sit iurgium inter
me et te / et inter pastores meos
et pastores tuos. fratres enim sumus /
Et laban ad jacob / Num quia fra-
ter meus es gratis servies michi /
Et quidem constat / quia loth filius
aran fratris abraham et iacob fuit
filius rebecce sororis laban / Sed
propter cognationem se fratres nuncupant.
Hac ergo regula / in scripturis sacris
sunt domini / frequentissime etiam cogna-
ti marie vel ioseph fratres domini appel-
lati oportet intelligi / Quod autem pro-
pinquante pascha ihesus ascendit iherosoli-
mam / nobis profecto dat exemplum /
quanta cura vigilantia divinis
iussis debeamus interesse / cum ipse in
hominis infirmitate apparens eadem
que ex divinitatis auctoritate statuit
decreta custodivit / ne enim putarent
servi absque terreris ordinum tenax
ipsa actum vicius vel flagella evadere /
vel prima se posse perpere / et ipse inter
suos adorando immolandum quod dei filius
ascendit / cum veniens iherosolimam.
quid ibi gerentes invenit / quid de
eisdem gessit videamus / Et invenit
in templo vendentes oves
et boves et columbas et nummula-
rios sedentes. Et cum fecisset quasi
flagellum de funiculis omnes eie-
cit de templo oves quoque et boves
et nummulariorum effudit es et men-
sas subvertit. Boves et oves et
columbe ad hoc emebantur / ut of-
ferentur in templo / Nummularii ad
hoc sedebant in mensis / ut inter
emptores et venditores hostiarum

prompta esset pecunie taxatio / Vide-
bantur ergo licite vendi in templo /
que ad hoc emebantur / ut in eodem
templo offerentur domino / Sed nolens
ipse dominus aliquid [illegible] in domo esse
sua terrene negotiationis / ne eius
quidem que honesta putaretur
expulit negotiatores iniustos /
Et fratres carissimi simul cum hiis qui
negotiabantur eiecit / Quid ergo
fratres mei / quid putamus faceret
dominus si rixis dissidentes / si fabu-
lis vacantes / si risu dissolutos / vel
alio quolibet scelere reperiret irreti-
tos / qui hostias que sibi immolaren-
tur ementes in templo videt et
eiciendo festinavit / Hec propter illos
dixerim / qui etiam ingressi / non
solum intentionem orandi negligunt
verum etiam ea pro quibus etiam ora-
re debuerunt augent / insuper et ad-
gentes se plurimorum modis stultitia /
odiis jurgiis vel etiam detracti-
onibus inquinantur / addentes vel peccata
peccatis / et quasi funem sibi longis-
simum in tanta corporum augmentatione tra-
hentes / nec timentes districti
iudicis examinatione dampnari /
Nam bis quidem in scriptura evangelii legimus
quod veniens in templo dominus huius-
modi negotiatores eiecit. inter
videlicet tertio ante passionem
suam anno / sicut evangelista Johannes
quibus scriptis cognoscimus / et in
isto quo passus est anno / cum ante
quinque dies pasche sedens asino ihesus
iherosolimam venisset. Sed hoc idem co-
tidie in templo sancte ecclesie et cum cotidiana
divina visitatione agere omnis qui
recte sapit intelligit. Unde multum

tremenda sunt. Hec dilectissimi et diligenter pauenda timore sedulaque precauendum industria, timens nimirum nos pessimum quid in nobis unde merito flagellum ac de ecclesia eici debeamus inueniat. Et maxime mistica que spiritualiter domus orationis vocatur observandum ne quid ineptum geramus, ne cum Corinthiis audiamus ab apostolo: Numquid domos non habetis ad agendum vel loquendum temporalia aut ecclesiam dei contempnitis? Et a propheta cum Iudeis: Dilectus meus in domo mea fecit scelera multa. Et quidem grauius est quia ipsi sumus in baptismo templum dei facti teste apostolo qui ait: Templum enim dei sanctum est quod estis vos. Ipsi ciuitas regis magni de qua canitur: Fundamenta eius in montibus sanctis. Fundamenta ecclesie in soliditate fidei apostolorum et prophetarum. Sed non minus tremendum quod premisit apostolus dicens: Si quis autem templum dei violauerit, disperdet illum deus. Et ipse in suis modis disperdet inquit de cunctis omnes qui operantur iniquitatem. Gaudendum quia in nobis pasche solempnitas agitur cum de vicijs ad virtutes transire satagimus. Pascha quippe transitus dicitur. Gaudendum quia dominus nostra pectora ciuitatem suam visitare quia idem pascha nostre bone actionis prima sic pietatis illustratur. Sed timendum satis ne nos in ciuitate sua aliud quam ipse diligit agentes inueniat et ipse se nobis qualem non diligimus districtus cum redierit ostendat. Ne nos in templo nummularios, ne venditores boum, ouium, columbarum

ve repiens dampnet. Boues quippe doctrinam vite celestis, oues munditie opera et pietatis, columbe sancti spiritus dona designant. Aratro enim boum humus solet excoli. Ager autem domini est cor celesti excultum doctrina et suscipiendis verbi dei paratum vite seminibus. Oues innocenter sua vellera vestiendis hominibus prestant. Spiritus sanctus super dominum in specie columbe descendit. Vendunt autem boues qui verbum dei non diuino amore sed terreni questus intuitu audientibus impendunt, quales reprehendit apostolus. Quia christum annunciare non sincere. Vendunt oues qui humane gratia laudis opera pietatis exercent, de quibus dominus ait: Amen receperunt mercedem suam. Vendunt columbas qui acceptam spiritus sancti gratiam non gratis ut preceptum est sed ad premium dant, qui impositionem manus qua spiritus sanctus accipitur et si non ad questum pecunie ad vulgi tamen fauorem tribuunt. Qui sacros ordines non ad vite meritum sed ad gratiam largiuntur. Nummos mutuo dat in templo qui non simulate celestibus sed aperte terrenis rebus in ecclesia deseruiunt sua querentes non que Ihesu Christi. Verum huiusmodi operarios fraudulentos que merces maneat ostendit dominus cum facto de funiculis flagello omnes eicit de templo. Eiciuntur enim de parte sanctorum qui inter sanctos posita vel ficte bona vel aperte faciunt opera mala. Oues quoque et boues eicit qui talium vitam pariter et doctrinam ostendit esse reprobam. Funiculis quibus flagellum fecit impios de templo expulit incre-

menta

sunt actionum malarum. de quibus merito
dampnandi reprobos districti iudicii dicit.
Hinc etiam dicit ysaias. Ve qui trahitis
iniquitatem in funiculis vanitatis
et quasi vinculum plaustri peccatum. Iniquitates inquit
suae capiunt impium et funibus peccatorum
suorum constringitur. Qui enim peccata pec-
catis p quibus acrius dampnetur accu-
mulat. quibus ligetur quasi funiculos
ut flagelletur paulatim ad augendo
prolongat. Nummulariorum quoque quos
copulerat effudit es. et mensas sub
uertit. quia dampnatis in fine reprobis
etiam ipsarum quas dilexere rerum
tollet figuram. iuxta illud quod scrip
tum est. Et mundus transit et concu
piscentia eius. Et hiis qui columbas
vendebant dixit. Auferte ista hinc
et nolite facere domum patris mei
domum negociacionis. Venditores co
lumbarum de templo auferri precepit. quia
gratia spiritus que gratis accipitur. gratis
debet dari. Unde symon ille magus qui
hanc pecunia emere voluit. ut ma
iori precio venderet. audiuit. pecunia
tua sit tecum in perditionem. Non tibi sit
pars neque sors in sermone hoc. Notan
dum autem quia non soli venditores
columbarum et domum dei faciunt domum
negociacionis. qui pravos ordines lar-
giendo precium premii vel laudis vel et
honoris inquirunt. verum hii quoque
qui gradum vel gratiam spiritualem in eccle
sia quam domino largiente perceperunt. non
simplici intencione. sed cum fallere huma
ne aure intentione retribucionis exercent.
Contra illud apostoli petri. Qui loquitur
quasi sermones dei. qui ministrat. tam
quam ex virtute quam administrat deus
ut in omnibus honorificetur deus per ihesum
christum. Quicumque ergo tales sunt. si no
lunt veniente domino de ecclesia auferri. auf
ferant ista de suis actibus. nec faciant
domum dei domum negociacionis.

ret preveniendo. quia sollicite nobis scrip
tura utramque salvatoris nostri naturam
et humanam videlicet commendat et divinam.
Ut enim verus dei filius intelligatur.
audiamus quod ipse dicit. Nolite facere do a
mum patris mei domum negociacionis.
aperte namque se filium dei patris osten
dit. qui templum dei domum patris sui
cognominat. Et rursus ut verum filium
hominis sentiamus. recolamus quod in ini
tium capitulo lectionis descendens capharn
aum matrem comitem habuisse perhibetur.
Sequitur. Recordati vero sunt discipuli
eius. quia scriptum est. Zelus domus
tue comedit me. Zelo domus patris
saluator eicit impios de templo. Ze
lemur et nos fratres karissimi domum dei.
et quantum possumus ne quid in ea pravum
geratur insistamus. Si viderimus fratrem
qui ad domum dei pertinet. superbia tumidum
si detractionibus assuetum. si ebrietati
servientem. si luxuria enervatum. si
iracundia turbidum. si alio cuiquam
vicio subiectum. studeamus in quantum
facultas suppetit castigare prolapsa ac prava
ipsa corrigere. sed et ipsi quid de talibus
emendare nequimus. non sine acerrimo
mentis sustinere dolore. Et maxime
domum orationis ubi corpus domini consecra-
tur. ubi presentia angelorum semper adesse non
dubitatur. nequid ineptum fiat. neque
quod nostram siue aliorum impediat
totis viribus agamus. Sequitur. Respon
derunt ergo iudei et dixerunt ei. Quod signum
ostendis nobis quia hec facis. Respondit
ihesus et dixit eis. Solvite templum hoc
et in tribus diebus excitabo illud. De quo
templo diceret. ewangelista post aperuit dicens
de templo corporis sui. quod utique in passi
one solutum. ipse post triduum excitavit
de morte. Quia ergo signum querebant
a domino. quare solita commercia pellere
debuit de templo. Respondit ideo iustissime.

impios exturbaret de templo quia ipse
significauit templum corporis sui in quo
nulla prorsus esset alicuius macula peccati.
Nec immerito typice purgauerunt a sce-
leribus predicti templum qui uerum dei tem-
plum ab hominibus morte solutum diuine
potencia maiestatis excitare posset a
mortuis. Dixerunt ergo iudei quadragin-
ta et sex annis edificatum est templum
hoc et tu in tribus diebus excitabis illud
Quo intellexerunt ita responderunt. Sed
ne nos spiritualiter quoque dominum sermonem
carnaliter sentirent sciuit de quo templo
loqueretur exposuit. Quod autem aiunt
templum xlvi annis edificatum non pri-
mum sed secundum significant illius edifica-
cionem. Primus enim salomon templum in ma-
xima regni sui pace pacatissimo septem
annorum opere perfecit quod destructum a
caldeis post septuaginta annos ad missio-
nem cum persarum relaxata captiuitate re-
edificari ceptum est. sed filii transmigra-
cionis opus quod sub principibus zoroba-
bel et iesu faciebant propter impugna-
cionem gencium uicinarum ante xl et
sex annos implere nequiuerunt. Cum etiam
nus annorum perfectioni domini et corporis
aptissime congruit. Tradunt enim na-
turalium scriptores humanam formam cor-
poris humani tot dierum spacio perfici
uerum formam corporis humani tot d
qui uidelicet primis sex a conceptione die-
bus lactis habeat similitudinem sequentibus
nouem conuertatur in sanguinem deinde
duodecim solidetur reliquis decem et
octo firmetur usque ad perfecta lineamen-
ta omnium membrorum et hinc iam re-
liquo tempore usque ad tempus partus magnitu-
dine augeatur. Sex autem et nouem
et duodecim et decem et octo xlv fa-
ciunt quibus si unum adiecerimus id est unum
diem quo discretum per membra corpus
incrementum sumere incipit tot enim
dies in edificacione corporis domini quot
in fabrica templi annos inuenimus.
Et quia templum illud manu factum
sacro sanctam domini carnem quam ex
uirgine sumpsit ut ex hoc loco
discimus figurabat quia eque corpus
eius quod est ecclesia unius cuiusque fidelium
corpus animamque designabat ut in ple-
risque scripturarum locis inuenimus
sed aliqua de templi ipsius factione
factura commemoremus quibus nostra
fraternitas quo omnia que de eo scripta
sunt christo et ecclesie conueniant agnoscat.
Consistens stabat ad orientem habens
hostium contra ortum solis. qui sta-
tim exortus cuncta eius interiora
suo iubare perfunderet. et ecclesia
totam mentis intencionem ad illum
dirigit quem de quo zacharias ait.
Uisitauit nos oriens ex alto illumina-
re hiis qui in tenebris et in umbra
mortis sedent ad dirigendos pedes
nostros in uiam pacis. Memor semper
promissionis ipsius qui dicit dilata
os tuum et ego implebo illud. Ecclesia
uidit. Os meum aperui et attraxi spiritum
quia mandata tua desiderabam. quod
est dicere deuotionem cordis mei aperui
et lucem tui spiritus haurire promerui
quia non alia in mundo quam obser-
uacionem mandatorum tuorum de-
siderare didici. Foris in albo lapide
constructum parebat. intus laque-
aria parietes. pauimentum. trabes. ho-
stia. et quicquid erat uasorum au-
rum tegebat obrizum. Et ecclesia fo-
ris quidem omnibus fortitudinem per-
fecte monstrat actionis. Sed soli qui
hanc pie considerando intrare di-
dicerunt. quod cuncta uirtutibus preminet

intueamur quanta claritatis luce fla-
uerit intelligimus. Ipse autem latomie cedri-
nis sunt tabulis ad fixe vel abietinis
vel certe deligius olivarum parietis
que omnia ligna esse egregia con-
stat. Et fulgur dominice dilectionis per
memoriam saluberrime passionis ipsius
que pariete ligno crucis consummata est
fidelium cordibus revelabatur insinuatur.
Templum ipsum velamento medii parietis
distinctum est. domus quippe exterior sancta
vocabatur, interior autem ubi archa te-
stamenti posita erat sanctum sanctorum
vocabatur. et ecclesia presens in terris
peregrinatur adhuc, presens cum domino re-
gnat in celis. Medius namque paries
ipsum intelligitur celum. archa testa-
menti deus, qui solus paternorum
conscius secretorum. celi interiora
penetrabit ascensus, qui in superiorem
et tertiam domum ducebat. pinnaculum
meridianam parietis quasi invisibili constru-
ctus est. ita ut nimium cum eius
ascensus ab orientali angulo inte-
rioris parietis appareret. perfectum vero a-
scensum eius spiritus solus qui scandit
nosset. cum scriptura non meminit.
Ostium autem lateris medii in parte
erat domus dextere et per cocleam
ascendebant in medium cenaculum et
a medio in tertium. Passo in cruce do-
mino unus militum lancea latus
eius aperuit et continuo exivit san-
guis et aqua. Hec est aqua baptis-
mi qua abluimur et hic sanguis
calicis dominici quo sanctificamur. Per
hec sancta mysteria lateris merito in-
visibilis fidei ascendimus de pre-
sentis vita que peregrinatur in terris
in vitam superne beatitudinis, quia non
cum corporibus fruuntur anime iustorum,
sed et dextera vita recepta in resur-

rectione corporibus usque ad supernam
felicitatis gloriam eiusdem dominice passio-
nis fide premia transimus. De qua in-
numerum gloria dicit Ysaias. In terra sua
duplicia possidebunt et leticia sempi-
terna erit eis. id est in terra viventium
que sola terra sanctorum est. cum corpus fit
immortalis et anime felices eterna
gaudia percipient. Inferior ergo domus
presentem sanctorum conversationem significat. su-
perior requiem animarum que post hanc
vitam percipitur. et supernam gloriam
resurrectionis que nullo umquam
fine mutabitur. Ostium lateris
medii quod in parte domus dextere posi-
tum iter ad superiora pandebat. fides
est passionis christi cum devotione lateris
perforati in cruce. nobis emanant
sacramenta quibus muniti ad celestis vi-
te gaudia possimus ascendere. Septe-
mis prima structura templi perfecta est
octavo autem anno dedicationis se-
cuta solempnitas est. Et ecclesia pro tem-
poris seculum quod septem diebus volvitur
speculata suorum finire non desinit in-
crementa membrorum, ac future resur-
rectionis eterna cum pacifico rege
festa sic dedicationis inchoabit. Nam
quia dominus octava die .i. post septenarium
sabbati a morte resurrexit, merito
hic numerus quam ante resurrectionis fu-
ture gaudia designat. Hec de factura
templi pauca de pluribus commemorasse
sufficiat. ut quam cuncta spirituali intellec-
tu refulgeant clarius appareant.
Sed finitum sermonem reddeamus ad
dominum summum qua querentibus nobis signifi-
cat. ~~Solemne templum hoc et nun-~~
~~cius diebus contactu illud~~. agimus quod
gratias nunc eius qui misterium sue pas-
sionis et resurrectionis a mortuis quod

temptantibus se infidelibus clausis sermone posuit / nobis iam in se credentibus clara luce reseravit. Et quia iam presens est tempus quo solutionem eiusdem templi venerabiliterque facta est apostolis similis et excitationem quam ipse tercia die sicut promisit mirabiliter exhibuit annua solempnitate celebrare desideremus, expendamus templa corporum cordiumque nostrorum ut spiritus dei habitare dignetur in nobis. Et iuxta quod apostolus amonet abiciamus opera tenebrarum et induamur arma lucis sic ut in die honeste ambulemus non in comessationibus et ebrietatibus non in cubilibus et in impudiciciis non in contentione et emulatione sed induamini dominum ihesum christum qui cum patre et filio et spiritu sancto vivit et regnat deus in unitate ante omnia secula seculorum amen.

fa in sm Johannem vi ca°.

Fia in ß iohem

In illo tempore. Iam die festo mediante ascendit ihesus in templum et reliqua. **Omelia Remigii Episcopi.**

remigij

In lectione que iam precedit narrat scs evangelista quia ambulabat dominus in galileam non enim volebat ire in iudeam quia iudei querebant eum occidere. Cum ergo ibi esset. et ut ita dictum sit propter conspirationem contra se persecutionem declinesceret (deleret) essetque in proximo dies festus scenophegie. Dixerunt fratres eius ad eum. Transi hinc et vade in iudeam. ut et discipuli tui videant opera tua que facis. Eius videns eos labilem et caducam huius mundi gloriam querere et celestem postponere videt. Vos ascendite ad diem festum ego non ascendam ad diem festum istum hunc. Cum hec et plura alia ad redarguendos confundendosque huiusmodi laudis cupidos dixisset. tunc quidem remansit in galilea. Iam vero die festo mediante. nam per octo dies ipsa agebatur solempnitas sicut nunc lectum est. et ipse ihesus ascendit. Et mirabantur iudei dicentes. Quomodo hic litteras scit. cum non didicerit. Quid nam est. quod antequam dominus ad festivitatem veniret querebant eum et murmur magnum de eo erat. et ecce adest qui querebatur. docet qui latebat. palam loquitur et non tenetur. Sed illud erat exemplum humilitatis hoc potestatis. latuit enim ut nos doceret persecutionem debere fugere. secundum quod alibi precepit. Si vos persecuti fuerint in una civitate fugite in aliam. Et mirabantur iudei. mirabantur nt tn. ab infidelibus contestabantur sed un mirarentur aspitur. Unde hic litteras scit. cum non didicerit. Noverant enim ubi natus et quemadmodum fuit educatus sed nunquam eum viderant litteras discentem. hinc de causa mirabantur. non intelligentes eum legis esse auctorem et dominum. quod si credere voluissent. nequaquam mirarentur si legem legeret quam ipse dedisset. Verum hec illorum admiratio facta est veritatis magne altioris doctrine insinuande atasio. respondit eis dominus aliquid profundum et attencius inspiciendum. Dixit ergo mea doctrina non est mea sed eius qui misit me. Paucis verbis quasi contrarium aliquid dominus dixisse videtur. Non enim ait. Ista doctrina non est mea. Quid est dum ergo quid sit mea doctrina non est mea. si enim sua quomodo non sua. Et revolvamus quod beatus iohannes in exordio huius evangelii dixit. et ibi reperire possimus huius solutionem questionis. Ait enim. In principio erat verbum et verbum erat apud

deum et deus erat verbum. que est
doctrina patris nisi verbum patris.
Verbum enim alicuius verbum est. Et
ideo suam doctrinam dominus dixit non
suam quia ipse non a se est. sed ver-
bum patris est. Quod ergo ait mea
doctrina non est mea. tale est ac si
diceret. Ego qui doceo non sum a
me ipso. Cum enim credamus et con-
fiteamur filium patri esse per divinita-
tem equalem et nullam recipiamus
inter genitorem et genitum vel
nature vel substantie distantiam. iste
pater iste filius. Et pater quidem a
nullo quia de se deus est. filius vero
non de se sed de patre deus genitus
est. sicut spiritus sanctus a patre et filio
procedit. hii tres unus deus. unum lumen
una potencia. una maiestas. Sed quia
hoc tam profundum misterium videbat
non omnes intelligere posse. dat consi-
lium quid agentes ad illud pertingere
valerent. Si quis inquit voluerit
voluntatem eius facere. cognoscet
de doctrina mea. hoc est intelliget. utrum
ex deo sit. an ego a me ipso loquor.
Si quis voluerit patris mei. hoc est
si quis voluit in filium eius credere
cognoscet de doctrina mea. Sed intellectus
est merces fidei. non enim est intelligendum
ut credamus sed prius credendum ut intelli-
gamus. Scriptum namque est. Si non
credideritis non intelligetis. Hoc facia-
mus voluntatem patris in eius filium cre-
dentes. Quia sicut alibi scriptum est.
hoc est opus dei. ut credatis in eum
quem misit ille. Cognoscenda sane e-
nodatio huius verbi structura. aliud est
enim cum dicimus per dativum casum cre-
do tibi. et aliud per accusativum casum credo
in te. Dicimus enim certe credo petro. sed
non in petrum. Dicimus credo nobis et
paulo. sed non in paulum. Ergo aliud

est credere deo. et aliud credere in deum.
Credere enim deo est. verbis illius fidem ac-
commodare. Ipsum quod et demones credunt
et contremiscunt. Credendo vero in
eum est. deum credendo amare. cre-
dendo diligere. membris eius credendo
in corporari. Hec est fides quam a nobis
deus exigit que per dilectionem operatur. Si
quis ergo facit patris voluntatem cre-
dendo in filium eius. cognoscet de doctri-
na. quia non aliunde non de nichilo.
sed de patre est manens in patre equa-
lis patri. Qui a semet ipso loquitur
gloriam propriam querit. Quibus verbis
antichristum docet thesaurizantem thesau-
malicie et perdicionis filium. qui ut
apostolus ait adversatur et extollitur super
omne quod dicitur deus aut quod colitur
ita ut in templo dei sedeat. ostendens
se tamquam sit deus. Hic ergo cum ve-
nerit a semet ipso loquetur. sua se auctoritate
venisse. non a deo missum dicens. nec dei
sed suam gloriam quesiturus est. De quo
alibi dominus dicit. Ego veni in nomine pa-
tris mei et non suscepistis me. si alius
venerit in nomine suo accipietis. Qui autem que-
rit gloriam eius qui misit illum. hic
verax est. et iniusticia in illo non est.
Hec ipsum utique dominus in hiis verbis insi-
nuat. quia cum per divinitatem equalis
esset patri. tamen per susceptam servi
formam apparens in tempore. qui erat cre-
ator temporum. non suam quesivit gloriam
sed patris. Vel certe nobis per hoc pre-
buit humilitatis exemplum. ut nos
qui puri homines sumus. nec ex nobis
bonum quidquam possumus. totum deo tri-
buamus ad eius gloriam et laudem.
quidquid boni fecerimus. vel ipso largien-
te de scripturis ipsius aliquid recte
intellexerimus. referamus. Sed nos econ-
tra bona que agimus nobis simpliciter
ascribimus. mala vero nostra creatori
nostro irrogamus. causantes quod ille

nos fecerit / xpc vero dns in gloriam
patris querebat / et ideo verax est,
et iniusticia in illo non est / In antixpo
vero iniusticia est / et verax non est
quia suam / non dei gloriam quesitu-
rus est / nec est a deo missus / sed
venire permissus / Nonne moyses de-
dit vobis legem / et nemo ex vobis
facit legem. Quid me queritis inter-
ficere / Illi quidem gloriabantur se legis
implere precepta / sed veniebatur con-
tra voluntatis sua / lex enim clamabat in-
[illegible]cebat / Quid ergo legem faciebant
qui salvatorem interficere querebant
Nam si legem recte legissent / et ex-
pressent in ipsis scripturis christum
agnoscentes / inquam de eius morte
tractassent / Respondit ei turba. turba
inquinat / quia per incerta ac turba-
ta ac nullo bonis ordine posita /
Demonium habes quis te querit inter-
ficere. O sceleris incomparabile / o blasphe-
mia neque in hoc seculo neque in futuro
remittenda / nam peius fuit hoc dicere
quam xpm occidere / Et namque di-
cebant. Demonium habes qui suo im-
perio demonia expellebat / Si do-
minus esset animus ad tam scelestem
contumeliam / nisi ipsius dominum exem-
plo discernimus hec pacientiam / neque exa-
sperat et turbatus hoc audiens /
sed in sua veritate tranquillus permanet
non reddidit malum pro malo / nec
maledictum pro maledicto / Cum si
respondere voluisset / Vos potius de-
monium habetis / verum utique diceret /
quia nisi demonio pleni essent / tam
perverse loqui de eo loqui non possent
Respondit ergo eis / Unum opus feci
et omnes miramini. ac si diceret / quid
tantum miramini in sanatione unius

hominis / quantum miraremini si omnia
opera mea videretis / Unam enim
rem fecerat / sanaverat in sabba-
to paraliticum / qui xxxviii annis
decumbebat / et turbati sunt / quia
non intelligebant eum esse auc-
torem sabbati / nec destruxerat sab-
batum in eo hominem sanando / quia
ad salutem hominum sabbati custodia
hominibus data fuerat / Propterea moy-
ses dederat circumcisionem / non quia
ex moyse sed ex patribus / Moyses
quidem lege dederat ut circumcisio
servaretur / sed non ipse auctor est
circumcisionis / multo enim ante legem
primus abraham accepit circumcisionem
a deo / in signum fidei sue / Et in sab-
bato inquit. circumciditis hominem
tamquam diceret / Venit vobis moy-
ses / precipitur in lege ut hominem
octava die circumcidatis / precipitur
etiam ut sabbatizetis septimo die /
si autem octavus dies illius qui natus
est evenerit in die septimo / hoc est
in sabbato / quid facietis / vacabitis
ut custodiatis sabbatum / an cir-
cumcidetis infantem / ut impleatis
octavi diei sacramentum / Sed non
quia circumcidit / quod signum salutis
est / et non debet homo sabbato
vacare a salute / Ergo michi indi-
gnamini / quia totum hominem salvum
feci in sabbato / quia et curatus est
ut sanus esset in corpore / et credi-
dit ut sanus esset in anima / Si cir-
cumcisionem accipit homo in sabbato
ut non solvatur lex moysi michi
indignamini / quia totum hominem
sanum feci in sabbato / Illa quippe circum-
cisio . ob tres propterea causas . data
fuerat / primo ut signum esset magne

fide abrahe. Ideo ut populum quem cete-
ris nacionibus discerneretur in cor-
pore sicut in fimbriis palliorum distin-
guebatur in vestibus. Tercio vtile
fuit in hoc membro suscipientes ca-
stitatem mentis et corporis se obser-
uare debere cognoscerent. Et tan-
tumdem valebat tunc circumcisio quan-
tum in novo testamento baptisma
quia omnia peccata penam dimittebat
excepta quod ianuam regni celestis
nequaquam aperire poterat. Nong°
a tum vtili et proficua re propter in-
anus oct sabbatum vacare de-
bebant. Aspice vero illa circumcisio
figurabat baptisma quod nunc in
ecclesia geritur quo verissime peccata
omnia dimittuntur et celeste regnum
credentibus aperitur. Exhibebatur ea
circumcisio in virili membro per quod
humana instruitur propagacio. Et
ostendebatur per unum hominem peccatum in-
trasse in mundum et per peccatum mortem.
Et sic omnis homo cum preputio na-
scitur ita eciam cum originali peccato
generatur a quo cum omnibus simul
viciis per baptismum quod est vera et
spiritualis circumcisio expiamur. Petris
autem cultris circumcidebantur quia
ut ait apostolus petra erat Christus. Per cuius
nominis invocacionem simplex aqua
baptismatis spirituali potencia fecundatur
ut hominibus spiritualem possit prestare ge-
neracionem. Nolite iudicare secundum faciem
sed iustum iudicium iudicate. Secundum
faciem iudicare est personam in iudi-
cio considerare et isti personaliter
iudicabant quia illis qui in sabba-
to paruulos circumcidebant non irra-
scebantur. Domino autem indignabantur
quia in sabbato totum hominem sal-
uum fecerat. Iustum inquit iudicium
iudicate quod si facitis neque me neque
moysen condempnabitis sed veritate
perspecta inueniemus moysi preceptis
contrarie videmini. Hanc hec dominica a-
monicio non solis est facta iudeis
nos eciam dominus admonuit nos in-
struxit. Sic ergo verba illius audi-
amus quasi presens nobis loquatur
dicit enim. Nolite secundum faciem iudicare
sed iustum iudicium iudicate. Mag-
laboris est hoc vicium effugere i.
non ad intuitum persone iudicare sed
iustum proferre iudicium. Nullus qui-
pe alius hoc potest implere nisi ille
qui omnes equaliter diligit. Qui in
iudicandis causis non attendit ambi-
tum sed meritum nec considerat
quis in iudicandis causis sed unde
sit iudicandum. Nec hoc dicimus de illis
quos per gradum honorare diuerso mo-
uemur. Sed de illis quorum causas
discernere ac iudicare debemus. Dice-
bant ergo quidam ex Ierosolimis Nonne
hic est quem querebant interficere.
Ecce nunc palam loquitur et nichil
ei dicunt. Isti qui hoc dicebant
nouerant quia dominus a iudeis quere-
batur sed non intelligebant quod
sua potencia non tenebatur atque eo
putauerunt principes eum credidisse
quia ipse esset Christus. Dicunt enim Num-
quid vere cognouerunt principes quia
hic est Christus. sed ostendunt se non
dum ei credidisse cum subiungunt.
Sed istum nouimus unde sit. Christus
autem cum venerit nemo scit unde
sit. Quid est quod dicunt Christus cum
venerit nemo scit unde sit. Nam he-
rodes locum natiuitatis Christi requi-
rente responderunt quod in bethleem.

nasciturus esset. et ipsa sua verba
prophetarum auctoritate confirmavit. sed
noverant locum nativitatis eius. non
autem poterant comprehendere gene-
racionem divinitatis eius illius propheta
dicente. Generacionem eius quis enarra-
bit. ac si dicerent. scimus sicut alios
ex ceteris hominibus cognovimus. nichil
in illo divinum. nichil regale attendimus.
Christus vero ut oportet est deus et verus
et divinus immortalis impassibilis. hec erat
causa morbi illorum. Ideo enim ipsum
credere nolebant. quia humilitatem
solam in eo considerantes divinitatem
comprehendere non valebant. Unde et dominus
illis ad utrumque respondit. scilicet et de hu-
manitatis fragilitate et divinitatis ma-
iestate. Clamabat enim docens in
templo. Et me scitis et unde sim
scitis. Hoc de sua dixit humanitate
sine quia et locum nativitatis eius et
parentum nobilitatem et effigiem vultus
noverant. Sciebant ergo quia de
regia stirpe descenderat. et
nobilitatis lampas illustris latere
non poterat. Et a me ipso non veni
sed est verus qui misit me. quem
vos non scitis. Hoc ad suam retulit
divinitatem. sine quia ignorabant
eum esse dei filium. et a patre in mun-
dum missum. nesciebant etiam deum
patrem. qui verus est ipsius geni-
tor veritatis. quem nesciebant.
quia ignorantes filium et in eum
non credentes. ad dei patris sciam
pervenire non merebantur. Deinde
subiungit. Ego autem novi eum.
Si ergo eum cognoscere vultis. a
me querite ut sciatis. quia ab ipso
sum. et ille me misit. Pulcherrime
et quam brevissime. divinitatem si-

mul et humanitatem suam complexus
est. Ab ipso inquit sum. quia filius
dei de deo natus sum. quicquid est filius
ab illo est. et ei debet cum est filius.
et ipse me misit. hoc est incarnari
constituit. Hoc est quod me videtis.
quod me presentem attenditis. Cum autem
audimus deum patrem misisse filium
non cogitemus nature dissimilitudinem
sed patris auctoritatem. Querebant ergo
eum apprehendere. et nemo in eum
misit manus. hoc est nullus vim
fecit. nullus eum rapere presumpsit.
quia nondum venerat hora eius
hora videlicet voluntatis illius. Sicut
enim voluntate natus est. sic et vo-
luntate passus est. Nam sicut ante
secula providit matrem virginem
de qua nasceretur. sic etiam preordinavit
et preelegit mortem qua pateretur.
huius hore reminiscens cum in cruce
penderet dixit. Consummatum est et
inclinato capite emisit spiritum. Non
ergo potuerunt eum iudei comprehen-
dere. quia ipse mortem suam et in-
stans mortis sue in sua habebat
potestate. At cum ipse voluit pati.
etiam si voluissent a nece eius ab-
stinere iudei non potuissent. In al-
tero ergo una. in altero veritas pre-
rogativa est. una quidem in humili-
tate carnis quia pati potuit. veritas
in potestate divinitatis quia donec ipse
voluit comprehendi nequivit. Verum quod
pro nostra salute gestum est. propter
quos homo factus fuerit. qui hoc
fecerit. ne pereat quod fecerit. Non
ergo simus ingrati tantis beneficiis
que ab ipso accepimus immeriti et in-
digni. Obediamus preceptis eius

ut simus compotes passionis eius. Querimus enim non sicut iudei, ut eum quasi hominem solum putantes linguam blasphemie confirmamus, sed verum deum et hominem confitentes ut ab ipso vivificemur. Querimus non ut eum a nobis expellamus, sed ut cum eo in perpetuum maneamus. Amen.

Feria iiii [illegible] secundum Johannem vii°.

In illo tempore. Iam die festo mediante ascendit ihesus in templum et docebat et cetera.

Omelia Remigii episcopi.

Ascendit ergo dominus ad diem festum et docebat in templo et mirabantur iudei dicentes: Quomodo hic litteras scit cum non didicerit? Ille qui latebat docebat, et palam loquebatur et non tenebatur. Illud enim ut lateret erat exempli, hoc potestatis. Sed cum doceret mirabantur iudei. Omnes quantum arbitror mirabantur, sed non omnes convertebantur. Et unde admiratio? Quia multi noverant ubi natus, quemadmodum fuerit educatus. Numquam enim viderant litteras discentem, audiebant autem de lege disputantem, et legis testimonia proferentem, que nemo posset proferre nisi legisset, nemo legeret nisi litteras didicisset, et ideo mirabantur. Quid ergo dominus? Innuit eis mirantibus quod sciret litteras quas non didicerat. Mea inquit doctrina non est mea sed eius qui misit me. Hec prima profunditas. Videtur enim paucis verbis quasi contraria locutus. Non enim ait: ista doctrina non est mea, sed mea doctrina non est mea. Si non tua, quomodo tua? Si tua, quomodo non tua? Tu enim dicis utrumque: et mea doctrina et non mea. Nam si dixisset: ista doctrina non est mea, nulla esset questio. Que est ergo doctrina patris? Ipse ergo Christus doctrina patris, quia est verbum patris. Sed quia verbum non potest esse nullius sed alicuius, et suam doctrinam dixit se ipsum, et non suam quia patris est verbum. Quid enim tam tuum quam tu, et quid non tam tuum si alicuius est quam verbum. Ergo verbum deus est et doctrina est a verbo, et verbum non sonans per sillabas et non transvolans, sed manens cum patre. Omnia quippe signa que proferuntur sonis aliquid significant quod non est sonus. Non enim due breves sillabe deus est, et duas breves sillabas colimus, et duas breves sillabas adoramus, et ad duas breves sillabas pervenire desideramus, que pene cum desinunt sonare quam ceperunt, nec in eis fit locus nisi prima transierit. Manet ergo aliquid magnum quod dicitur deus, quamvis non maneat sonus cum [illegible] dicitur deus. Breviter dico ergo: cum hoc dixisset, michi videtur dixisse dominus Christus: Mea doctrina non est mea, ac si diceret: Non sum ego a me ipso. Quamvis enim filium patri dicamus et credamus equalem, nec ullam in eis esse, in eis nature substantieque distantiam, nec inter generantem atque generatum aliquod intercessisse temporis intervallum, tamen servato et custodito hoc, ita dicamus quod ille pater est, ille filius. Pater autem non est si non habeat filium, et filius non est si non habeat patrem. Sed tamen filius deus de patre, pater autem deus sed non de filio. Ille autem deus sed non de filio, pater filii, non deus de

filio. ille autem filius patris, et deus
de patre. dominus autem christus dicit lumen
de lumine. lumen ergo quod non ex lumine, et
lumen equale quod ex lumine simul unum
lumen et non duo lumina. Sequitur
Si quis voluerit voluntatem eius
facere cognoscet de doctrina. utrum
ex deo sit. an ego a me ipso loquor.
Sed ego dixeram. Si quis crediderit.
et hoc consilium dederam. si non in
tellexisti inquam credite. intellectus
enim merces est fidei. Ergo noli querere
intelligere ut credas, sed crede ut in
telligas. quoniam nisi credideritis non intel
ligetis. Ipse autem dominus aperte alio loco di
cit. hoc est opus dei ut credatis in
eum quem ille misit. ut credatis
in eum, non ut credatis ei. Sed si
creditis in eum creditis ei. non autem
continuo qui credit ei credit in
eum. Nam et demones credebant
ei. et non credebant in eum. Rursus
[illegible] etiam de ipsis apostolis possumus
[illegible] dicere. Credimus paulo
sed non [illegible] credimus in pau
lum. credimus petro sed non credimus
in petrum. credenti enim in eum qui
iustificat impium deputatur fides
eius ad iusticiam. Quid est ergo cre
dere in eum? credendo amare. creden
do diligere. credendo in eum ire et
eius membris incorporari. Ipsa ergo
fides quam de nobis exigit deus et
non invenit quod exigat, nisi dona
verit quod inveniat. fides que nisi quam
definit alio loco plenissime apostolus
dicens. Neque circumcisio aliquid
valet neque preputium sed fides que per
dilectionem operatur. Hec intus sit
et intelliges de doctrina. Intelligas
de doctrina christi. quoniam est eius. et
ideo dixit non sum a me ipso loquor. quoniam
christus patris est filius. et pater de e

pater. et filius de deo patre deus
est. pater autem deus non de filio
deo deus est. Qui a semet ipso
loquitur gloriam propriam querit. Hoc erit
ille qui vocatur antichristus extollens se
sicut apostolus dicit. supra omne quod di
citur deus aut quod colitur. christus vero venit
in tempore. et formam servi accepit. et
habitu inventus ut homo. querit glo
riam patris non suam. Quid tu ho
facere debes. qui quando aliquid boni fa
cis gloriam tuam queris. quando autem
aliquid mali facis deo calumpniam
meditaris. Intende tibi creaturam es
agnosce creatorem. servus es. ne
contempnas dominum. adoptatus es sed
non meritis tuis. Quere gloriam eius
a quo habes hanc gratiam. homo ad
optatus eius gloriam quesivit. qui de
ab illo unicus natus. Qui autem que
rit gloriam [illegible] eius qui misit illum
verax est. [illegible] et iniusticia in illo
non est. In antichristo autem iniusticia
est. et verax non est. quia gloriam suam
quesiturus est. non eius a quo missus
est. Non enim missus sed venire per
missus. Omnes ergo pertinentes ad cor
pus christi ne induamur in laqueos
antichristi. non queramus gloriam nostram
sed ille quesivit gloriam eius qui eum
misit. quanto magis nos eius qui
nos fecit. Nonne inquit moyses
dedit vobis legem et nemo ex
vobis facit legem. Quid me queritis
interficere. quia nemo ex vobis
facit legem. Nam si legem faceretis
in ipsis litteris christum agnosceretis
et presentem non occideretis. Et illi
responderunt. Respondit ei turba. Respon
dit quasi turba non pertinencia ad
ordinem sed ad perturbacionem. Deni
que turba turbata. videte quid
respondent. Demonium habes. quis
te querit occidere. quasi non prius

fuit dicere / demonium habes / qua
si enim occidere / Et quippe dictum est
quod demonium haberet / qui demonia
expellebat / quis aliud posset dice
re turba turbulenta / quid posset aliud
olere fetor commocionis / turbat tur
bata est / unde civitate turbam
lippientis turbavit claritas lucis /
oculi enim non habentes sanitatem
non possunt ferre / lucis claritatem /
~~Unum opus feci et omnes miramini~~
numquam diceret / Quid si omnia
opera mea videretis / Ipsius enim ope
ra erant que in mundo videbant /
et ipsum qui fecit omnia non vide
bant / Fecit unam rem et turba
ti sunt / quia salvum fecit hominem
in sabbato / quasi vero quisquam
egrotus sabbato sanaretur / alius
eum salvum fecisset / quam ille qui
eos scandalizavit / quia unum hominem
salvum fecit / Alius enim alius alios
salvos fecit / quam ipsa salus qui
etiam salutem / quam dedit huma
nis dat et iumentis / Salus enim
corporalis erat / salus corruptibilis et re
paratur et moritur / et cum reparatur
mors differtur / non aufertur / Tamen
sanitas etiam ipsa salus a domino est
per quemlibet detur / quomodo tamen cura
te et ministrante impetratur ab illo
datur a quo est omnis salus / Cui
dicitur in psalmo / homines et iumen
ta salvabis domine / salvos fac domine
Propterea moyses dedit vobis circum
cisionem [illegible] acceptis cir
cumcisionem a moyse / non quia
ex moyse / sed ex patribus / Abraham
quippe primus accepit circumcisionem /
et in sabbato circumciditis / Dic
at vos moyses in lege accepistis
ut circumcidatis viii die / Acce
pistis in lege ut vacetis septimo
die / Et octavus dies illius qui
natus est occurrerit ad diem sep
timum sabbati quid facietis / vacabitis
ut servetis sabbatum / an circum
cidetis / et impleatis sacramentum
diei octavi / sed non inquit quid
faciatis / Circumciditis hominem / Hoc
quia circumcisio pertinet ad aliquod
signaculum salutis / et non debent
sabbato homines vacare a salute /
Ergo nolite mihi irasci / qui sal
vum feci totum hominem sabbato /
Si circumcisionem inquit accipit homo
in sabbato ut non solvatur lex moy
si / Aliquid enim per moysen in ista con
stitutione circumcisionis salubriter
institutum est / mihi operanti salutem
in sabbato quare indignamini / Forte
enim illa circumcisio ipsum dominum significa
bat / cui ista curanti et sananti indig
nabantur / Iussa est enim adhiberi circum
cisio octavo die / Et quid est circumcisio
nisi carnis expoliatio / Significat ergo
ista expoliatio circumcisio expoliatio
nem cordis a cupiditatibus carnalibus / Non
ergo sine causa data est / et in eo
membro fieri iussa / quia per illud mem
brum procreatur creatura mortalium /
Et sicut per unum hominem resurrectio
mortuorum / et per unum hominem peccatum
intravit in mundum / et per peccatum mors /
ideo quisque cum preputio nascitur /
et non mundat deus / sine circumcisione
cum quo nascimur / sine cum his
que male vivendo addidimus / nisi
per cultellum petrinum dominum christum /
Petra erat christus / Cultellis enim petri
nis circumcidebant / et petre nomine
christum figurabant / et priores eum
non agnoscebant / sed et super-

eum acrius capiebant. Quare oc-
tavo die nisi quia post septimum
sabbati dominus die dominico resurrexit.
Michi indignamini quia totum hominem
sanum feci in sabbato. quia et cu-
ratus est. ut sanus esset in corpore
et credidit ut sanus esset in anima.
Nolite iudicare personaliter sed rec-
tum iudicium iudicate. Quid est quo-
modo qui legem moysi circumcidi-
tis sabbato ut non violatam moysi
et quia ego hodie sabbato salvum
feci hominem violatam michi personali-
iudicatis veritatem attendite. Ego
me non prefero moysi ait dominus qui
erit et ipsius moysi dominus. Sic at-
tendite quod homines vos duos tan-
quam ambos homines iudicate in-
ter vos. sed iustum iudicium iudica-
te. Nolite me honorare ita simpli-
ter sed illo intellectu me honorate.
hoc enim illis alio loco dixit. Si cre-
didissetis moysi crederetis et michi.
Sequitur. Nonne hic est quem quae-
runt iudei interficere. et ecce pala-
loquitur et nichil ei dicunt. Num-
quid vere cognoverunt principes quia
hic est christus qui noverunt qua sen-
tia querebatur. deinde non plene
intelligentes illius potentiam pu-
ee taverunt principum suam quod ipsi cogno-
verunt quidem christum esse christum. Ideo
pepercerunt ei quem tanto opere oc-
cidendum quesierunt. Deinde illi ipsi
apud se ipsos quid dixerunt. Numquid
cognoverunt principes quia hic est christus.
fecerunt sibi questionem qua eis
videretur non ipse esse christus. adiungen-
tes enim dixerunt. Sed istum novimus
unde sit. christus autem cum venerit
nemo scit unde sit. Non enim ma-
niter nata est. Sed consideremus

scripturis secundum hominem. predixerunt
scriptura unde esset. sed secundum deum
latebat impios et querebat pios.
Ad hoc enim et ipsi dixerunt. cum christus
venerit. nemo scit unde sit.
quia hanc illis opinionem generaverat
quod per ysaiam dictum est. Generationem
eius quis enarrabit. Clamabat
ergo in templo dicens ihesus. Et me
scitis. et unde sim scitis. et a me
ipso non veni. Sed est verus
qui me misit. quem vos nescitis.
hoc est dicere. Et me scitis et ne-
scitis. hoc est dicere et unde sim
scitis et unde sim nescitis. Unde
sim ihesus nazarenus. cuius etiam paren-
tes nostis. Solus enim in hac cau-
sa latebat virginis partus. cui tamen
testis erat maritus ipse. hoc enim
fideliter poterat indicare qui posset
et maritaliter zelare. Hoc ergo
excepto virginis partu totum no-
verant in ihesu quod ad hominem per-
tinet. facies ipsius nota erat. ubi
natus est sciebatur. Recte ergo
dixit. Et me nostis et unde sim
scitis secundum carnem. et effigiem ho-
minis quam gerebat secundum similitudinem
a me ipso non veni. sed est verus qui
misit me quem vos nescitis. sed
ut eum sciatis credite in eum qui
misit. et scietis. Deum enim nemo
vidit umquam nisi unigenitus filius
qui est in sinu patris. ipse enim nar-
ravit. et patrem non cognoscit
nisi filius et cui voluerit filius re-
velare. Denique cum dixisset. sed
est verus qui misit me quem
vos nescitis. ut ostenderet eis
unde possent scire quod nesciebant
subiecit. Ego scio eum. Ergo a

me quere. ut sciatis eum. quare
autem scio eum quia ab ipso sum
et ipse me misit. Magnifice utrumque
intimavit. ab ipso sum inquit. quia fi-
lius dei patris. Et quidquid est filius de
illo est cuius est filius. Ideo dum ihesum
dicimus dominus de domino. deus de deo
patre. Non dicimus dominum ihesum. lu-
men de lumine patrem non dicimus
lumen de lumine sed tantum lumen. Ad
hoc ergo pertinet quod dixit ab ipso sum.
Quod autem quod videtis me in carne
ipse me misit. non intelligere diffi-
cultatem sed generantis auctoritatem.
Querebant ergo eum apprehendere
et nemo misit in illum manus quia
non dum venerat hora eius. Non
enim horam dixit. qua cogeretur
mori sed qua dignaretur occidi.
Tempus enim expectabat quo mo-
reretur. quia et tempus expec-
tavit quo nasceretur. De hoc quidem
apostolus loquens ait. Cum autem
venit plenitudo temporis. misit deus
filium suum. Ideo multi dicunt. quare
ante non venit christus. quibus respon-
dendum est. quia non dum venerat
plenitudo temporis moderante illo per
quem facta sunt tempora. Sciebat enim
quando venire deberet. primo premit-
tam seriem temporum et annorum predi-
candus fuit. Non enim aliquid par-
vum venturum fuit. Diu fuerat
predicandus. semper tenendus. quanto ma-
ior iudex veniebat. tanto preconum
longior series precedebat. De turba
autem multi crediderunt in eum.
Quarta feria. Preteriens *Feria iiii post*
ihesus. vidit hominem *Iohannis ix*
cecum a nativitate et reliqua.
Bene
venit dei filius ad peccatorum

scenophegie. Et novissima die eius
festivitatis stans in templo docebat
populum. qui ad diem festum confluxe-
rat. Redarguebat iudeos infideles
et misteriis divinitatis sue docebat
fideles. Sed miseri et [illegible]
iudei verba illius ferre non valentes
ad lapides confugiunt. querentes obrui-
ere quem intelligere non poterant.
Ipse autem transiens per medium illorum
ibat. nec dum quippe venerat hora
quam presinierat passioni. quia non in
scenophegia sed in pascha pati dispo-
suerat. Preteriens ergo ihesus. sicut iohannes
ewangelista testatur. vidit hominem cecum
a nativitate. hoc est cecum natum quem
mater ex tenebris uteri protulerat
in noctem mundi. Vidit inquit eum.
id est misertus est illius. Videre enim
eius misereri est. Sicut scriptum est
Respexit dominus petrum. Et interroga-
verunt eum discipuli eius Rabi. quis pec-
cavit hic. aut parentes eius. ut cecus
nasceretur. Noverant sancti apostoli
omnimodis causis dispensatione dei
hominibus accidere infirmitates aliquando
ad probacionem aliquando ad virtutum custo-
diam. non unquam vero ad precedentis
delicti expiacionem. sed ignorabant qua
horum causa homo ille cecus natus
fuerit. Ideoque interrogaverunt dominum quia
ignari. ut ab eo discerent quod dubi-
tabant. Respondit eis ihesus. neque hic pec-
cavit neque parentes eius. Quid est hoc
quod dicit salvator. neque hic neque paren-
tes eius peccasse. Cum enim nullus hominum
sine peccato. quid parentes eiusdem non
peccaverunt. aut nunquid ipse cecus cum
originali peccato natus non fuerat
nunquid etiam vivendo et conspectu
in mundo non plura peccata addide-
rat. Si ergo hic et parentes eius
peccatum non habebant. quare hic cecus

dixit neque ipsum peccasse neque parentes
eius. Sed sciendum quia dominus ad rem de
qua fuerat interrogatus respondit.
Illi enim interrogaverunt utrum pro suo vel
parentum peccato cecus natus fuerit.
Ad hoc inquit dominus neque ipsum neque pa-
rentes eius peccasse. hoc nimirum ut ille
cecus nasceretur. Nam habebat et
ipse et parentes eius peccata in nimia. sed
non propter illa ipse cecus editus fuerat.
Quare ergo. sed ut manifestarentur
inquit opera dei in illo. Veritatis magister
docet quod ad hoc natus sit ut opera dei
in eo manifestentur. quatenus ab in-
genita cecitate illum liberando et lumen
restituendo filius dei esse omnibus clare-
sceret. Me oportet opera eius operari qui
misit me donec dies est. Sicut ubique
ita et hic omnem gloriam deo patri attri-
buit. cuius se dicens opera facere. cum
erat filius coeternus et consubstantialis in
deitate. Ista erant opera dei patris.
propter quia filius dei venerat. Ut illu-
minatio generis humani ac salvatio.
Nam per illuminationem huius ceci illuminatio
significatur generis humani. Miracula
denique nostri redemptoris ita iuxta
litteram facta creduntur. ut iuxta
considerata aliquid innuant facienda.
Cecus ergo genus humanum sic ut ra-
dicem significat. quod in primo parente ce-
catum est. quia corpori omnes non so-
lum augmentum iniquitatis verum et
mortem traximus carnis. Et bene
non tantum cecus dicitur. quia omnes
homines illo excepto qui de virgine
natus est cum peccato originali nas-
cuntur. atque in huiusmodi tenebris
provoluti gravissima cecitate depre-
muntur. quam utique de primi parentis
prevaricatione contraximus. qui bene
conditus ab optimo conditore fuerat.

sed diabolica deceptus invidia. ipse est
iustissime primus maculaverat. et se
[illegible] in omnes posteros suos here-
ditabat. Preteriens autem dominus vidit
cecum. non enim stans. sed preteriens
cecum vidit. quia in similitudine
carnis peccati apparens in via peccatorum
non stetit. nec peccatum fecit. sed
nec dolus inventus est in ore eius.
Hinc est quod secundum alterius loci para-
bolam samaritanus secus sauciatum
venit. Quod enim ibi per sauciatum hoc
signatur hic per cecum. et quod ibi di-
citur. hoc hic preteriit. venit secus eum
secus sauciatum. et preteriens vidit cecum.
quia appropinquavit vie mortalitatis
nostre. non tamen fixit vestigium
in via peccatorum. venit enim ut cecita-
tem nostrorum peccatorum tolleret
non ut ipse eam susciperet. Hec ergo
opera patris se dicebat oportere operari
quia venerat querere perdita. et repa-
rare corrupta. Donec inquit dies
est. venit nox. quia nemo potest
operari. Quam hic diem vellet intelligi
diffinite exponit cum subiungit.
Quamdiu sum in mundo lux sum
mundi. Sed quid est quod dicit me
oportet operari donec dies est. Numquid
enim tantummodo operatus est quamdiu
presentia corporali fuit in mundo. Si enim
hoc recepimus iam post eius ascen-
sionem ista terribilis est et metuen-
da nox in mundo quam nemo potest
operari. Et certe ipse nobis promisit
dicens. Ecce ego vobiscum sum omni-
bus diebus usque ad consummationem
seculi. Si ergo est cum sanctis usque
ad finem seculi utique semper operatur
usque ad finem seculi. Cum enim tunc
presentia corporali fuit in mundo. nunc divini-

sapientia ubique presens est in mundo. De
rendum ergo que sit ista nox quam
nemo potest operari. Nox impiorum
est nox quando eis dicetur: Ite maledicti
in ignem eternum qui preparatus est dyabolo
et angelis eius. Nox ista erit quando
dampnatis omnibus reprobis nullus
iam locus penitentie nulla facultas re
stabit bene operandi quia in inferno nemo
confitebitur domino. Operatur ergo
dominus donec dies est quia dum hic
sumus cooperatur et hortatur ad
confessionem et penitentiam detrectat
id est patienter et misericorditer expectat
omnes innocentes secundum veritatem.
Venit nox quando nemo operatur quia
finito mundo ac receptis electis
celorum regno clausoque applicationis
hostio vanus labor est et sera
penitudo. Clamantibus enim domine domine
aperi nobis respondebit nescio vos.
Discedite a me maledicti in ignem
eternum et operarii iniquitatis. Quam
audiamus apostolum dicentem: Dum
tempus habemus operemur bonum
ad omnes. Nunc est tempus accepta
bile operandi, tunc vero recipiendi
quod sibi operatus est. Videamus
quid dominus fecerit. Hec cum dixisset.
Expuit in terram et fecit lutum
ex sputo et linivit super oculos eius
et dixit: Vade et lava in natatoria
siloe quod interpretatur missus. Mira
bilis et ipsa sui novitate stupenda
ceci curatio magnum si intelligamus
commendat misterium. Expuens quippe
in terram fecit lutum et oculos
eius ceci inunxit. Sputum quod a capi
te in os defluit divinitatem Christi sig
nificat quia caput Christi deus. Et sa
pientia loquitur: Ego ex ore altis
simi prodivi primogenita ante omnem
creaturam. Et Salomon de ipsa loquitur:

Vapor enim virtutis dei et emana
tio maiestatis eius sincera. Lutum de
terra caro Christi est. Expuit quoque in
terram lutum fecit. Verbum caro fac
tum est et habitavit in nobis. Inunctus
iam cecus nondum videt donec la
vit in natatoria siloe quod interpretatur
missus. Quis enim est missus nisi ille
qui dicit: Non veni a me ipso sed a
patre missus. Christus ergo missus est verus
quia nisi ille fuisset missus nullus no
strum fuisset a peccato dimissus. Persona
ergo baptizatus est et lavit cecus
in piscina siloe id est quod interpretatur mis
sus et illuminatus est. Et illuminatus est
quia in Christo baptizati illuminantur. Cum
ergo inunctus est quasi cathecumi
natus est. Sed egebat lavari id est bap
tizari ut illuminaretur. Cathecuminus in
ungitur ut doceatur. Nam cathecuminus
grece instructus latine dicitur. Bap
tizatur vero ut verum lumen agnos
cat remissionem omnium peccatorum accipiat.
Itaque videns et qui noverant eum
prius quia mendicus erat: Nonne
hic est qui sedebat et mendicabat.
Alii dicebant quia hic est. Alii au
tem non sed similis est eius. Hunc ergo
virum aperti oculi fecerunt illuminatus
quasi vultum mutaverat. Sed ille non
ingratus nec collati immemor be
neficii dicebat: Quia ego sum. Con
fitebatur se esse eum de quo dubita
bant. Et eum qui tam bene ipsi fecit
ipsum fecerunt esse laudabat. Dicebat
ergo ei quomodo aperti sunt tibi oculi. Respondit ille:
Homo qui dicitur Ihesus lutum fecit
et unxit oculos meos etc. Bene cecus
videbat qui sic gratiam sibi prestitam
annunciabat. Iam ergo evangeliza
bat Christum predicabat illuminatorem su
um. Dixerunt ei: Ubi est ille? Ait:
Nescio. Adhuc inunctus nec dum

spiritualiter illuminatus erat per dicebat Christum. Sed quis esset ignorabat. Unde et supra ait: Homo nesciens dominum de|um dicere quia quasi catecuminus erat et doceri necesse habebat. Adducunt eum ad phariseos qui caecus fuerat. Erat autem sabbatum in illa die et cetera usque quod non est hic homo a deo qui sabbatum non custodit. Non omnes hoc dicebant sed quidam. Iam enim inungebatur ca|ecitas cordibus eorum sublevatam in|cipiebat. Isti vero qui dominum reprehende|bant: penitus caeci erant nec inunc|ti erant nec videbant. Reprehen|debant enim dominum quod non custodiret sabbatum, cum ipse potius ab omni opere servili vacaret quia peccatum non faceret. Hoc namque spirituale sabba|tum observare feriatum est a peccato quod est opus servile. Unde omnis qui facit peccatum servus est peccati. Sed illis ista dicentibus alii qui iam illumina|tioni propinquabant dicebant: Quomodo potest homo peccator haec signa facere? Et scisma erat inter eos. Scisma grece latine scissio. Scissi ergo erant quia dominum quidam veritati assentiunt, qui|dam autem falsitati applaudunt. Qui Christum qui lux vera est inter lucem et tenebras et dividunt. Dicunt ergo caeco iterum: Tu quid dicis de eo qui aperuit tibi oculos? Interrogant quid de suo illuminatore sentiret ut occasionem invenirent qua eum de sinagoga proicerent. Sed ille quid de eo confirma|ret constanter aperit. Ait enim quia propheta est. Nec dum in corde illuminatus sed inunctus tamen nescit dicere filium dei sed confitetur prophetam esse nec tamen er|rans omnino fallebatur. Ipse enim de se ait: Non capit prophetam perire extra Ierusalem et nemo propheta sine hono|re nisi in patria sua. Non crediderunt ergo iudaei de illo quod caecus fuisset et vidis|set etc. Vocant autem parentes eius cum vidissent calumpniam strui dicebant: Scimus quia hic est filius vester et quia caecus natus est. Si autem vultis scire quomodo nunc videat ipsum interrogare debetis quia aetatem habet, ipse de se loquatur. Iuste quippe permittitur loqui cogimus quia infans loqui propter aetatem rationabiliter non poterat. Haec autem illos non ad ignorantiam sed ad dementiam dixisse ostendit evangelista cum subdit: Hec dixerunt parentes eius quia timebant iudaeos. Iam enim conspiraverant iu|daei ut si quis eum confiteretur Christum extra sinagogam fieret. Pro magno apud illos tunc temporis ducebatur si quem de sinagoga eiecissent. Sicut enim modo homicide vel adulteri et ceteris capitalibus criminibus rei ab ecclesia pelluntur, ita confessores domini no|stri a sinagoga iudaeorum eliminabantur. Hoc metuebant magis parentes caeci et ideo dixerunt: Ipse de se loquatur. Vocaverunt rursus hominem qui fue|rat caecus et dixerunt ei: Da gloriam deo. Gloriam dare est veritatem de ali|qua re quasi parte dei loqui. Sed isti volebant ut negaret Christum. Nam quid est aliud dicere: Da gloriam deo nisi nega dominum quod accepisti? Cum certe hoc non sit dare gloriam deo sed blasphemare potius deum. Nos scimus quia peccator est. Sic illum volebant dare gloriam deo ut sicut ipsi Christum dicebant peccatorem. Sed ille ut neque pareret calumpnie neque veritatem subcelaret. Non dixit

Sicut eum iustum. Sed vidit. Si
peccator est nescio. Unum scio quia
caecus cum essem modo video. Dixerunt
ergo illi: Quid fecit tibi? Quomodo ap-
peruit tibi oculos? Ille qui totiens
interrogatus totiens responderat,
iam quasi quodam taedio affectus
propter illorum duritiam et incredu-
litatem cum quadam asperitate re-
spondit: Dixi vobis iam et audistis,
quid iterum vultis audire? Numquid
et vos vultis discipuli eius fieri? Ip-
se enim iam credebat, iamque dum
discipulus factus fuerat, ideo dice-
bat: Numquid et vos sicut et ego
vultis in eum credere, et discipula-
tui veritatis inhaerere? Maledixerunt
ei et dixerunt: Tu discipulus illius
sis. Maledictum hoc veniat super ad-
vanos. Si enim cor illorum inspicias
maledictum est, quia hoc maledi-
centium affectu protulerunt. Si vero
verba ipsa pondere, exoptabilis est
benedictio. Cuius enim non desiderat
discipulus esse Christi? Nos inquiunt
Moysi discipuli sumus. Falluntur
utique semetipsos decipientes. Nam
si discipuli essent Moysi, crederent
utique Christum annuntianti, cognoscerent
eum qui per Moysen pronuntiatus est.
Si enim ait dominus, crederetis Moysi,
crederetis et mihi. Nos scimus quia
Moysi locutus est deus. Hunc autem
nescimus unde sit. Despicientium
verba sunt. Nam quomodo nesciebant unde
esset, cum et ubi natus esset
scivissent, et de qua tribu natus fuisset
esset? Hic et supra dixerunt: Sed hunc
scimus unde sit. Tale quid et
in libro Regum legimus. Cum enim
adolescens David Goliam virum for-
midabilem stravisset, ait
Saul Abner: Cuius filius est iste
puer, Abner? Certe armiger eius
fuerat, citharam coram eo percutie-
bat, et nunc quis esset interrogabat,
quasi eum non agnoscebat inquietatem
adolescens et habitum pasto-
ralem contemnebat. Simili modo
miseri homines dei filium cernentes
hominem, infantiam contemptibilem
et novissimum iudicabat, ut dice-
rent: Nescimus unde sit. Consueto
more hominum locuti sunt, qui quos
abiciunt se nescire dicunt. Respondit
ille et dixit: In hoc mirabile est
quia vos nescitis unde sit, et ap-
peruit oculos meos. Tamquam
diceret: hic quem nescitis vobis di-
cis latet humilitate, proditur signorum
virtute. Nescitur unde sit, sed sic
deus caecos videre facit. Scimus
autem quia peccatores deus non
audit, sed si quis dei cultor est
et voluntatem eius facit, hunc
exaudit. Tamquam inunctus re-
net dum illuminatus loquitur.
Exaudit namque et deus peccatores.
Denique exauditus est et publicanus
qui in templo dei a longe stans
nec oculos quidem ad caelos ad-
caelos levabat, sed dimissis in ter-
ram vultu pugnis pectus percutiens
dicebat: Deus propitius esto mihi
peccatori. Quia confessione sit iste
exauditus, ut qui iniustus in tem-
plum venerat, rediret iustificatus.
Exaudiunt ergo deus peccatores,
ut dictum est, sed si aptius resipis-
cunt, si mala perpetrata lacrimis ab-
luunt, si corde quantum in illis est
abnegant esse, et damnant

qd lapsi primum fuerant. A seculo non
est auditum quia aperuit quis oculos
ceci nati. nisi esset hic a deo, non po-
terat facere quicquam. Ingenti
fiducia, libera constantia, principes
perurebant. ille indignatione compres-
sus post hanc confessus est veritatem.
quis enim alius tanta et talia face-
ret nisi deus. Sed et si qui sancti qui
hec aliquando fecerunt, ab ipso ut
facere possent acceperunt. ipse enim di-
xit sine me nichil potestis facere.
Responderunt et dixerunt. In peccatis na-
tus es totus et tu doces nos.
Interrogabant itaque ei satis signo ce-
citatis apparere ipsius ac pri-
mum scelere et delicto cecum natum
fuisse. sed qui oculos aperuit totum
salvavit. quique foris illuminavit.
ipse cor illius ab omni iniquitatis
nubilo purgavit. In peccatis natus
es totus et tu doces nos. Ipsi cer-
te eum interrogaverunt. ipsi eum ut
diceret quid de christo illuminatore suo
sentiret coegerunt. et nunc confiten-
tem arguunt. et de sinagoga propellunt.
Nam sequitur. Et eiecerunt eum fo-
ras. Illi quidem eum eiciebant. sed
christus suscipiebat. tunc magis meruit
agnoscere christum. cum eiectus est de con-
sortio iudeorum christi. Audivit namque
quia eiecissent eum. et cum invenis-
set eum dixit illi. Tu credis in fi-
lium dei. Sed ille qui eum tantum cor-
poris videbat oculis. et corde non
intelligebat vidit. Quis est domine
ut credam in eum. Quibus verbis
ostendit iam dudum paratum se ad
credendum fuisse. sed in quem debe-
ret credere ignorasse. Ait illi dominus
Et vidisti eum et ad te venientem
et qui loquitur tecum ipse est.
Iam deus interius faciem lavat.
Iam cordis oculos illuminat. Denique ille
iam lotus et illuminatus spiritualiter. vi-
de ille ait. Credo domine. Sed hoc parum
fuit. sed quod crediderit. qui etiam et pro-
cidens adoravit eum. per hoc omnino
quod contestans se deum credere quem
adorabat. Sed inter hec quid nobis
super est. qui ista legimus propter quos
etiam scripta sunt dicente apostolo. quecumque
enim scripta sunt ad nostram doctrinam scrip-
ta sunt. Quid nobis agendum est.
nisi ut ea que legimus vel audimus
imitari satagamus. Difficillimum est dicere
ut imitemur petrum apostolum. qui de
fluctibus maris se calcabile probavit. non
ergo petrum. non reliquos apostolos nobis
in exemplum proponere necesse est.
Nunc saltem hunc ante modicum ce-
cum iam bene illuminatum imitemur.
quem non truculentorum minae
principum. non catenis geste ceci-
tatis obprobrium. non saltem terribiles
simul principum formidabilis de sinago-
ga eiectio. non hec neque alia aliqua
adversa potuerunt revocare. et a ve-
ritatis confessione revocare. audi-
amus predicantem. et vere profitentem
Quia si quis dei cultor est et
voluntatem eius facit. hunc ex-
audit. Colamus ergo deum non
thuris vaporibus. non thesaurorum
ingentium unguentis. sed gratissimis
fidei et dilectionis victimis. faciamus
faciamus mandata eius. hoc est
mandata illius impleamus. et
timorem illius. et sanctam spem
promissionum eius in nostris mentibus
habeamus. quia beneplacitum est domino
super timentes eum. et in eis qui spe-
rant super misericordia eius. cui est honor
et gloria per infinita secula seculorum.
In ill. t. Feria iiii post Johannis ix
Preteriens ihesus vidit hominem cecum

aug

Lanatur. ii. Omelia Augustini

De homine quem deus ceco
illuminavit, qui cecus fuit natus,
prolixa lectio recitata est, quam si
universam pertractare conemur pro
suo digitate sicut valemus singu-
la pertractantes considerantes, non
sufficit dies. Proinde peto et ammoneo
caritatem vestram, ut in hiis que
aperta sunt sermonem nostrum non
requiratis. Nam nimis longum
erit singulis immorari. Ergo ce-
cum illuminat Christus de quo interim satis
propter quasdam in hac ipsa lectione
questiones, diu verba, et ipsius
universe lectionis potius perstringam
quam tractemus. Preteriens vidit ho-
minem cecum non ut cum preteriret,
sed a nativitate. Et interrogaverunt
eum discipuli eius. Rabbi. Rabbi
nosti quia magister est. Magistrum appellabant
qui a discere desiderabant, questionem
quippe domino proposuerant, tamquam
magistro. Quis peccavit hic, an parentes
eius ut cecus nasceretur. Respondit Ihesus
neque hic peccavit neque parentes eius
ut cecus nasceretur. Quid est quod
dixit. Si nullus homo sine peccato,
numquid parentes huius ceci sine pec-
cato erant? Numquid et ipse sine
peccato originali natus erat, an
qui oculos clausos habebat con-
cupiscentiam minime vigilabat? Quan-
ta mala ceci committunt, a quo ma-
lo abstinet mens mala, etiam clau-
sis oculis non poterat videre, sed
potuerit cogitare, et forte concupis-
cere aliquid, quod cecus implere
non posset, sed in corde iudicantem
cordis perscrutatorem. Si ergo et paren-
tes eius habuerunt peccatum, et iste
habebat peccatum, sed quare dominus
dixit, neque hic peccavit neque paren-
tes eius, nisi ad rem de qua interro-
gatus est ut cecus nasceretur. Ha-
bebant enim peccatum parentes eius, sed non
ipso peccato, si ergo non peccato paren-
tum factum est, ut cecus nasceretur, ipse
cecus natus est. Audi magistrum docen-
tem. Querit credentem, ut faciat intelli-
gentem, ipse enim dicit, quare ille ce-
cus sit natus. Neque hic peccavit neque
parentes eius, sed ut manifestentur
opera dei in illo. Deinde sequitur, me
oportet operari opera eius qui misit me.
Ecce est ille missus, in quo faciem la-
vit cecus. Et videte quid dixit, me
oportet operari opera eius qui misit me
donec dies est. Mementote quomodo univer-
sam gloriam illi dat de quo est, quia
ille habet filium, qui de illo sit, ipse non
habet de quo sit. Sed quare dixisti domine
donec dies est. Audi quare. Veniet nox
quando nemo potest operari, nec tu domine.
Ita ne valebit nox illa, ut nec possis
in ea operari, cuius opus est nox, puto
enim domine Ihesu, immo non puto, sed
credo, atque confirmo te ibi fuisse,
quando dixit deus fiat lux, et fac-
ta est lux. Si enim verbo fecit, per te
fecit. Et ideo dictum est omnia per
ipsum facta sunt, et sine ipso factum est
nichil. Divisit deus inter lucem et
tenebras, lucem vocavit diem, et
tenebras vocavit noctem. Que est
nox, que cum venit, nemo potest ope-
rari. Audi quid sit dies, et tunc intelli-
ges quid sit nox. Unde sumus audi-
turi. Quis nam sit dies iste, ipse
dicat, quamdiu in mundo sum, lux
sum mundi. Ecce ipse est dies. Lavat
oculos cecus in die, ut videat diem.
Quamdiu inquit in mundo sum, lux
sum mundi. Ecce ipse est dies ergo
nescio que nox erit, quando ibi
Christus non erit. Ideo non nemo potest

operari. Restat inquirere fratres mei, et
patienter accipite inquirentem me. me
vobiscum quero vobiscum, ut inve-
niam a quo queram. Constat expresse ac
diffinite diem commemorasse dominum hoc
loco se ipsum, i. lucem mundi, quam diu
sum in mundo lux sum mundi. ergo ipse
operatur quam diu est in hoc mundo.
putamus fratres eum fuisse hic tunc,
et modo non hic esse. Si hoc putamus
iam ergo post ascensionem domini facta
est nox metuenda, ubi nemo possit
operari. Sed post ascensionem domini ista
nox facta est, unde apostoli tanta operati
sunt. Numquid ista nox erat, quando
venit spiritus sanctus vehemens, et omnes qui
uno in loco erant ad implens, dedit
eis loqui omnium gentium linguis. Num-
quid nox erat, quando claudus ille
ad verbum petri sanus effectus est,
immo in verbo domini habitantis in petro.
Numquid nox erat, quando transeun-
tibus discipulis, egri cum lectulis
ponebantur, ut vel umbra transeun-
tium tangerentur. Dominus cum hic esset,
neminem transiens umbra sua sanum
fecit. Sed ipsis discipulis dixerit, ma-
iora horum facietis. Sed ne se extol-
lat caro et sanguis, audiant dicentem:
Sine me nichil potestis facere. Quid er-
go quid dicamus de nocte ista, quando
erit, quando nemo potest operari.
Nox ista impiorum erit, nox ista eorum
erit, quibus in fine dicetur, Ite in ig-
nem eternum, qui paratus est dyabolo
et angelis eius. Sed nox dicta non
flammis, non ignis. Audi quia et
nox est. De quodam servo dicit: liga-
te ei manus et pedes et mittite
eum in tenebras exteriores. Operetur
ergo homo dum vivit, ne illa
nocte preveniatur, ubi nemo potest

operari. Modo est ut operetur fides
per dilectionem, et si modo operamur, hic
est dies, hic est Christus. Audi promitten-
tem, et ne arbitreris absentem esse.
Ipse predixit: Ecce ego vobiscum sum,
quam diu non sit in vobis solatium
de quia vivimus si fieri posset, et
de hac nocte etiam posteros qui futuri
sunt securissimos faceremus. Ecce ego in-
quit vobiscum sum usque ad consummatio-
nem seculi. Dies iste qui circuitu solis
huius impletur paucas horas habet. Di-
es presentie Christi usque ad consummationem
extenditur. Post resurrectionem vero
vivorum et mortuorum cum positis
ad dexteram dixerit: Venite benedicti
patris mei, percipite regnum, positis
ad sinistram dixerit: Ite in ignem eter-
num, qui paratus est dyabolo et an-
gelis eius, ibi erit nox, ubi nemo
potest operari, sed recipere quod operatus est.
Aliud est tempus operationis, aliud
receptionis. Reddet unicuique dominus
secundum opera sua. Cum vivis, fac ut fu-
turus sis. Erit enim tunc nox valida
que involvat impios. Sed modo omnes
infideles qui moriuntur illa nocte su-
scipiuntur. Non est ut illic aliquis
operetur. In illa nocte dives ardebat
et stillam de digito pauperis require-
bat. dolebat, angebatur, flagel-
labatur, fatebatur, nec ei subvenie-
batur, conatus est bene facere. Ait
enim abrahe: Pater abraham mit-
te lazarum ad fratres meos, dicat il-
lis quid hic agitur, ne et ipsi veniant
in hunc locum tormentorum. O in-
felix, quando vivebas tunc erat
tempus operandi, modo iam in nocte

es / in qua nemo potest operari. Hec
cum dixisset spuit in terram et
fecit lutum ex sputo et linivit lutum
super oculos ceci et dixit ei. Vade
lava in natatoria Siloe quod interpre
tatur missus. Abiit et lavit et
venit videns. Hec quia manifesta
sunt transeamus. Itaque vicini et qui
videbant eum prius quia mendicus
erat dicebant. Nonne hic est qui
sedebat et mendicabat. et alii di
cebant hic est. et alii dicebant
nequaquam sed similis est eius.
Aperti oculi vultum mutaverunt. Ille
dicebat. quia ego sum. Vox grati
ne dampnaretur ingrata. Dicebant
ergo ei quomodo aperti sunt oculi tui. Respon
dit ille. Ille homo qui dicitur Ihesus
lutum fecit ex sputo et unxit super
oculos meos. et dixit michi vade
ad natatoriam. et abii et lavi et vi
di. Ecce annunciator factus est gra
cie evangelizat confitetur videns /
cecus ille confitebatur et cor impiorum
infringebatur quia non habebant
in corde quod iam ille habebat in facie /
Dixerunt ei ubi est ille. Ait nescio
In hiis verbis animus illius adhuc
in uncto similis erat non dum vi
dens. Sic penitens fratres mei tam
quam etiam unctionem in animo
habuerit et predicat et nescit quem
predicat. Adducunt eum ad phariseos
qui cecus fuerat. Erat autem sab
batum quando lutum fecit Ihesus
et aperuit oculos eius. Iterum inter
rogabant pharisei quomodo vidisset. Ille
autem dixit eis. lutum posuit mihi
super oculos. et lavi et video. Dice

bant ergo ex phariseis quidam ex phariseis
non omnes sed quidam. Iam enim in
ungebantur quidam. Quid ergo
dicebant nec videntes nec inuncti /
Non est hic homo a deo qui sabba
tum non custodit. Ipse potius custo
diebat qui sine peccato erat. Sabba
tum enim spirituale hoc est non habere
peccatum. Denique fratres hic admonet
deus quando commendat sabbatum. Omne
opus servile non facietis. Iam su
periores lectiones interrogate quid
sit opus servile. et denuo audite
Omnis qui facit peccatum servus est
peccati. Sed et isti nec videntes et dixi
nec inuncti sabbatum carnaliter ob
servabant spiritualiter non observa
bant. Alii dicebant. quomodo potest ho
mo peccator est quomodo potest homo peccator hec
signa facere. Ecce sunt inuncti sed
scisma erat inter eos. Dies ille divi
sus erat inter lucem et tenebras.
Dicunt ergo ceco iterum. Tu quid
dicis de eo qui aperuit tibi oculos tuos.
Quid de illo quis quid estimas quid
iudicas. querebant quemadmodum
calumpniarentur et de sinagoga
pellerent. sed Christus inveniretur. Sed
ille constanter quod sentiebat expressit.
Dicit enim quia propheta est. Adhuc qui
dem inunctus in corde non dum fi
lium dei confitetur nec tamen men
titur. Ipse enim dominus de se ipso ait non
est propheta sine honore nisi in patria
sua. Non crediderunt ergo iudei de
illo quia cecus fuisset et vidisset do
nec vocassent parentes eius qui vi
derat .i. cecus erat et viderat. Et
interrogaverunt eos dicentes. Hic
est filius vester quem vos dicitis

quia cecus natus est. Quo modo nunc videt?
Responderunt ergo eis parentes eius et
dixerunt. Scimus quia hic est filius
noster. et quia cecus natus est. quo
autem modo nunc videat nescimus. Et dixerunt
ipsum interrogate. etatem habet. ipse
de se loquatur. Filius quidem noster
est. Sed iuste cogeremur loqui pro
infante. si ipse loqui pro se non posset.
Olim loquitur modo videt. cecum
a natiuitate nouimus loquentem olim
scimus. videntem modo videmus.
ipsum interrogate et instruamini. Quid
nobis calumpniamini. Hec dixerunt
parentes eius. quia timebant iudeos
Iam enim conspirauerant. ut si quis
eum confiteretur christum. extra sina
gogam fieret. Iam non erat ma
lum fieri extra sinagogam. Illi ex
pellebant. sed christus excipiebat. Propte
rea parentes eius dixerunt. quia eta
tem habet. ipsum interrogate. Voca
uit ergo rursum hominem qui fue
rat cecus et dixerunt ei. Da gloriam
deo. nega quod accepisti. hoc plane
non est gloriam deo dare. sed deum
potius blasphemare. Da inquiunt
gloriam deo. Nos scimus. quia hic
homo peccator est. Dixit ergo ille
Si peccator est. nescio. vnum scio. quia
cecus cum essem modo video. Dixerunt
ergo ei. Quid fecit tibi. quo aperuit
tibi oculos. Et ille iam stomachans
aduersus duriciam iudeorum et ex
ceco videns. non ferens cecus inde
eis. Dixi vobis iam et audistis. quid
iterum vultis audire. Numquid et
vos vultis discipuli eius fieri.
Quid est. numquid et vos vultis fieri
quia et ego iam sum. Numquid
et vos vultis iam video. sed no

iudeos. Maledixerunt ei et dixerunt
ei. tu discipulus eius sis. tale ma
ledictum super nos et super filios no
stros. Maledictum est enim si cor
discutias. non si verba perpendas.
Nos autem moysi discipuli sumus.
Nos scimus. quia moysi locutus
est deus. istum autem vnde sit
nescimus. Utinam sciretis. quia moy
si locutus est deus. sciretis quia
per moysen predicatus est deus. Habe
tis enim dominum dicentem. Si crederetis
moysi crederetis et michi. de me
enim ille scripsit. Ita ne sequimini seruum
et dorsum ponitis contra dominum.
Sed nec seruum sequimini. nam per illum
ad dominum duceremini. Respondit ille ho.
et dixit eis. In hoc mirabile est
quia vos nescitis. vnde sit et a
peruit oculos meos. Scimus autem
quia peccatores deus non exaudit.
sed si quis dei cultor est et volunta
tem eius facit. hunc exaudit. Ad
huc inunctus loquitur. Nam et
peccatores exaudit deus. Si enim pecca
tores non exaudiret. frustra ille pu
blicanus oculos in terram dimittens
et pectus suum percuciens diceret. Domine
propicius esto michi peccatori. et ista
confessio meruit iustificacionem. quo
iste cecus illuminacionem. A seculo non
est auditum. quia aperuit quis
oculos ceci nati. nisi esset hic a deo
non poterat facere quidquam.
libere constanter veraciter. Hec
enim que facta sunt a domino. a quo fierent
nisi a domino. aut quando a discipulis
talia fierent. nisi in eis dominus habita
ret. Responderunt et dixerunt ei. In pec
catis natus es totus. totus quid

est cum oculis clausis, sed qui aperuit
oculos, saluat et totum. Ipse dabit
ad dexteram resurrectionem qui in fa-
ciem dedit illuminationem. In peccatis na-
tus es et tu nos doces? Et eiece-
runt eum foras. Ipsi illum magistrum fece-
runt; ipsi ut discerent tociens in-
terrogauerunt; ingrati docentem pro-
iecerunt. Sed quid dixi tamen? Dum
foras illi pellunt, recepit Dominus. Magis
enim quia expulsus est Christianus fac-
tus est. Audiuit Ihesus quia eiecerunt
eum foras, et cum inuenisset eum dixit
ei: Tu credis in filium Dei? Modo lauat
faciem cordis. Respondit ille et dixit: Quis
est, Domine, ut credam in eum? Et dixit ei Ihesus: Et
vidisti eum, et qui loquitur tecum
ipse est. Unctus est ille, iste lauit fa-
ciem in Siloe quod interpretatur missus,
deinde lota facie cum cordis et nunc
sua conscientia agnoscens illum non
quod tantum quemdam tantum filium
hominis crediderat, sed iam filium
Dei qui carnem susceperat, ait: Cre-
do, Domine. Parum est credo; vis videre
qualem credit? Procidens adorauit
eum. Feria VI secundum Johannem V^to ca^o.
In illo tempore dixit Ihesus turbis Iudeorum:
Pater meus usque modo operatur et
ego operor, et reliqua. Omelia Remigii.
Hec sancti euangelii lectio superioribus adhe-
ret, ubi sanctus euangelista refert
quo Dominus hominem triginta et octo
annis paralisi laborantem sanauit,
et ei sanato precepit ut tolleret
lectum suum et ambularet. Erat vero ut
dicit sabbatum in illo die quo
Dominus hoc miraculum fecit. Videntes
ergo pharisei et perfidi hominem
sabbato lectum suum portantem cepe-
runt inuidentes tunc Christi potencie
hominem a sibi iniuncta opera licet
insultantium illa salutifera prohibere. Sed
ille verba eorum contempnens, salua-
toris sui mandatis obediens, tulit
in quo iacuerat lectum et ambulauit.
Propterea autem persequebantur Ihesum
quia hec faciebat in sabbato. Ihesus
autem videt eos dicens quod modo
lectum est: Pater meus usque modo
operatur et ego operor. Propterea persequebantur
Ihesum ergo Iudei quasi contra diuinam
auctoritatem et legis institutionem faceret,
quia Deus perfecta mundi creatione
sex diebus in septimo requieuit, et po-
pulum Iudeorum sex diebus operari et
septimo vacare precepit. Non enim in-
telligebant quia carnalia legis de-
creta paulatim erant spirituali obser-
uatione Christo aperiente mutanda, qui est
finis legis ad iustitiam omni credenti.
Sed neque illud aduertebant quia Deus
non a gubernatione sed a substitutione
rerum quas condiderat die septimo
requieuit, sed a nouarum creatione
cessauit. Ad hec intelligenda volens
Dominus sustollere ait illis: Pater meus
usque modo operatur et ego operor. Ac
si diceret: non sicut putatis pater
meus sex tantum primis diebus opera-
tus est, verum usque modo operatur, non
noua quoque condendo, sed que in princi-
pio creauerat propagando. Et ego us-
que modo cum patre operor cuncta dispo-
nens, cuncta gubernans et cumu-
lans. Quid ergo mihi inuidetis? Cur
ita mihi detrahitis quod in sabbato
salutem hominis operatus sum, qui in
natura diuinitatis cum Deo patre
cottidie humanum genus et totum
mundi machinam, postremo omnia.

visibilia et invisibilia quietus in me
metipso temporalia movens. Sed illi invidia
et malicia eorum cecati tanti mysterii
profunditatem capere non valebant. atque
ideo eius verba non intelligebant.
eum comprehendere et necare volebant.
Unde sequitur. Propterea magis quere-
bant eum interficere quia non solum
sabbatum solvebat sed et patrem suum
dicebat deum. equalem se faciens
deo. Hac de causa maxime indignabantur
iudei. quia aliquem tantum purum ho-
minem esse putabant. verum dei filium
se credi nolebant. nec adoptivum
ut ceteros sanctos per gratiam. sed equa-
lem per omnia patri secundum divinitatis
potentiam et eternitatem. Ille quidem
hec de se volebat sentire quod veritatis
erat. sed illi putabant eum velle se
facere quod non erat. Merito quidem
moverentur et insurgerent si aliquis
tantum homo equalem se auderet dicere
deo. Christo autem qui sic ~~esset ho~~
erat homo ut verus esset et deus.
inmerito indignabantur quia car-
nem aspicientes deum in ea latentem
non agnoscebant. Ergo Christus equalem
se faciebat deo patri. non secundum assump-
tam formam servi. sed secundum for-
mam dei. non pro eo quod verbum caro
factum est et habitavit in nobis.
sed pro eo quod in principio erat verbum. et ver-
bum erat apud deum. et deus erat
verbum. Respondit itaque Iesus et dixit
eis. Non potest filius a se facere
quicquam nisi quod viderit patrem
facientem. Apud homines solent filii
patres operantes intueri. et sic pro-
cessu temporis. eadem facere que pa-
tres eorum viderint facientes.
Non ita de deo patre et filio intel-

ligendum est. Neque enim alia operatur
pater. que videns filius ad eorum
similitudinem alia rursus operatur.
sed ipsa que operatur pater. operatur et
filius. Unde sequitur. Quecumque enim
ille fecerit hec et filius similiter fa-
cit. Non enim cum pater fecerit alia
filius similiter facit. sed quecumque
ille fecerit hec ipsa similiter et filius
facit. per filium enim facit quecumque opera-
tur pater. Atque ideo non alia facit
pater alia filius. Sed eadem sunt opera
patris et filii. Quia enim una est
patris filiique substancia. una quoque
est operatio unius voluntatis. eadem
potestas. Admoneamus ergo nos ab
omni carneo intuitu. non enim ita acci-
pienda sunt hec verba. quibus dicitur.
Non potest filius a se quicquam facere
nisi quod viderit patrem facientem.
tamquam alius ostendens. alius vi-
dens. quia deus non corporali modo
videt. sed visus eius in virtute sua.
Idem enim est videre quod esse videre.
ergo filio est opera patris equaliter sicut
cum patre operari. Pater diligit filium
et omnia monstrat ei que ipse facit. Deus
pater diligit filium suum sicut unigeni-
tum coeternum et consubstantialem sibi. et
omnia demonstrat ei que ipse facit. hoc est
omnia que ipse operatur per filium facit.
Demonstrare enim filio patrem nichil aliud
est quam facere cuncta per filium. Sed
adhuc. Et maiora his demonstrabit
ei ut vos miremini. Que autem es-
sent opera illa maiora que homines
mirarentur apparuit cum subiungit.
Sicut pater suscitat mortuos et vi-
vificat. sic et filius quos vult vi-
vificat. Demonstraverat quippe Christus pa-

linum triginta octo annorum verbo/
Sed adhuc dicit sibi patrem maio
ra et magis ad miranda monstraturum
utique resuscitationem mortuorum. maius
ergo opus est mortuos suscitare quam
languidos curare/ Sicut ergo in
quit pater suscitat mortuos et vi
vificat. sic et filius quos vult vi
vificat. Non tamen alios suscitat
pater/ alios filius/ sed ipsos suscitat
pater/ quos et filius/ quia non alia/
nec aliter facit pater/ quam filius/
sed ipsa facit similiter filius/ que et
pater/ Et ad hoc insinuandum ait/
dicit et filius quos vult vivificat.
Per hoc enim apte indicat/ quia ea vult
filius que vult pater/ sed sicut ea
potest filius que potest pater/ Hec autem
sunt opera maiora/ que pater filio ostensurus
est .i. resuscitationem omnium mortuorum/
quam per filium deus in novissimo die
facturus est/ ad quod pertinet quod
sequitur/ Pater non iudicat quem
quam. sed omne iudicium dedit filio
ut omnes honorificent filium sicut
honorificant patrem/ Nam alio loco
dictum est/ in iudicio solius filii qui
manifestam sententiam/ Pater ergo
non iudicat quemquam/ quia eius
persona in iudicio non videbitur/ sed
solus filius ubi apparebit/ in ea forma
servi/ in qua iudicatus est iniuste/
Et ut iudicet vivos et mortuos
iuste/ et hoc quare/ ut omnes ho
norificent filium sicut honorificant
patrem/ Sicut enim unum sunt pater et
filius/ ita uno modo sunt honorandi/ Quod
autem est honorare patrem/ nisi cre
dere. quia genuit filium equalem
sibi/ Qui ita honorat patrem/ hono
rat et filium/ qui credit patri si

malem et consempiternum/ At qui cre
dit filium minorem patre inhonorat
filium/ Sed qui non honorificat fi
lium non honorificat patrem. Hoc
faciunt arriani qui dicunt/ deum
minorem sibi filium genuisse/ quibus
respondendum est/ quia si deus pater equa
lem sibi filium non genuit/ aut no
luit aut non potuit/ Si non potuit/
potestate defecit/ at si potuit/ porro/
sed noluit/ quod dictum nephas est
invidit/ Hec ita sencientes/ quis non
videat eos a deo patri contumeliam
facere in iniuria filii/ ubi enim non co
lunt patris honorem/ ubi fatentur
filium minorem patre/ ergo honorificet
filium/ si volunt honorificare patrem/
hoc est equalia senciant de patre et
filio/ Amen amen dico vobis. quia
qui verbum meum audit. et credit
ei qui me misit. habet vitam eternam.
et in iudicium non veniet. sed tran
siet. de morte ad vitam/ Notanda sunt
diligentissime verba domini/ que divina
sunt/ et plena misteriis/ ait enim/ Qui
verbum meum audit/ et non dixit
credit michi/ sed credit ei/ qui mi
sit me/ ut ostenderet verbum patris
esse in se/ immo se esse verbum patris/
Et quod dixit/ Qui verbum meum au
dit/ et non tale est/ ac si diceret/ qui
in me credit/ Audire enim est eius
verbum credere in eum/ Qui ergo au
diens verbum filii/ credit patri/ per
hoc credit et filio. qui est verbum
patris/ et habet vitam eternam/
hoc est cognoscat deum patrem/ et
filium unum esse deum/ unam vitam/
unam divinitatem/ unam insuper dei
tatem/ vita enim eterna est cognoscere.

deum | quia sicut alibi ipse dicit | hec
est vita eterna ut cognoscant te
solum et verum deum | et quem mi-
sisti ihesum christum | et in iudicium non
veniet | subaudiendo dampnacionis |
venient enim sancti et fideles in iudi-
cium non ut dampnentur sed ut illa
desiderabili atque exoptanda letificen-
tur | qua dicitur venite benedicti
patris mei percipite regnum | unde
ad hoc subditur | sed transiet a
morte in vitam | hoc enim melius de re-
surrectione | que nunc agitur animarum
accipitur | omnes enim homines in
morte sumus infidelitatis | sed cre-
dentes transimus ad vitam fidei | e-
ramus in morte iniquitatis | sed per
christum fecimus transitum ad vitam iu-
sticie. Qui ergo hic istius resur-
rectionis est particeps | ille feliciter
in illa ultima transiet a morte in
vitam | a corrupcione ad incorrupcionem
de qua prima resurrectione | beatus Io-
hannes dicit | beatus et sanctus qui
habet partem in prima resurreccione | quam
dominus plenius ac lucidius nobis
aperiens dicit | Amen amen dico vobis
quia venit hora et nunc est | quando
mortui audient vocem filii dei et
qui audierint vivent | hanc horam
resurreccionis prime in presenti seculo
esse et non omnes esse sed tantum prope |
Mortui enim vocem filii dei audiunt |
quando predicatur redempcionis in-
carnacio | et audientes credunt
enim | propria salute servi formam
suscepisse | ipsum tamen in forma dei e-
qualem deo patri mansisse | Qui-
cumque sic audierunt .i. qui atque
sic crediderunt | vivent in fide

filii dei | Sicut enim pater habet vitam
in semet ipso quia ipse est vita et
ipse genuit filium vitam. Quod ergo
dicit sic dedit et filio habere vitam
in semet ipso tale est ac si dicat ge-
nuit filium vitam habentem in semet
ipso | dedisse enim filio vitam habere
genuisse est filium qui sicut pater
et ipse in semet ipso habet vitam | Et dedit
ei potestatem et iudicium facere quia
filius hominis est. hanc potestatem fa-
ciendi iudicium secundum humanitatem acce-
pit quam semper secundum divinitatem cum
patre habuit | quod aptissime ostendit |
quia cum dixisset potestatem dedit
ei iudicium facere addidit quia fi-
lius hominis est. Nam quia filius
dei est non hanc accepit sed ab e-
terno possedit | filius hominis potestatem
iudicandi accepit | ut in iudicio vide-
atur ab omnibus malis et bonis iu-
stis et iniustis | Nam pro eo quod filius
dei est non nisi sanctis et electis
post iudicium apparebit | secundum quod dilec-
toribus suis se manifestando promittit
dicens | Ego diligam eum et mani-
festabo ei me ipsum | Nolite mirari |
hoc fortassis mirum videbatur audi-
entibus quod dicebat sibi datam iudi-
candi potestatem | quia filius hominis
est | cum magis conveniat ut diceret
eum etiam potestatem accepisse |
quia dei filius est ergo hoc est
quod dicit | Nolite mirari hoc | si secundum
formam servi accepi a patre hanc
potestatem | quia oportet ut iudicem
me omnium videant et mortuorum
non solum hii qui de morte mea con-
tristati sunt | sed et illi qui me nunc
iudicabant | Nam quod dei filius

sunt qui non credunt. procul dubio iniquam me in forma dei qua patri equalis sum videbunt. ~~Nolite mirari quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem filii dei et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vite qui vero mala gesserunt in resurrectionem iudicii.~~ Ad hoc ergo oportebit eum accipere etiam iudicandi potestatem secundum quod est filius hominis. Quia venit hora, ultimum videlicet seculi tempus, quando omnes qui in monumentis sunt audient vocem filii dei. Vocem dicit preceptum et missionem filii dei ad quam per angelicum ministerium mortui omnes de sepulchris resurgent, quia ut apostolus ait: In iussu et in voce archangeli et in tuba dei omnes mortui sunt excitandi. Denique legitur in libro Effrem quod archangelus dei iussu omnes archangelos mortuos hac voce sit excitaturus: O vos omnes mortui qui iacetis in sepulchris, surgite et occurrite salvatori vestro. Ad hanc vocem missionis dei surgent omnes, sed alii ad vitam eternam, alii ad supplicium eternum. Omnes ergo tam electi quam reprobi, tam salvandi quam dampnandi, filium hominis sunt visuri, quem deus pater iudicem omnium hominum voluit constituere. Duas quoque resurrectiones in hac lectione dominus nobis demonstrat, unam animarum, alteram corporum. Est enim animarum resurrectio que tantum est electorum, qua a peccatis ad virtutes resurgunt, de qua supra dictum est: quia venit hora et nunc est quando mortui audient vocem filii dei, et qui audierint vivent. Altera corporum resurrectio in fine mundi implenda est, de qua

nunc dicit: Veniet hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem filii dei. Qui ergo in prima que animarum est resurgunt ad vitam, in secunda que corporum est resurgent ad gloriam. Utramque tamen unus idemque operatur. Preterea qui hic resurgit in eo, ibi resurget per eum. Sine distinctione valde necessaria est inter hoc quod supra dictum est: Venit hora et nunc est quando mortui audient vocem filii dei, et hoc quod nunc dicitur: Veniet hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem filii dei. Ibi enim audiet vocem filii dei obediendo preceptis filii dei et resurgent de vitiis ad iustitiam. Hic vero audient vocem filii dei resurgendo per missionem filii dei, ut quod dictum est angelico implebitur ministerio. Cum hec itaque sint, nullus nobis ignavie excusationis relinquitur locus. Quis enim ignorat novissimam esse seculi horam, et iam imminere diem iudicii. Ecce transit omne quod temporaliter agimus, dum cottidie momentis singulis ad illa que finem nesciunt properamus. Nam et si nemo novit quando dies iudicii venturus sit, cottidie tamen singulis cum de corpore subtrahitur mundus iste finitur. Cum enim miseri rebus caducis et terrenis intendimus, mansura et celestia contempnimus. Mors cum improviso quasi fur in nocte veniens animam nescientem et improvidam aufert, sicque rapimur imparati ad iudicium nichil nobiscum deferentes bonorum operum. Sed interim cum iudex singulorum facta considerans sustinet ac peccata propter gratiam dissimulat, nolens utique invenire quem puniat, nos tanta eius bonitate et longanimitate abutentes adeo tamen secum vivimus

tamquam mala nostra et iniquita-
tes non videat, aut visa negligat,
aut misericorditer ignoscat. Dum ergo
spacium habemus, dum licet, dum
possimus, dum districti iudicis fu-
rorem in confessione ac digna penitentia
preveniamus, transacta semper lamentis
continuis diluamus, nec iterum alia
deflenda admittamus, quatenus ultima
illa sentencia non cum impiis
dampnemur, sed cum electis ac sanctis
eius in inaccessibili gloria coronemur.
Feria vi. post Ioh. [illegible]. Erat **feria vi. secundum Joh. xi. capitulo.**
quidam languens Lazarus a Betha-
nia de castello Marie et Marthe
sororum eius. et cetera. **Omelia Remigii.**
Remigius Inter omnia miracula que dei filius fe-
cit ut suam panderet divinitatem, operatum
est supereminet hoc, et quasi quendam
obtinet principatum, quod circa Lazarum
fecit. Et quidem singula eius opera
admiratione digna sunt. Quis enim ve-
nerabiliter non admiretur quod clau-
di rectis gressibus incesserint, quod mu-
tis linguarum claustra soluta sunt, quod
cecorum clausa lumina tactu sacre
manus eius reserata sunt. Quis hec
et plura alia considerans non di-
vinam potentiam stupens ammiretur?
Sed hec omnia parva ad ingentem eius
maiestatem videbantur, nisi amicus
eius Lazarus moreretur. Quem ideo
mori permisit, ut eum novo et sin-
gularis admirando ordine resuscitando
se se vite mortisque dominum esse decla-
raret. Accedit etiam ad singula-
rem miraculi huius dignitatem
speciale meritum dignissimum a deo
dilectissimo descriptum. Nullus quippe
alius evangelista hoc descripsit, sed
soli dilecto domini Iohanni reservatum
est. Quia nimirum res tam divina

et tam egregia nullum alium quam
electum a domino virginem habere
debuit relatorem. Textum autem
huius lectionis ex maiori parte sui per se
clara est, et per singula expositione
non eget, magis capitulatim quam
verbatim exponendum suscepimus,
ut ad ea que magis necessaria sunt ve-
niamus. Denique supra legitur quod cum
esset Ihesus in templo et in porticu quidem
Salomonis deambularet, non feren-
tes Iudei verba divinitatis eius sus-
tulerunt lapides ut lapidarent
eum. Dominus vero inter manus se lapi-
dare volencium illesus exivit de
templo et abiit transiordanem ubi
fuerat Iohannes baptisans. Cum ergo
ibi esset, infirmabatur Lazarus
in Bethania, quod videlicet castellum
Marie et Marthe proximum Ihierusalem
erat. Maria autem erat que unxit
dominum unguento, et extersit
capillis suis pedes eius, quos du-
dum lacrimis rigabat. Quia tunc
temporis plures erant hoc nomine, Ihesus
nobis ex devota dilectionis atque
imitanda ostenditur actione.
Ipsa enim est Maria que quondam,
ut idem evangelista superius narrat, pecca-
tricem, peccatrix, que veniens pe-
des domini unguento perunxit, ac ce-
tera que ibidem commemorat, pietatis
ac dilectionis opera Christo in domo
Pharisei discumbente exhibuit, sicut
multorum criminum veniam a domino pro-
meruit. Miserunt ergo ad eum quo
erat transiordanem nunciantes quod
frater earum infirmabatur, ut tum eum
quam frater sustinuerit istius dolo-
ris liberaret ab egritudine. Sed
videamus quid nunciantes dixerint:
Domine, ecce quem amas infirmatur.

non dixerunt veni / ut languentem
sanes / non certe ause sunt dicere / Suf-
ficiebat illis si tantum nosset quod
infirmaretur / Sciebant enim quod
non desereret quem amabat / Ecce
inquiunt quem amas infirmatur.
Tamquam dicerent / Satis est ut
hoc domine noveris / nec opus est
ut ad nos veniendo fatigeris / ibi
stare et hic fiet quod miserendu-
Audiens autem Jesus dixit eis / Infirmitas
hec non est ad mortem / sed pro gloria
dei ut glorificetur filius dei per eam.
Quare dominus dicit non est ad mor-
tem / cum lazarus mortuus sit
moriturus / Noverat et hoc deus
et ut sic fieret ipse voluerat / sed
post mortem eum resuscitare de-
crevit / Quid ergo repetit / infir-
mitas hec non est ad mortem / ta-
le est ac si dicatur / mors hec non
est ad mortem / non morietur ut
sicut ceteri ~~mortuum homines~~
mortui homines in morte teneatur /
sed ut mirabili pro gloria dei resus-
citatur / filius dei per eam sibi audi-
entium glorificetur / hec autem
dei glorificatio / non ipsum auxit / qui
summe perfectus est / et proficere non
novit / sed nobis proficit / quia per
hoc tantum miraculum / in eum credentes / et eternam anime morte
evademus / Sed videamus dilige-
tius quid dixit / ait enim pro gloria dei
deinde adiunxit ut glorificetur
filius dei per eam. Ergo filius dei
deus / Hoc contra hereticos qui
dixerunt christum non esse natura deum /
sed gratia / Unde quidam eorum dixit
non invideo christo facto deo / hoc
et ego fieri possum si volo. Dili-
gebat autem Jesus martham et sororem
et sororem eius mariam et la-
zarum / ille languebat / ille dole-
bant / sed spem maximam habebat /
qui diligebatur ab eo / qui et do-
lentium est consolator / et langue-
ntium sanator / insuper etiam mor-
tuorum suscitator / Ut autem audi-
vit quia infirmatur / tunc quidem
mansit in eodem loco duobus diebus
noluit autem dominus venire / di-
stulit sanare / quo mira-
bilius posset resuscitare / mansit
ergo illic donec quatriduanum
impleretur / Deinde dicit discipulis
suis / Eamus in iudeam iterum.
Territi sunt discipuli eius quod audiebant
eum iterum velle venire in iudeam /
noverant enim conspirationem iudeorum
nequissimam et in mortem christi / et
dixerunt ei / Rabi nunc querebant
te iudei lapidare / et iterum vadis
illuc. Respondit eis / [illegible] quam
rabiem timere / non potuit /
Nonne duodecim / sunt hore
diei / Si quis / ambulaverit in die
non offendit / quia lucem huius
mundi videt / Si autem ambula-
verit in / nocte offendit / quia
lux non / est in eo. Audierunt
stulti discipuli dominum in iudeam vel-
le redire / et formidantes ne eos
magister cum eis a iudeis comprehenderetur /
quasi consilium ei dare sciebat /
ut eum ab incepto revocarent /
non adhuc perfecte intelligebant
dispensationem propter quam venerit /
ad hoc enim deus hominem induerat /
ut pro salute hominis moreretur / sic
et beatus petrus cum audisset do-
minum de sua passione loquentem /
quasi revocare eum volens / ait
absit a te domine / non morieris /

cum enim apostoli domino consulere | et
quodam modo consilium dare vel
lent | revocavit eos dicens | Nonne
xii sunt hore diei. ac si diceret
vos qui hore estis diei | quare consilium
dare vultis | hore diem sequuntur
die monente pergunt. | Sed for
te dicat aliquis | Iudas unus ex
duodecim erat | numquid et iste
hora diei erat | qui ipsam diem
ad mortem tradebat | Sed qui
hoc dominus dicebat | non ipsum iudam
attendebat | sed mathiam in locum
illius pelligerat | denique inde in locum
sibi debitum abeunte electus est.
mathias apostolus | et sic perfectus nu
sit apostolis numerus | Christus ergo est dies |
et qui in hac die ambulant erra
re non poterunt | Ille enim adherent quod
dixit | ego sum lux mundi | qui sequitur
me non ambulat in tenebris | sed
habebit lumen vite. | Nam qui sine
hac luce est errare potest | ambulare
non potest. Hec ait. | Et post
hec dixit. lazarus amicus noster
dormit. sed vado ut a sompno
exsuscitem illum. | Mortuus quidem
erat | sed Christo vivebat |
Nullus quippe tam facilitate
aliquem potest excitare a sompno |
quanta Christus lazarum resuscitare
volebat e tumulo | Denique et omnes
defuncti | si potentiam dei consideres
a quo novissimo sunt resuscitandi dormientes
possunt vocari | iuxta quod apostolus
dicit | Nolo vos ignorare fratres de
dormientibus | Et alibi Omnes quidem
resurgemus | sed non omnes immuta
bimur | Dixerunt ergo discipuli eius. Si dor
mit salvus erit. Sicut verba domini
intellexerunt sic rideruit | Si dormit
inquiunt salvus erit. Solet enim
sompnus in egrotante iuvene salu
tis signum existere | Et dominus quidem
dixerat de morte eius. illi autem
putaverunt. quia de dormitione sompni
diceret. Tunc ergo dixit eis ihesus ma
nifeste. lazarus mortuus est. et
gaudeo propter vos ut credatis. quia
non eram ibi. lazarus languens in
mortuus fuerat nunciatus | sed quid
latere posset eum | cuius oculis nuda
et aperta sunt omnia | Quo ignoraret
mortem lazari | qui ipsum lazarum creavit |
gaudebat ergo propter discipulos
| qui mirabantur eum sic nosse cuncta
| per hoc verum dei filium certius ac
manifestius eum esse credebant |
licet enim iam crederent | tamen tres in
tellonum erat fides | que adhuc proficeret
que miraculis edificata cresceret |
sed eamus ad eum | Dicit ergo thomas
qui dicitur didimus ad condiscipulos
suos | et nos et moriamur cum eo.
Venit itaque ihesus. et invenit eum quatuor
dies iam in monumento habentem. ad
hoc ergo ante venire distulerat | ut
illud quadriduum impleretur | et glo
riosius resuscitaretur. | Sed quo ea
que sunt ad litteram factis possunt in
telligi | ad indagandum misterium acce
damus | Significatur ergo per hunc
lazarum | peccator aliquis | qui iam non
solum peccavit | verum etiam in pecca
ti consuetudinem recepit | Sed forsitan
se aliquis tacitus dicat. | Quo lazarus
typum peccatoris gerebat | quem Christus
sic amabat | Sed solent aliquando
significationes rerum e contrario acci
pi | denique david rex propheta | adulterium
in bersabee uxore urie commisit |
et ipsum fidelem et innoxium militem
suum | gladio filiorum amon | interfe
cit | in quo facto | si respicias historiam |

quis dubitet viduam innocenter occa
sum / merito iustitie et innocentie /
david adulterio et homicidio perfec-
tus / Sed si archanum interroges mi
sterium / per viduam viduam / per david eciam
ipse intelligitur christus / verum cum
hoc sit / Non id circo merita dispar
parum despiciantur / Et saepe videmus
nomen duarum retinuit / Lazarus vel a
lio quolibet peccatorum colore depicta
descriptum / non tamen christi presenti
dissimilium / accinctum depictum / ergo
per lazarum ut prius primum peccator / ali
quis figuratur / amabatur a christo /
quia christus pro sola peccatorum salute ho-
nasci dignatus est in mundo / ipse enim
dixit / Non veni vocare iustos / sed
peccatores / Deinde queritur / quid nobis
per quatuor dies quibus in sepulcro
mortuus iacebat innuatur / Omnis
homo mortuus / nascitur originali
peccato / hinc apostolus dicit / Quia per unum
hominem peccatum intravit in mundum et per
peccatum mors / Hec est prima dies mor-
tis / quam dedit origo propaginis de
inde crescendo adolescens homo /
venit ad annos rationis capaces in
quibus incipit in se iam habere naturalem
legem / quamque sibi fieri nolit dictat
ut aliis non faciat / Sed et hanc
transgrediuntur / Et qui sibi furtum
nolunt aliis faciunt / Ecce altera
dies mortis / accessit ad hoc data
lex per moysen / in qua precipitur non
occidendum / non mechandum / non fur-
tum faciendum / patrem et matrem
honorandum / Sed cum hec contempni
tur / quasi tercia mortis dies adicitur
post hec omnia venit ipse christus / verus
deus / et homo in mundum attulit evangelium /
predicavit regnum celorum / malefactoribus
minatus est gehennam / bene viventibus

vitam promisit eternam / Cuius pluri
carum eius mandata contempnuntur / tante per
missionis gloria paruipenditur / Et hinc
quarta dies non inmerito quarta di
es mortis accessisse dicitur / possunt
et aliter hi quatuor dies exponi /
Diximus namque per lazarum peccatorem
designari / quia mala peccandi consuetu
dine et desperatione sepultus est /
ad consuetudinem vero peccati quarto
quodam progressu pervenitur / primo nõ
enim titillacio in corde / secundo consensus /
tercio factum / quarto consuetudo ho
minem ad mortem pertrahit / Sunt
tamen qui cum illicita cogitatione
pulsantur / ita enim a corde repellunt /
ut penitus nulla mala delectatione
moveantur / quosdam delectat quidem /
quod illicite aliquando cogitant / sed tamen
adeo non alliciuntur / ut consentiant /
ad delectationem vero plerumque accidit
consensus / et fit in opus eruptio /
iamque factum in consuetudinem vertitur /
hinc vero quasi mortis quodam imple
to quadriduo vite presentis oritur fue
tuosa desperacio / ut dicat iam fetet
quatriduanus enim est. Martha ergo
ut cognovit quia ihesus venit occurrit
illi. Maria autem domi sedebat.
Dixit ergo martha ad ihesum. Domine si
fuisses hic. frater meus non fuisset
mortuus. Sed et nunc scio. quia que
cumque poposceris a deo dabit tibi deus
tamquam diceret. Certa quidem sum
quia potes / quia potentiam habes /
et quodcumque vis facies / non ergo
presumo petere ut facias / quia nes
cio si velis. Dicit illi ihesus. Resurget
frater tuus. Dicit ei martha. Scio quia
resurget in resurrectione in novis
simo die. Dubitans quidem in presenti resur
rectionem fratris premittebat / sed

martha enim de futuro dixisse / que
omnium hominum est confirmabat / viderat
certe crebro dominum mortuos suscitas-
se / sed hoc tantum erat / quantum nec
ipsa fides capax est optare / verum quia
resurrectione secura erat / dubitat atque
incerta manebat / Dicit ei ihesus Ego
sum resurrectio et vita etc. Si diceret
quare dubitas fratrem tuum nunc posse
resurgere / cum ego sum resurrectio
et vita / quippe et per eum resurgimus
a peccatis / ut vivamus iusticie / Qui cre-
dit in me etiam si mortuus fuerit
vivet. hoc est quod si mortuus fuerit
carne vivet spiritu / quia non est deus
mortuorum sed vivorum / de morte et
loquitur corporis / Qui in talem enim in xpm
credit / sum quod credit vivit / etiam
si carne moriatur universale cunctorum
hominum persolvendo debitum / vivit tamen in
anima xpo qui vita est anime inherendo /
Et omnis inquit qui vivit / sub au-
dis in carne / et credit in me / et si
mortuus fuerit ad tempus corpore non mo-
rietur in eternum propter vitam spiritus et in-
mortalitatem resurrectionis et clarita-
tis / Credis hoc. Sciebat enim hoc
quem nichil latere potest quod crederet
sed confessionem que ore fit ad salu-
tem quamque salvaretur querebat /
Cum autem credit eum filium dei
credit etiam vitam / et resurrectionem /
quod qui in eum crederet in eternum
non moreretur / Nam supra dominus / utrum
hoc crederet interrogavit / Et cum
hec dixisset / abiit et vocavit ma-
riam sororem suam silentio
dicens magister adest et vocat
te. Illa autem ut audivit surrexit
cito et venit ad eum et cetera usque
vadit ad monumentum ut ploret

ibi putantes iudei / qui ad illam
consolandam venerant / quod ad fratris
tumulum festinaret / lacrimis sola-
cium quesitura / et dolori suo fleti-
bus satisfactura / secuti sunt eam divina
id agente providencia / ut plures ad
tam preclarum miraculum / quadriduani
mortui resurgentis cernerent / sicque
in xpm crederent / Maria ergo cum
venisset ubi erat dominus videns eum
cecidit ad pedes eius dicens. domine si
fuisses hic. non fuisset mortuus fra-
ter meus. etc. ac si querulum diceret. Dum
nobiscum presens fuisti / non morbus
non infirmitas aliqua nobis conti-
git. quippe apud quas vitam hos-
pitari contingit / at ubi abscessisti
sors tristis et invida affuit / que
fratrem nostrum / te adhuc posito in seculo
nimis acerbo fine rapuit / quod
si tu [illegible] affuisses amicus tuus
la[illegible]zarus nequaquam mori
potuisset / quod confessionis divine po-
tencie / testimonium prohibuit / quam
erga se per maximam in tantum te-
nuit relaxatione perseverit / Ihesus
ergo ut vidit eam plorantem et
iudeos qui venerant cum ea plo-
rantes infremuit spiritu et turbavit
se ipsum. et dixit ubi posuistis eum.
O fremitus pietatis / o turbacio
turbatorum / o consolacio desola-
torum / sublatura mesticiam / et etiam
prerogatura leticiam / Turbavit
ergo se dominus potestate / quia a nullo
alio perturbatur / qui in summa sede di-
vinitatis permanet tranquillitate / tur-
batus est / quia ipse voluit / sicut
et mortuus est / cum volens mor-
tem ad se venire permisit / Sed magis

nobis aliquid in hac sua innuit
turbatione. Quartum super lazarum
quatriduanum peccatorem significari
desperantem et longa peccati consue
tudine, quasi mole sepulcri depres
sum, ac mala operatione fetentem et
tabidum. Resuscitaturus enim Christus
fremuit et turbavit se, ut oste
deret eum qui talis est perturbari et
ingemiscere atque intimo cordis mu
gitu fremere debere, que fecit
attende sit scrum agere. Quid
michi misero contingit. dimissa
erant michi in baptismo omnia pec
cata, sed ecce post sancte salutis
lavacrum peius sordidatus sum,
post medicinam gravius recidi,
peccavi graviter, nec unquam
peccatis meis terminum ponere vo
lui, semper ergo dei clementiam ad
penitentiam me vocantem ac primo pec
catorem dissimulantem non solum
ad iracundiam provocavi, verum etiam
michi in nullo tantis criminibus ac
delictorum vocibus peccatorum pro no
cituram consuetudinem. Hinc etenim
patrata divine pietatis expectatione
in novo semper scelerum me non timi
dum aggravavi dolore. Qui hec et
hiis similia peccator sum. secum pla
git et lamentatur, iam in eo Christus
fremit et turbatur. Ad hoc enim
Christus fremuit ut doceret peccatorem
fremere, et peccata sua accusare de
bere, si vult ad vitam resurgere.
Ubi imposuistis eum. Nunquid
ignorabat ubi positus esset quem
resuscitare voluisset, sed interro
gat ut ostendat, ea solum se
cognoscere que iusta et sancta
sunt, peccatorem vero ignorat. Que

reprobat. Unde ait post peccatum dicit.
Ubi es. Et reprobis in iudicio dominus
dicturus est: nescio vos unde estis.
Quid est enim dicere nescio vos, in
in luce iusticie vos non recognosco.
Dicunt ei domine veni et vide. Hoc
est miserere, videre namque eius mi
sereri est. Et lacrimatus est Ihesus.
Et lacrimatus est, quia fons pietatis
erat. Sed ille lacrime incomparabile
gaudium erant parituri. Hunc
pulvere sedulis lacrimis impleverunt
amicum, maiore deum replebat ex
parte humanitatis, quem resuscitare
poterat per potentiam divinitatis. Lac
rimatus est etiam dominus ex eadem
causa, qua superius fremuit, et tur
batus est ut peccatores doceret fle
tibus et lacrimis indigere de pro suis.
Dixerunt ergo iudei: ecce quomodo ama
bat eum. Quidam autem ex ipsis
dixerunt: non poterat hic qui aperuit
oculos ceci facere ut et hic non mo
reretur. Poterat hoc dominus, sed per
misit ut moreretur, quo maiori
miraculo suscitaret. Ihesus autem
iterum fremens in semet ipso venit
ad monumentum. Erat autem spe
lunca et lapis superpositus erat ei.
Per lapidem quo mortuus premebatur
lex data per moysen figuratur, quia
peccator reus condempnatur. Et be
ne lex per lapidem accipitur, quia
in lapideis tabulis scripta perhibetur.
Mortuus ergo sub lapide reus est
sub lege. Nam qui bene vivunt sub
lege non sunt, quia iusto non est lex
posita, sed iniustis et peccatoribus. Hunc
lapidem dominus removere iussit, cum
sancti evangelii gratiam per toti mundo pre-

predicam voluit. Dicit ei martha
soror eius qui mortuus fuerat do-
mine iam fetet quatriduanus enim est.
Iam quasi desperabat. potius quam time
bat remota lapidis mole fetorem
excitari quam fratrem posse resuscita
ri. Dicit ei ihesus. Nonne dixi tibi quia
si credideris videbis gloriam dei. cum
videlicet resuscitaverit quatriduanum.
Sed et cum et desperatus aliquis a
sepulcro peccatorum eripitur dei potentia
cia abundantibus predicatur. quia ubi
habundavit iniquitas superhabunda
vit et gratia. Tulerunt ergo lapidem
ihesus autem elevatis sursum oculis
dixit. pater gratias ago tibi quoniam au
disti me. ego autem sciebam quia
semper me audis. sed propter populum qui
circumstat dixi. ut credant quia
tu me misisti. Quibus verbis quid
aliud quam gloriam dei patris in hoc
sicut in aliis suis operibus requirebat.
Nam quia per humanitatem minor erat
ab illo lazari resuscitationem aperte ex
petebat. utique ideo se exauditum
ab eo dicebat. et ihesus propter circumstan
tem turbam et vel sic crederent eum
dei filium ut ab eo missum quem
pater caro filium complectebat affectu.
Iam inferi turbantur. iam sub pedi
bus domini reseratis patebat infer
nus. omnes mortui expectabant
nomine vocari. Clamavit ergo
dominus voce magna dicens. lazare ve
ni foras. uno nominatim vocato ce
teri intercepti sunt. Sed quanta ex
clamatione in hunc mortuum quadri
duani resuscitatione facta esse di
citur. fremuit dominus turbatus
est. voce magna clamavit. qui v(ero)
et difficile et cum labore a peccati mor
te resurgit. quem moles male con
suetudinis premit. Et prodiit ligatus
manus et pedes institis id est fasciis.
Potuit quidem deus solvere mortuum
quem voluit resuscitare sed noluit
sacerdoti gratia sacramenti ad maiestatem
magnam enim vocem domini surgit mor
tuus quando magna dei gratia resipis
cit peccator. prodit de monumento quando
confitetur peccata sua sed tamen adhuc
ligatus ad huc reus nec suis viribus
absolui potest. Precipit ergo dominus disci
pulis ut eum solvant. quia ipsis et
reliquis ministris sancte ecclesie successo
ribus eorum potestas data est dimit
tendi. peccata ait enim. quecumque solveritis
super terram erunt soluta et in celo.
Simul et commendata est. hoc loco
unitas christi et ecclesie quia enim christus
est caput et ecclesia corpus eius. Christus
suscitavit discipuli solvunt. Sit liquido
invenitur neminem sine unitate eccle-
sie fidei posse a peccati morte resusci-
tari. Sane non est contemnendum.
quod in sanctis ewangeliis tres tantum mortuos
dominus resuscitasse perhibetur plures quidem
eum suscitasse non dubitatur quoniam
quid est quod beatus iohannes dicit mul
ta et alia signa fecit ihesus que non
sunt scripta in libro hoc sed tres
tantum referuntur certa causa misterii.
Denique suscitavit filiam archisina
gogi ad huc intra domesticos pari-
etes constitutam nec permisit secum
quemquam intrare nisi petrum et iacobum
et iohannem patrem et matrem puelle
Suscitavit etiam filium vidue mulieris
iam extra portam sic ciuitatis
multis coram positis et cernentibus
suscitavit preterea et lazarum iam
sepultum iam fetidum ista circa

genera hominum peccatorum / quos et ho(c)
suscitavit Christus / Unam puellam synagogi
que intra domum paucis videntibus
resuscitata est / designantur hii qui
peccatum in conscientia claudunt / et nec
dum ad opus erumpunt / Ut quidam commo
tus est aliquis mala cogitatione / corpus
delectaret si facultas assit implere /
quod voluntate concipiunt iam mortuus
est / sed intra domum clausus est / dicit
enim dominus / Qui viderit mulierem ad
concupiscendum eam iam mechatus
est eam in corde suo / nec dum in
corpore eam accessit / sed corde conse
sit mortuus iam est / sed non dum
elatus est / Hic si aliquando divina in
spirante clementia reprehendit / quod
male et ex voluntate concupivit / dum
se affligendo punit noxam consen
sionis / ad salutem reviviscat in se
creto cogitationis / Sunt alii qui post
consensum / ad perpetrandum facinus procedunt /
et quasi mortuum de latebris ante pro
ferunt / ut quod in latebris latebat /
coram multis in publicis appareat /
Et eo peiora non nulli qui faciendo
quod malum est / etiam prava se con
suetudine implicant adeo / ut ipsa
mala consuetudo non permittat eos
malum intelligere esse / quod facie-
bant / Nam iniquum defendunt ma
lum quod agunt / irascuntur cum re
prehenduntur / hii tales quasi iam se
pulti sunt / quia eos pondere ma
le consuetudinis premunt / Ad hos
quoque dignatur dominus venire /
occultis interne sue inspiracionis / sed tamen
proprias id est speciales aliquas virtutes
quas habuerit / quorum interventu
ad vitam revocare permittit / Verbi gratia

quandam difficultatem ostendit cum
dicit / Infremuit spiritu et turbavit se
ipsum. clamat voce magna. In hoc utique
quod magno obiurgationis clamore
admissus tale opus ostendit / qui
peccandi consuetudine ad putridam
ammonitionem plenique dormierit / Non
ergo desperandus est / admonem namque
dominum contremuit inferius / surrexit
quatriduanus mortuus / Itemque iterum et
peccator / etiam a consuetudine commit
tendi reatus / sed prius cum intrinse
cus per se ipsum vivificat / postea per
sacerdotem insuper nunc absolucionem
auxiliat / Nullus quippe peccator absol
vendus est / antequam per dignam
penitenciam correctus / et intrinsecus
appareat vivificatus / Multi ergo
ex iudeis qui venerant ad mariam
et martham. et viderunt que fe
cit. crediderunt in eum. Factum tamen
glosa et cunctis seculis predicando
miraculo / Non omnes sed multi inde
eum credidisse dicuntur / In quo non
aliud quam durissima illius populi in
fidelitas / et inmutabilis in malo
pertinacia denotatur / Et verum tamen
erat illorum peccatum / ut fidem Christi
non aliter suscipere possent nisi prius
filium dei interficerent / Unde per psal
mistam dicitur / Imple facies eorum
ignominia / et querent nomen tuum domine /
prius enim confusione et ignominia re
pleti sunt / cum post Christi ascensionem apostolos
eius resurrectionem predicantes audi
erunt / At dum demum immense sue
pietatis quantum scelus admi
serunt perpendentes / nomen eius Christi quod
extinxisse se putabant / querentes
dixerunt apostolis / Quid faciemus viri

fratres indicate nobis. Cui beatus
petrus. penitentiam inquit agite. et
baptizetur unusquisque vestrum in re-
missionem. Hic enim ante secula decre-
verat. ut sua morte. eum illum qui
mortis habebat imperium. id est dyabolum
destrueret. nosque mortis sue misterio
mortuos salvificaret. Quo circa huic
tam insigni mortis triumphatori
gratiis dignissima reverentia prosolva-
mus. illum diebus ac noctibus meritis
laudum preconiis exaltemus. Illius mi-
sericordiam supplices implorantes. quatenus
nos ita suis faciat obedire mandatis.
quo in nobis. nullo regnante peccato.
ipsi mente ac toto cordis desiderio
adherere. atque ad gaudium beatissime visi-
onis sue mereamur pervenire. Feria
quinta ebdomada. Erat Ex sancti Johannis evangelio.
quidam languidus lazarus a betha-
nia de castello marie et marthe so-
rorum eius. et cetera. Omelia Augustini

fide huius
passio.

Augustinus

Inter omnia miracula. que fecit dominus
noster ihesus christus. lazari resurrectio pre-
cipue predicatur. Sed si attendamus que
fecerit. delectari debeamus potius.
quam admirari. Ille suscitavit ho-
minem. qui fecit hominem. Ipse est
enim unicus patris. per quem sicut no-
stis. facta sunt omnia. Si ergo per il-
lum facta sunt omnia. quid mirum
est si resurrexit unus per illum. cum
cottidie tot nascantur per illum. plus
est homines creare quam resuscita-
re. creare omnes. resuscitare quos-
dam. Nam quod audivistis magnum
miraculum. quatriduanum mortuum
enim resuscitasse de sepulcro. Veniet
hora sicut ipse dicit. qua omnes qui
sunt in monumentis audient vocem
eius et procedent. Resuscitavit

putentem. sed tamen in cadavere
putente. adhuc erat forma mem-
brorum. Ille enim in novissimo die
ad unam vocem. cineres est redac-
turus in carnem. Admirantes audi-
ebamus tanquam magni miraculi
spectaculo ante oculos nostros con-
stituto. cum evangelium legeretur. quemadmodum
revixit lazarus. Si attendamus mi-
rabiliora opera christi. omnis qui cre-
dit resurgit. Si attendamus et in-
telligamus detestabiliores mortes.
Omnis qui peccat moritur. Sed mor-
tem carnis omnis homo timet.
mortem anime pauci. Pro morte carnis
que sine dubio quandoque ventura est
curant omnes ne veniant. Unde est
quod laborat ne moriatur homo.
moriturus et non curat. laborat ne
peccet homo. in eternum victurus.
Et cum laborat ne moriatur sine
causa. Id enim agit. ut mutua mors
differatur. non ut evadatur. Si autem
peccare nolit. non laborabit et
vivet in eternum. O si possem excitare
homines ut tam ipsis pariter excita-
rer. ut tales essemus amatores vi-
te permanentis. quales sunt
homines vite pereuntis. Quid non
facit homo sub mortis periculo consti-
tutus. gladio imminente cervicibus
perdiderunt homines quidquid sibi un-
de viverent reservaverant. Quis non co-
tinuo perdidit. ut perderetur. et post
perditionem fortasse percussus est. Quis
non ut viveret. et continuo pre-
parat unde viveret. eligens
vitam mendicantem quam celerem
mortem. Et cui dictum est navi-
ga ne moriaris et distulit. et
cui dictum est. labora ne moriaris

et piger fuit. Reuera deus iubet ut inertiam uitamus et obedire negligimus. Non tibi deus dicit pete quod quod habes. Sit uiuas exiguo tempore in labore sollicitus sed des pauperi unde habeo ut uiuas semper sine labore securus. Tres tantum mortuos a domino resuscitatos in ewangelio legimus. Resuscitauit filiam archisinagogi adhuc in domo iacentem. Resuscitauit iuuenem filium uidue extra portas ciuitatis delatum. Resuscitauit et lazarum sepultum quatriduanum. Innuitur quisque animam suam si peccat moritur. Peccatum mors anime est. Si aliquis in cogitatione peccat delectatus est quod malum est. consensisti peccato. consensio illa occidit te. sed intus est mors quia cogitatus malus non dum processit in factum. Talem animam resuscitari significat deus cum resuscitauit illam puellam. que non dum erat foras elata. sed in domo mortua iacebat quia peccatum latebat. Si autem non solum maledictionem consensisti. sed etiam ipsum malum fecisti. quasi mortuum tuum extra portam extulisti. Iam foras elatus est mortuus. sed eum et ipsum dominus resuscitauit. et reddit uiduum matri sue. Si peccasti peniteat te. et resuscitat te dominus. et reddet te ecclesie matri tue. Tertius mortuus est lazarus. Est genus mortis in anima quod mala consuetudo appellatur. Aliud est enim peccare. aliud peccandi consuetudinem facere. Qui peccat et continuo corrigitur.

cito reuiuiscit consuetudine non est sepultus. Qui autem peccare consueuit sepultus est. et bene de illo dicitur fetet. Incipit enim habere pessimam famam tamquam odorem teterrimum. Tales sunt omnes assueti sceleribus perditi moribus. dicis ei noli facere. quando te non audit cum in terra sit premitur. et tabe corrumpitur et male consuetudinis mole pregrauatur. nec ad ipsum tamen resuscitandum minor fuit uirtus christi. Nouimus uidemus cottidie uidemus homines pessima consuetudine permutata melius uiuere quam uiuunt qui reprehendebant detestabantur hominem. ecce iam soror lazari si tamen ipsa est que pedes domini unxit unguento et tersit capillis suis quos lauerat lacrimis. melius suscitata est. Erat enim famosa peccatrix. et de illa dictum est dimittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum. Videmus multos nouimus multos. Nemo desperet et nemo de se presumat. Et desperare malum est et de se presumere. Sic noli desperare ut eligas de quo debeas presumere. Erat autem quidam languens lazarus a bethania de castello marie et marthe sororum eius. In superiori lectione inuenistis quod dominus exit de manibus eorum qui lapidare eum uoluerunt. et discessit trans iordanem ubi iohannes baptizabat. Ibi ergo domino constituto infirmabatur in bethania lazarus quod castellum erat proximum iherosolimis. Maria autem erat que unxit dominum et tersit pedes eius capillis suis cuius frater lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores eius ad eum. Iam intelligimus quo miserunt. ubi erat dominus.

cum absens erat trans iordanem eius sz.
Miserunt ad eum nunciantes quod e-
grotaret scilicet eum ut si dignaretur
veniret et eum ab egritudine liberaret
Ille distulit sanare ut posset resus-
citare. Quid ergo nunciaverunt soro-
res eius Domine ecce quem amas in-
firmatur. Non dixerunt veni. Ama-
nti enim tantum modo nunciandum fuit.
Non ause sunt dicere veni et sana
non ause sunt dicere ibi iube et hic
fiet. Sufficit ut noveris. non enim
amas et deseris. Dicat aliquis.
quomodo per lazarum peccator significabatur
et a domino sic amabatur. Audiat
eum dicentem. Non veni vocare iu-
stos sed peccatores. Si enim peccatores dominus
non amaret de celo ad terras non
descenderet. Audiens autem ihesus di-
xit eis. Infirmitas hec non est ad
mortem sed pro gloria dei ut glorificetur
filius dei per illam. Talis glorificatio
ipsius non ipsum auxit sed nobis pro-
fuit. Hoc ergo ait non est ad mor-
tem quia et ipsa mors non ad mor-
tem erat sed potius ad miraculum
quo facto crederent homines in christum
et vitarent veram mortem. Ut glo-
rificetur filius dei per eam. per quam per
illam infirmitatem. Diligebat autem
ihesus martham et sororem eius ma-
riam et lazarum. Ille languens
illi tristes omnes dilecti. Sed dili-
gebat eos et languentium salvator
immo etiam mortuorum suscitator et
tristium consolator. Ut ergo audivit
quia infirmatur tunc quidem man-
sit in eodem loco duobus diebus. Man-
sit ergo illic. mansit illic. Ille
tam diu temporis ductum est quousque
quatriduum compleretur. Non fru-
stra nisi quia forte immo quia certe
et ipse numerus dierum intimat aliquod
sacramentum. Deinde post hec dixit dis-
cipulis suis. Eamus in iudeam iterum.
Ubi pene fuerat lapidatus. Cum preterea
inde discessisse videbatur ne lapidaretur.
Discessit enim ut homo sed in redeundo
quasi oblitus infirmitatem ostendit
potestatem. Eamus in iudeam. Deinde hec
dicto. videte quemadmodum discipuli per-
territi fuerunt. Dicunt ei discipuli.
Rabi nunc querebant te iudei lapi-
dare et iterum vadis illuc. Respondit
ihesus. Nonne duodecim hore sunt diei.
Quid sibi vult ista responsio. Illi dixe-
runt te lapidare volebant iudei. et
iterum vadis illuc ut te lapident.
et dominus. Nonne xii sunt hore diei. Si
quis ambulaverit in die non offendit.
quia lucem huius mundi videt. Si quis
autem ambulaverit in nocte offendit.
quia lux non est in eo. De die quidem
locutus est sed in nostra intelligentia
quasi adhuc nox est. Invocemus diem
ut pellat noctem. et cor luce illu-
stret. Quid enim dominus dicere voluit.
quantum michi videtur quantum
sublucet altitudo sententie dicentis. Hac
sua redarguere voluit dubita-
tionem et infidelitatem. Volunt enim
consilium dare domino qui venerit
mori ne ipse moreretur. Cum ergo
consilium vellent dare homines deo
discipuli magistro servi domino egro-
ti medico corripuit eos et ait.
Nonne xii hore diei sunt. Si quis
ambulaverit in die non offendit.
Me sequimini si non vultis offen-
dere. nolite michi consilium dare
quos a me consilium oportet accipere.

Si ergo illi .xii. hore, quid tibi iudeis
inter .xii. horis. Si hora erat lu
cebat, si lucebat quo diem ad
mortem trudebat. Sed dominus in hoc
loco vos non ipsum iudam, sed succes
sorem suum providebat. Iuda enim ca
dente successit mathias et duode
narius numerus mansit. Non ergo frustra
.xii. discipulos dominus elegit nisi quod
ipse spiritualis est dies. Sequantur ergo
hore diem predicent hore diem. Ho
re illuminantur a die et per horarum
predicationem credat mundus in diem.
Hec ergo ait de compendio. Me se
quimini si non vultis offendere. Et post
hec dicit eis. Lazarus amicus noster
dormit. sed vado ut a sompno ex
suscitem eum. Verum dicit. Dormiebat
mortuus erat. Domino viuente dormi
ebat. Hominibus mortuus erat. Qui
eum suscitare non valebant. Nam
dominus tanta facilitate excitabat de
sepulcro quanta tu non excitas dor
mientem de lecto. Dixerunt ergo disci
puli quod intellexerunt sic viderit
Domine si dormit saluus erit. Solet
enim sompnus egrotantium salutis
indicium. Dixerat enim ihesus de morte
eius illi autem putaverunt de dormi
cione sompni diceret. Tunc ergo di
xit eis ihesus manifeste. Sub obscure
enim dixerat dormit. Dixit ergo ma
nifeste lazarus mortuus est. Et
enim non mortuus fuerit mitiaret
sed quid lateret eum qui creave
rat et de cuius manu anima morient
et exientis exierat. Hoc est quod gau
deo propter vos ut credatis quia
ibi non eram. Ut iam inciperent
mirari. Quia dominus potuit dicere
mortuum quod nec viderat nec au
dierat. Ubi sane meminisse debemus
quod adhuc non ipsorum discipulorum

quorum eum iam crediderant mira
culis edificabatur fides. Non ut
ea que non erant esse inciperent, sed
ut iam ea que esse ceperant cresce
rent. Quamvis tali verbo usus sit quasi
tunc credere inciperent. Non enim
ait gaudeo propter vos ut vestra
fides augeatur sive firmetur sed
ait. Ut credatis quod intelligendum
est ut amplius robustiusque credatis.
Sed eamus ad eum. Dixit ergo thomas
qui dicitur didimus ad condiscipulos
suos. Eamus et nos moriamur
cum eo. Venit itaque ihesus et inve
nit eum iam quatuor dies in mo
numento habentem. De quatuor diebus
multa quidem dici possent sicut se
habent obscura scripturarum que
pro diuersitate intelligentium multos
sensus pariunt. Homo enim nascitur
iam morte nascitur quia de adam
peccatum trahit. Unde dicit apostolus. Per
unum hominem peccatum intravit in mundum
et per peccatum mors et ita in omnes pertran
siit in quo omnes peccaverunt. Ecce
unum habes diem mortis quod homo
trahit de mortis propagine. Deinde
crescit incipit accedere ad racionabiles
annos ut legem accipiat
naturalem quam omnes habent
in corde defixam. Quod tibi vis
non fieri alii ne feceris. Numquid
hoc de paginis discitur et non in
natura ipsa quodammodo legitur. Fur
tum vis pati utique non. Ecce lex
in corde tuo. Quod non vis pati fa
cere noli. Et hanc legem transgredi
untur homines. Ecce alter dies mor
tis. Data etiam lege divinitus per famu
lum dei moysen dictum est illis. Non
occides non mechaberis non falsum
testimonium dices. Honora patrem et matrem.

non concupisces rem proximi tui.
non concupisces uxorem proximi tui.
Ecce lex scripta est. et ipsa conte
mpnitur. Adde tertium diem. Quar
tus restat. venit et euangelium predi
catur. et regnum celorum diffamatur.
ubique xpistus intentatur gehennam.
vitam promittit eternam. et ipse co
ntempnitur. transgreditur diuinum. hoc est
euangelium. Ecce dies quartus mor
tuus merito iam putet. Numquid et ta
libus neganda est venia. absit. et
et ad tales dominus excitandos non
dedignatur accedere. Multi autem
ex iudeis venerunt ad martham
et mariam ut consolarentur eas
de fratre suo. Martha autem cum
audisset quia venit ihesus occurrit
illi. Maria autem domi sedebat.
Dixit ergo martha ad ihesum. domine
si fuisses hic frater meus non fuisset
mortuus. sed et nunc scio quia quecumque
poposceris a deo dabit tibi deus
non dixit. sed et modo rogo te
et resuscitabis fratrem meum. Vnde ei
sciebat si frater eius resurgeret. hoc
tantum dixit. Scio quia potes
si vis facis. verum enim si facis
iudicium tuum est non presumptionis
mee. Sed et nunc scio quia quecumque
poposceris a deo dabit tibi deus
Dicit illi ihesus resurget frater tuus
hoc ambiguum fuit. non enim ait
modo resuscitabo fratrem tuum. sed re
surget frater tuus. Dicit ei martha
Scio quia resurget in resurrectione
in novissimo die. de illa resurrec
tione secura sum. de hac incerta sum.
Dixit ei ihesus. Ego sum resurrectio
dicens resurget frater meus in novissimo
die verum est. sed per quem tunc

resurget potest et modo. Qui credit
in me etiam si mortuus fuerit vivet
sicut lazarus mortuus est et vi
uit. quia non est deus mortuorum
sed vivorum. de olim mortuis
mortuis patribus. hoc est de abra
ham ysaac et iacob tale respon
sum iudeis dedit. Ego sum deus
abraham. et deus ysaac. et deus
iacob. non est deus mortuorum sed
vivorum. Omnes enim illi vivunt.
Crede ergo et si mortuus fueris
vives. Si autem non credis et
si vivus mortuus es. Vnde mors
in anima. quia non est fides. vnde
mors in corpore. quia non est ei
anima. ergo anime tue vita fides est.
Qui credit in me inquit. etiam si
mortuus fuerit in carne. vivet in
anima donec resurgat caro num
quam postea moritura. Credis hoc.
ait illi. Vtique domine. ego credidi
quia tu es filius dei vivi qui in
hunc mundum venisti. quando hoc
credidi quia tu es resurrectio. cre
didi quia tu es vita. credidi quia
qui credit in te et si moriatur
vivit. et qui vivit et credit in te
non morietur in eternum. Et cum hec
dixisset abiit et vocavit mariam
sororem suam silentio dicens. Magister
adest et vocat te. Aduertendum est
quemadmodum euangelista non dixit
ubi vel quando mariam dominus vo
cauit. ut hoc in verbis marthe
potius intelligeretur. narrationis
brevitate servata. Illa ut audi
uit surrexit cito et venit ad eum.
non dum enim venerat in castellum
sed erat adhuc in illo loco ubi
occurrerat ei martha. Iudei ergo
qui erant cum illa in domo et

consolabantur eam, cum vidissent
Mariam quia cito surrexit et exiit
secuti sunt eam dicentes: quia vadit
ad monumentum ut ploret ibi. Quaeritur
quare Ihesus permisit ad eum[?] nar
rare. Ut videamus quae occasio
fuit ut plures ibi essent cum Lazarus
resuscitatus est. Putantes enim Iudaei
ideo illam festinare ut dolorem suum
lacrimis quaereret, secuti
sunt eam ut cum grande miraculum
quatriduani mortui resurgentis te
stes plurimos inveniret. Maria ergo
cum venisset ubi erat Ihesus, videns
eum cecidit ad pedes eius et dixit
ei: Domine si fuisses hic, frater meus non
fuisset mortuus. Ihesus ergo ut vidit
eam plorantem et Iudaeos qui cum
illa erant plorantes, fremuit spiritu et
turbavit se ipsum. Et dixit: Ubi po
suistis eum. Nescio quid nobis in
sinuat fremendo et turbando se
ipsum. Quis enim eum posset turbare
nisi se ipse. Itaque fratres mei, primo hic
attendite potestatem, et sic inquirite si
gnificationem. Turbaris tu nolens, tur
batus est Christus quia voluit. Contri
status est Ihesus quia voluit. Mortuus
est Ihesus, verum est, sed quia voluit.
Infirmus erat potestate sic vel sic
affectus vel non affectus. Verbum enim ani
mam suscepit et carnem totius ho
minis sibi coaptans in personae unitatem
natiuum. Quid est ergo quod turbat
se ipsum Christus nisi ut significet tibi
quo turbari tu debeas, cum tanta
mole peccati gravaris et premeris.
Attendisti enim te reum et vidisti, Nota bene.
computasti tibi: illud feci et pepercit
michi deus. Illud commisi et distu
lit. Evangelium audivi et contempsi. Bap
tizatus sum et iterum ad eadem. Venio

lutus sum. Quid faciam? Quo con
vertar? Unde evadam? Quando ista dicis, iam
fremuit Ihesus, quia fides fremit. In
voce frementis apparet spes resurge
ntis. Ipsa fides intus, ubi est Christus fre
mens. Sed fides in nobis, Christus in
nobis. Quid aliud enim ait apostolus:
habitare Christum per fidem in cordibus vestris.
Ergo fides tua de Christo, Christus est in
corde tuo. Et dixit: Ubi posuistis
eum. Nosti quia mortuus est, et
ubi sit sepultus ignoras. Et ista si
gnificatio est, quia sic perditum hominem
quasi nesciat deus. Non ausus sum
dicere: Quid enim ille nescit? Sed quasi
nesciat. Unde hoc probamus? Dominum au
di dicturum in iudicio: Non novi vos. Math 25.
Discedite a me. Quid est non vos no
vi? Non vos video in illa iustitia
quam novi. Sic et hic tamquam
nesciens talem peccatorem dixit: U
bi posuistis eum. Talis est et vox dei
in paradiso postea cum homo peccavit in pa
radiso: Adam ubi es. Dicunt ei: Domine
veni et vide. Quid est vide? Miserere.
Videt enim dominus cum miseretur. Unde ibi
dicitur: Vide humilitatem meam et la ps 24
borem meum et dimitte omnia peccata
mea. Lacrimatus est Ihesus. Dixerunt ergo
Iudaei: Ecce quomodo amabat eum. Quid
est amabat eum? Non veni vocare
iustos sed peccatores in penitentiam. Quidam
autem dixerunt ex ipsis: Non poterat
hic qui aperuit oculos caeci facere
ut hic non moreretur. Qui noluit
facere ut non moreretur, plus est quod suscitatu
rus est ut mortuus suscitetur. Ihesus
ergo rursus fremens in semet ipso venit
ad monumentum. Fremat in te si vis re Nota bene
vivescere. Omni homini dicitur qui premitur
pessima consuetudine. Venit ad monumen
tum. Erat autem spelunca et lapis

superpositus erat ei. Mortuus sub la-
pide reus sub lege. Datio enim quia
lex data iudeis in lapide scripta est.
Omnes autem rei sub lege sunt. Bene viven-
tes cum lege sunt. Iusto enim lex posita non
est. Quid est ergo lapidem removere
nisi gratiam predicare. Apostolus enim paulus
ministrum se dicit novi testamenti non
littere sed spiritus. Nam littera inquit occi-
dit, spiritus autem vivificat. Littera occidens
quasi lapis est premens. Hic removete
inquit lapidem. Removete legis pon-
dus, gratiam predicate. Si enim data esset
lex que posset vivificare, omnino ex
lege esset iusticia. Sed conclusit scrip-
tura omnia sub peccato ut promissio ihesu
christi ex fide daretur credentibus. Ergo
removete lapidem. Dicit ergo mar-
tha soror eius qui mortuus fue-
rat. Domine iam fetet, quia quatridu-
anus est. Dicit ei ihesus. Nonne tibi
dixi quia si credideris videbis glo-
riam dei. Ubi habundavit delictum
superhabundabit gratia. Tulerunt ergo
lapidem. Ihesus ergo lacrimatus surgit.
Ihesus autem elevatis sursum oculis
dixit. Pater gratias ago tibi quia
audisti me. Ego autem sciebam quia
semper me audis. Sed propter populum qui
circumstat dixi ut credant quia
tu me misisti. Hec cum dixisset vo-
ce magna clamavit. Quam difficile
surgit quem moles male consuetu-
dinis premit. Sed tamen surgit occulta
gratia intus vivificatur. Surgit post
vocem magnam. Quid est enim voce
magna clamavit. Lazare veni foras
et statim prodiit qui fuerat mortuus
ligatus pedes et manus et facies
eius erat sudario ligata. Exiit pro-
cessit ligatus pedibus. Miraris et non
miraris quia surrexit quatriduanus.
In utroque potentia dei erat. Non vi-
res mortui. Processit et adhuc liga-
tus est adhuc involutus. Tamen iam
foras processit. Quid significas? Quando
contempnis mortuus iaces. Et si
tanta quanta dixi contempnas. Quando
confiteris procedis. Quid enim est procede-
re nisi ab occultis quasi exeundo manifestari.
Sed ut confitearis deus facit
magna voce clamando, id est magna gratia
clamando. Ideo cum processisset mor-
tuus adhuc ligatus confitens et ad-
huc reus, ut solverent peccata eius
ministris hoc dixit. Solvite illum
et sinite abire. Quid est solvite
et sinite abire. Que solveritis in ter-
ra erunt soluta et in celo. Multi ergo
ex iudeis qui venerant ad mariam
et viderant que fecit crediderunt in
eum. Quidam autem ex ipsis abi-
erunt ad phariseos et dixerunt eis que
fecit ihesus. Non omnes ex iudeis qui
venerant ad mariam crediderunt
sed tamen multi. Quidam autem ex
eis sive ex iudeis qui venerant
sive ex eis qui crediderant abierunt
ad phariseos et dixerunt eis que fecit
ihesus. Sive nunciando ut ipsi cre-
derent sive potius prodendo ut se-
virent. Sed quolibet et quibus-
libet ad phariseos ista prolata sunt.
ystū c. Sabbato post Iohannis viii
Dicebat ihesus turbis iudeorum ego
sum lux mundi et cetera. Omelia Crisostomi
Postquam dominus et Remigii
redemptor noster miraculi in ad-
ultera deprehensam clementia in-
dicavit cum lapidare volentium
corripuit et de reatu adulterii im-

serenissime absoluit, ne aliquis forsitan indubium ueniret utrum nais quem uerum hominem uiderat posset peccata dimittere, dignatur aptissime quod ex diuinitatis sue potencia fecerat sit demonstrare dicens enim: Ego sum lux mundi. Lux quippe erat incomprehensibilis et inaccessibilis diuinitas, que sub uelamine assumpte carnis latebat, cuius auctoritate et hunc uisitauit et a cuius uolebat peccata dimittebat. Hec est illa uera lux que illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Dei videlicet sapientia, que de illo tunc egro et indeficienti processit, cuius splendorem humana fragilitas ast- ~~suffice~~ sufficere non posset penitus, nisi etiam maiestatis nube carnis circumdedisset per quam uelud lucidissimum speculum diuine humanitatis claritas humanis mentibus innotesceret. Ergo purgandi sunt interiori hominis acies et ab omnium uiciorum labe, quasi humore noxio, in minimus custodia uere humilitatis aspectu luminis digna reddatur. Qui sequitur me non ambulat in tenebris sed habebit lumen uite. At si uerbis aliis manifestius diceret: Qui me in preceptis meis mente obsequitur, mea inquantum sufficiat exempla imitetur, et in futuro non timebit tenebras eterne dampnationis, sed lumine uite eterne perfruetur, ubi sublato metu mortis de sola dabitur perhennitate gaudere. Hee sunt metuende tenebre, dum nocte deteriores sunt exteriorum oculorum quibus alba et nigra uidemus, sed interiorum quibus iusta discernimus et iniusta, quibus non corporeas et visibiles formas

aspicimus, sed ipsam ueritatem intelligibiliter contemplamur. Dixerunt ergo ei iudei: Tu de te ipso testimonium perhibes; testimonium tuum non est uerum. Sed ista respondent tanquam solus ipse sibi testimonium perhiberet, atque non esset uerum eius testimonium. Cum constet quia antequam ueniret dominus et per carnem uisibilis appareret, multos testes premisit, et quasi lucernas sue prophetie accendit, qui eius natiuitatem, passionem, resurrectionem necnon et ascensionem predixerunt, ex quibus precipuus et maximus fuit iohannes baptista, cuius magnitudinem ipse saluator attestatur dicens: Inter natos mulierum non surrexit maior iohanne baptista. Quem ita alibi lucernam uocat dicens: Ille erat lucerna ardens et lucens. Hic ergo testimonium perhibens domino nostro ihesu christo dicebat: Ego uos baptizo in aqua, sed ille qui post me uenit fortior me est, cuius non sum dignus corrigiam calciamenti soluere. Sed iudei ista non attendentes et honorem facti immemores, quasi solus testimonium sibi daret dicebant: Tu de te ipso testimonium perhibes; testimonium tuum non est uerum. Sed audiamus quid eis respondeat dominus: Et si testimonium perhibeo de me, testimonium meum uerum est, quia scio unde ueni et quo uado. Quibus uerbis se simul et deum patrem ostendit, cum omnem gloriam unigenitus filius plenitudinis. Ita inquit ego perhibeo de me testimonium, uerum est testimonium meum, quod patris testimonio confirmatur. Scio enim unde ueni, quia ab eo missus sum, et quo uado, quia pacto misterio mee incarnationis reuertar ad patrem.

non autem quando ad nos venit
patrem deseruit | nec rursus quando
ad patrem rediit | terras per imple-
tionem omnia deitatis reliquit | Neque
enim tale lumen est Christus quod locis se-
paratis ne comprehendatur sicut sol
iste corporeus | qui non potest absoluta
dente vergere | nisi recedit ab ori-
ente | non ita de illo vero lumine quod
Christus est sentiendum | quod ubique ineffabiliter
lucet | ipse enim dicit | Deum nemo vi-
dit unquam | nisi unigenitus filius |
qui est in sinu patris | Interris lo-
quebatur | et apud patrem se esse
dicebat | Sed post ascensionem suam vere
sinus deitatis | promisit fidelibus suis
dicens | Ecce ego sum vobiscum omnibus
diebus usque ad consummationem seculi | Verum
ergo erat testimonium | quod de se perhibebat
quia apud ipsius | eius testimonium ha-
bebat | ad quem etiam impleto eo
opere quod venerat redibat | Vos secundum
carnem iudicatis | Ego non iudico
quemquam | hoc de primo adventu eius
accipi debet | duo quidem sunt domini ad-
ventus | primus iam | secundus in futurum |
iste preteritus | ille in fine seculi est
futurus | Si enim in primo dominus iudicare
venisset omnes puniendos repperisset
prius ergo prerogandum erat venia | post
exterminium iudicium | Dicite pusillanimis
agnum et iudicium cantabo tibi domine
prius veniam post iudicium | Sic dominus dixit
[illegible] | pertranseunt iniquum factus est
homo pro hominibus | pro quorum salute op-
probria | irrisiones | sputa | flagella |
passus est | postremo crucis patibulo
suspensus | Sed hoc primo suo adventu
quo genus humanum redimere ve-
nerat | unde ait | Ego non iudico

quemquam | Nam de se quo modo iu-
dicaturus sit subiunxit | Et si iudico
ego | meum iudicium verum est | Sic
autem verum esset iudicium eius,
aperit cum subdit | quia solus non
sum sed ego et qui misit me pater
idest qui me incarnari constituit
cum ipso enim ista incarnatio eius c-
commissus ergo filius apud fuerit
sed apud non recesserit | In mundum
namque venit per humanitatem | sed man-
sit cum patre per eternitatem et divinitatem
Inde ergo verum erat eius iudicium |
quia ipse verus erat filius dei | Et
in lege inquit vestra scriptum est quia
duorum hominum testimonium verum est | In
lege vestra dicit | in lege que vobis
data est | Sic cottidie dicimus o-
rantes | panem nostrum .i. quem nobis
dari exposcimus | Queritur vero quomodo
duorum hominum testimonium verum sit | Cum
quidem illi duo falsi testes non
fuerunt | qui in passione domini falsum
testimonium protulerunt | aut in quid illi
duo presbiteri falsi testes non fuerunt |
qui in libro danielis contra susannam
falsissima iniustissima falsi omnes testimonium
tulerunt | Sed hoc modo intelligo cum
dicitur | in ore duorum vel trium
testium stabit omne verbum | trinitatis
commendata est ministerium | qui etiam
susanne testificati initis in testimo-
nia suo testio suffragabatur | cum
adnobus presbiteris falsi esse arguu-
erentur | Et est sensus | Si duorum ho-
minum | vestra lex approbat testimonium |
qui non unquam falsum dicere
possunt | et si non studio mentiendi tamen
errore decepti | Dum putant vera

vera esse que falsa sunt hominum testimonium reprobare vel abicere non audeas; quia unde meum mei et dei patris et spiritus sancti testimonium firma veritate stabilitum, verum non esse presumitis? Accipite potius verum testimonium ne sentiatis iudicium. Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso. Ipse testimonium de se perhibet, nec requirit alium testem quam se ipsum, quia omnia novit etiam antequam fiant; et quid ex quo fonte processit evidenter sine consideravit. Omnia enim nuda sunt et aperta oculis eius, nec ab aliquo requirit qualis singulorum vita sit, quia iudex est omnium hominum, qui reddet unicuique secundum opera sua. Sequitur: Et testimonium perhibet de me qui misit me pater. Non solus inquit testimonium de me perhibeo, quia pater qui misit me ipse testimonium reddit mecum. Sed iudei verba Christi carnaliter accipientes patrem Christi carnaliter intellexerunt. Ideoque dixerunt ei: Ubi est pater tuus? Videbant namque in aperto hominem, sed non intelligebant in occulto deum. Ubi est inquiunt pater tuus? Audivimus te dicentem quia non eras solus, sed qui te misit pater tecum est. Te autem solum videmus, patrem tuum videre non possumus; ostende ergo nobis patrem tuum. Et respondit Ihesus: Neque me scitis neque patrem meum. Vos quia me ignoratis, idcirco patrem meum scire non potestis; prius est ut me cognoscatis, et tunc ad patris mei notitiam pervenire poteritis. Si enim me sciretis forsitan et patrem meum sciretis.

Una ergo cognitio est patris et filii, quorum una est substantia, nec alter sine altero cognosci potest. Noverant enim Christum suam carnem, sed non secundum divinitatem. Dixit enim eis alibi: Et me scitis et unde sim scitis. Dicit autem forsitan non dubitando, sed infidelitatem illorum increpando. Hoc enim adverbium cum ab homine dicitur, dubitationem; et cum a deo cui nichil occultum est profertur, increpationem. Nam et apostolus cum diceret: Puto quia spiritum dei habeo, non se spiritum dei habere dubitabat, sed dubitantes et incredulos arguebat. Cum ergo dicat: Si me sciretis forsitan et patrem meum sciretis, increpat infideles qui nesciebant unam esse eandem patris et filii, nec alterum sine altero posse cognosci. Sicut alibi Philippo poscenti ut ei patrem ostenderet respondit: Qui me videt, videt et patrem meum; quia enim unum sunt pater et filius, idcirco eorum una est visio, una est sciencia. Hec verba locutus est Ihesus in gazophilacio docens in templo. Gazophilacium locus erat in templo ubi thesauri recondebantur. Gaza quippe persica lingua divicie, philax autem grece dicitur servare. Gazophilacium ergo nomen compositum est, eo quod ibi divicie servarentur. Magna porro constancia ingensque fiducia loquentis domini declaratur, qui in ipsis templi penetralibus coram scribis et phariseis inimicis suis divinitatis sue verba inspirantis loquebatur. Mistice vero illud gazophilacium mysteria designabat scripturarum que bene in templo adherebant.

Sit namque templum est | cui omnia
legis et prophetarum adherent misteria |
et ad eum pertinent | atque non nisi
in eo implenda erant | Et gazophila
cia spiritualia | post eius resurrectionem
aperienda erant | ipsis apostolis credentibus |
et cuncta in se impleta monstraret | un
de Lucas dicit | quod resurgens a mortuis
aperuit discipulis sensum | ut intelli
gerent omnia que de ipso scripta e
rant | Sed cur dominus in gazophilacio
locutus est | quia in parabolis iudeis
non intelligentibus | et non credentibus
loquebatur | et nemo apprehendit eum
quia nondum venerat hora eius
hora scilicet voluntatis et dispositionis
eius | sicut enim voluntarie natus est | sic
et voluntarie passus | quinimmo si nollet
nunquam pateretur | Sed si non pate
retur | nunquam genus humanum rede
meretur | si non redimeretur | nequaquam
ullius homini salvaretur | Ad hoc enim
deus homo factus est | ut ex infirmi
tate humanitatis redimeret | quos ex di
vinitatis potentia creavisset | unus enim
idemque est filius dei et filius hominis |
deus et dominus noster ihesus christus | non con
fusus | nec in duo divisus | perfectus
deus | et perfectus homo | cui bene
dictio eternus sit semper gratiarum actio.

Sabbato f / [illegible]

Iterum ergo dicebat Sabbato secundum Iohannem 8°
Ihesus turbis iudeorum. Ego sum lux
mundi. Qui sequitur me non ambu
lat in tenebris sed habebit lumen
vite. et cetera. Omelia Augustini episcopi

augustinus

Dominus noster ihesus christus fratres karissimi cum
esset in forma servi | non ser
vus | inter videntes homines | non
intelligebant deum | atque preter
cetera audistis | quemadmodum ei
dixerunt | Tu de te ipso testimonium dicis.

testimonium tuum non est verum | Au
distis etiam quid ille responderit
cum hesterno die lectum esset |
et prout a nobis disputatum | hodie
verba eius hec lecta sunt | Vos secundum
carnem iudicatis | Ideo inquit dicitis
testimonium tuum de te ipso dicis testimonium tuum
non est verum. quia secundum carnem
iudicatis | et deum non intelligitis |
et hominem videtis | et hominem per
sequendo deum latentem offenditis |
ergo secundum carnem iudicatis | et ideo
vobis videtur arrogantis esse |
quia ego testimonium de me perhibeo | ergo
homo qui de se perhibere vult lauda
bile testimonium arrogans esse videtur |
unde scriptum est | Non te laudet
os tuum | sed laudet te os proximi tui |
Sed hoc homini dictum est infirmo |
loquebatur ille tamquam veritas |
sed lux in tenebris lucebat | et
tenebre eam non comprehenderunt |
Ideo secundum carnem iudicabant | Vos
inquit secundum carnem iudicatis. ego
non iudico quemquam. Non ergo
iudicat quemquam dominus ihesus christus |
Nonne ipse est quem confitemur
resurrexisse tertio die | ascendisse
in celum | ibi sedere ad dexteram pa
tris | inde venturum ad iudicandum
8° vivos et mortuos | Quod duobus mo
dis solui potest | Ut autem hoc in
telligamus | non iudico quemquam
.i. modo | sicut dicit alio loco | Ego
non veni ut iudicem mundum |
sed ut salvum faciam mundum | aut
certe quia dixerit | Vos secundum car
nem iudicatis ita coniunxit ego non
iudico quemquam ut subaudias
secundum carnem | nullus ergo nobis
contra fidem quam tenemus |

et amicitiamus | De iudice xpo scrip-
tus dubitacionis in corde remaneat |
Venit xpc | sed primum saluare | post
iudicare | eos iudicando in pena | qui sal-
uari noluerunt | eos perducendo ad ui-
tam | qui credendo salutem non respu-
erunt | Prima ergo dispensacio dni
nri ihu xpi medicinalis est | Nam
si primum venisset iudicaturus | neiem
inuenisset | cui prima iusticie redde-
ret | Quia ergo videt omnes pec-
catores | et omnino neminem esse im-
munem q. morte pcti | prius erat
eius mia eroganda | et post exer-
cendum iudicium | quia de illo cantaue-
rat psalmus Misericordiam et iudicium
cantabo tibi dne | Non enim ait
iudicium et miam | Nam si primum
esset iudicium | nulla esset mia | sed pri-
mum mia | postea iudicium | Que e
primum mia | Creator hominis | ho-
mo esse dignatus est | factus est quod
fecerat | ne periret quem fecerat |
~~Et si ego iudico iudicium meum~~
~~verum est~~ | Quare iudicium tuum
verum est | ~~quia solus non sum inquit~~
~~sed ego et qui me misit pr~~ | Quid
ergo dne ihu | si solus es | falsum
esset iudicium tuum | et ideo verum
iudicium tuum | quia solus non es | sed
tu et qui te misit pr | Quid respo-
surus sum | ipse respondeat | iu-
dicium inquit meum verum est | ~~quia~~
~~quare | quia solus non sum | sed ego~~
~~et qui me misit pr~~ | Si tecum est | quo
te misit | et misit te | et tecum est |
Ita enim missus es | et non recessisti |
itaque ad nos venisti | et ibi mansi-
sti | Ergo dne deus nr ihu xpe |
missio tua incarnacio tua est |
Quid ergo dicitur | missus venisse
ad nos | incarnacio ipsius comme-

datur | Nam pater non est incarnatus |
Nam sabellianum dicitur quidam here-
tici qui vocantur passiani | qui di-
cunt ipsum patrem fuisse passum | No-
li catolice | Si enim fuis huius passiuus
non eris sanus | hii dicunt ipsum esse
patrem | qui et filius ~~vocatur~~ dici-
tur | Unam rem esse personam | cum vult
inquiunt pater est | cum vult filius |
tamen unus est | Item sunt alii here-
tici qui vocantur arriani | confite-
tur quidem unicum patris filium
dnm nostrum ihm xpm | istum patrem
filii | istum filium patris | eum qui pr
est | non esse filium eius | qui filius e
non esse patrem | confitentur ge-
neracionem | sed negant equalitatem |
Nos .i. catolica fides veniens de
doctrina ~~apostolorum~~ plantata in nobis
per seriem successionis | accepta sana ad po-
steros transmittenda | inter utrosque
.i. inter utrumque errorem | tenuit verita-
tem | In errore sabellianorum | ipse est filius
ipse pater et filius | sed ipse ~~pater~~ filius
non solum alius | sed etiam aliud |
Tu in medium qui exclusisti sabellia-
num | exclude et arrianum | pater pr
est | et filius filius est | alius non a-
liud | quia ego et pater unum sumus |
sicut etiam hesterno die quantum
potui commendaui k[arissimis] vestre | cum
audit si unus abscedit | confusus
sabellianus | cum autem unum audit |
abscedit confusus arrianus | Gub-
net catolicum | inter utrosque fidei
suae nauigium | qui cauendum e
in utroque naufragium | Dic ergo
tu quod dicit ~~xpc ego et pater~~
~~unum sumus~~ | non ergo diximus | quod
unum non unus | quia sumus | paulo
ante dixit | iudicium meum verum e |

quia solus non sum sed ego et qui
me misit pater. numquam diceret
ego iudicium meum verum est quia
verum loquor quia ipsa veritas
ego sum. sed carnaliter intelligen-
tes dormiunt. ubi est pater tuus. modo
audi arriane. neque me scitis neque
patrem meum. quia si me sciretis
et patrem meum sciretis. ego et
pater unum sumus. quando vides a-
liquem alicui similem, intendat
animus vester, cotidiana locutio est
non sit vobis arduum quod est ad usitat-
usitatum. quando ergo vides aliquem
alicui similem et nosti tu cui simi-
lis sit, miratus dicis, quomodo iste ho-
minis similis est illi homini. hoc non di-
ceres nisi duo essent. hic ille qui
eum ignorat cui tu istum similem
dicis, ita ne inquid similis est. cui
et tu ad eum, quid enim tu illum
non nosti. at ille non novi inquit.
Iam tu ut illum quem nescit ei
notum facias exponis quem cernit
presentes et dicis cum istum vidisti illum
vidisti. non utique quia hoc dixisti
unum esse asseruisti et duos ne-
gasti sed propter similitudinem tale de-
disti responsum. istum nosti illum
nosti. valde enim similis est et nichil
distat inter hunc. et dominus. si me in-
quit sciretis et patrem meum sci-
retis. non quia pater est filius
sed quia patri similis est filius.
Erubescere sabelliane audi filium au-
di patrem. pater pater est filius
filius est. non dixit ego sum pater
et ego ipse sum filius. sed solus non
sum inquit. quare solus non es.
quia mecum est pater. ego sum
et qui me misit pater. audis

ego sum et qui me misit. ne per-
das personam. distingue personas.
audis ego sum et qui me misit
distingue intelligentiam. noli se-
parare. personam cavens quasi fugiens
carybdim in scillam incurras. de-
vorant enim te gurgites impietatis
sabellianorum. ut diceres ipsum
esse patrem qui est filius. modo
didicisti solus non sum sed ego
et qui me misit pater. agnoscas
quia pater pater est et filius
filius est. bene agnoscis sed noli
dicere pater maior est filius mi-
nor est. noli dicere pater au-
rum est filius argentum. una substantia
est una divinitas una coeternitas
perfecta equalitas dissimilitudo nulla.
Nam si tantummodo alterum credide-
ris esse christum non eum qui pater
est in aliquo tamen distantem secundum
naturam esse putaveris. caribdim
quidem evasisti sed in scilleis sco-
pulis naufragasti. in medio na-
viga. utrumque periculosum latus evita.
pater pater est filius filius est.
Iam dicis pater pater est filius
filius est. bene periculosum absorbentem [ca[ry]bdim]
gurgitem evasisti. et quid vis ire
in alteram partem. ut dicis pater
aliud est filius aliud est. alius
est recte dicis aliud est non recte
dicis. alius enim est filius quia
non est ipse qui pater et alius
pater quia non est ipse qui filius.
non tamen aliud. et pater et filius
aliud est hoc ipsum. unus deus
est. audistis quia non sum solus
sed ego et qui me misit pater.
audi quomodo credas patrem et filium.
audi ipsum filium. ego et pater

unum sumus. Non dixit: Pater ego sum, sed ait: Ego et pater unum est. Sed cum dicit: Ego et pater unum sumus, utrumque audi, et unum et sumus, et a Caribdi et a Scilla liberaberis. In duobus istis verbis, quod dixit unum liberat te ab Arrio, quod dixit sumus liberat te a Sabellio. Si unum ergo non diversum, si sumus ergo et pater et filius sumus. Sumus enim non diceret de uno, nec sed nec unum diceret de diversis. In lege autem vestra scriptum est quia duorum hominum testimonium verum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de me et testimonium perhibet de me qui misit me pater. Et exposuit illis legem, si ingrati non essent. Magna enim questio est, fratres mei, et valde mihi videtur in misterio constituta, ubi dixit deus: In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. Veritas queritur per duos testes? Ita plane sic se habet humani generis consuetudo, sed tamen fieri potest ut et duo mentiantur. Susanna casta duobus falsis testibus arguebatur. Numquid et si duo erant, ideo falsi testes non erant? De duobus dicamus aut de tribus: universus populus mentitus est contra Christum. Si ergo populus constans ex magna hominum multitudine falsus testis inventus est, quomodo accipiendum est: In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum, nisi quia hoc modo per misterium trinitas commendata est, in qua est perpetua stabilitas veritatis. Vis habere bonam causam? Habeto duos vel tres testes, patrem et filium et spiritum sanctum. Denique quando

Susanna casta femina fidelisque coniux duobus falsis testibus urgebatur, trinitas illi in conscientia atque in occulto suffragabatur. Illa trinitas de occulto unum testem Danielem excitavit et duos convicit. Ergo quia in lege vestra scriptum est: Duorum hominum testimonium verum esse, accipite nostrum testimonium ne sentiatis iudicium. Ego enim non iudico quemquam, sed testimonium perhibeo de me. Differo iudicium, sed non differo testimonium. Eligamus nobis deum contra linguas hominum, contra infirmas suspiciones generis humani deum iudicem, deum testem. Non enim dedignatur testis esse qui iudex est, quia teste non eget ut te cognoscat, non querit alium testem qui ait: Iudicabit te. Modo videt te, non est unde illum fallas cum ceperit iudicare. Non enim adhibes tibi aliquos falsos testes qui iudicem illum possint circumvenire quando te ceperit iudicare. Deus hoc tibi dicit: Quando contempnebas ego videbam, et quando non credebas sententiam meam non frustrabam, differebam, non auferebam. Noluisti audire quod precepi, senties quod predixi. Si autem audias quod precepi, non mala senties que predixi, sed bona recipies que promisi. Item ne moveat quod ait: In lege vestra scriptum est quia duorum hominum testimonium verum est, et ideo quispiam existimet non fuisse illam legem dei, quia non dictum est in lege dei. Sciat itaque dictum esse in lege vestra tamquam diceret in lege que vobis data est. A quo nisi a deo? Sicut dicimus: Panem nostrum cottidianum, et tamen dicimus: Da nobis hodie. Sequitur: Ubi est inquiunt pa-

~~pater tuus~~ audivimus enim te dicere
solus non sum, sed ego et qui mi-
sit me pater. nos solum te vide-
mus, patrem tuum tecum non videmus,
qui te dicis solum non esse, sed
cum deo patre tuo esse. ostende
nobis patrem tuum tecum esse. Et
dominus: numquid me non videtis? et
patrem meum ostendam vobis.
Hoc enim sequitur: hoc suis verbis
ipse respondit quod nostra expositione
non ante premisimus. vide enim quid
dixit: ~~neque me scitis neque patrem~~
~~meum; si me sciretis forsitan et~~
~~patrem meum sciretis.~~ dicitis: ubi
est pater tuus, quasi me sciatis, quasi
totum hoc sim quod videtis. ergo
quia me non nostis, ideo patrem
meum vobis non ostendam. me qua-
si hominem putatis, ideo patrem
meum queritis, quia secundum carnem iu-
dicatis. quia vero secundum quod videtis
aliud sum, et aliud sum quod non
videtis, patrem autem meum loquor
occultus occultum, prius est ut
me noveritis, tunc et patrem meum
scietis. Si enim me sciretis forsitan
et patrem meum sciretis. ille qui
omnia scit, quando dicit forsitan, non
dubitat, sed increpat. attende enim
quomodo increpative dicitur ipsum forsi-
tan, quod non videbatur esse nisi ver-
bum dubitationis, sed dubitationis
verbum est quando dicitur ab homine
ideo dubitante quia nesciente. quando
vero dicitur a deo verbum dubi-
tationis, cum deum ~~nichil~~ utique nichil
lateat, arguitur infidelitas, non opi-
natur divinitas. homines enim de his
rebus quas certas habent aliquando
increpative dubitant, id est verbum du-
bitationis ponunt, cum corde non
dubitent. velut si indigneris servo

tuo et dicas: contemnis me,
considera, forsitan dominus tuus sum.
Dicit et ~~apostolus~~ ad quosdam conte-
ptores suos loquens ait: puto autem
quod et ego spiritum dei habeo. qui dicit
puto, dubitare videtur, sed ille in-
crepat, non dubitabat. ~~Hec ver-~~
~~ba locutus est ihesus in gazophila-~~
~~cio docens in templo~~ magna fiducia
sine timore. non enim pateretur
quod nollet. denique quod sequitur: ~~et~~
~~nemo apprehendit eum, quia nondum~~
~~venerat hora eius.~~ hic idem non-
nulli cum audiunt, sub fato fuisse
dominum Christum credunt, dicunt: ecce ve-
habebat fatum. O si cor tuum non
esset fatuum! si fatum quod non intelli-
xerunt a fando dictum est, i. ad
loquendo, verbum dei quo est, qui in
ipso verbo omnia sunt que condita sunt.
non enim aliquid deus constituit quod
ante nesciuit. in verbo ipsius erat
quod factus est mundus, et factus
et ibi erat quo et factus et ibi
erat, quia domus quam edificat
instructor prius in arte erat, et ibi
melius erat sine vetustate, sine
ruina, tamen ut ostendat artem
fabricat domum. processit quodam
modo domus de domo, et si domus
ruat, ars manet. ita dei verba e-
rant omnia que condita sunt, quia
omnia in sapientia fecisti. fecit deus,
non enim quia fecit didicit, sed
quia noverat fecit. tu ergo po-
nes Christum sub fato: ubi sunt fata? In
celo, inquit, in ordine, in commutationibus
siderum. quo ergo fatum est per quem
factum est celum et terra, cum tua
voluntas si recta sapias transcendat
et sidera. an quia nosti ibi carnem
fuisse sub celo, ideo putas et potesta-

xpi sub divum celo. g^a audi
~~non dum venerat hora eius non~~
quia cogeretur mori, sed quia dig-
naretur occidi. Venerat enim ipse quando
deberet mori, intendit omnia que
omnia que predicta sunt de illo, et ex-
pectabat finiri omnia que predicta sunt
ante eius passionem futura, ut im-
pleta esset passio dispositionis ordine,
non fatali necessitate. **Dominica in pas-
sione. Sequentia sancti evangelii secundum Iohannem.**
In illo tempore dicebat Ihesus
turbis iudeorum: Quis ex vobis
arguet me de peccato? Si veritatem
dico, quare vos non creditis mi-
chi? Qui est ex deo, verba dei audit,
et reliqua. **Omelia Gregorii pape.**
Pensate, fratres karissimi, mansuetudinem
dei. Relaxare peccata venerat, et
dicebat: Quis ex vobis arguet me
de peccato? Non dedignatur ex ratione o-
stendere se peccatorem non esse, qui ex virtu-
te divinitatis poterat peccatores iustifi-
care. Sed terribile est valde quod subditur:
Qui est ex deo, verba dei audit.
Propterea vos non auditis, quia ex
deo non estis. Si enim ipse verba dei
audit qui ex deo est, et audire eius
non potest verba quisquis ex illo non
est, interroget se unusquisque si ver-
ba dei in aure cordis percipit, et
intelliget unde sit. Celestem patriam
desiderare veritas iubet, carnis
desideria conteri, mundi gloriam decli-
nare, aliena non appetere, propria lar-
giri. Penset ergo apud se unusquisque
vestrum, si hec vox dei in cordis eius
convaluit aure, et si iam ex deo sit
agnoscat. Nam sunt nonnulli qui pre-
cepta dei nec aure corporis ~~precepta~~
~~dei~~ percipere dignantur. De quibus dicit
in psalmo: Sicut aspidis surde et
obdurantis aures suas. Et sunt non-
nulli qui hec quidem corporis aure
percipiunt, sed nullo ea mentis desi-
derio complectuntur, nec habentes vo-
luntatem implendi. ~~Ezechie xxxiii.~~
Et sunt nonnulli qui libenter verba
dei suscipiunt, ita ut etiam in fletibus
compungantur, sed post lacrimarum tempus
ad iniquitatem redeunt. Hi profecto ver-
ba dei non audiunt, quia hec exercere
in opere contempnunt. Vitam ergo ve-
stram, fratres karissimi, ante mentis oculos
revocate, et alta consideratione per-
timescite hoc quod ex ore veritatis
sonat: Propterea vos non auditis, quia
ex deo non estis. Sed hoc quod de
reprobis veritas loquens, ipsi hoc de
semet ipsis sua opera ostendunt. Nam
sequitur: Responderunt ergo iudei et
dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos
quia samaritanus es tu et demo-
nium habes? Accepta autem tanta
contumelia quid deus respondeat
audiamus: Ego demonium non habeo,
sed honorifico patrem meum, et vos
inhonoratis me. Quia enim samaritanus
interpretatur custos, et ipse veraciter
custos est, de quo psalmista ait:
Nisi deus custodierit civitatem, frus-
tra vigilat qui custodit eam; et
cui per Ysaiam dicitur: Custos, quid de
nocte? respondere noluit dominus: Sama-
ritanus non sum, sed: Ego demonium
non habeo. Duo quippe illata fuerant:
unum negavit, aliud tacendo consen-
sit. Custos namque humani generis ve-
nerat, et si samaritanum se non esse
diceret, esse se custodem negaret.
Sed tacuit quod recognovit, et pati-
enter repulit quod dictum fallaciter
audivit, dicens: Ego demonium non
habeo. In quibus verbis quid aliud
nisi simplicia nostra confunditur, q

que si exagitata vel leviter fuit
acriores contumelias iniuriatori
reddit quam acceperat facit mala
que post irascatur que facere non
potest. Ecce iniuriam suscipiens
deus non irascitur non contumeli
osa verba respondit qui si eis isto
ista dicentibus respondere voluisset
demonium vos habetis verum profec
to diceret quia nisi impleti demo
fuissent tam perverse de deo loqui
non potuissent. Sed accepta iniu
ria etiam quod verum erat veritas
dicere noluit ne non dixisse veri
tatem sed per provocationem contumeliam
reddidisse videretur. Et quare hoc
nobis innuit nisi ut eo tempore quo
a proximis ex falsitate contumelias
accepimus eorum etiam vera ma
la taceamus ne ministerium iuste cor
reptionis in arma vertamus furo
ris. Sed quia quisquis dei zelo utitur
sepe a pravis hominibus dehonestatur
insinuet ipse nobis dominus pa
cientie prebuit exemplum qui ait
Sed honorifico patrem meum et
vos inhonorastis me. Sed quid nos
ad ista faciendum sit adhuc exemplo
nos ammonet cum subiungit. Ego
autem non quero gloriam meam.
est qui querit et iudicet. Scimus certe
quod scriptum est quia pater omne
iudicium dedit filio et tamen ecce
idem filius iniurias accipiens
gloriam suam non querit illatas con
tumelias patris iudicio reservavit
ut nobis profecto insinuet quanti
nos pacientes esse debeamus dum
se adhuc vindicari non vult et ipse
qui iudicat. Cum vero malorum
perversitas crescit non solum fran
gi predicatio non debet sed etiam

Predicatio in persecutione eius debet augeri per predicatorem

augeri. quod suo exemplo dominus nos
admonet qui postquam habere demo
nium dictus est predicationis sue benefi
cia largius impendit dicens. Amen
dico vobis si quis sermonem meum
servaverit mortem non videbit in eter
num. Sed sicut bonos necesse est ut
meliores et per contumelias existant
ita semper reprobi de beneficiis peiores
fiunt. Nam accepta predicatione iterum
dicunt. Nunc cognovimus quia demo
nium habes. Quia enim eterne morti
inheserant et eandem mortem cui in
heserant non videbant dum solam
mortem carnis aspicerent in veritatis
sermone caligabant dicentes. Abra
ham mortuus est et prophete et tu di
cis si quis sermonem meum serva
verit mortem non gustabit in eter
num. Et ipsi veritati eundem abraham
et prophetas quasi venerantes preferunt
sed apte nobis tunc ostenditur
quia qui deum nesciunt dei quoque fa
mulos false venerantur. Et notandum
est quod videt eos dominus apta sibi in
prepugnatione resistere et tamen pro
fectus sic deinceps non desinit predicare
dicens. Abraham pater vester exul
tavit ut videret diem meum. vi
dit et gavisus est. Vidit quippe a
braham diem domini cum in
figura summe trinitatis tres
angelos hospicio recepit quibus vide
licet susceptis sic tribus locutus est
quasi uni quia et si in personis
trinitatis est in natura tamen unitas
divinitatis. Sed carnales mentes au
dientium dominum oculos a carne non
sublevant in eo solum annis eta
tem pensant dicentes. Quinquagin
ta annos nondum habes et abra
ham vidisti quos benigne redemptor

nu[m] a carnis sue infirmitate submonet
et ad divinitatis contemplationem tra-
xit dicens. Amen amen dico vobis
antequam abraham fieret ego sum.
Ante enim preteriti temporis est, sum presentis, et
quia preteritum et futurum tempus divini-
tas non habet, sed semper esse habet, non ait ante
abraham ego fui, sed ante abraham
ego sum. Unde ad moysen dicitur.
Ego sum qui sum, et dices filiis israel
qui est misit me ad vos. Ante ergo
vel post abraham habuit esse, qui
et accedere potuit per exhibitionem presencie
et recedere per cursum vite. Veritas vero
semper esse habet, quia ei quidquam nec priori
tempore incipitur, nec subsequenti termi-
natur. Sed sustinere ista eternitatis
verba mentes infidelium non va-
lentes ad lapides currunt, et quem in-
telligere non poterant, obruere
querebant. Quid autem contra fu-
rorem lapidancium dominus fecit, osten-
ditur cum protinus subinfertur. Ihesus
autem abscondit se, et exivit de
templo. Quam valde est mirum fratres karis-
simi, cur persecutores suos dominus se ab-
scondendo declinaverit, qui si divini-
tatis sue potenciam exercere voluisset,
tacito mentis nutu in suis eos actibus
alligaret, aut in pena mortis su-
bite obrueret. Sed qui pati vene-
rat exercere iudicium noluit. Certe
sub ipso passionis tempore, et quantum po-
tuit ostendit, et tamen hoc ad quod
venerat pertulit. Nam cum persecuto-
ribus suis se querentibus diceret. Ego
sum, sola hac voce eorum superbia
percussit, et omnes in terram stravit.
Qui ergo hoc et in loco potuit
manus lapidancium non se abscondendo
evadere, cur abscondit se nisi quia homo

inter homines factus, redemptor noster
aliud nobis verbo loquitur, aliud exemplo.
Quid autem nobis hoc exemplo
loquitur, nisi etiam cum resistere
possumus, iram superbiencium humiliter de-
clinemus. Unde et per paulum dicitur.
Date locum ire. Quanta humilitatis virtute
proximi ferre debeant, pensat homo,
si furentes iracundiam abscondendo
se declinavit deus. Nemo ergo contra
acceptas contumelias se erigat, nemo
contumeliis contumeliam reddat. Imitatione
etenim dei gloriosius est iniurias
tacendo fugere, quam respondendo
superare. Sed contra hoc superbia dicit
in corde. Turpe est ut accepta iniu-
ria taceas. Quis quis conspiciat quod
contumeliam accipis et taces, non pu-
tat quia pacienciam exhibes, sed crimen
cognoscat. Sed unde vox ista in corde
nostra contra pacienciam nascitur, nisi quia
in imis cogitationum fiximus, et
dum infra gloriam querimus, placere ei
qui nos de celo conspicit non curamus.
Accepta ergo contumelia meditemur
in ore veritatem dei. Ego gloriam meam
non quero, est qui querat et iudicet.
Hoc autem quod secundo dictum est
abscondit se, intelligi et aliter potest.
Collata quippe iudeis predicaverat, sed
ipsi predicationis eius verba deridebant.
Deteriores quoque ex predicatione facti
sunt, qui usque ad lapides iaciendos perve-
nerant. Et abscondendo se dominus significat
nisi quod eis ipsa veritas absconditur,
qui eius verba sequi contempnunt.
Cum quippe [illegible] quam non invenit
humilem [illegible] veritas fugit mentem.
Et quam [illegible] multi sunt hodie qui in-
decorum [illegible] dimittunt, detestantur

quia predicationem domini audire noluerunt. Et tamen quales illos arguit fuisse ad fidem, tales ipsi se ad operationem prophete dei aduerunt. Miracula cognoscunt, sed conuerti a suis prauitatibus renuunt. Ecce vocat et redire nolentes [illegible] sustinet, et eius patientiam dissimulatis. Dum ergo tempus est, fratres, a prauitate suam unusquisque deserat. Dei patientiam pertimescat, ne quem modo tranquillum despicit, iratum postmodum euadere nequaquam possit. Qui viuit. **Feria secunda secundum Johannem** vii c. Miserunt scribe **vii capitulo.** et pharisei ministros ut apprehenderent eum et cetera. **Omelia Remigii episcopi**

Fia ij s Ioh

remigij

Nemo satis digne sufficit ammirari quanta fuit in scribis et phariseis cordis duritia. Cum enim redemptor noster assidua predicatione et miraculorum operatione illos vocaret ad fidem, cunctis simplicibus credentibus et facta domini simul et verba glorificantibus, illi econtra non solum in eum credere nolebant, verum etiam apprehendere eum laborabant. In corde namque sceleris iudicium cordis fixerant. Ideo verba doctrine celestis recipere non valebant. Miserunt ergo ministros ut comprehenderent eum. Sed dominus qui in sua potestate habebat quando et quomodo mori vellet, Respondit dicens: Filioli, adhuc modicum vobiscum sum, et cetera. Quasi diceret: ~~[illegible]~~ est, quid nunc agitatis? Quod enim vultis facturi quidem estis, sed non modo, quia ad aliud tempus quo me passurum destinaui scelus impietatis effectum crudelitatis vestre differre volo.

tolerem

h ppe enim

vinnephilikter

cresco to dm differ desolem vero de monte nea vn patret sest mete co modicum tpr vo. su

Adhuc enim vobiscum sum, et vado ad eum qui misit me. Prius ergo implere debeo dispensationem assumpte carnis, et sic peruenire ad locum voluntarie passionis. Queretis me et non inuenietis, et ubi sum ego vos non potestis venire. Quibus verbis tempus designauit sue resurrectionis. Qui enim presentem sibi loquentem et miracula se docentem recipere noluerunt, post eius resurrectionem eum quesierunt, cum ubique viderent credentium multitudinem ardentem et longe lateque signa et miracula per apostolos fieri, illos in eis et per eos operante, qui alibi dicit: Sine me nichil potestis facere. Tunc ergo quesierunt eum et non inuenerunt, quia iam pena culpali de mundo recesserat et ascendens ad patrem celos penetrauit. Et ubi sum ego vos non potestis venire. Presentem pro futuro dixit. Queretis me et non inuenietis. De preterito dicit. Ubi ego sum vos non potestis venire. In sinu quippe patris sempiternus et consubstantialis illi filius erat, qui in terra loquebatur, sed apud patrem et imperator commorabatur, quo illi venire non poterant, quia eum patri equalem credere nolebant. Ad ipsum enim non loco sed fide venitur. Sed Iudei more sibi consueto verba ipsius non intelligentes et carnaliter illum loqui putantes ceperunt admirantem loqui et dicere. Quo hic iturus est quia non inueniemus eum? Nunquid in dispersionem gentium iturus est et docturus gentes? Quid dicentes ignorauerunt quid dicerent. In

Augustinus in sermone omelia

Dixit Iudei ad semetipsos

et qs c h so ij dr quaesierunt me

tam / quia ille volunt prophetaverunt / licet ipsi nollent. In dispersionem nationum gentium iturus erat atque docturus eas / non corporali presentia / sed per apostolos suos / Sicut enim eximius ille gentilitatis earundem doctor / post datam sibi evangelizandi a deo potestatem / eidem populo loquens ait / Vobis primum oportebat loqui verbum dei / sed quia illud repulistis et indignos vos eterne vite iudicastis / ecce convertimur ad gentes / Hec autem in alio loco / quia ipse a quo missus erat / in se loquebatur affirmat dicens / An experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus / Sunt ergo predicatores / pedes Christi sunt / dicente propheta / Quam speciosi pedes evangelizantium bona / Per hos nimirum pedes iturus erat deus ad gentes ut fidem et salutem quam iudei spreverunt / qui eam reciperent in Christum credentes / In novissimo autem die magno festivitatis stabat Ihesus et clamabat dicens / Si quis sitit veniat ad me et bibat. Flumina de ventre eius fluent aque vive. Solempnitas scenophegie id est tabernaculorum erat tunc celebrabatur in memoriam videlicet illius temporis quo exeuntes iudei de egipto per xl annos in umbraculis habitabant / in deserto / agebatur autem hec solempnitas mense septimo id est septembri / sicut preceptum in lege est a domino / solempnizabantque eam per septem dies / et octava id est novissima dies erat celeberrima id est festissima / In hac novissima die solempnitatis stabat Ihesus et non ut tunc loquendo / sed clamando / Omnes ad se

Talibus Christi amorem sitientibus et sustinentibus / clamat Christus dicens / Si quis sitit veniat ad me et bibat ut David dicit Sitivit anima mea ad deum fontem vivum / super quod Augustinus [illegible] sicut [illegible] et non ad deum / Omnis qui sibi vult aliquid comparare in ardore desiderii / ipsum desiderium / sitis est anime / Et videtis quanta desideria in cordibus hominum / Alius desiderat aurum / alius argentum / alius desiderat possessiones / alius ampla [illegible] / alius uxorem / alius honores / alius filios / Sed ardet in desiderio huius [illegible] et hec invenimus quem dicat / sitiunt [illegible] non [illegible] in desiderio [illegible]

advocabat dicens / Qui sitit veniat ad me et bibat / Sitis ista non est corporis sed mentis / Si quis ergo sitit / hoc est / si quis vult ardere et diligere Christum / veniat non passibus corporis / sed mentis affectibus / veniat non migrando corporaliter ad Christum / sed amando Christum / recedat ab amore seculi / sic sapiat amorem Christi / Qui credit in me inquit sicut dicit scriptura flumina de ventre eius fluent aque vive. Quam aquam intelligere debeamus / necessarie curavit evangelista exponere dicens / Hoc autem dicebat de spiritu quem accepturi erant credentes in eum / Que est hec aqua / nisi karitas / que per spiritum sanctum diffusa est in cordibus fidelium / Ait enim apostolus / Karitas dei diffusa est in cordibus vestris per spiritum sanctum qui datus est nobis / Venter / quo hanc aquam recipere debeamus / interior conscientia est / Qui cum hanc spiritus sancti aquam biberit id est cum Christi caritatem habere ceperit / habebit fontem aque vive / imo ipse fons efficitur / Fons enim iste de ventre consciencie fluens / benivolentia est / qui de caritatis alveo procedens / consulere et subvenire curat indigentia proximo / Nam quod bonum quis habet / si sibi soli putat sufficere nec ad aliorum satagit derivare profectum / non fluit aqua viva de ore eius / Si vero aliis vult ex bono quod accepit prodesse / cuilibet proximo / de huius ventre aqua viva fluit / quia diffunditur ad proximos prout facultas sinit / nec ulla ariditate fons iste siccabitur / sed magis magisque indigentibus augebitur / Hoc autem dicebat de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Spiritum

Symon de cassia Aqua viva sic fluens est ipsa gratia spiritus sancti qua quis operatur in hac vita opera digna vite eterne

ad xiii

supra

opera caritatis

quod fuit [illegible] plus

sancti dicit. quem nos terciam in sancta
trinitate veneramur personam. Sacrandum
namque omnibus fidelibus est. quia to-
ta trinitas deus spiritus est. Quando dici-
tur deus spiritus est. pater ergo spiritus et
filius spiritus atque ideo ut distinctio
fiat patris et filii. tercia trinitatis perso-
na iam non absolute spiritus. sed cum
predicto spiritus sanctus appellatur. Hunc
spiritum sanctum ante ascensionem apostolis
promisit. et post ascensionem die pen-
tecostes in linguis igneis misit. Unde et
quod ideo dicit ewangelista quem accepturi
erant credentes in eum. Habebant
quidem sancti apostoli et reliqui fide-
les spiritum ante resurrectionem christi. sed
non ita aperta datione illum acceperant
sicut postea accepturi erant. Habe-
bant spiritum sanctum ut pie recte vive-
rent et quibusdam prodessent. acceperunt
post modum spiritum sanctum ut omne ge-
nus hominum ad fidem christi convertere po-
tuissent. hoc spiritu vivificata tota
ecclesia illuminatur. instruitur. et in pres-
suris seculi presentis futurorum bonorum ro-
boratur. Cuius efficacissimam potenci-
am cernens. ait alii datur per spiritum
sermo sapientie. alii sermo scientie. alii
genera linguarum et quosque con-
cludens dicit. hec omnia operatur
unus atque idem spiritus dividens singu-
lis prout vult. Hunc ergo devota mente
precamur ut mentes nostras
ab omnibus desideriorum carnalium
sordibus emundet. quatenus nos sua in-
habitatione dignos efficiat. tunc sancti
id operante omnipotentissima trinitate
qui est gloria in secula. amen. Feria ii post

f ii post pe(ntecosten)

In illo tempore. Miserunt prin- Secundum Johannem vii°
cipes et pharisei ministros ut apprehe-
nderent ihesum et reliqua. Omelia Augustini

Principes iudeorum
audita multitudinis fide deo
murmurante quod christum glorificabat
miserunt ministros ut eum apprehen-
derent. quem apprehenderent adhuc
nolentem. quia ergo non poterant
apprehendere nolentem. missi sunt ut
audirent docentem. Quid docentem.
Adhuc modicum tempus vobiscum sum.
quod modo vultis facere facturi estis
sed non modo. quia modo nolo. quare
adhuc modicum tempus vobiscum sum
et tunc vado ad eum qui misit me.
Implere debeo dispensationem meam.
et sic pervenire ad passionem meam.
Queretis me et non invenietis
et ubi ego sum vos non potestis
venire. Hic iam resurrectionem su-
am predixit. noluerunt enim agnosce-
re presentem. et postea quesierunt cum
viderent in eum iam multitudinem
credentem. magna enim signa facta
sunt. et cum dominus resurrexit et ascen-
dit in celum. tunc per discipulos fac-
ta sunt magna. sed ille per illos qui et
per ipsum. Ipse quippe illis dixerat
sine me nichil potestis facere. Cum
claudus ille qui sedebat ad portam
ad vocem petri resurrexit. et suis
pedibus ambulavit. ut omnes mira-
rentur. Sic eos allocutus est pe-
trus. quia non sua potestate ista
fecit. sed virtute illius quem ipsi
occiderunt. Multi compuncti dixerunt
quid faciemus. viderunt enim se in-
gentis criminis. impietatis astrictos.
quando illum occiderunt quem vene-
rari et adorare debuerunt. Et pu-
tabant eum esse inexpiabile malum
magnum enim facinus erat. cuius con-
sideratio fecerat illos desperare

sed non debebant desperare / pro quibus
in cruce pendens dominus dicebat. di-
gnatus est orare / Dixerat enim
pater ignosce illis quia nesciunt
quid faciunt / Videbat quosdam su-
os inter multos alienos illis iam
petebat veniam / a quibus adhuc ac-
cipiebat iniuriam / Non enim attende-
bat quod ab ipsis moriebatur / sed
quod pro illis moriebatur / Multum est
quod illis concessum est et ab ipsis et
pro ipsis moritur. nemo de sui dimis-
sione peccati desperet / quando et illi
veniam meruerunt / qui xpm occiderunt /
Mortuus est xpc pro nobis / sed num-
quid a nobis / At vero illi viderunt
xpm suo scelere morientem / et credi-
derunt in xpm suis sceleribus igno-
scentem / quo usque biberent sanguinem
quem fuderunt / Ergo hoc dixit / que-
retis me et non invenietis. et
ubi ego sum. non potestis venire
quia quesituri illum erant post re-
surrectionem compuncti. nec dixit /
Ubi ego ero / sed ubi sum / semper enim
ibi erat xpc quo fuerat reditu-
rus / sic enim venit ut non recederet /
unde alio loco dicit / Nemo ascen-
dit in celum nisi qui de celo descen-
dit filius hominis / qui est in celo /
In terra loquebatur / in celo se esse
dicebat / Sic venit ut inde non
abscederet / Sic redijt / ut nos non
derelinqueret / quid miramini / deus
hec facit / Homo enim secundum corpus
in loco est / et de loco migrat / et
cum ad alium locum venerit in eo
loco unde venit non erit / Deus autem
implet omnia et ubique totus est /
non secundum spacium tenetur locis / Erat
tamen deus ille secundum visibilem carnem

in terra / secundum invisibilem maiestatem
et in celo et in terra / ideo ait / Ubi
ego sum vos non potestis veni-
re. nec dixit non poteritis / sed non
potestis / tales enim erant qui non
possent / Nam ut sciatis non ad
desperationem dictum / et discipulis di-
xit. tale aliquid / Quo ego vado
vos non potestis / cum pro illis orans
dixit / pater volo ut ubi ego sum
ibi sint mecum / Denique hoc petro
exposuit / et ait illi / Quo ego va-
do. non potes me sequi modo / seque-
ris autem postea / Dixerunt ergo iu-
dei non ad ipsum / sed ad semet ipsos
quo hic iturus est. quia non inve-
niemus eum / Numquid in dispersionem
gentium iturus est et docturus
gentes / Non enim sciebant que dixe-
runt / sed quia ille voluit prophetaverunt /
iturus enim erat dominus ad gentes / non
presentia corporis sui / sed tamen pedibus
suis / qui erant pedes eius / quos
volebat conculcare saulus persequen-
do / quando ei caput clamavit / Sau-
le saule quid me persequeris / Quis
est hic sermo quem dixit. queretis
me et non invenietis. et ubi ego
sum non potestis venire. Unde hec
dominus dixit nescierunt / et tamen aliquid
futurum quod erant nescientes prophe-
taverunt / Dixit enim hoc dominus quia
locum / si tamen locus dicendus est .i. si-
nus patris / unde numquam discessit
unigenitus filius / non illi nove-
rant cogitare / ideo. nec dixit ubi
erit xpc unde nec recessit xpc / quia
rediturus illuc erat / ubi manebat /
Unde hoc cordi humano cogitare /
nec dum lingua explicare / hoc
ergo illi nullo modo intellexerunt /

et tamen ex hac occasione salutem nostram peregerunt. Quod ergo dominus venturus sit ad dispersionem gentium et impleturus quod legebant et non intelligebant: quem non cognovi, populus servivit michi; in auditu auris obedivit michi. Illi non audierunt in quorum oculis fuit; illi audierunt in quorum auribus sonuit. Illius enim ecclesie venture typum gerebat mulier que fluxum sanguinis patiebatur: tangebat et non videbatur; nesciebatur et sanabatur. Figurate quippe erat quod dominus interrogavit: Quis me tetigit? quasi ignorantiam simulavit; sic fecit et gentibus. Non enim vidimus in carne, et meruimus carnem eius manducare, et in carne eius membra esse. Quare? Quia misit quos? predicatores suos, discipulos suos, servos suos, redemptos suos quos creavit; sed et quos redemit fratres suos. Totum parum dixi: membra sua, se ipsum. Misit enim ad nos membra sua, et fecit nos membra sua. Tamen secundum speciem corporis quam Iudei viderunt et contempserunt, non abfuit a Christo, quia et hoc de illo dictum erat. Dicit apostolus: Dico enim Christum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem dei ad confirmandas promissiones patrum. Ad illos debuit venire, ad quorum patres et quorum patribus promissus est. Ideo et ipse sic ait: Non sum missus nisi ad oves que perierunt domus Israel. Sed quid ait apostolus in sequenti? Gentes autem super misericordia honorare deum. Quid et ipse dominus ait? Habeo et alias oves que non sunt ex hoc ovili. Qui dixerat: Non sum missus nisi ad oves que perierunt domus Israel, quomodo habet alias oves ad quas non est missus, nisi quia significavit presentia corporali non esse missum nisi solis Iudeis qui viderunt et occiderunt? Et tamen inde multi et ante et postea crediderunt. Messis prima ventilata est, ut esset semen unde alia messis consurgeret. Nunc vero cum fama evangelii et bono eius odore creverunt fideles omnes per omnes gentes, erit exspectatio gentium, quando veniet qui iam venit; quando ab omnibus videatur qui tunc a quibusdam visus est et a quibusdam visus non est; quando veniet iudicaturus, qui venit ut iudicaretur. Non enim ab impiis Christus discretus, sed cum impiis iudicatus. De illo enim dictum est: Et inter iniquos deputatus est. Latro evasit, Christus dampnatus est; accepit indulgentiam criminosus, dampnatus est qui omnium confitentium relaxavit peccata. Tamen et ipsa crux, si attendas, tribunal fuit: in medio enim iudice constituto, unus latro qui credidit liberatus, alter qui insultavit dampnatus est. Iam significabat quid facturus est de vivis et mortuis: alios positurus ad dexteram, alios ad sinistram. Similis ille latro futuris ad sinistram, similis ille futuris ad dexteram. Iudicabatur et iudicium comminabatur. Sequitur: Si quis sitit, veniat ad me et bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aque vive. Quid hoc esset, quia evangelista exposuit, immorari non debemus. Unde enim dixit dominus: Si quis sitit veniat ad me et bibat; qui credit in me flumina de ventre eius fluent aque vive, consequenter exposuit evangelista.

Hoc autem dixit de spiritu quem accep
turi erant credentes in eum. Non dum
enim spiritus datus, quia ihesus non dum fu
erat clarificatus. Est ergo sitis inte
rior et venter interior, qui est homo
interior. Et ille quidem interior in
visibilis, exterior visibilis. Sed in
terior melior quam exterior. Et quod
non videtur plus amatur. Constat
enim plus amari hominem interiorem
quam exteriorem. Unde hoc constat?
Unusquisque se ipsum probet. Quamvis
enim qui male vivunt, animos suos
corpori addicant, vivere tamen volunt,
quod non est nisi animos, magis qua
se ipsos indicant, qui regunt, quam
illa que reguntur. Regunt enim ani
regintur corpora. Gaudet quisque vo
luptate, et capit de corpore volup
tatem. Separa animam, nichil restat in
corpore quod gaudeat. Et si de corpore gau
det, anima gaudet. Si gaudet de domo
sua, de se non debet gaudere? Et si
habet animus unde oblectetur extrinsecus,
sine delitiis manet intrinsecus? Omnino
constat plus amare hominem animam
suam, quam corpus suum. Sed in alio
homine plus amat animum quam cor
pus. Quid enim amatur in amico,
ubi amor sincerior et castior? Quid
amatur in amico, anima an corpus?
Si fides amatur, corpus non amatur.
Benivolentie fides est animi. Si hoc
amas in altero, quia et ipse amat
te, animum amas, quia non caro,
sed animus amat. Ideo enim amas quia te
amat. Quere unde te amat, et
vide quid ames. Plus ergo ama
tur quod non videtur. Aliquid vo
lo dicere, ubi magis appareat
dilectioni vestre, quantum ametur
animus, et quem admodum corpori prepo
natur. Isti ipsi lascivi amatores,

qui corporis pulcritudine delectantur,
et forma membrorum accenduntur,
tunc amant amplius quando amantur.
Nam si amat, et sentiet quia o
dio habetur, magis irascitur quam
diligit, quia non ei redditur quod
impendit. Si ergo ipsi corporum amato
res, se amari volunt, et hoc magis
eos delectet si amantur, quales sunt
amatores animarum, quales dei amatores
qui pulcros animos faciunt. Sicut enim
anima facit decus in corpore, sic deus
in animo. Non enim facit corpus unde
ametur nisi animus, qui cum migravit,
cadaver horrescit, et quantumcumque
illa membrorum pulcra dilexeris, sepeli
re festinas. Decus ergo corporis animus,
decus animi deus. Clamat ergo dominus: ut
veniamus et bibamus, si intus sitimus.
Et dicit, cum biberimus, flumina aque
vive fluent de ventre nostro. Venter
interior hominis, conscientia cordis
est. Bibit ergo de isto liquore, bibit
purgata conscientia, et hauriens
fontem etiam ipse fons erit. Quid est
fons, vel quid est flumen, quod manat
de ventre interioris hominis, nisi be
nivolentia, qua vult consulere proximo?
Si enim putet quia quod bibit, soli
ipsi debet sufficere, non fluit aqua
viva de ventre eius. Si autem proximo
festinat consulere, ideo non siccatur
quia manat. Videbimus nunc quid siti
unt quid bibunt, qui credunt in
dominum, quia utique christiani sumus, et si cre
dimus bibimus. Et unusquisque in se
met ipso debet agnoscere si bibit, et
si vivit ex eo quod bibit. Non enim
nos deserit fons, nisi nos deseramus
fontem. Et posuit ~~aliam~~ et dixit. Quam
dominus clamasset, et ad qualem potum
invitasset, quod bibentibus propinasset
dicens. ~~Hoc autem dicebat de spiritu~~
~~quem accepturi erant credentes in~~

eum / quod dicit spiritum / nisi spiritum sanctum
Nam unusquisque homo habet in se pro-
prium spiritum / de quo loquebatur /
cum eum commendaret / cum enim eum
habet / pater eius est spiritus / de quo dicit
apostolus paulus / Quis enim scit que sunt
hominis / nisi spiritus hominis / qui in ipso est /
deinde adiunxit / sic et que dei sunt
nemo scit nisi spiritus dei / ut nostra ne-
mo scit nisi spiritus noster / non enim nouit
quid cogitas / aut tu quid cogito /
ipse enim intra propria que interius cogitamus /
et cogitationum uniuscuiusque hominis
ipsius spiritus testis est / sic et que dei sunt
nemo scit / nisi spiritus dei / nos cum spiritu
nostro / Deus cum spiritu suo / scit et
quid agitur in nobis / et deus cum
suo / nos autem sine eius spiritu scire
non possumus quid agitur in deo /
deus autem scit in nobis quod ipsi nesci-
mus in nobis / nam infirmitatem su-
am petrus nesciebat / quam audiebat a domino
quod ter eum esset negaturus / audiebat
eger se ignorabat / medicus egrum
sciebat / Sunt enim quedam que deus
nouit in nobis / nescientibus nobis /
tamen quantum ad homines pertinet / ne-
mo se sic nouit / quo homo ipse / alium
nescit / quod in illo agatur / sed spiritus eius
nouit. Feria iii post Johannis vii capitulo

In illo tempore. Ambulabat ihesus in galilea
non enim volebat ire in iudeam quia
volebant eum iudei interficere et reliqua.

Omelia Remigii

Dominus noster
ihesus christus / per omnia ire memor
salutis / in cunctis que faciebat / fu-
turis fidelibus suis exempla / que imi-
tari deberent / proponebat / In quo enim
persecutionem fidelium prouidebat / causa
sui nominis in futuram etiam extra-
dam / sciebat enim infirmiora membra
sua immanitatem persecutionis tollerare
non posse / ne hii tales saltem despe-
rarent / et quasi a christo se alienos
arbitrarentur / sed terrorem passionem
refugerent / dignatus est dominus precep-
to / simul et exemplo consulere / precep-
to quidem / quo tales imminente persecu-
tionis tempore fuge permisit / dicens / Cum
vos persecuti fuerint in ciuitate una /
fugite in aliam / exemplo vero / quod ad-
huc puer / ad declinandam herodis se-
uitiam / quam non solum de ciuitate
in ciuitatem / verum etiam de regio-
ne in regionem fuge dignatus est /
delatus a parentibus in egyptum / factus iu-
uenis / cum enim iudeorum principes pre-
dicatorem vellent interficere / cre-
bro iudeam deseruit et alias natio-
regiones transiit / ne videlicet membra
eius hoc facere metuerent / quod noue-
rant in suo capite precessisse / Nec a-
liam peremptorie obiectum / si enim captiuus
fortitudine / fuge presidium requisisset
dicit ergo sanctus euangelista / vt lectum est
Et ambulabat ihesus in galileam. non
enim volebat ire in iudeam. quia quere-
bant eum iudei interficere. Neque enim
dominus suam amiserat potestatem / sed
nostram hic faciens consolabatur
infirmitatem / Nam si vellet poterat tu-
tus inter illos ambulare / qui suam
quoque mortem se testatur habere in po-
testate dicens / potestatem habeo po-
nendi animam meam et iterum sumendi
eam / Denique et hanc potestate demonstra-
uit / cum tempore passionis aduocatos illius
hii qui ad eum comprehendendum venerant /
abierunt retrorsum et ceciderunt
in terram / Sed hec omnia prudentis-
sima dispensatione disponens / prebendi
gratia exempli / vt dictum est / dignatus
est ad tempus se persecutoribus absen-
tare / Erat enim in proximo dies festus
iudeorum scenophegie. Scenophegia e-
rat festiuitas tabernaculorum / quam

mense septimo omnes iudei in tabernaculis lege precipiente habitare soliti erant / in memoria videlicet illius temporis quo per quadraginta annos in tabernaculis absque certe domus tegmine commorati sunt in deserto / Dies autem festus dicitur / non quo tantum una die ista ageretur festivitas / Nam per septem dies in tabernaculis habitabant / sed quot quot dies erant eiusdem celebritatis / unum diem propter unam solempnitatem consueverant appellare iudei / Dixerunt ergo ad eum fratres eius transi hinc et vade in iudeam. Fratres dei usitatissimo more sacre scripture consanguinei ipsius secundum carnem consobrini in verbo ipsius intelliguntur. Nam quidam heretici dixerunt / fratres domini appellari filios ioseph / sponsi marie semper virginis de quadam uxore eius altera nomine / nulla auctoritate subnixum est / atque a fidelibus nullo modo recipiendum / Sciendum siquidem quod in sacro eloquio fratres tribus modis dici solent / natura scilicet / gente / et cognatione / Natura sicut esau et iacob / Gente sicut omnes iudei / de quacumque tribu fuerint fratres appellabantur / Unde et in lege dicitur / Si attenuatus fuerit frater tuus hebreus / vendideritque se tibi / Cognatione / sicut abraham et loth et fratres dicti sunt / cum abraham patruus fuit loth / Scriptum est enim / Dixit ad loth abraham / Ne queso sit iurgium inter me et te / et inter pastores meos et pastores tuos / fratres enim sumus / Quartus etiam modus addi potest religionis / secundum quem omnes christiani fratres dicimus / qui unum deum patrem nos habere confitemur / Isto ergo tertio modo / quo iuxta co-

gnacionem fratres vocari dicimus / et hic et ubicumque fratres domini legimus / hoc vocabulum recipere debemus / Hoc modo iacobus frater domini dictus est / quia filius fuit marie matertere domini / Dixerunt ergo fratres eius ad eum. transi hinc et vade in iudeam. ut et discipuli tui videant opera tua que facis. Nemo quippe in occulto quid facit et cetera usque manifesta te ipsum mundo / Quare ista dicerent statim evangelista non tacuit / cum consequenter adiungit / Neque enim fratres eius credebant in eum. Poterant utique secundum carnem consanguinei christi esse / sed credere ipsa propinquitate dedignati sunt / Et quod in iudeam gloriam regni querebant in eum. quem humilem esse contemptorem noverant / credere nolebant / Putabant ergo illum tantum esse hominem / atque ideo eum ex se se metientes / et sicut ipsi honoris erant cupidi / ita eum arbitrantes adhuc inprudentie nequaquam esse immunem / quasi consulentes et consilium ei dantes dixerunt / Transi hinc et vade in iudeam. Ubi caput totius regni est / ubi est metropolis civitas / et venerabile toti mundo templum / ut ibi omnibus innotescas / et ab omnibus glorificeris / quod tacite dicunt / ut discipuli tui videant opera tua que tu facis non ita quasi ipsi non viderint / quecumque inter homines constitutus signa fecit. intelligendum est / Videbant quidem sancti discipuli domini opera ipsius / sed non ad hoc quod isti querebant / ut terrenis et popularibus favoribus attollerent / qui divina opera divinis noverant laudibus efferenda / Sed audiamus / quid amatoribus glorie carnalis dominus responderit /

Tempus meum non dum advenit.
Ille quidem suadebat. ut in iudeam
et suam potenciam miraculis mundo
innotescere / ne lateris ignorabilis /
et inglorius haberetur / verum dominus
respondit / non advenisse tempus glori
ficationis sue / prius fuit tempus cum
humilitatis / per quam ad celestem sub
limitatem pervenire disposuerat /
Ait ergo tempus meum hoc est
tempus exaltacionis mee glorie / non
dum advenit / primum namque passurus
et sic demum resurgendo / et ad celos
ascendendo erit glorificandus / Tempus
autem vestrum semper est paratum. tempus
videlicet glorie / quam semper affectatis /
propter quam omnia facitis deputatis /
Sed licet omni studio mundi gloriam
quererent / eam consequi non valebat /
quoniam gloria suos persequitur / et ambit con
temptores / et execratur suos appeti
tores / quos bene notat illa fabula
qua quidem aput inferos ingens /
contra montem saxum volvere dicitur /
Sicut enim qui lapidem ad alciora
impellit / retroactus suo pondere
ad inferiora relabitur / sic et am
biciosi quibus turpem pacuntur impl
sum / nec tamen ad quid conatur as
surgere / quasi naturali viciorum gra
vedine premuntur / Qui appetit glo
riam mundi / quasi qui sequitur um
bram / quam nunquam consequitur /
qui autem ipsam contempnit / quasi
qui fugit umbram / quam tamen nunquam
effugit / ut habetur in Gregorio et augustino
Tempus ergo eterne Christi non dum
advenerit / quod plenissime erit in fine
seculi / quo is qui venit iudicandus /
veniet iudicaturus vivos et mor
tuos / et quoniam se exhibebit abiectum /
perhumanitatis veritate / quamque terribilis et
gloriosus apparebit in divinitatis sue
maiestate / Vos ascendite ad diem
festum hunc. Ad hunc inquit diem
ascendite / in quo vos ad mundi gloriam
extenditis / nec celestem cogitatis /
Ego non ascendam ad diem festum
istum quia tempus meum non dum im
pletum est / Quare dicit dominus non
ascendam / cum in sequentibus mediante
iam die festo legitur ascendisse /
Sed attendendum quod dicit ad diem fe
stum istum / tunc enim cum illis non
ascendit / sed post aliquos dies festi
vitatis emensos / quia tempus meum /
hoc est glorie mee non dum impletum
est / tunc enim erit meus dies festus
non certis diebus pertransiens / sed con
tinua celebritate permanens / Hec
cum dixisset ipse mansit in galilea
Ut autem ascenderunt fratres eius tunc
et ipse ascendit / ad diem festum non
manifeste / sed quasi in occulto / quan
tum ad litteram occulte dominus ascendit
quia non favores hominum querebat /
non pompas seculi / et stipatum se ter
barum obsequiis delectabatur /
Mistice vero occulte ascendit / quia
ipse in illis solempnitatibus latebat
typice hostiarum que ibi offerebantur
sacrificiis presignabatur / sed non intelligebatur /
batur / Iam vero sub ignita clarum manifestus
festus est / quod illa subumbra et fi
gura exhibebatur / nobis revelata
veritatis luce agitur / Iudei ergo
querebant eum in die festo quia
ipse non cum fratribus ascenderat ante
quam veniret / querebant eum et
dicebant / ubi est ille / et murmur
multum erat de eo in turba / mur
mur eciam magnum de contencione
factum est / quam inter se dis

sidentes. habebant / Nam sicut eccl.
subiugit / eundem dicebant. quia bonus
est. alii autem non: sed seducit tur-
bas. Alii enim bonum asserebant, alii
seductorem blasphemabant / Sed quod
tunc de dno ab impiis dicebatur, hoc
ipm et hodie de suis fidelibus a sceleratis
dicitur / Nam quanto quis religiosius et
deo in corde simplicitate serviens / ab
irreligiosis et perversis quibusque vitupe-
ratur / et ab aliis bonus / et ab aliis in-
pestor et seductor vocatur / hoc quod sum-
valet ad consolationem nostram / quare quod
cohorrescant membra quod / quod ipi tra-
tum est xpo capiti suo / Non refu-
giant servi xpi audire a sceleratis ama-
toribus / quod dictum est de xpo a iudeis
murmurantibus / Nemo tamen palam lo-
quebatur de illo propter metum iudeorum
quod dicit / nemo palam loquebatur
de illo / ad illos tantum respicit qui
dicebant / quia bonus est / hii enim
in silentio et voce remissiori et so-
no pressiore loquebantur / illi vero qui
dicebant seducit turbas / clamus re-
sonabant / eorum sonitus longius /
eorum nequissime contentionis audiebatur
strepitus / Sed deo gratias permutate
sunt in meliores vices / quarius enim
nec dum venit illa hora glorifica-
tionis xpi / quam devoti persolamur
per quam eternitatis premia / nos acce-
turos speramus / tamen ita per universum
mundum iam dilatata crevit ecclesia /
sic se se per omnes partes qui quasi usu
diffudit / ut eius laudes ab omnibus
fidelibus libera et excelsa voce psal-
latur / palamque dicatur ab univer-
sis / quia bonus est / Si qui vero sunt
heretici / qui pauci velut navis

tabule post naufragium remanserunt /
non aperte / sed velut in angulo sus-
surrant potius quam loquantur /
Quia sicut psalmista dicit / obstru-
ctum est os loquentium iniqua / clau-
so ore infidelium / aperta sunt ora fide-
lium / et iam laudant nomen xpi in
choro / et psallant ei in tympano /
et psalterio / qui exaltatus in cru-
ce ad se traxit omnia / ut in omnibus
gentibus ipse solus colatur / et ado-
retur deus super omnia benedictus in
secula amen. Feria iiii post Iohanne xxi
nichil e. Facta sunt encenia in ierusalem.
et hyemps erat. et reliqua.

Encenia post Omeliam Remig.
nio vocabatur festivitas de-
dicationis templi / quam populus iude-
orum ex antiqua patrum traditione
per annos singulos celebrare solebat /
Encenniare namque greci / initiare
vel inchoare dicitur / Unde non ab
re est creditum est / quod sanctus ewangelista
quoque quo ista dedicatio facta
est. intimare curavit dicens / et
hyemps erat / per hoc quippe ostendit /
quod hec encenia / non ad primam templi
dedicationem / sed ad eam que ultima
fuit pertinet / ter namque tem-
plum ipm dedicatum
in sanctis tribus invenimus / prima si-
quidem eius dedicatio / a salomone in
magna gloria / et regni totius pace
autumpnali tempore perfecta est / Secunda a
zorobabel / et iesu sacerdote magno /
ac reliquiis filiis transmigrationis / ve-
ris tempore facta est / tercia autem a
machabeo / et fratribus eius hyemis
tempore peracta est / que etiam specialiter
constituta est / ut singulis annis /
et eadem dedicatio solempnibus fieret

f. iiii post iohem

Remig.

taretur officiis, que videlicet consti-
tutio usque ad tempora salvatoris ob-
servata est, sicut ex hac sancti e-
vangelii lectione datur intelligi. Ver-
hec observatio ab illis cepta salu-
briter nunc in sancta ~~ecclesia~~. venera-
biliter frequentatur, cum per
angulos singulos succedentes anniver-
sationis dies dedicationis ecclesie diurnis
laudibus a populo fidelium devote solemnis
recolitur, tantoque per singulos ac ma-
iori studio celebratur, quanto certis-
sima redemptoris non dubitatur.
adeo ut in hac die ipsum templum intra-
re et divine sue misteria potentie
pandere dignatus sit. Sane per
asperitatem hyemis duricia denota-
tur infidelitatis, que in mentibus eo-
rum iudeorum tunc erat, quibus conve-
niebat illud quod dominus dicit: Quoniam ha-
bundabit iniquitas, refrigescet
caritas multorum. ~~Et ambulabat~~
~~Ihesus in porticu salomonis~~. Porticum
salomonis dicit, in quo rex ille pote-
tissimus deum adorare solitus erat,
atque ideo ex eius nomine cognomina-
retur. Solent autem porticus quibus ille
templum cingebatur nomine templi
plerumque appellari. Si ergo tunc
dei filius in templo.
in quo sanguis bruto
rum animalium effundebatur, volu-
it corporaliter ambulare, multo magis
nunc domum suam ~~ecclesiam~~, ubi corporis
et sanguinis eius ipsius misteria con-
secrantur, invisere et inhabitare di-
gnabitur. Si tunc porticum in qua
rex ille quamvis potentissimus, ut dic-
tum est, atque sapientissimus, tamen mor-
talis atque terrenus orare solebat,
perambulare non despexit, multo
magis penetralia nostrorum cor-

dium sue presentia maiestatis visitando
illustrabit, si tamen nos ~~nr~~ mentes nostras
porticum esse salomonis, id est si eas tuo-
ris sui preceptis, qui unicum sapiens
est in iusticia que inter nos est
dilectione pacificus nos et proximos
neque eum putare debemus, quod hec
tantum domus in qua ad orandum
convenimus templum sit dei; nos
enim ipsi qui convenimus templum dei
dici et esse debemus, dicente ~~apostolo~~
Vos estis templum dei vivi. ~~Circum~~
~~dederunt eum ergo iudei et dixerunt~~
~~ei. Quousque animam nostram tollis? si~~
~~tu es christus dic nobis palam~~. Atque
ut quod evangelista premiserat, et hyems erat,
Circumdederunt ergo eum, non stu-
dio agnoscende veritatis, sed ingerende
temptationis et astruende calumpnie,
ut invenirent quo accusarent eum,
dixerunt ei ~~quousque animam nostram tollis~~
causatur quod animos eorum incertos ac sus-
pensos eos dimittendo tolleret, qui
ad hoc venerant, ut eius ipse certi-
tudinem patefaceret. ~~Si tu es christus dic~~
~~nobis palam~~. Iudei christum putant tantum
hominem futurum et regem ceteris
excelsiorem crediderunt, quod etiam
posteri eorum usque in presens et quousque
antichristum pro christo suscipiant, dementissime
arbitrari non cessant. Volebant
ergo ut se dominum christum esse diceret,
quatenus eum possent quasi augusto re-
pugnantem et imperium sibi usur-
pantem presidis potestati puniendum
tradere, quia propter dominus prudenter ac
temperate suam responsionem circumtulit,
et ut illis aditum calumpnie obstru-
eret, et quia ipse christus est, futuris fide-
libus aperta voce panderet. Audit
enim eis dicens ~~loquor vobis et~~
~~non creditis mihi~~. Satis apertissime ostendit

qd ipse sit xpistus | dicens eis ~~Loquor vobis~~
ostendit se verbum | hoc est filium dei
coeternum et consubstantialem patri | tamquam
diceret | ego semper me filium dei apertam
attestatione pronuncio | sed vos veri-
infidelitate cecati | nec michi loquenti cre-
ditis | nec opera que facio attendere cu-
pitis | que si digne consideraretis dei me
esse filium procul dubio agnosceretis | ~~Opera~~
~~inquit que ego facio in nomine patris~~
~~mei hec testimonium perhibent de me~~ Et
notandum qd suorum operum omnem gloriam deo
patri ascribit | cum ea in eius nomine
se facere asserit | Ipsa ergo opera que
faciebat cecos illuminando | paraliticos sa-
nitati restituendo | de paucis panibus mul-
ta milia hominum reficiendo | mortuos et
quadriduanos ad vitam revocando | ipsa
inquam opera testimonium reddebant | qd esset
verus filius dei | cuius gloriam in omnibus
suis operibus requirebat | ~~Sed vos non cre-~~
~~ditis~~ | causam autem cur non crederent
reddens subdit | ~~quia non estis ex ovibus~~
~~meis~~ oves suas fideles | et sibi obse-
quentes dicit | qui eum pastorem diligunt
et sequuntur atque ad pascua eterne saturitatis
tam pastoris vestigia sequendo perveni-
unt | Ergo hos qui in se nolebant cre-
dere | dicebat non esse ex ovibus suis |
quia videbat iam eterne perdicioni depu-
tatos | nec sui sanguinis precio ad vitam
perpetuam comparandos | ~~Oves mee vocem~~
~~meam audiunt et ego agnosco eas~~
~~et sequuntur me~~ Usitato more scriptura
cognoscere pro eligere ponitur | unde scrip-
tum est | Novit dominus qui sunt eius |
Nescire vero reprobare est | illud enim deus
ignorat | qd dignum eterne vite non
approbat | unde impiis in iudicio dicturus
est | Nescio vos | Oves ergo xpisti vocem
eius audiunt | quia preceptis illius
ex animo obediunt | et ipse eas cogno-
scit | quia ut ~~apostolus~~ de se sibique simi-
libus dicit | Elegit nos dominus ante mundi

constitucionem | ut essemus sancti | et in-
maculati in conspectu eius | Sequuntur
autem eum | et humilitatis et mansuetudinis
et innocencie eius vias incedendo | et
post eum eo ad gaudia sempiterne
vite feliciter intrando | unde sequitur |
~~Et ego vitam eternam do eis~~ hec
scilicet illa que pollicitus est se daturum
omnibus suis | nulla umquam ariditate
marcencia | sed indefectiva vita ame-
nitate vernancia | ~~Et non peribunt in e-~~
~~ternum~~ quia pastor eorum et salva-
tor talis est | apud quem nichil eorum
possit perire | Videbantur quidem perire
sancti martires oculis insipiencium |
cum hanc mortalem vitam per tormen-
ta amittebant | sed non peribunt in e-
ternum | quia post ea vincula carnis |
debita sibi premia a xpisto percipiebant |
unde consequenter adiungit | ~~Et non ra-~~
~~piet eas quisquam de manu mea~~
id est de potestate mea | Eos enim quos semel
preordinando xpistus assumpsit | nulla vis
dyaboli temptacionis | non immanitas
humane persecucionis | de potestate eius potest
auferre | Nam et si sit qui post acceptam
graciam de numero ovium xpisti perierit | Hii
certe ante dei oculos oves non fuerunt |
Videbantur quidem persecutores rapere pi-
os confessores xpisti de manu eius | cum
eos tormentis fidem xpisti negare compel-
lebant | ut eorum animas a xpisto alienas
efficerent | vel cum sepulta constancia mo-
riencium corpora illorum | aut ignibus ex-
urenda tradebant | aut aquis dissol-
venda immergebant | tamquam possent
ea resuscitando xpisto tollere facultatem |
Sed nemo potest rapere de manu eius |
qui sanctos inter certamina ut vin-
cant adiuvat | et victores in celis
coronet | quibus etiam verbis illorum
redarguit temeritatem | qui sibi la-

quos mors terruerit / Stultissime cum de eius nece cogitabant / cum
non solum in ipsum nichil possent agere
verum etiam neminem de suis possent
auferre / Verum ne hec dicendo suam videtur gloriam querere totum hanc potentiam ad patrem refert / ~~Pater meus qui
dedit michi maius omnibus est~~ Hoc
quod deus pater mediatori dei et hominum
dedit / maius est omnibus / quia dedit
illi / ut sit eius unigenitus filius /
nec natura dissimilis / nec virtute
inferior / nec tempore posterior / et hoc
gignendo dedit / quia deus deum genuit / Hoc est quod maius est omnibus /
Id eo idem loquens locuturus de verbo dei / transcendit omnem angelicam
et humanam naturam / et sic pervenit
ad id / quod maius est omnibus / et dixit /
In principio erat verbum / Hoc vero quod dei
filius habuit ante secula per divinitatem /
accepit ex tempore per humanitatem / ~~Et nemo
potest rapere de manu patris mei~~ Liquide intelligimus / unam virtute
suam esse et patris / atque ideo ipsum
se esse credendum / qui non ut ceteri sancti
per gratiam accepit ex tempore / sed verus semper
extitit dei filius / quod etiam subsequenti sententia ostendit / cum dixit / ~~Ego et
pater unum sumus~~. Unum inquit sumus /
una nobis substantia / una divinitas /
perfecta equalitas / Quibus verbis non
solum iudeorum questionem qui temptantes
eum utrum esset christus interrogabant / absolvit / verum etiam hereticorum / quos futuros previdit / quam sit destruenda mina
uit. Sabellius namque dogmatizavit /
unam esse personam patris et filii / quem
revincit / cum dixit / Ego et pater / Ubi
apertissime due sonant persone / Sed iudei / qui earum loquentem dominum quasi pacienter audierunt / cum dixisset /

~~Ego et pater unum sumus~~ amplius
unum verborum eius ferre non valentes /
quia ipsi lapidea corda gestabant /
ad lapides cucurrerunt / Sequitur
~~Sustulerunt lapides iudei ut lapidarent eum.~~ Verum quia ille tunc nolebat / nec ab illis lapidari disposuerat /
elata etiam ferientium brachia suo
nutu continuit / et unde hec ipsa lapidationis occasio inter illos cepit.
manifeste declaravit dicens / ~~Multi bona opera ostendi vobis ex patre
meo.~~ Scilicet mederi infirmorum / in assidua exhibitione doctrine / et miraculorum / que universa ex patre se dicit
ostendisse / ut se indicaret eius per omnia
gloriam querere / ~~propter quod horum mei
operis me lapidatis Responderunt ei de
bono opere non lapidamus te, sed de
blasphemia~~ Quamquam multi et nolentes bona. Ea que ab illo fiebant.
opera confitentur / nec possunt negare multorum beneficiorum dona / sibi a christo fuisse collata / Sed misere quicquid ille
de sua et patris equalitate dixit /
per blasphemia deputabant / Considerandum vero quod dicunt / ~~Et quia tu homo cum
sis facis te ipsum deum etc.~~ Infideles
iudei intellexerunt / quod arriani adhuc
intelligere negligunt / ideo quod dominus dixerit / Ego et pater unum sumus /
intellexerunt non posse dici unum / nisi
ubi equalitas / quod isti id circo pro
blasphemia receperunt / et unum tamen
hominem esse credebant / deum nullatenus credere volebant. ~~Nonne scriptum est in lege vestra
quia ego dixi dii estis~~ In lege vestra
dicit / in lege a deo vobis data / Sed
hoc notandum / quod hoc ~~psalmiste~~ testimonium
in lege scriptum dicat / quia nimirum
omnis scripture aliquando lex appellatur /

generali vocabulo / non quia di-
stincte lex p̄pe accipitur, et a p̄-
phetis distinguitur. Sic ipse dn̄e
dicit. lex et p̄phe usq; ad iohem̄.
plerumq; in tria eadem distribuunt̄
scripture / ut est illud. Tunc aperuit
illis sensum / ut intelligerent omnia
que de ipso scripta erant in lege
et p̄phis et psalmis. Si illos deos
dixit / ad quos sermo dei factus ē /
et non pōt solui scriptura / hoc est
non pōt argui falsitate / atq; ideo
non audeas eam reicere. Si ergo
illos dixit deos / ad quos sermo dei
factus est / quem pater sanctificauit
et misit in mundū / vos dicitis / quia
blasphemas / quia dixi filius dei
sum. Ac si diceret / si id circo homines
di appellati s̄t / quia sermo dei ad eos
factus est / ipm̄ verbum qd̄ erat in
principio apud deum / quo non est
deus. Si illi dii vocari meruerunt /
qui participes facti s̄t sermonis dei /
ipse sermo dei unde participant an
non sit deus. Notand̄ vero qd̄ dicit /
quem pater sanctificauit et misit
in mundū. sanctificauit namq; filium
non quo umquam ille sanctus no
fuit. sed sanctificauit / qm̄ eum
sanctum genuit / sicut em̄ deus deū
innocens innocentem / sanctus sanc / p̄-
genuit filium / et misit eum in mun
dum / quia eum incarnari constituit
p̄ salute hominum. Si non facio opa
patris mei nolite cred̄e michi / si
autem facio et si michi non credi
tis vel opibus credite. Ac si diceret.
Si tantum meis nudis verbis dei
me filium esse dico / et non etiam
opm̄ exhibitione / me id esse com
p̄bo / cum eos aut quos natura

impfectos edidit / aut vicium dep̄rauit /
aut certe infirmitas afflixit / potenti
maiestate restauro / nolite credere
michi. Si vero ista facio / que nullus
nisi filius dei facere pōt / si michi non
creditis / hys saltem opibus credite /
Nunc iterum dicit. Ut cognoscatis et
credatis quia in me est pr̄ et ego
in patre. Dixat enim opibus credite /
nunc iterum dicit / ut cognoscatis et
credatis qd̄ tale est / ac si diceretur /
credite. ut credatis et cognoscatis /
Est vero sensus / si michi non creditis
opibus credite / ut cognoscatis credentes /
quia in me pr̄ / et ego in patre / De
bemus ergo cred̄e / ut possimus co
gnoscere / quia cognitio merces est
fidei / credentes em̄ merebimur impo
tentias dm̄ / ut cognoscamus / quo in
filio est pr̄ / et filius in patre / Sane sci
end̄ est / quia non est sic pater in
filio / vel filius in patre / quo dicitur
deus ee in sancto aliquo viro / et
sanctus quilibet in deo / filius quippe
in patre est / p̄ equalitatem / unius
eiusdemq; substancie / homo vero ē
in deo p̄ participacionem gr̄e / Denique vir
sanctus pōt dic̄e / quia deus est in
eo / non autem pōt dicere / ego et deus
unum sumus / nec rursus / qui videt me
videt et deum / hoc em̄ unigenito so
li filio conuenit / qui sic est in p̄re /
ut sit et equalis patri / et sit unū
cum patre / cum quo illi est / omnis honor
et gl̄a in sancti sp̄s unitate p̄ immor
talia s̄cla. amen. Fr̄a iiij p̄t Johannis / fr̄a iiij p̄ reminiscere
et ill̄ t̄. Facta s̄t encenia Decimo ca.
in ih̄rl̄m et hyemps erat / et ambu
labat ih̄s in templo in porticu salomōis
Encenia p̄t illo Omel Augusti / augustini
vocabatur festiuitas dedicatio
nis templi / quam p̄plus iudeorum ex
antiqua patrum tradicione / et ut ē

fia v p loc.

Lectio e. Cum au fia v sm Johanne vii°
dissent quidam de turba sermones
eius dicebant hic est xpc. r.

Remigii

Narratur Omelia remigii
in superioribus quia venit ipse
ihierusalem ad solempnitatem scenophe
gie in die festo mediante ubi doc
trina sua infideles iudeos confunde
bat fideles instruebat seque dei filium
evidentissima assertione declarabat
In novissimo autem die magne festi
vitatis eiusdem stabat et clamabat
dicens Si quis sitit veniat ad me
et bibat. Illo quoque talia proferente
et ad dona spiritualia invitante populos
nata est ex illo in populo dissensio Qui
dam autem audientes sermones eius
dicebant hic est xpc. Iam isti siti
eius spiritualem haurire ceperant et
iam sitim noxiam infidelitatis depo
suerint. Alii vero in infidelitatis
sue ariditate permanentes dicebant
Numquid a galilea xpc venit. Nonne
scriptura dicit ex semine david et a
bethlee castello ubi fuit david xpc
venturus est. Noverant david quod
de xpo predixissent prophete sed ignorabant
omnia in ipso adimpleta fuisse. Nam
notum est cunctis fidelibus nec opor
teret descriptione quod dominus in bethlee
natus est de regia stirpe david de
scendens sed hii qui noverant eum
in nazareth nutritum per etatem spiri
tualem ad iuventutem usque crevisse de eo
locum nativitatis eius non atte
debant nec prophetiam quam in eo
impletam esse legebant. Dissensio ita
que facta est in turba propter eum.
Quidam vero non solum in eum cre
dere nolebant verum etiam maio
re sui sceleris dementia illum ap

prehendere volebant et nemo misit
in illum manus quia ipse non permi
sit qui conatus illorum in sua habuit
potestate. Venit quoque ministri ad pontifi
ces et ad phariseos. Superius lectum est
quod pontifices et pharisei miserunt mi
nistros ut apprehenderent eum. Sed
illi auditis sermonibus obliti sunt propter
quod venerunt obliti sunt redierunt quoque
inanes a crimine plenum ammiratione.
Quare inquiunt non adduxistis
eum. Stupescunt et timorem innocentes
ipsius in vos sacrificiorum. Quare non
intelligitis potentias eius. Quem
comprehendere volitis cuius predicationibus
sepe convictus est et cum eum lapida
re velletis illesus inter ictus vestros
exivit. Nec ullo modo a nobis adhuc
licet nimis cupidis teneri potuit.
Quare nunc ministros arguunt. Quo
niam non adduxerunt eum neque vos
ipsi si cum illis ceteris vobiscum venientes
nichil agere possetis sed sicut illi
attoniti stupentesque valueretis. Re
sponderunt ministri. Numquam sic locutus
est homo sicut hic loquitur. quia
nimirum ille qui loquebatur deus
erat et homo. Verbum enim dei carnem
nostram mediante anima susceperat ita
ut nec divinitas in humanitate confu
deretur nec rursus humanitas in divini
tate verteretur sed unus xpc perfectus
deus perfectus homo. Illi quidem veri
tati quam audierant testimonium redde
bant. Istorum corda pro ea infidelitatis
duricia stringebantur nec saltem suo
rum testimoniis ad credendum ducebantur.
Responderunt eis pharisei. Numquid et vos
seducti estis. Seductorem xpm vocabant
et id circo ministros suos ab eo seduc
tos esse dicebant. Et revera bene.

et laudabili seducti fuerunt | quia
declamatores a malo temeritate et illic
te comprehensionis inheserunt. bono
doctrine celestis ac divine exhortatio
nis | dimiserunt eum infidelitatem / ac
sierunt ad fidem | abnegantes dudum /
confessi sunt Christum | Numquid autem et vos
seducti estis. Numquid aliquis ex princi
pibus credidit in eum. aut ex phariseis. Sed
turba hec que non novit legem male
dicti sunt. Improperabatur verissime in istis
quod dominus dicebat. In iudicium ego veni
in mundum | ut qui non vident videant /
et qui vident ceci fiant | ceci enim facti
sunt legis doctores / et videre ceperunt
simplices legem nescientes / et in eum
qui auctor legis erat credentes magis
[illegible] Christum qui legem ignorabant /
et qui se legem scire putabant. con
tempnebant eum / qui eis ipsam le
gem dederat | Dixit Nicodemus ad eos
ille qui venerat ad Ihesum nocte. qui
unus erat ex ipsis | Unus erat ex
eorum ordine / sed non tenebatur
illorum iniquitate | venerat ad dominum nocte /
cupiens secreta eius allocutione fa
miliari plenius addiscere | Iam quippe
credebat / sed agnosci formidabat /
propterea et nocte venit / quia illorum ime
tu / die non est ausus venire | Simula
re volebat / sed in fine deprehendi me
tuebat | Hic ergo Nicodemus dixit
eis. Numquid lex nostra iudicat ho
minem nisi audierit ab ipso prius / et co
gnoverit quid faciat. In lege moysi
salubriter et prudenter dictum est /
ut nemo absens iudicetur / nisi prius
in presentiam iudicum veniat / causamque
suam exponat. sed principes pharisei iudi
cantes ante volebant esse dampnato
res quam cognitores | Nicodemus
ergo qui conscius erat veritatis qua

quam a Christo acceperat / satis noverit quod
si illi tantum modo patienter audire vel
lent / mox sua deposita sententia in illum
crederent / similes eius illis fierent / quos ad
eum causa comprehendendi transmiserant.
Nam dum ut illum tenerent. missi sunt
feliciter / verum ordine converso iam cre
dentes in eum redierunt / sed mens perse
cutorum / nec isto modo converti potuit /
responderunt enim Nicodemo. sicut et mi
nistris suis iam responderant. Numquid
et tu galileus es | Galileum appellabant
dominum / quia de Nazareth civitate galilee
fuerat intemerata genitrix eius / atque
ideo omnes in eum credebant / tunc temporis
galileos desperatione vocabant / nam po
stea etiam primum apud Anthiochiam
que est metropolis sirie appellari ceperunt /
Numquid autem galileus es. hoc est
a galileo seductus | Scrutare scripturas
et vide quia propheta a galilea non sur
git. | sed ille qui est dominus prophetarum / in
ista locum / ubi natus fuerit attendebant /
sed ubi conversatus considerabant / atque
ideo redemptorem non solum ut Christum /
sed nec ut prophetam susceperunt. A galilea
inquiunt propheta non surgit / sed ille qui
est dominus prophetarum inde surrexit | Sequitur
post hec etc. | quia reversi sunt unus
quisque in domum suam. Nullo enim perfec
to iudicio / negotio vacui fide et omni
fraudata veritate reversi sunt / quorum impietati
non sufficiebat / quod in eum ipsi non cre
debant | verum etiam alios a fide perfidie /
et proditionis sue complices efficere
festinabant | Sed nos quia ista legimus /
propter quos hec scripta sunt / oportet ut eorum
studia in contrarium accipiamus / ut eo
rum malis operibus nobis occasionem
salutis summamque cautam ad Christum de
nocte instruere intentionis nostre / non
ut eum ad mortem comprehendamus /
sed ut ipsi ab eo vitam perhennitatis acci-

primus. recordemur omni reueren-
cia et intima cordis nostri preuentum
intelligencia qui propter nos deus ho-
factus est. auctor celi et terre inter
homines vnio mira homines conspici
et tractari dignatus est. quatenus
paradisi nobis amenitatem reseraret
ac in primis ecclesie primordiantes ad
incorruptibilis ~~sue~~ ciuitatis sue
claritatem perduceret. propter nos di-
ci voluit galileus qui erat et est
semper omnia dominus et deus. Sed ut hec
et alia mire et grate ipsius beneficia
a congrue et ut expedit recolere
atque pro his digne pietati sue grates
rependere valeamus. recedamus a
consilio malignancium et a conuentibus
sedencium hominum. vadamus ad consilia domini
~~dom~~ ubi expeditis animis et ani-
dantibus cenaculis seruatis iusticia dei
domini pro sanctam et solius iusticie me-
morari presumus. Tunc enim secundum uerbum
exultabunt labia mea cum cantauero
tibi et anima mea quam rede-
misti meditando iusticiam eius. Ad
hec sit tibi cui cum patre et spiritu sancto
honor est ac sempiterna gloria amen.
ipsis est Collecta feria vi post dominicam Iohannes xi.
Collegerunt pontifices et pharisei concilium
adversus Iesum. et cetera. Omelia Remigii

Resuscitato a saluatore Christo la-
zaro et cum ingenti mira-
culo viso multi ex iudeis qui pre-
sentes fuerant et viderunt que fecit
crediderunt in eum. Quidam vero ex
ipsis siue qui iam in eum credide-
runt siue qui ad martham et
mariam consolandi causa venerant
abierunt ad phariseos et nunciauerunt

~~eum~~ eis que fecit Iesus siue pro
studio ut ipsi crederent siue gratia ac-
cusandi ut contra eum magis se-
uirent. Pontifices ipsi malicia sua con-
tenebrati et quo iterant nescien-
tes videbant enim signorum euidencia
se superatos. ~~collegerunt concilium~~
non ut discuterentur et crederent
sed ut nephanda conspiratione cir-
cumuenientem morte dampnarent.
Inierunt consilium ut eum perde-
rent non ut sibi consulerent ne
perirent. ~~Quid inquiunt facimus.~~
Et tamen non dicebant credamus
sed velut excecati et necem eius
se mutuo cohortantes dicebant.
Quid facimus quia hic homo
multa signa facit. velint nolint
confitentur quia ille quem quasi
hominem despiciebant fuit deus
signis et miraculis comprobabat.
Si dimittimus eum sic omnes credent
in eum. Et venient romani. et tol-
lant locum nostrum et gentem. Ipsa
le regnum amittere timuerunt
de vita autem eterna cogitare
neglexerunt atque ideo utrumque iustis-
simo dei iudicio amiserunt. Nam qua-
dragesimo secundo anno post passionem
eius simul et gloriosam ascensionem
venientes romani sub tito et ves-
pasiano principibus locum simul regnum
et gentem illius abstulerunt et
ipsos ferro fame et captiuitate
deleuerunt. Et qui in pascha Christum
occiderunt in eadem solemnitate
ab hostibus capti sunt. quamque iniuria
filii patrem offenderant ipsi a
patre et filio vel vespasiano et
tito deleti sunt. sicque rei et miseri

feria vi post iudica Iohannem.

remigii

ad eterna supplicia transierint. Mirum
quod alibi dominus de eis predixerat: Filii
autem regni eicientur in tenebras
exteriores. Venient, inquiunt, Romani
et tollent locum nostrum et gen-
tem. Putabant enim doctrinam Christi
contra templum et paternas tra-
diciones esse, ideoque timebant ne si
omnes in Christum crederent, nullus rema-
neret qui pro civitate et templo con-
tra Romanos pugnando resisteret.
Unus autem ex ipsis Cayphas nomine
cum esset pontifex anni illius dixit
eis: Vos nescitis quidquam neque
cogitatis quia expedit ut unus
moriatur homo pro populo et non tota
gens pereat. Quod tamen a semetipso non
dixisset, sed quia pontifex erat
anni illius prophetasse, agente ipso ponti-
ficatus sacramento, quod indignus ge-
rebat. Subsequitur ~~evangelista~~ dicens:
Hoc autem a semetipso non dixit, sed
cum esset pontifex anni illius prophetavit
quia Jesus moriturus erat pro gente.
Quo loco discimus plerumque et
malos per spiritum prophetie futura predicere.
Unde et in iudicio domino dicitur: Domine,
domine, in nomine tuo prophetavimus. Cum
porro quod hic Cayphas dicatur ponti-
fex anni illius, cum dominus per legem pre-
cepisset ut unus tantum esset sum-
mus sacerdos, cui mortuo filius
succederet et loco patris sacerdotium
administraret. Et sicut hoc a primo
Aaron usque ad ~~David~~ tempora servatum,
qui volens augere cultum
templi plures pontifices domo in-
stitucionem agente decrevit, qui
per ordinem vicibus sibi succederent
ac per annos singulos ministrarent.
Hinc Lucas ~~evangelista~~ de Zacharia re-
fert quia cum sacerdotio fun-
geretur in ordine vicis sue ante
deum, sorte exiit ut incensum poneret
ingressus in templum domini. Potest etiam
intelligi moderno tempore hoc pro ambicio-
nes dignitatum et contenciones consti-
tutum fuisse apud Iudeos, ut plures
essent pontifices et annuatim in templo
domini ministraret, et post eum alius
succedebat. Nam et de hoc Caypha
Iosephus refert quod precio sibi unius
anni sacerdotium redimeret. Absque re
de. Quid vero prophetavit audiamus:
Vos nescitis quidquam neque cogitatis
quia expedit ut unus moriatur homo
pro populo et non tota gens pereat. Hoc
autem ait ~~...~~ a semetipso non di-
xit, sed cum esset pontifex anni illius
prophetavit quia Jesus moriturus erat pro
gente, et non tantum pro gente, sed
ut filios dei qui erant dispersi con-
gregaret in unum. Prophetavit ergo Cay-
phas quod pro iudeorum tantum gente Christum
mori expediret, sed ~~evangelista~~ cum no-
verat pro salute tocius etiam gentis
passurum, quatenus illos qui ante secula
predestinati erant ut essent filii dei
in unum congregaret, et ex credentibus in
iudeis et gentibus unum gregem et unum
ovile perficeret. Sicut ipse alibi dicit:
Et alias oves habeo que non sunt ex
hoc ovili, et illas oportet me addu-
cere, et fiet unum ovile et unus
pastor. Non enim iam tunc filii dei
iste oves erant, sed ipse pro eis pa-
ciendo, eosque peccatores sanguine suo
redimendo, ex filiis dyaboli fecit fi-
lios dei, et ex nocentibus lupis inno-
centes oves constituit. Ab illo
ergo die cogitaverunt interficere illum.
Non quo antea iam non hoc cogi-
tassent, cum sepius in eius nece-

conspirasse / et crebro eum comprehendere
voluisse legimus / sed quia tunc in-
cunctabiliter scirent proficiende mortis
eius instituerunt / et quo citius possent
iniqua sua consilia accelerare decre-
verunt / Iesus ergo non in palam ambula-
bat apud iudeos. sed abiit in regi-
onem iuxta desertum in civitatem
que dicitur effrem. et ibi morabatur
cum discipulis suis / Non utique ille
qui est dominus virtutum formidare po-
terat / nec enim sue divinitatis potestas
deseruerat / quia si vellet poterat.
palam inter iudeos conversari et nichil
mali ab eis pati / recedendo et astu-
cia inimicorum declinando nobis
exemplum dare dignatus est / ut si tempus
persecutionis ingrueret non subitaneum
refugium latebrarum querere / et furore
sceleratorum hominum latendo devitare /
Bene quod dominus relictis iudeis abiit in
regionem iuxta desertum / significat quia
illos qui quondam plebs dei erant
et acquisicionis peculiaris fuerant / propter
suam perfidiam et crudelitatem / dere-
licturus erat / et ad gentes que contra
deserte a deo fuerant / per ~~apostolos~~ pre-
dicatorum erat transiturus / Nam et
civitatis ipsius vocabulum / in qua
cum discipulis moratus est / huic
rei aptissime congruit / Effrem namque
fructificatio interpretatur / nimirum
sanctam significans ~~ecclesiam~~ / ex gentibus
que quondam sterilis et infecunda /
postquam verbum fidei Christi susce- no
pit / spiritualibus bonorum operum fructibus
habundare studuit / et que aliquando ter-
ra deserta ac squalida nichil virens
gignere noverat / modo fructifera
arboribus decorata / dulcissimi fructum
germen simul et usum late porrecte.

terram promittat / nec enim desertum /
sed meliori nomine ortus deliciarum
et paradisus dei dignatus est appella-
ri / Redemptor noster quia sciebat
instare tempus sue passionis / voluit
se absentare ad modicum a iudeis /
expectans ut veniente pascha / quod
in proximo futurum erat / se scelerato-
rum manibus sicut ante secula prefinie-
rat comprehendendum traderet et cru-
cifigendum / quam et nos solempni-
tatem sacram / quadragesimalium
dierum observacione commonet
vigilantissime expectare / Ideoque
nece est / omnibus qui nos magno cru-
oris sui precio redemit / eciam
exponere / ut nos cum remissione
peccatorum / annuum gaudii et intima sua ad
eam sibi complacita faciat exspec-
tacionem venire / qui vivit et regnat
in secula ~~am~~ Sabbato feria Iohannes 6

In illo t. dixit Iesus turbis / Amen
amen dico vobis / nisi manducaveri-
tis carnem filii hominis / et biberitis
eius sanguinem / non habebitis vi-
tam in vobis / et cetera. Omelia Remigii

Hec sacra lectio plena est sa-
lutis eterne mysteriis / et spiritualis
anime sacramentis / Substancia quippe
anime / verbum dei est / Nam quanto
melior pars est substancia / quam
cibum spiritualem desiderare / et verbum
in se habere / immo in ipso manere /
qui vere est / quamque pertinet omnibus
ut sint / Namque quicumque sine illo sunt
non solum non vivunt / sed eciam
nichil sunt / Qui vero habent vere
vite / utriusque substancie participes sunt
illi vere vivunt / et sunt / nec ullo
mortis metu attemptantur / quia
ipsam vitam in se susceperunt /

immo a nobis susceptum est. Hoc tam-
et tam admirabile premium in christo
per christum habemus. Deum et hominem
qui cum sit verbum dei et panis
supersubstantialis et super celestis. car-
nem suam nobis in cibum, sanguinem
vero suum mistico atque terribili sa-
cramento concessit in poculum. quod ad
eternam vitam veramque perficit ali-
mentum. sanctaque et mirabilis quodam
ineffabilique commercio. carnis et
sanguinis eius misteria suscipientes.
ipsum verbum dei deum nos suscipe-
re fidelissime credamus. Ad hanc
spiritualem alimoniam adhuc invi-
tans et dominus cibum. Dominus nos
invitat. tantamque necessitatem sumendi huius
alimonie nobis indicat. ut ali-
ter nobis vitam habere non possimus.
nisi carnem eius manducaverimus.
et sanguinem eius biberimus. Dixe-
rat enim supra. Ego sum panis vi-
vus qui de celo descendi. si quis
manducaverit ex hoc pane vivet
in eternum. Et panis quem ego da-
bo. caro mea est pro mundi vita.
Sed iudei audientes litigant ad
invicem dicentes. Quomodo potest hic
nobis carnem suam dare ad man-
ducandum. Non enim hunc panem in-
telligebant. et audientes carnem
exhorrescebant. Non enim erant
corpus christi. ideo ergo scandalizaba-
tur in carne christi. sed dominus propter
nos. quos in se credituros pre-
videbat. quamvis illos carnem
verba sua non capere. immo magis hor-
rere ut nos instrueremur adhuc
subiecit. et ait. quod modo lectum
est. Nisi manducaveritis carnem
filii hominis. et biberitis eius

sanguinem non habebitis vitam in
vobis. Filium hominis se utique dice-
bat. cuius corpus cottidie per sacerdo-
tes ymmolatur in altari. apostolus enim
dicit. Panis quem frangimus. nonne
corpus christi est. et calix cui bene-
dicimus. nonne sanguis ipsius est. Et
hic quidem in corpore. quod de virgine
assumpsit semel passus est. resur-
gens enim a mortuis iam non moritur.
mors illi ultra non dominabitur. sed
misterium sui sanguinis et corporis cot-
tidie a fidelibus per sacerdotum ministerium
fieri mandavit. venerabili sacramento.
quia nimirum aliud est. et aliud
videtur. Videtur namque panis. quod
est verissime corpus christi. Nisi inquit
manducaveritis carnem filii hominis et
biberitis eius sanguinem. non habe-
bitis vitam in vobis. fidelis vita
enim ipse christus. Nam alibi dicit. Ego
sum via. veritas. et vita. quem ha-
bere. est vitam eternam possidere.
Unde adhuc apertius adiungit. Qui
manducat carnem meam. et bibit
meum sanguinem. habet vitam eternam.
Possunt quidem homines sine hac a-
limonia temporalem in presenti seculo vitam habere.
eternam vero vitam. habere nequaquam. quia
solis sanctis carnem christi et sanguinem
digne percipientibus promittitur. Denique
ne putarent sibi in isto cibo et potu
sic promitti vitam eternam. ut iam nec
corpore morerentur. cum dixisset. Qui
manducat meam carnem. et bibit
meum sanguinem. continuo adiecit.
dicens. Ego resuscitabo eum in novo
vissimo die. Nam qui carnem christi
digne comedit. et sanguinem eius
bibit. morientis corporis licet mortem sen-
sum. vitam eternam. in illa paciter

sima lucis et refulgens regnum collo
catus. Ad vero ad corpus pertinet
nec ipsum vita eterna fraudabitur. quia
in novissima die eam vitam non mo
riturum resuscitabit. Caro enim mea vere
est cibus et sanguis meus est potus.
Carnales homines cibo et potu so
liti sunt id appetunt ut non esuriat
neque siciant. Et cibo quidem corporali
ad tempus fames expleta pellitur
potus siti refecta contempnitur. sed
digesto quem acceperat cibo. ventre
evacuato. iterum incipit esurire. At
cibus iste spiritualis et potus. ita sumen
tes saciat ut nesciant iam esurire.
quem eos a quibus sumitur immortales
et incorruptibiles facit. Nam per hunc
cibum promeretur sanctorum perfecta societas
ubi est plena pax et illa beata atque e
terna electorum unitas. ~~ubi est plena~~
~~pax~~ quam commendat apostolus dicens
Unus panis unum corpus multi sumus
in Christo. Ad hanc denique commendandam
dominus et redemptor noster corpus et san
guinem suum in illis rebus voluit con
secrari que ex multis partibus ad unum
aliquid rediguntur. Nam panis ex
multis granis conficitur. vinum ex
multis acinis in unum confluit. Sic
et unitas ecclesie que est corpus Christi
ex multis fidelium personis constat.
Jam vero subsequitur quo id fiat et
quid sit manducare corpus et sangui
nem eius bibere exponit dicens.
Qui manducat inquit carnem me
am et bibit meum sanguinem in me
manet et ego in eo. Hoc autem perfec
to est hanc escam manducare et
hunc potum bibere in Christo et Christum
in se manentem habere. Atque ideo procul
a dubio et indignus. qui non manet
in Christo et in quo non manet Christus

licet carnaliter et visibiliter manducet
et sacramentum corporis domini dentibus
atterit. et misteria transsumendo
non tamen spiritualiter manducare crede
dus est. neque enim ad salutem sed
ad iudicium tanto percipit sacramento
qui immundus et maculatam habens
conscientiam presumit ad tam sanctum et
unicum propinquare misterium. quod
nullus alius sumit digne nisi
qui mundum cor habere studuerit. de
dicente. Beati mundo corde. quoniam ipsi
deum videbunt. Sicut misit me
pater vivens et ego vivo propter
patrem. Et qui manducat me vi
vet propter me. Quod dicit se vivere
propter patrem de humanitate eius
non de divinitate debemus accipe
re de ea natura eius qua minor
est patre. non de ea qua equalis
est patri secundum quam alibi dicit.
Sicut habet vitam pater in semet ipso
sic dedit et filio vitam habere in se
met ipso. Quod est a patre dicere
Genuit filium vitam habentem in se
met ipso. Vivit ergo filius propter
patrem quia a deo patre missus
in mundum. ut patris obediret
imperio. humiliavit semetipsum usque ad
mortem crucis. Nos autem man
ducantes Christum vivimus propter eum
quia accepimus eternam vitam
per eam quam habemus ex nobis.
Non ergo perficit dei filius ex par
ticipatione patris a quo ille equalis
natus est. sed nos perficimus et
meliores efficimur participatione
ipsius cum perceptione corporis et
sanguinis eius illi unimur et in
eum transsumimur. Ait ergo
Sicut misit me pater vivens
ego vivo propter patrem. et qui

manducat me ipse vivit propter
me ac si diceret. Ad vitam me
am ad patrem refero tanquam
maiorem humilitas incarnationis
mee fecit. per quam pater meus
me misit. Quod autem vivit propter
me qui manducat me participatio
facit corporis et sanguinis mei. Ego
itaque vivo propter patrem quia homo
factus sum ille vivit propter me
quia manet manet in me. Hic est
panis qui de celo descendit. Ne
putaretur de quolibet filio hominis
et non de se dixisse nisi manduca
veritis carnem filii hominis et bi
beritis eius sanguinem non habe
bitis vitam in vobis. Ideo certe ut
diceret hic filius hominis est ille
panis qui de celo descendit. Ita
supra dixerat. Ego sum panis vi
vus qui de celo descendi. Filius
ergo hominis id est filius dei media
tor dei et hominum ipse est panis qui
de celo descendit. Illum manducan
do vitam eternam habemus. Non
sicut manducaverunt patres vestri
manna in deserto et mortui sunt
Mortui erant quia in eternum non
vivebant. hoc est Christum qui est
vita eterna non habebant. Non
enim in multis eorum beneplacitum fuit
deo quia propter sua peccata prostrati
sunt in deserto. Ergo hoc non de
corporis morte dicit sed de morte
anime. Nam et illi temporalem pro
fecto mortem subituri sunt qui car
nem Christi manducaverunt sed victuri sunt
in eternum hoc est in Christo quia ipse
est vita eterna et est sensus in
ne morientur anime qui me ce
lestem panem manducaverint sicut
patres vestri qui manna mandu
caverunt mortui sunt. hi sunt in eternum

propter suam incredulitatem. Multi
itaque audientes ex discipulis eius
dixerunt. Durus est hic sermo quis
potest eum audire. Redemptore nostro
talia loquente que supra exposi
ta sunt et spiritualem carnis sue ali
moniam fidelibus promittente quidam ex disci
pulis quos plures se sequi per
miserat carnaliter eius verba ac
cipientes scandalizati sunt et ver
ba domini dure acceperunt quis autem
potest eum audire id est quis potest illi
obedire putabant enim eum carnem
qua indutus erat particulatim ma
sam recentibus ipse discipulis dis
tributurum et quasi hoc contra na
turam esse hominum videlicet humanam
carnem in cibum sumere quasi de
re difficillima non possibili dixerunt
quis potest eum audire. Sciens autem
Ihesus quia murmurarent de hoc discipuli eius
apud se cum ista dixerunt sic ut
a deo non audirentur. Sed ille
quem nil latebat quippe bene illorum
noverat conscientias vidit et ait
hoc vos scandalizat. Si ergo videritis
filium hominis ascendentem ubi erat
prius. Suspensive et quasi desperate
verum aperte exposuit quod illos mo
nebat illi quippe putabant eum
corpus suum eis daturum ille se ~~perfec~~
~~to~~ dixit perfecto et integro corpore in
celum ascensurum. Si ergo inquit
videritis filium hominis ascendentem
ubi erat prius sub audiendum tunc
videbitis quia non modo meo quo
putatis meam carnem credentibus
distribuo sed spiritualem gratiam illis
dando ipsos in meum corpus transfe
ro et hec est gratia que non consu
mitur morsibus nec dentibus teritur
sed interioris hominis palato hoc est

-cione et intellectu mentis percipitur.
Unde et communio dominica corporis Christi
quidem, sed latino usitatissimo
sermone eucharistia, id est bona gratia
appellatur. Videtur enim ille species
panis quo corpus domini consecratur,
invisibiliter ore percipitur, sed
virtus verbi dei, id est veritatis, qua
anima percipientis sanctificatur,
videri non potest. Ascendit ergo Christus
preciato corpore suo et reliquid nobis
Nota sacramentum corporis sui. Notandum
vero quod dicit: Si videritis filium
hominis ascendentem ubi erat prius,
per quod intelligimus unam dei et
hominis in Christo personam. Unus enim
Christus est, verum anima et caro, filius
dei et filius hominis secundum quam unitatem
persone in celo erat, cum lo-
queretur in terris. Erat enim in ce-
lo filius hominis propter assumentem
deum, erat in terra filius dei propter
assumentem hominem. Subiungit
autem et exponit quid inter sit
inter carnem et spiritum, et quid inter
carnaliter Christum manducantem et
spiritualiter accipientem: Spiritus est qui
vivificat, caro non prodest quicquam. Quod quia
supra dixerat: Nisi manducaveritis
carnem filii dei hominis et biberitis
eius sanguinem, non habebitis vitam
in vobis. Nunc dicit: caro non pro-
dest quicquam, id est si carnaliter
verba mea intelligere volueritis, ut
si carnem meam sicut alium cibum
manducetis, caro nichil vobis pro-
Nota bene dest. Multi enim ita sumunt corpus domini
indigne, ut tantum putent esse
quod videt, et nichil ibi misterii
latentis intelligunt. Fit illi secundum fidem
eius. Nichil enim illi prodest sine
fide corpus Christi sumere. Quod tantum pa-
nem credit, nichil que ab aliis cibis
corporalibus differre intelligit. Caro quoque
nichil prodest, sed per carnem spiritus ali-
quid operatur pro salute nostra, quia
per carnem Christi, quam sumimus, co-
operante spirituali eius gratia vivificamur.
Spiritus est igitur qui vivificat, quia
spiritualis gratia facit nos ut mane-
amus unum in Christo et maneat
in nobis Christus, et hoc fit per caritatem,
que diffusa est in cordibus no-
stris per spiritum sanctum qui datus est
nobis. Nam sicut spiritus hominis, id est anima,
non vivificat nisi ea membra que
in unitate corporis continentur, re-
cisa vero membra non vivificat
sed relinquit emortua, ita spiritus non
vivificat nisi eos qui in corpore
Christi, hoc est in unitate consistunt
ecclesie. Verba que locutus sum
vobis spiritus et vita sunt, id est spirituali in-
telligenda sunt, et hoc intelligentibus.
Ergo verba Christi si spiritualiter intelli-
guntur, spiritus et vita sunt; si vero car-
naliter accipiuntur, sunt quidem in se
ipsis spiritus et vita, sed illis non sunt qui
ea carnaliter intelligunt et ex fi-
de illa venerari nesciunt. Unde sequitur
Sed sunt quidam ex vobis qui non cre-
dunt, et ideo non intelligunt.
Fides enim clavis est intellectus, propheta
dicente: Nisi credideritis non intelligetis.
Sciebat enim Ihesus ab initio qui essent
credentes, et quis esset eum tradi-
turus. Erant enim ibi in discipulis quidam ex
illis qui in verbis domini scandaliza-
ti fuerant, sed cum nec tacuit nec
apte demutavit, ut omnes timerent
quamvis solus ipse proditurus esset.

esset, sicut timentes infideles possi-
deretur. Quare vero non crede-
rent exposuit cum cum subiunxit:
Propterea dixi vobis quia nemo
potest venire ad me nisi fuerit ei
datum a patre meo. Non enim fi-
dem neque aliquod donum gratie possu-
mus nisi nobis a deo patre detur.
Auditus ergo locus grandis, ali-
cui in semetipso relinquitur, sed
in deo cuius gratia omne donum
datur. Ex hoc multi
discipulorum eius

abierunt retro et iam cum illo
non ambulabant. Abierunt re-
tro, quia conversi sunt post sathanam,
precisi ab unitate corporis Christi, qui
non vere Christo inheserant, sed ali-
qua necessitudine ad tempus illi
sociati fuerant. Dixit ergo Iesus
ad duodecim: Numquid et vos
vultis abire? Ad duodecim apostolos
hic dominus locutus est, inter quos
adhuc erat et Iudas. Manebat
corpore, sed iam longe ab hiis illis
discesserat cordis meditatione.
Noverat hoc dominus, sed adhuc
ceteri ignorabant. Futurum tamen
erat ut in proximo manifestaret
et recederet ab hiis etiam
corpore a quibus iam longe distabat
mente. Respondit Petrus unus pro
omnibus: Domine, ad quem ibimus? Si
a te recedimus, ubi umquam si-
milem reperiemus? Verba vite e-
terne habes, quia vitam eternam
nobis promittis in ministratione cor-

poris tui. Et nos cognovimus et cre-
didimus. Ordo enim iste verborum prepo-
sterus est. Primo namque est credere,
postea cognoscere, quia per fidem per-
venitur ad cognitionem. Dicit ergo
cognovimus et credidimus, pro eo quod
est credendo cognovimus, quia tu
es Christus filius dei, hoc est tu es
vita eterna. Cognitio autem filii
dei vita eterna est, sicut ipse alibi ait:
Hec est autem vita eterna ut co-
gnoscant te solum et verum deum et
quem misisti Iesum Christum. Credimus
inquit quia tu es Christus filius dei,
tu es ipsa vita eterna, et cum nobis
das carnem tuam et sanguinem,
non aliud das nisi quod eis vita
eterna. Respondit Iesus: Nonne ego
vos xii elegi et unus ex vobis
dyabolus est? Hoc quare dixit, euangelista
aperire curavit dicens: Dicebat autem
de Iuda Symonis Scharioth. Hic enim
erat eum traditurus, cum esset unus
ex duodecim. Unus erat ex duode-
cim non merito, sed numero, non fide,
sed callida simulatione. Quereret
vero quare Iudas cum reliquis
apostolis electus dicatur, qui filius
erat dyaboli. Sed aliter ille electus fuit,
aliter apostoli. Hii enim electi sunt ut per-
manerent in Christo, et ut predicatorum predi-
cationum fides eius mundo innotesceret
atque in omnem terram sonus eorum
exiret. Electus est et Iudas ut
per eum dispensatio divine misericordie in pas-
sionem Christi in salutem humani generis impleretur. Boni-
tas enim dei malicia illius bene ute-
batur, ut unde ille peribat nos re-
dimeremur, sicut quondam in venditio-
ne Ioseph malicia fratrum eius distra-
hendum bene usa est dei pietas. qo.

ad salutem multorum populorum / duode-
cim autem apostolos dominus elegit / quod
significat venerabile sacramentum /
Ex quibus duodenarius partes septenarii
multiplicatur / que sunt tria et qua-
ter quaternum / sive quater terni / duo-
decim fiunt / et ternarius quidem
ad sanctam refertur trinitatem / quater-
narius vero ad quatuor cardines mun-
di / Recte igitur duodecim predicatores
electi sunt / per quos fides sancte trinitatis
per quadrifidum orbem annuncianda
erat / hii etiam duodecim explora-
tores / quos misit moyses ad explo-
randam terram canaan / hii quoque xii
leonculi / qui fuerunt in templo sa-
lomonis / hee xii porte / quas eze-
chiel et iohannes vidit in apokalip-
si vidit / quatuor plagis mundi
ternas per singulas plagas distribu-
tas / Nam et annus ipse xii mensi-
bus currit / et signa per que sol et luna
discurrunt hoc numero distinguuntur /
de quo numero licet iudas perierit / non
tamen honor et vis sacramenti discessit /
quia in locum pereuntis inde mathi-
am constat veneranda sorte subro-
gatum fuisse / preter hanc quoque numeri
excellentiam / xii apostolos dominus elegit /
quibus alibi promittit dicens / Sedebitis
super sedes xii iudicantes xii
tribus israel / Quorum nos et meritis
et nos dignetur aggregare / qui illos
in suum nominis predicationem elegit / nosque suo
sanguine voluit redimere / dominus no-
ster christus / cui cum patre in sancti
spiritus unitate / omnis honor / decus et im-
perium / omni tempore et gloria per im-
mensa seculorum secula amen / Dominica in palmis

In vigilia palmarum matth.

[L]ectio sancti evangelii secundum matheum xvii.
[Sub]levatis ihesus oculis in celum dixit /
pater venit hora clarifica filium
tuum / ut filius tuus clarificet
[te] / sicut dedisti ei potestatem omnis
carnis / ut omne quod dedisti ei det
eis vitam eternam. et cetera. Omelia
[C]larificatum apud augustinum
filium suum formam suam / que
suscitavit a mortuis / et ad dexte-
ram dexteram collocavit / res ipsa
indicat et nullus ambigit / dominus
eam / quo non tantum dixit / pater cla-
rifica filium tuum / sed addidit / ut
filius tuus clarificet te / merito
queritur / quem patrem cla-
rificavit filius /
cum se-
mpiterna cla-
ritas patris /
nec diminuta
fuit in forma humana /
nec augeri potuerit in sua perfectione
divina / sed in se ipsa claritas patris /
nec minui / nec augeri potest / Aput
homines autem procul dubio
minor erat / quam in iudea tantum
modo notus erat / non dum a solis
ortu usque ad occasum / laudabant
pueri nomen domini / Hoc autem quia et
per christi factum est / ut per filium
pater innotesceret gentibus / profec-
to patrem clarificavit et filius /
Si autem tantummodo mortuus
fuisset filius / nec resurrexisset procul
dubio nec a patre clarificatus
esset / nec patrem clarificasset /
Nunc autem resurrectione clarificatus
a patre / resurrectionis sue predicatione
clarificat patrem / Hoc quippe aperit
ordo ipse verborum / Clarifica inquit
filium tuum ut filius tuus clarificet
te / tamquam diceret / resuscita me /
ut innotescas toti orbi per me / Deinde
magis magisque pandens / quomodo clarific

patrem filius. Sicut dedisti ei
potestatem omnis carnis ut omne
quod dedisti ei det eis vitam eternam.
Omnem carnem dixit omnem hominem
a parte totum significans. quemad-
modum rursus a parte superiore sig-
nificatur homo totus. ubi ait apostolus
omnis anima potestatibus sublimioribus
subdita sit. quod enim dixit omnis anima
nisi omnis homo. Hoc autem quod
potestas xpisto a patre data est
omnis carnis secundum hominem intelligen-
dum. Sicut ergo dedisti ei inquit
potestatem omnis carnis ita testi-
ficet filius .i. notum faciat omni
carni quam dedisti ei. sic enim de-
disti ut omne quod dedisti ei det
eis vitam eternam. Hec est autem
vita eterna inquit ut cognoscant
te solum verum deum et quem
misisti ihesum xpistum. Ordo verborum est.
ut te et quem misisti ihesum xpistum
cognoscant solum verum deum. consequen-
ter et spiritus sanctus intelligitur quia
spiritus sanctus est patris et filii tamquam
caritas substantialis et con-
substantialis amborum. quoniam non duo
dii pater et filius et spiritus sanctus.
sed ipsa trinitas unus solus verus
deus. nec idem filius qui pater.
nec idem spiritus sanctus qui pater
aut filius. quoniam tres sunt pater et
filius et spiritus sanctus. sed ipsa tri-
nitas unus deus est. Ego te clari-
ficavi super terram opus consummavi
quod dedisti michi. ubi commendatur
evidens gratia. Quid enim habet quod non
accepit etiam in unigenito humana
natura. an non accepit ut nichil
mali sed bona faceret omnia.

Sed quo consummavit opus quod accepit
ut faciat cum restet adhuc passi-
onis experimentum ubi martiribus suis
maxime prebuit quod sequerentur exemplum.
Unde ait apostolus petrus xpistus pro nobis
passus est relinquens nobis exemplum
ut sequamur vestigia eius. nisi quia
consummasse se dixit quod se consumma-
turum esse certissime novit. sicut
longe ante in ~~prophetia~~ preteriti temporis usus
est verbis quando post annos plu-
rimos futurum fuerat quod dicebat
foderunt inquit manus meas et
pedes meos dinumeravit ossa mea.
Et nunc clarifica me tu pater apud
temetipsum claritate quam habui priusquam
mundus esset. hoc est sicut tunc
erat et nunc. sicut tunc predestinatione
ita nunc perfectione. fac in mundo quod
apud te iam fuerat ante mundum.
fac in suo tempore quod ante omnia tempora
statuisti. ~~intelligamus~~ intelligamus
predestinationem clarificationis humane que
in illo est nature ex mortali immor-
talis apud patrem future. et hoc
apud patrem predestinando factum fu-
isse antequam mundus esset quod in
mundo etiam suo tempore fieret. Si enim
de nobis dixit ~~apostolus~~ Sicut elegit
nos in ipso ante mundi constitutionem
cur absonum putatur aut si tunc
pater caput nostrum glorificavit quando
nos in ipso ut membra eius essemus
elegit. Sic audiamus ~~apostolum~~ in sua-
rum exordio litterarum. nam et prima
earum epistola est ad ~~romanos~~. et
ipsius esse principium est. ubi legimus
paulus servus ihesu xpisti vocatus a-
postolus segregatus in evangelium dei quod ante
promiserat per prophetas suos in scriptu-
ris sanctis de filio suo qui factus

est ei ex semine dauid secundum carnem / qui
predestinatus est filius dei in uirtute secundum
spiritum sanctificationis ex resurrectione
mortuorum / Secundum hanc ergo predestinacionem
etiam clarificatus est / antequam
mundus esset / ut esset claritas eius ex
resurrectione mortuorum apud patrem
ad cuius dexteram sedet / Cum ergo
uideret illius predestinatae sue clari-
ficationis iam uenisse tempus / ut et nunc
fieret in redditione / quod fuerat in prede-
stinatione iam factum / Orauit dicens /
Et nunc clarifica me nunc pater apud
te .i. illam claritatem quam habui
apud te in predestinacione tua / tempus est
ut apud te habeam etiam uiuens
in dextera tua / Manifestaui nomen
tuum hominibus quos dedisti michi de
mundo tui erant et michi eos dedi-
sti. et sermonem meum seruauerunt.
nunc cognouerunt quia omnia que de-
disti michi abs te sunt. quia uerba que
dedisti michi dedi eis / et ipsi accepe-
runt et cognouerunt uere / quia a te exi-
ui. et crediderunt. quia tu me misi-
sti. quamquam et hec omnia de futu-
ris fidelibus dici potuerint / specie preter-
ita cum adhuc essent futura / Sed ut
de hiis potius quos tunc habebat dis-
cipulis / hec eum loqui intelligatur / illud
magis uiget / quod paulo post ait /
Cum essem cum eis ego seruabam eos
in nomine tuo quos dedisti michi / cu-
stodiui et nemo ex hiis periit / nisi filius
perdicionis / ut scriptura impleatur /
iudam significans / qui tradidit eum /
ex isto quippe duodenario numero apostolorum
solus periit / deinde subiungit / Nunc
autem ad te uenio / Unde manifestum est
eum de corporali sua dixisse presencia / cum
essem cum eis ego seruabam eos / Ve-
lut iam cum eis ea presencia non esset /
Non itaque recte intelligitur / de quibus

dixit / cum essem cum eis ego serua-
bam eos / nisi hiis quos in se creden-
tes seruare iam ceperat presencia corporali /
et quos relicturus fuerat absencia
corporali / quamquam apud patrem
seruaret presencia spirituali / post uero ad-
iungit et ceteros suos ubi ait /
Non pro hiis autem rogo tantum. sed et
pro eis qui credituri sunt per uerbum eorum
in me / Ubi manifestius ostendit /
quod non de omnibus ad eum pertinentibus
superius loquebatur / sed eo loco ubi ait /
Manifestaui nomen tuum hominibus quos
dedisti michi / sed de hiis tantum qui eum
cum illa diceret audiebant / Jam nunc
consideremus / quid de illis aquibus hec
audiebantur discipulis suis dicat /
Manifestaui nomen tuum inquit homini-
bus quos dedisti michi / Non ergo no-
uerant nomen dei cum essent iudei /
Et ubi est quod legitur / Notus in iu-
dea deus / in israel nomen magnum eius /
Ego manifestaui nomen tuum hominibus
istis / quos dedisti michi de mundo /
qui me audiunt / hec dicentem non
illud nomen tuum / quo uocaris deus /
sed illud quo uocaris pater meus /
Sed quid manifestauit / si non dum
uenit hora / de qua superius dixerat /
quod ueniret hora / cum iam non in
prouerbiis inquit loquor uobis / sed
palam de patre meo annunciabo uobis /
cum uero annunciacio manifestat pre-
dicabitur in prouerbiis / Cur ergo dic-
tum est palam annunciabo / nisi quia
in prouerbiis non est palam / quod at-
non in prouerbiis occultatur / sed uer-
bis manifestatur / procul dubio pa-
lam est / Quo ergo manifestauit /
quod non dum palam dixit / proinde
sic intelligendum est / pro tempore futuro /
preteritum positum / quemadmodum

illud / Omnia que audivi a patre
meo nota feci vobis / quod nondum
fecerat / sed loquebatur quasi fe-
cisset / quia immutabiliter esse prefixum
sciebat ut faceret / Unde est et
quod dedisti michi de mundo / dictum
est enim de illis / quod non essent de
mundo / sed hoc eis regeneratio pre-
stitit non generatio / Unde est
etiam quod sequitur / Tui erant et
michi eos dedisti / an aliquando erant
patris / qui non erant unigeniti fi-
lii eius / et habuit aliquando aliquid pater
sine filio / absit / Verumptamen habuit
aliquid aliquando dei filius / quod non-
dum habuit / idem ipse homo filius / quia
nondum erat homo perfectus ex
matre tunc / quando iam habebat universa
cum patre / quia propter quod dixit / Tui
erant / non se inde separavit dei filius /
sine quo nichil unquam habuit
pater / sed solet ei tribuere omne
quod potest / a quo enim habuit ut sit
ab illo habet ut possit / quo tunc quando
quid potuit prius semper cum illo filius
potuit / quo ille qui unquam fuit
et non potuit / nunquam sine prole
fuit / nunquam sine illo pater fuit /
Ideo itaque ait / et michi eos dedisti
hominem se accepisse / eamque potestatem
ut eos haberet ostendit / quo quoniam
semper fuit / non semper homo fuit /
quamvis etiam cum patri potius
tribuisse videatur / ut ab eo illos
acciperet / quo ex ipso est quidquid est /
de quo est etiam ipse sibi eos dedit /
hoc est cum patre deus christus homini
christo / Sequitur ac dicit / Et sermo-
nem meum servavit / Nunc cogno-
verunt quia omnia que dedisti michi
abs te sunt / cognoverunt quia abs te sit /
simul enim pater dedit omnia / cum
genuit quem haberet omnia / quia

inquit / quod dedisti michi dedi eis et
ipsi acceperunt / id est intellexerunt atque te-
nuerunt / Tunc enim verbum accipitur
quando mente percipitur / Et cognoverunt
inquit vere quia a te exivi et credi-
derunt quia tu me misisti / Et hic
subaudiendum est vere / quod enim dixit
cognoverunt vere / exponere voluit ad-
iungendo et crediderunt / hoc itaque cre-
diderunt vere quod cognoverunt vere / id
enim est / a te exivi / quod est tu me misi-
sti / Ego pro eis rogo non pro mundo / Rogo
sed pro hiis quos dedisti michi / Mundum
vult modo intelligi / qui vivunt secundum con-
cupiscentiam mundi / et non sunt in ea parte
gratie / ut ab illo eligantur ex mundo /
non itaque pro mundo / sed pro hiis quos ei
pater dedit rogare se dicit / per hoc
enim quod eos illi pater iam dedit / tantum
est / ut non pertineant ad eum mundum /
pro quo non rogat / Deinde subiungit /
Quia tui sunt / Neque enim / quia pater eos
filio dedit / amisit ipse quos dedit / cum
adhuc filius sequatur et dicat / Et
mea omnia tua sunt et tua mea / Satis
apparet quomodo unigeniti filii sint omnia
que sunt patris / per hoc utique quod etiam
ipse deus est / et de patre patri natus
est equalis / Et clarificatus sum in
eis / Nunc suam clarificationem tam-
quam ~~sit~~ facta sit dicit / cum adhuc
esset futura / dicendo enim esse / iam factam
ostendit / iam fuisse predestinatam / et
certam fore voluit / quod esset futurum /
Et iam inquit non sum in mundo et
hii in mundo sunt / Si horam prorsus illam
qua loquebatur attendas / utrique ad-
huc in mundo erant / et ipse scilicet et
illi de quibus hoc dicebat / Non enim secundum
profectum cordis et vite id accipere pos-
simus / vel debemus / ut illi propterea
adhuc esse dicantur in mundo / quod mun-
dana iam sapiunt / ille autem iam

non ee in mundo / sapiendo diuina / po-
situm est enim hoc verbum vim / quod nos
ita omnino intelligere non sinat / quia non
aut / et non sum in mundo / et iam non
sum in mundo / per hoc ostendens fuisse
in mundo / iam non esse / Non ergo
preclaras est / ut enim credimus aliquando
mundana sapuisse / et ab hoc errore
liberatum iam illa non sapere / quibus
tam impio sensu se induerent / testatur
ut sum id / quod etiam ipse in mundo prius
erat / in mundo se dixit etiam non
esse / profecto presencia corporali a mundo sed ab-
senciam suam cito futuram / illorum at-
tendens. per hoc ostendens / quod se iam
non hic esse / illos autem hic esse. di-
xit / cum et ipse hic et illi adhuc
essent / Sic enim est locutus homo /
congruens hominibus / ut mos loqu-
endi se sic habet humanus / an non cotidie
dicimus / iam non est hic / de aliquo
quantocius habituro et maxime
hoc de moriturus potest dici / quicquid
et ipse dominus tanquam prudens / quid
lectiones monere possit adiecit / Ego ad
te venio sic exponens / quod anno cur
dixit iam non sum in mundo. In die
palmarum. Cum Palmarum secundum mattheum 21°
appropinquasset ihesus ierosolimis et venisset
bethphage ad montem oliueti tunc
misit duos discipulos dicens eis
ite in castellum quod contra vos est et
statim inuenietis pullum asinam al-
ligatam et pullum cum ea. soluite
et adducite michi et reliqua. Johannis

Pueri cum reges. epistola
Ipsa exigit / ut querimus / frequen-
tiam ihesus venit in iherusalem / sicut io-
hannes testatur / nunquam tamen sibi
adhibuit iustitiam / nec mimorum nec
armorum ornatum et curat se orna-
menta constituit / nec ad talem lau

dem sue dignitatis / nos ipsi exercita-
mur / nisi modo quando ut pateretur
ascendit. Ideo cum tanta gloria est
ingressus / ut amplius illorum aduersum
se excitaret inuidiam / quia iam
tempus eius instabat. et non mors
eum urgebat / sed ipse magis aduersum
se compellebat mortem / quia triennio
enim demarum sacerdotum elapsus
euasit cum esset inuisibilis factus. quia
iudei christum voluit occidere / tangere
eum non potuerunt / quia ante christi
secutus est mortem / preire ei iudei
non potuerunt / Ergo si christum eos
prouocaret / de morte sua fecit ee
noxios / absit / excitauit eos. non
ut facerent quod antea voluerunt.
sed ut possent facere quod prius vole-
bant. / facultas eis data est non
mutata voluntas. Tunc ihesus mi-
sit duos discipulos suos dicens
ite in castellum quod contra vos est
et confestim inuenietis asinam al-
ligatam et pullum cum ea. solui-
te et adducite michi. Asina et pul-
lus eius iudei sunt / et gentes / Judea
enim sinagoga mater est gentium /
sic enim ad eam dicit deus per ysayam
prophetam / Et constituas principes tuos
sicut antea / et consiliarios tuos
sicut a principio fuit / et tunc vocaberis
ciuitas iusticie et metropolis ciuitatum.
id est ecclesiarum / fidelis syon. propter quas-
dam tales similitudines animalibus. hic
assimilati sunt homines deum vel dei
filium non cognoscentes / Est enim al-
hoc mundo / et per ceteris precie mun-
tis. magis irracionabile / et stultum /
et infirmum / et ignobile / et onerife-
rum magis / sic sunt homines an-
te christum / ydolatrys / et passionibus di-
uersis mundi / et irracionabiles / ter-
ti vere aucentes / quantum ad

deum stulti. Quod autem stultus
quam factorem contempnere, quasi
facturam et opus manuum suarum
adorare, quasi factorem. Erant in-
firmi primum animam et ignobiles, non
valentes resistere passionibus suis, et
occulti sunt generationem suam. Scelesti
facti fuerunt sive passionum suarum et
demonum quibus resistere non pote-
rant. valebant. Et quicumque demo-
num vel personarum, cuiuscumque erroris
vel dogmatis aliam sententiam eis
voluisset imponere, sufferebant, et
omnia non bona placencia supporta-
bant nec resistebant. Propter que omnia
et apostolus ad corinthios dicit: Vi-
dete vocationem vestram fratres, quia non
multi sapientes secundum carnem, non
multi fortes, non multi nobiles,
sed que stulta sunt mundi, elegit deus,
ut confundat sapientes, et infir-
ma mundi elegit, ut confundet
fortia, et ignobilia et contemptibi-
lia mundi elegit deus, et que non
sunt, ut ea que sunt destrueret. At ubi
super eos spiritus ascendit, et induxit
intemplum, lavati per baptismum fac-
ti sunt de immundis qualibus homines
sancti, perceptum enim verbum bone sa-
piencia dei facti sunt venerabiles et
prudentes. et inventa est ino-
nabilitas eorum esse simplicitas
et stulticia eorum mansuetudo.
Nam simplicitas sine bone ver-
bi hominis e inonabilis est, et
mansuetudo si non sit propter deum
stulticia est. Adhuc autem accep-
ta gracia, et recognita gracione
sua, celesti facti sunt de infirmis
et ignobilibus fortes et nobiles.
et que videbatur infirmitas
et ignobilitas, innocencia inven-
ta est in eis et simplicitas.

innobilitas autem et innocencia,
sine deo infirmitas estimatur, et
humilitas non propter deum ignobilitas
iudicatur. Item recipientes a se onera
demonum et suscipientes super se iugum
Christi suave et leve omne eius leve
et ipsum possessorem in cordibus suscipi-
entes, facti sunt pacientes. Nam paciencia
inonabilis concerta estimatur.
figura .i. dyabolica vinculo impedita
erroris, non ut haberet libertatem
in equo vellet. Nam omnes homines
antequam peccemus, liberum quidem
habemus arbitrium, si volumus secundum
voluntatem dyaboli an non, quod si sel
peccantes obligaverimus nos operibus
eius, iam nostra virtute evadere
non possumus, sed sicut navis fracto
gubernaculo illuc ducitur ubi tem-
pestas voluit, sic et homo, divine gracie
auxilio perdito, per peccatum non quod vult agit
sed quod vult dyabolus. et nisi deus valida
manu iure sue solvet enim, usque ad
mortem impetrorum suorum vinculis per-
manebit. Ergo nostra quidem volunta-
te et negligentia alligamur, sed per dei mi-
sericordiam absolvimur. sicut enim vide-
mus in istis mundialibus regnis, quo
in primis quidem nemo potest facere se
ipsum regem, sed populus creat sibi re-
gem quem eligit, sed cum rex ille
fuit factus et confirmatus in reg-
num habet potestatem in hominibus, et non po-
pulus potest imperium eius detinere
sua repellere. Nam primum quidem in po-
testate populi est facere sibi regem quem
vult. factum autem de regno repelle-
re iam non est in potestate eius. et fit
voluntas populi postea in necessitatem conversa.
Sic homo prius quam peccet liberum habet
arbitrium, cuius velit. sub regno esse
dyaboli. cum autem se peccando tradiderit
sub regno eius, iam non potest de
potestate eius exire, sed sic primum.

Exemplum. Rex non eligit ipse se
... regem ad ... re-
gimen assumit ...
[illegible]

volu(n)tas eius in n(ost)ris (con)stituitur (et)
hoc est q(uo)d homines seculares. et pec
catores dicere solent. Nu(n)q(ua)m vo
lumus esse sancti. et quis non vult esse
iustus. sed non possumus. Uer(um) quid
est q(uo)d dicunt. sed non h(abe)nt excusa
tio(n)em. quia p(ri)mum potuerunt non esse
sub potestate dyaboli si voluissent.
postquam vero posuerunt thronum
dyaboli in cordib(us) suis. iam nemo
p(otes)t eos de p(e)cc(a)to dyaboli eripere nisi so
lus deus. Solvite inquit. quo(d) p(ro)pter
nam duum. p(re)ceptorum vin(cul)a. quia s(unt)
iudei. et gentes p(er) ap(osto)los s(unt) liberati.
Adducite michi. ad instinctum. i. ad gl(ori)am
meam corrigite. Illos duos autem
misit discipulos. quia p(ro)pter duo gene
ralia mandata. omne genus hom(in)um
de p(e)cc(a)to absolvitur. diliges d(omi)n(u)m de
um tuum. ex toto corde tuo. et p(ro)ximu(m)
tuum sicut te ip(su)m. In h(is) duob(us)
mandatis omne p(e)cc(a)tum expellitur. et
omnis iusticia confirmatur. aut c(er)te
alia duo. q(uo)d tibi non vis fieri ne
feceris alii. Item q(uo)d vultis ut fac
iant vobis homines. facite illis et vos.
Similiter quidem autem istos duos
petrum et philippum exponit intelli
gi oportere. quo(rum) un(us) p(ri)mum. transgre
dientes iudaicos fines. gentes ad
duxerunt ad x(pistu)m. philippus quidem
samariam. quam ipsam samariam
asinam interpretatur. petrus autem gen
tes. accipiens cornelium ex gentib(us)
quasi samarie pullum. Et si quis
vobis aliquid dixerit. dicite d(omi)n(u)s op(er)a
am eorum desiderat. nec dicitis do(mi)
nus. neq(ue) d(omi)n(u)s v(este)r. neq(ue) min(us) d(omi)
n(u)s. ut intelligant omnino. quia ego
solus d(omi)n(u)s. non solum aliorum ne
q(ue) eorum. qui michi subditi s(unt).

sed o(mn)ium hominum. etiam qui michi con
trarii s(unt). Nam et peccatores conditio(n)e
quidem mei s(unt). voluntate aut(em) sua
dyaboli. Dei enim est orbis terre et
plenitudo eius. D(omi)n(u)s operam eorum
desiderat. iustum est ut aliqua do
creatura serviat suo factori. Gentes
enim deus in potestate dyaboli p(ro)pter se de
linquit et temptat. non inetiam
contempsit. ut p(ro)bet. nunc est aut(em)
ut fiat quod scriptum est. homines
et iumenta salvabis d(omi)ne. Confestim
autem remittit eos. Animal autem
postquam ingressum est in ierusalem
iudee ad d(omi)n(u)m suum remissum est.
Animalis autem p(ro)phecia. in iudea re
mansit. Nam de animali illo non
hoc. q(uo)d videbatur necessarium x(pist)o erat
sed illud intelligebatur. i. non ca
ro. sed racio. ideoq(ue) caro remissa
est. ro autem retenta. aut ita n(on)
dixit. et iter(um) remittet eos ut
ne in sternum peccaret rem(ittit). Nam
in p(ri)mis p(ro)pter homines. non sermo
ne modo vocavit ap(osto)l(o)s. sed p(ro)pter
tem(p)ta s(piritu)s sancti. solvit p(ro)pter et ad
duxit. postquam aut(em) adduxit
iterum dimisit eos in arbitrio.
ut labore suo comitante gr(ati)a in
stificentur. Nam q(uo)d vocati sum(us)
dei est. q(uo)d autem digni vocatione
vivimus. n(ost)rum p(ar)iter et dei est. Hoc
est q(uo)d ait iterum. remittet eos.
non ad dyabolum qui p(ri)us tenebat eos.
sed in arbitrio suo animate se(cundum)
gr(ati)e dono. Hoc autem totum factum
est ut impleretur q(uo)d dictum est
p(er) p(ro)phetam dicentem. Dicite filie syo(n)
Ecce rex tuus venit tibi mansue
tus. sedens sup(er) asinam. et pullu(m)
filium iumenti. D(omi)n(u)s v(este)r ascendens

ad mortem in ecclesiam virginum
gratiam pacis et concordie mundo
dimisit quasi in testamento reliqt
in misterium eius gentium futurorum
sedens super asinam et pullum eius
intravit in templum et sic gentes
iudeis coniunxit. Sciens autem p
phetam maliciam iudeorum quia con
tradicturi erant xpo ascendenti in
templum. ideo ante premonuit. ne
propter signum agnosceret regem
suum iudeis dicens. Ecce rex tuus
venit tibi mansuetus sedens super
asinam et pullum eius. ecce. conside
rantis est verbum .i. videte non
carnali aspectu. sed spirituali intellec
tu. opera virtutis eius aspicite. non
formam visionis eius. Si enim formam
eius aspexitis decipiendi estis in
natura humana. Si autem opus
eius consideraveritis. salvandi estis
in virtute divina. ante tempora autem
multa constitutis propheta videns
eum spirituali aspectu. qui non dum
fuerit natus. ideo dicebat. ecce
ut ostenderet quia ille de quo lo
quebatur. antequam nasceretur.
iam erat. Cum ergo videritis eum
in templo contra iudeos. nolite simpliciter agere
contra eum dicentes. in qua potes
tate hec facis. quia ecce rex tuus
venit tibi mansuetus sedens super
asinam. nolite considerare in qua
potestate facit. sed considerate tantum
si fuerit propheta. quod hoc credere et
illud autem est temptare. Ecce rex
tuus venit tibi mansuetus sedens
super asinam. si intellexeris venit
tibi. si non intellexeris venit con
tra te .i. si intellexeris venit ut
salvet te. et subpedibus tuis sub
iciet gentes. ut gaudens p

propheta dicas. Quoniam deus excelsus
terribilis et rex magnus super om
nem terram. subiecit populos nobis
et gentes sub pedibus nostris. elegit
nos in hereditatem sibi. speciem ia
cob. quam dilexit. Si autem non in
tellexeris venit ut perdat te. et de tem
plo sanctitatis expellat. et aliam
sponsam de gentibus castiorem. indu
cat in cubiculum sanctitatis. ut tu pecca
trix. et in tenebris constituta dicas per
salomonem. Ne aspexeritis me. quia
ego sum denigrata. quia despexit me
sol. Si vis cognoscere mansuetudinem —12
venientis. considera speciem adventus
eius. non sedet in curru aureo. pur
pura purpura fulgens. nec ascendit su
per fervidum equum. discordie amatorem
et litis. qui habet iactantia pectus plenum.
repletum. qui de longe adornat bel
lum. et gaudet ad vocem tube. et
cum viderit sanguineam pugnam.
dicit in corde suo benefactum. Sed
sedit super asinam tranquillitatis et pacis
amicam. Non autem vides in circui
tu eius. splendentes gladios aut
cetera ornamenta armorum terribi
lium. sed quid ramos frondentes sed
sed testimonia pietatis. venit ergo man
suetus. non ut propter potentiam time
tur. sed ut propter mansuetudinem a
maretur. sedens super asinam et pul
lum eius. ergo super utrum sedebat.
iniquum et super pullum sedebat. tamen
et si corporaliter fieri non poterit. ut
super animal utrumque sederet. spiritualiter
poterit cum esset deus. ut et in iu
deis sederet. et in gentibus simul.
Sedere autem est super iumenta .i. in
precordiis eorum habitare. ut dicit
illis xpus. Tollite iugum meum su- —20

Nota

vos et videte quia mitis sum et humilis corde. Mansueti enim mansuetum debent portare; qui vocavit eos non ut illos premat propter peccata eorum sed ut ipse requiescat in eis propter mansuetudinem eorum. Nam sicut hoc genus animalis si quid erat in simplicitate erat et non in asperitate, ita et homines qui crediderunt in Christum sive ex iudeis sive ex gentibus autem in Christum non in malicia sed ignorancia peccaverunt. Ideo sedem debet non premere sub gravi sessore. Nam sicut peccatores equi sunt dyaboli, ita et sancti equi dicuntur Christi, quia dyabolus in peccatoribus sedens instigat eos per deserta fatuorum i. per fornicationes et avaricias; Christus autem sedens in sanctis dirigit eos per plana iusticie i. in castitate in humilitate. Ergo equitatus dyaboli perdicio est, equitatus autem Christi salus, sicut Abacuc dicit in canticis suis ad Christum: Qui ascendes super equos tuos et equitatus tuus sanitas est. Ergo induxit pullum in templum, ut gentes iudeis coniungat. Ut impleatur quod Iacob benedicens filium suum Iudam prophetavit: Alligans inquit ad vitem pullum suum, que est ista vitis iudea que de Egypto translata est et in oriente plantata. Et sicut prophetavit Noe de filiis suis dicens: Benedictus filius meus Sem, dilatet deus Iaphet et inhabitet in tabernaculis Sem. Sem enim erat pater iudeorum, Iaphet autem pater gentium; per Christum ingressi sunt in tabernacula iudeorum. Euntes autem discipuli fecerunt sicut precepit eis Iesus et adduxerunt asinam et pullum

Nota peccatores sunt equi dyaboli

quod euntes apostoli solverunt asinam alienam; ministerium quidem fuit illorum, virtus autem et auctoritas Christi. Nec enim potuissent tollere iumentum alienum ab illo domino qui non eos cognoscebat, quamvis esset ibi presentes, spiritus sanctus cordium prepararet ad dandum. Sic quod apostoli solverunt iudeos vel gentes de vinculo iniquitatis, infirma quidem facie eorum videbatur opus, revera autem virtus fuit et gratia Christi. Nec enim corpus Christi constitutum totum mundum ligatum sub potestate dyaboli solvere potuisset, nisi gratia Christi confregisset virtutem inimici. Et imposuerunt super eos vestimenta sua et eum desuper sedere fecerunt. Vestimenta sunt precepta divina et gratia spiritualis. Sicut enim nuditas turpitudo tegitur, sic naturalia mala carnis nostre preceptis et gratia divina teguntur. Omnis enim homo naturaliter non solum peccator est sed etiam totum peccatum, dicente apostolo: Eramus natura filii ire sicut et ceteri. Unde et Adam ideo se vidit nudum i. peccatorem et ideo foliis ficus i. mandatis asperis legis cooperuit nuditatem suam, et alibi promittens deus iusticias suas et gratias oblaturum de gente iudea sic dicit: Propterea convertar et auferam vestimenta mea et lintheamina mea et ostendam gentibus turpitudinem tuam. Ergo imposuerunt vestimenta sua super eos i. mandata et gratias quas ipsi acceperunt a Christo, super iudeos et gentiles imposuerunt i. tradiderunt. Nec enim in eis requiescere potuisset Christus nisi mandata eius fuissent in eis. Plurima autem turba vestimenta sua sternebat, alii

autem cedebant ramos de arboribus
sternebant in via. scilicet ut advenientem
calcaretur iumento. Vestimenta sunt man-
data sicut divina; frondes autem
spem tenent pietatis, quia omnia man-
data legis et spes iudaice religionis
a iudeis fuerant conculcanda in via
id est in christo; ideo iam illa subpedibus
iumenti sternebant in via. Et inde
quod supra iumentum quidem apostoli po-
suerunt vestimenta sua, subpedibus iu-
menta cetera iudaica turba; quia man-
datis quidem apostolorum sternuntur christi-
ani et ornantur. [illegible] legis autem
mandata concul[illegible]cantur. Quia
eius amice cum circumcisionem
sabbatum sacrificia iudeorum [illegible]
sumamus, et ceteras consuetudines
iudaicas reprobamus. Vestimenta iudeo-
rum quibus ipsi induebantur nos
qui sumus ex gentibus subpedibus
nostris calcamus. Alius autem sic
exponit. Vestimenta inquit pos-
sunt esse apostoli ceterique doctores; ve-
stimenta autem [illegible] decus sunt et orna-
ta gloria; [illegible] ergo quam
christus accepit a patre et dedit dis-
cipulis suis; discipuli autem accipi-
entes eam a christo dederunt gentibus,
ut delectabiliter christus sederet in eis
sicut ipse dicit: Et ego gloriam quam
michi dedisti dedi eis, ut sint unum
sicut et nos unum sumus. Turbe at-
que vestimenta sua sternebant in
via credentes erant ex circumcisione,
qui gloriam quam habebant ex lege
videntes christum deiecerunt in terram
sternentes ipsos humiliantes, et cum apostolo
paulo dicentes: Meam iustitiam que
ex lege est consecutus sum sine que-
rela, sed que michi fuerant lucra
hec estimavi propter christum detrimenta
[illegible] et arbitror stercora

esse ut christum lucri faciam. Alii
autem ramos de arboribus cede-
bant. Frondentes ipsi erant credentes
et eruditi doctores, qui ex prophetis acce-
perunt exempla bona de christo quasi
de arboribus semper virentibus; et insuper
folia verborum suorum decadentibus ra-
mos ergo frondentes ante pedes
singulis, hoc est generalis prophete, ster-
nebant ut per ea exempla quasi pri-
mos virentes sine offendiculo am-
bularet per viam vite istius, donec
introiret in sanctuarium dei. Turba au-
tem que precedebat et que sequebatur cla-
mabat dicens: Osanna filio david.
Decet memores prophete mirabilium eius
que ostendit eis, et similitudinem quas
prestat eis, exultantes cordibus suis
[illegible] et vero clamabant: Osanna
filio david. Qui precedebant seniores
erant, id est patriarche et prophete ceterique
sancti, qui ante adventum christi de
adventu eius etiam predixerunt, et
cognoverunt; sequentes autem minores
iuniores, id est apostoli et martyres ceterique
doctores, qui post ascensionem christi
de resurrectione eius et de ascensi-
one eius vel de operibus predicaverunt et pre-
dicant; et de omnibus quidem quibus fu-
erunt tam in omnibus unus spiritus consul-
tationis fuit. Et isti quidem prophetan-
tes de christo venturo clamaverunt: Be-
nedictus qui venit in nomine domini.
Isti autem laudantes clamabant
de adventu christi iam adimpleto. Osan-
na autem quidem interpretatur gloria, Jeronimus osanna
alii vero redemptionem, alii salvifica redemptor salvifica
sive salvum fac. Nam et gloria illi de-
betur et redemptio illi convenit quia
omnes redemit et pretiosissimi sui san-
guinis effusione salvavit. Cum enim
Sequitur. In die palmarum secundum matheum xxi. In die palmarum
Cum appropinquasset iesus ierosolimis. et. secundum math.

vide Cuss[...] / [illegible]

be[thaniam et venis]set bethphage ad montem oliue[ti] · tunc misit duos discipulos dicens eis · ite in castellum quod contra vos est · et statim invenietis asinam alligatam et pullum cum ea solvite et adducite michi etc.

Bede

Mediator · Omelia Bede

Mediator dei et hominum homo christus ihesus qui pro nostra generis salute passurus de celo descendit ad terram, appropinquante hora passionis, appropinquare voluit loco passionis, ut etiam hoc claresceret quia non invitus sed sponte pateretur. In asino venire et [cantibus?] rex appellari voluit et laudari ut etiam per hoc prius eruditus quisque cognosceret ipsum esse christum quem sic [venturum?] futurum prophetia olim premissa signaverat. Ante quinque dies pasche venire voluit sicut ex lectione evangelii didicimus ut et per hoc ostenderet se esse agnum immaculatum qui peccata tolleret mundi. Agnus quippe paschalis cuius immolatione populus israel est ab egyptiaca servitute liberatus ante quinque dies pasche i. quartadecima luna ad vesperam iussus est appellari immolari, significans eum qui nos sanguine suo esset redempturus. i. quinque dies pasche i. hodierno die magno precedentium sequentiumque gaudio prosequitur ac laudibus deductus venit in templum dei et erat cottidie docens. Quintadecima facta die ubi veteris pasche sacramenti actenus observata consummavit ac novum deinceps observanda discipulis sacramenta contradidit egressus in montem oliveti tentus est a iudeis et mane crucifixus. Ipsa nos dies a demoniaca dominatione redemit qua antiquus ille hebreorum populus per immolatum agnum egyptiace servitutis abiecit [iugum]. Ergo do[minus] [...] instar agni paschalis ante quin[que dies] [...] pasce in templo locum passionis adiit ut se insinuaret esse illum de quo ysaias predixit sicut ovis ad occisionem ducetur et quasi agnus coram tondente se obmutescet et non aperiet os suum. Et paulo superius ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras cuius livore sanati sumus. Et nimirum principum cordium in cunctis que per ihesum gessit eum persequi [...] quam in [...] eum ardere maluerunt et invi[dia] [...] inspirante auctorem mortis procurabant. Cuius presenti [...] perem ipsi [...] studebant. Verum nos preficiorum (?) cecitate declinata, eorum magis exempla qui fideliter dominum laudantes sequebantur et iter eius mirati, mystica vestigia imitatione sectemur. Asina et pullus quibus sedens ihesus ierosolimam venit, utrumque populum iudeorum et gentilium simplicitate [...] designant. Quibus ipse presidet quoque novitate sua libertate frenans impios ad visionem superne pacis perducat. Iherusalem etenim visio pacis interpretatur. Et bene cum ad montem oliveti venisset duos discipulos quos [...] ad ducerent misit. Quia non nostris ad eum meritis sed sola ipsius gratia largiente venimus iohanne attestante qui ait: In hoc est caritas, non quia nos dileximus deum, sed quia ipse dilexit nos. Mons namque oliveti celsitudinem dominice dilectionis qua nos misericorditer illustrare ac salvare dignatus est insinuat, non solum quia olei natura [...] tis

Expo[sitio]: Illos duos misit discipulos quia per duo genera mandatorum homines de peccato absolvit: diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et proximum tuum sicut te ipsum. In his duobus mandatis ad peccatum expellendum (?) et omnis iustitia consistit. Iustitia [...] quod tibi non vis fieri alteri ne feceris.

·xvij·

bedewe

Christus [...]

Mo

mistica est et laborum dolorumque so
lamen. Verum etiam quia cunctis
quibus immiscetur solet excellere
liquoribus, et apostolus dicturus de caritate locuturus
adhuc inquit excellentiorem viam
vobis demonstro. Ad montem quoque nemi-
nis dominus asinos sibi quibus ipse proxima
petat precipit exhiberi, significative scilicet
hoc quod alibi dicit apostolus caritas sic
deus dilexit mundum ut filium suum
unigenitum daret ut omnis qui credit
in ipso non pereat sed habeat vitam
eternam. Duos ad exhibenda sibi
iumenta misit discipulos ut significaret
in utrumque populum circumcisionis
scilicet et preputii predicatores esse desti-
nandos vel certe duos misit ut
eosdem predicatores doctrina simul
et operatione perfectos esse moneret ne vel
errore imbuti indocti vitam insisterent
vel ea que recte docuissent perverse
vivendo negarent. Invenietis igitur
asinam et pullum cum ea solvite
et adducite. In pullum quoque alligatum
fuisse alii evangeliste testantur. Uterque enim
populus funibus peccatorum erat circumplexus
et solutione divina opus habebat. iste le-
ge quam acceperat male utendo, ille
inopia accipiendo peccaverunt. Unde
bene dicit apostolus quia non est distinctio
omnes enim peccaverunt et egent gloria dei
iustificati gratis per gratiam eius. Et pullum
alii evangeliste qui gentibus scripserunt
pullum solummodo domino allatum memo-
rant. Matheus autem evangelista qui et hebre-
is et hebreo sermone scripsit evangelium etiam
asine facit mentionem provide utique

dispensatione ut quorum salutem scribe et pharisei
quesierunt hos salvandos a domino misti-
ce doceret figuratos. Et si quid aliquis
vobis dixerit dicite quia dominus his opus
habet et confestim dimittet eos. Ut doc-
toribus precipitur ut si quid adversitatis
eis obstiterit, si quis prohibuerit peccatores
a laqueis dyaboli solvi et per confessionem
fidei domino adduci, non tamen predicando
desistant. Sed constanter insinuent quia
dominus ad edificandam ecclesiam talibus opus
habet. quamvis enim scevus sit persecutor et
nimia inuidia non potest eorum obsistere sal-
vationi quos novit dominus qui sunt eius
quos ad vitam preordinavit eternam. Ad-
hibetur autem huic facto prophete testimonium
ut appareat dominum quidem omnibus que
de ipso erant scripta complesse. Sed in media
scribas et phariseos ea que ipsi legebant
intelligere nequivisse. Dicite filie syon ecce
rex tuus venit tibi mansuetus sedens su-
per asinam. Ierusalem que est mater omnium ciuium
portio tamen non minima erat in populo israel
regem habuit mansuetum quia non terrena
in nutibus sed mansuetis celestia regna
dare consuevit dicens. Discite a me quia
mitis sum et humilis corde et invenietis
requiem animabus vestris. De quibus psalmista
Mansueti inquid possidebunt terram et de-
lectabuntur in multitudine pacis. Vos vero mansue-
tis id est humilibus corde pacis terram habent
quos nulla belli et tribulationum conditio vel
impius id est dyabolus superbie tollere [illegible]
Sedens inquid super asinam et pullum filium
subiugalis. quia requiescit in corde humi-
li et quieto et trementi verba eius
sine eorum qui insinuant [illegible] iugum legis

trahere noluerunt sine illorum coniugali
dum libertate effrenes eiusdem sinagoge
instantia ad fidem et vitam sunt gratia
conversi. Adducentes autem asinam et
pullum discipuli imposuerunt super eos
vestimenta sua et dominum desuper sedere fecerunt.
Vestimenta discipulorum opera sunt iusticie propheta
teste qui ait Sacerdotes tui induantur
iusticia. Asinos quos nudos invenerunt
discipuli suis sternunt vestimentis et ita dominum
desuper imponunt, cum predicatores quos
libet a sanctitatis habitu nudos invenerunt [illegible]
virtutum suarum exemplis ad suscipiendam
fidem et dilectionem sui conditoris imbuunt.
Non enim iudeam dominus asinam, non iudeum
voluit ascendere pullum, quia sive iudeus
sive gentilis, nisi fuerit sanctorum doctrinis ornatus
et actibus non potest dominum recipere, sed ad-
regnat potius peccatum in mortali eius corpore
ad obaudiendum concupiscentiis eius. Plurima
autem turba straverunt vestimenta sua in via. Pluri-
ma hec turba innumerabilem numerum designat
exercitum, qui corpora sua circa viam velut tegmina
prone dabant, que sequentibus clarius planio-
rem iter incedi facerent callem, ne quis videlicet
dubitaret ibi pedem bone actionis ponere
in parte ubi non paucos vidit in bello pro-
cessisse martires. Alii autem ramos cedebant
de arboribus et sternebant in via. Ramum arbo-
rum dicta scripturarum precedentium [illegible] [illegible]
Et quisque in eodem iter credendi sive operan-
di quid prophete, quid apostoli, quid ceteri sancti
dixerint seu fecerint pandit, ramos profecto
de arboribus cedit, quibus iter asini dominum
portantis complanet, quia sinas de storum
libris excerpit per quas simplicium corda
ne in via veritatis errent edificent. Turbe
autem que precedebant et que sequebantur
clamabant dicentes Osanna filio David.

Theoricas apostoli in via [illegible] eius que ambit eius et sum-
tentia quod consistit eis, complacentes cordibus fine an-
te et retro clamabant Osanna filio David tendentes
qui venit in nomine domini. Osanna quidam interpretantur
gloria, alii redemptionem, alii salvifica [illegible], salvum
me fac, tua et gloria illi debetur, redemptio illi
convenit qui nos redemit et pretiosissimo suo sanguine
effusione salvavit.

ius. Una eademque confessionis et laudi-
tionis voce dominum qui precedebant et qui
sequebantur collaudant, quia unius una fi-
des est eorum qui ante incarnationem
dominicam, et qui postea fuere electi, quamvis
sacramenta habuerunt pro temporum ratione
disparia, Petro attestante qui ait
Sed per gratiam domini Ihesu credimus salvari
quemadmodum illi. Cor autem aut
Osanna filio David. Hoc est quod in psal-
mo legimus domini est salus et super populum
tuum benedictio tua. Hoc quoque in magne
laude devotionis in apocalipsi sanctorum cho-
rus resonat salus deo nostro qui sedet
super thronum et agno. Benedictus qui venit
in nomine domini. In nomine domini in nomine
patris significat, quia ipse iudeis alibi non
credentibus dicit Ego veni in nomine
patris mei et non suscepistis me; alius
veniet in nomine suo illum recipietis.
Venit enim Christus in nomine patris dei quia
in omnibus que gessit et dixit patrem glo-
rificare et glorificandum hominibus predicare
curavit. Veniet antichristus in nomine suo quia
cum sit omnium nequissimus et dyabolo
comite plenus dedignatur se filium
dei cognominari ad usurpatur et extolletur
supra omne quod dicitur deus aut quod
colitur. Assumunt enim vestigia laudis
turbe de psalmo ~~centesimo~~ xvii°, ex quo
de domino decantatum nemo qui dubitet
vide pulchre de psalmo medium ps° ponitur
Lapidem quem reprobaverunt edi-
ficantes hic factus est in caput anguli.
Quia videlicet quem reprobaverunt
iudei edificantes suorum decreta tra-
ditionum, factus est in munimentum
utriusque populi credentium iudei scilicet et gen-
tilis. Quia enim ipse lapis angularis vocatur.

Asinus et asina / portant apostoli / induerunt gentiles

Corpora maleri sternunt / vestimenta sua in via / et corpora sua demacerant / et iter ad mortem / parant et eo exem- / pla sequentibus prebeant

Rapha[illegible]

Nota de predicatoribus bonorum

Crisostomus

xpiic hoc est utriusque eorum precedencium
sequentiumque collaudat uoce tinnitum
clamos aut in eius laudis psecucione
subiungit osanna .i. salus siue salui
fica in altissimis perficere deo adventu
dni non solum humanum genus in terris
sed et angelorum in celis esse salutem quia
dum nos redempti ad superna dicimur
horum pro numero qui sathana cadente
erat minoritum impleret. Hinc etenim pa
ulus ait Instaurari omnia in ipso que
in celis et altissimis in eius laude ca
nitur cum totam incarnacionis dispen
sacionem pro implenda gloria celesti ad erit
Unde necesse fratres mei ut ad pro
missam nobis ingrediamur patriam
tota mente devocione tendamus semper
recordantes quia est angusta est via
qua ingredimur beata est mansio
ad quam festinamus felicius quippe
est prospero iter ad regum qua p ame
in planumque ad supplicium duci felicius
est continencia carnis temporalis gaudium
perhenne mereri qua per lascivia perpi
temporis eternam lugere vindictam Ecce iam
nunc quadragesimale deo auxiliante
iam plurima operte compleuimus testis
est unicuique consciencia sua quia quanto se
districtius sanctis hijs diebus deo ma
cerasse meminit tanto amplius gau
debit secundum dicitur prius tempus cor
tat aut si quem adhuc consciencia minus
perfecte castigati accusat nulli dubium
quoniam pauidus et tremens tante
sollempnitatis prestolatur aduentum ne tamen
hic talis de salute diffidat nec aliqui
suorum numerositate vel enormitate scelerum
confusus baratro desperacionis tradat
iuxta illud Salomonis Impius cum venit
in profundum malorum contempnit

zweye

sed perlittus perpendit quia si tempus ue
nit sollempnitatis qua de auctore in
resurreccione letamur tanto velut gau
dio castos vel impuros metu et confu
sione afficit multo magis in tempore districti
examinis quando generalis omnium resurrec
cio celebrabitur etiam audita iudicis se
tentia hos consciencia munda excusans le
tificat illos noxia accusans in perpetu
um dampnat Dimittamus ergo fratres dilectissimi
continentie armis accincti ab inicio
quadragesime cum temptatore superbo cer
tare cepimus videant caute ne temptide
serunt hunc prostrato hoste pstrato mise
rijs devenient angustie Jam vero acternus
armatura virtutum non indigent velut ho
die incipiat hodie cum turbis illis
fidelibus fidei opera assumat implorent pi
etatem eius qui in nomine patris ad
veniens benediccionem mundo attulit osan
na in altissimis proclamans salvari
se in superna patria flagitet Sternat
vestimenta sua in via .i. membra sui
corporis humiliet in presenti ut exaltet eum
deus in futuro memor illius iudicium dau
dici Omnia exultabunt ossa humiliata
Ramos de arboribus cedat et sibi sternat
in via .i. storum scripta sedulo ad me
moriam reuocet quibus sanctos te re
dant coronam lapsos ne diucius
iaceant hortantur resurgentes ut virtuti
bus operant instruunt et excitatos
virtutibus premia in celis ut ~~spargent~~
sperent erigens Hijs quoque gressus sine acto
nis ne in lapidem offensionis et pe
tram scandali offendant premuniant
ut si etiam ipse cum ceteris fidelibus redemp
toris sui vestigia sequatur passionis quoque
ac resurreccionis eius in stola digna me
puritate veneretur que ceteris omnibus

storie

ut possint speri
vite eterne

in cena dni s Joh

membris videlicet suis in remedium vulnerum simul et celestium gaudiorum pignus dare dignatus est ihesus xpus dominus noster qui cum patre vivit et regnat etc.

Sermo in cena domini secundum Johannem 13°

Ante diem festum pasche sciens ihesus quia venit hora eius ut transeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo in finem dilexit eos etc. **Omelia Bede**

Bede

Scripturus evangelista Johannes memorabile illud domini misterium quo discipulis in pascha priusquam pateretur pedes lavare dignatus est, primo ipsum nomen pasche quid mistice signaret aperire curavit ita incipiens: Ante diem festum pasche sciens ihesus quia venit hora eius ut transeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo in finem dilexit eos. Pascha quippe transitus interpretatur, nomen quod vetus lingua quia transivit in eo dominus per egyptum percutiens primogenita egypti et filios israel liberans, et quod filii israel transierint illa nocte de egyptia servitute ut venirent ad terram promisse olim hereditatis et pacis. Mistice autem signat quod in eo dominus transiturus erat ex hoc mundo ad patrem, et quod eius exemplo fideles abiectis temporalibus desideriis, abiecta vitiorum servitute, continuis virtutum studiis transire debent ad promissionem patrie celestis. Eumque modo ante transierit ihesus ex hoc mundo ad patrem pulcro sermone designat evangelista cum dicat: cum dilexisset suos qui erant in mundo in finem dilexit eos, id est in tantum dilexit. Scriptura dilectione vitam ad tempus finiret corporalem, morte de morte ad vitam, de hoc mundo transiturus ad patrem. Maiorem enim hanc dilectionem nemo habet ut animam suam ponat pro amicis suis. Unde rex vester ipse transitus et legalis lex et evangelicus sanguis consecratus est ille agnus paschalis, iste eius de quo dicit apostolus: Etenim pascha nostrum immolatus est xpus. Iste sanguine fuso in cruce, iste in cruce modo medio lumine et supplicium mediis ... impositus.

Et cena magna facta cum dyabolus misisset in cor ut traderet eum iudas simonis scariothis, sciens quia omnia dedit ei pater in manus et quia a deo exivit et ad deum vadit, surgit a cena et ponit vestimenta sua. Locuturus de maxima humilitate assumpte humanitatis prius commemorat eternitatem divine potestatis, ut et ipsum verum hominem demumque demonstraret, et ut nos illius precepta amoneat ut quanto magni sumus humiliemur in omnibus. Homo namque erat verus qui hominum pedes tangere ac lavare per hominem tradi atque ab hominibus poterat crucifigi. Deus erat verus cui omnia dedit pater in manus, qui a deo exivit et ad deum vadit. Sciebat quoque dominus quia dyabolus iam miserat in cor iude ut traderet eum, sciebat quia omnia dedit ei pater in manus, ut que omnia et ipsum traditorem et eos quibus tradendus erat et mortem quam erat passurus et de hiis omnibus que vellet faceret, malumque eorum sua potentia converteret in bonum. Sciebat quia per humilitatem incarnationis ex deo exivit et per victoriam resurrectionis ad deum rediturus erat. Deum cum inde exiret nec nos deserens cum rediret. Sciebat autem omnia hec et tamen in magne sue iudicium et magne nostre ... humilitatis surgit a cena, ponit vestimenta, lavat pedes discipulorum non deus dominus sed hominis servi implens officium. Et eius quoque pedes humiliter abluens cuius manus in sua traditione non credit percatie esse pollicendas. Sed nec si alicui indigne ministerium hoc humilium nostri salvatoris pertractare delectat. Cena hec sacrosancta in qua cum discipulis recubuit dominus tempus significat dominicum quo corporaliter in terra demoratus et dapibus ubi salutaribus ac miraculorum suorum dulcedine cunctos longe lateque pavit. Et ipse audientium fidelium dilectione pastus est, quia quotquot ad gratiam veritatis

cinxit. Per hoc nimirum corporis sui quod e celo
quasi more vestimentorum fecit sumpsit
Cum cepit autem a cena et posuit vestimenta
sua, quando temporaliter cum hominibus amplius
conversari desistens membra corporis assump-
ti posuit moriendo. Accepto linteo precinxit
se, cum accepto a patre mandato patiendi
pro nobis ipse passionis excruciationi sua membra
commendavit. Solet namque per linteum quod
multiplicando tormentorum labore conficitur afflic-
tio passionum figurari. Et dominus ponens vestimenta
linteo precingitur, ut significet se habitum corporis
quem induit non sine pressura dolorum
sed longa crucis tribulatione deponere.
Misit aquam in pelvim et cepit lavare
pedes discipulorum et extergere linteo quo
erat precinctus, quando defunctus in cruce
aquam una cum sanguine de latere suo profudit
in terram, quibus credentium corda munda-
ret, eademque opera non solum passionis
sacramento sanctificare sed etiam eiusdem exem-
plis confirmare dignatus est. Quod autem
inchoata pedum lavatione dicitur: Venit
ergo ad Simonem Petrum, non ita intelligendum
est quasi post aliquos ad illum venerit,
sed quia ab illo qui primus apostolorum erat
cepit. Et ille quia tale ministerium vestie-
bat non frustra horruerat. Quod etiam
quilibet contemplativus fuisse non dubita-
tur. Si non illa interior sancta, qua per dominum
est: Si non lavero te, non habebis partem
mecum. Ubi aperte monstratur quod hec
pedum lavatio spiritalem corporis et anime
purificationem, sine qua ad consortium Christi
perveniri non potest, insinuat. Unde
Petrus hoc audiens solito more amoris
divini fervore correptus ridit: Domine
non tantum pedes meos sed et manus
et caput. Ac si aperte dicat: Etiam iam te
docente intelligo quod lavando pedes me-
os errata mea te mundare significas; non
solum pedes sed et manus et caput tibi la-
vandum offero, quia non solum incessu sed
etiam actu, visu quoque et auditu, gustu,
olfactu et tactu multa me committere que
ante deleat dimitti non ambigo. Sed
sequendo amatori quid respondeat dominus, quo
sensu ad intelligentiam ministerii lavationis
paulatim provocet audiamus. Qui lotus
est inquit non indiget nisi ut pedes la-
vet sed est mundus totus. Manifeste denun-
ciatur quod lavatio pedum illa remissi-
onem quidem peccatorum designaret, non tamen
eam que semel in baptismate datur, sed illa
potius quam cottidianam fidelium reatibus,
sine quibus in hac vita non vivitur, cotti-
diana eius gratia mundantur. Pedes namque
quibus incedentes terram tangimus ideoque
eos a contagio pulveris sicut reliquum cor-
pus immunes custodire nequimus ipsam
terrene inhabitationis nostre designant, quia
inquinatum cottidie desideriis nos et neglige-
tes efficimur, in tantum etiam magistri quique
et summe conversationis viri ecclesie quam
maxime diligunt contemplatione renovan-
tur, ut si dixerimus quia peccatum non habemus
nos ipsos seducimus et veritas non est in nobis.
Qui ergo lotus est non indiget nisi ut pe-
des lavet sed est mundus totus, quia qui
ablutus est fonte baptismatis in remissionem
omnium peccatorum non indiget rursus, immo
non potest eodem modo ablui, sed cottidia-
na tantum mundana conversationis contagi-
one necesse habet ut cottidiana sui redemp-
toris indulgentia tergatur. Est enim toto
actionum suarum corpore mundus, exceptis
dumtaxat hiis que mentem necessitate tem-
poralis adheserunt, obgnorum cottidiana
sordidatum simul et emundationem cottidie
dicimus orantes: Et dimitte nobis debita
nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.

Verum hec de apicibus ceterisque similibus dicta sunt
Beati videlicet et immaculati qui timentes
dominum ambulant in viis eius. At nos qui
deum sepe timoris obliti iter levium incedimus
non illa levi et cottidiana ordinum sollep-
nitate possimus observantium nostrorum sordes li-
berari, sed maior necesse est magnitudo ma-
iori ordinum vigiliarum vel ordinum ieiuniorum
lacrimarum atque elemosinarum copia purgetur
ipso nimirum interius vestigia cordis emun-
dante qui levium lavamen cottidie inter-
pellat pro nobis. Postquam vero lavit pe-
des discipulorum dominus, lavit vestimenta sua, et cum
recubuisset iterum aperuit ordinem misterii
lavationis, quam eis paulo ante facto [factis] necdum
scientibus exhibuerat, quia postquam pas-
sionis interitu lavacrum nobis remissionis
consecravit, accepit membra immortalia
que mortalia posuerat. Et cum post re-
surrexisset discipulis ac familiaris esset cum
eis etiam manducando pisces vel conversa-
tus exposuit eis utilitatem sue passionis
cuius exitum, quia incertum misticum nesci-
ebant eventum satis timebant. Si ergo
inquit ego lavi pedes vestros dominus et magister
et vos debetis alter alterius pedes lavare Nō
Quod ?? sua et ad literam et ad misticum sensum
recte accipi et devote debet impleri. Ad literam
quidem ut per caritatem fraternam invicem
non solum in lavandis pedibus fratrum, sed in
quibuslibet eorum necessitatibus adiuvandis.
Ad misticum vero intellectum ut sicut dominus
nobis peccata penitentibus dimittere conswe-
vit, ita etiam nos peccantibus in nos fratribus
dimittere festinemus. Sicut ille lavat nos
a peccatis nostris interpellando patrem pro nobis,
ita et nos si scimus fratrem nostrum peccare
peccatum non ad mortem, petamus ut detur ei
vita peccanti non ad mortem. Et sicut Iacobus
apostolus admonet: Confitemini alterutrum peccata
vestra et orate pro invicem ut salvemini.

Sicut ipse pro nobis animam suam posuit, sic
et nos instante temporis articulo pro fratribus ani-
mas ponamus. Sequitur: Amen amen
dico vobis non est servus maior domino suo
neque apostolus maior eo qui misit illum. Hic
ideo dixit quia laverat pedes servorum
dominus et ipse qui misit eos quos misit.
Apostolus grece latine dicitur missus, ut ostenderet
ea que excelsius fecit humiliter, multo ma-
gis humiles et infirmiores humiliter esse facien-
da. Sed ut et hoc in loco spiritalis intellectus
commoneret, quia si ipse qui peccatum non
fecit nec inventus est dolus in ore eius
interpellat pro nostris excessibus, multo magis
ipsi debemus orare pro invicem. Sed si di-
mittit nobis ille cui non habemus quod
dimittamus, multo magis oportet nos alte-
rutrum dimittere nobis debita nostra. Quod ipse
apostolus quoque percipiens ait: Estote autem invicem
benigni, misericordes, donantes invicem sicut
et deus in Christo donavit nobis. Si hec igitur
scitis, beati eritis si feceritis ea. Salutaris hec
monitum nostri salvatoris et sedulo est cogi-
tanda semper, quia beati erimus sciendo
celestia precepta, si tamen ea que novi-
mus operando sectemur. Qui enim cogni-
ta eius servare mandata neglexerit
beatus esse non valet, quia hec vel cog-
noscere contempnit multo longius ab eo-
rum sorte secluditur. Congruit hiis
psalmista qui mortalium corda preve-
niens, quia omnes beatitudinem ambire
sed paucos ubi est querere conspiciens,
ipse que sit maxima in hac vita hominis
beatitudo manifeste protestatus est dicens:
Beati immaculati in via qui ambulant in
lege domini. Et ne putaret hec via imma-
culatorum ac beatorum ab inimicis passim
et rudibus posse comprehendi, consequen-
ter adiunxit: Beati qui scrutantur testimonia eius,
in toto corde exquirunt eum. Quapropter
fratres rogemus eius clementiam qui

mandauit mandata sua custodire nimis.
ut dirigat ipse vias ~~suas~~ nostras ad custodi-
endas iustificationes suas. Ipse post custo-
diam mandatorum suorum ad beatitudinem
nos sue perpetue visionis inducat. ~~Ihesus~~
Christus deus et dominus noster qui viuit et regnat
cum patre in unitate spiritus sancti per omnia
secula seculorum. Sabbato sancto secundum Matheum 18.º
Illo tempore. Vespere autem sabbati que lucescit
in prima sabbati venit Maria Magdale-
na et altera Maria videre sepulcrum. Omelia Bede

Vigilias nobis huius sacratissime
noctis sicut ex lectione ~~ewangelica~~
fratres karissimi audiuimus resurrectio domini ac
saluatoris nostri dedicauit. Iuste etenim hanc
eius amore vigiliis celebramus et ymnis
pro nostro amore qui pro nobis in carne dormire
in morte ac de morte voluit excitari.
Nam sicut ~~apostolus~~ ait. Mortuus est propter
delicta nostra et resurrexit propter iustificatio-
nem nostram. Quod ipso quoque statu temporis
ipso velut mortuus est in cruce vel a mor-
tuis surrexerit ostendit. Circa horam quippe
nonam cum inclinata esset ad vesperam
dies et tepescentibus meridiano feruore
radiis solis misterium victoriosissime pas-
sionis consummauit. euidenter insinuans
ob auferenda scelera quibus a diuina
luce et dilectione in hanc noctem peregrina-
tionis incidimus crucis se subisse patibulum.
Surrexit mane prima sabbati que nunc
dies dominica vocatur. manifeste docens se
nos a morte anime resuscitatos in luce
perpetue felicitatis esse producturum. Sed et
aliud nobis memorabile misterium tempo-
re passionis sepulture et resurrectionis
intimare curauit. Sexta quippe feria
crucifixus est. sabbato quieuit in sepul-
cro. dominica surrexit a mortuis significans
electis suis per sex huius seculi etates in-
ter pericula persecutionum bonis operibus insu-
dandum. in alia autem vita quasi in

sabbato perpetuo requiem animarum sperandam.
Porro in die iudicii quasi in die dominica cor-
porum quoque immortalium receptionem esse
celebrandam. in quibus deinceps anime
superno gaudio sine fine fruantur. Quod
autem in lectione ~~ewan~~gelica dictum est quia sancte
mulieres vespere sabbati que lucescit in pri-
ma sabbati venerunt videre sepulcrum.
ita etiam intelligendum est. quia vespere
quidem venire ceperunt sed lucescente ma-
ne in prima sabbati ad sepulcrum peruene-
runt. id est vespere aromata parauerunt quibus
corpus domini ungere desiderabant. sed parata
vespere aromata mane ad sepulcrum detulerunt.
Quod Matheus quidem breuitatis causa ob-
scurius posuit sed ~~ewangeliste~~ alii quo or-
dine sit factum euidencius ostendunt. Sepul-
to namque sexta feria domino reuerse a monumento
mulieres parauerunt aromata et vnguenta
quamdiu operari licebat. Et sabbato quidem
siluerunt secundum legis mandatum sicut
Lucas aperte designat. Cum autem transisset
sabbatum vesperaque adueniente tempus operandi re-
disset mox promte ad deuotionem emerunt
que minus parauerant aromata sicut Marcus
commemorat. ut venientes ungerent eum. Et
valde mane vna sabbatorum venerunt ad mo-
numentum. Quemadmodum autem tunc nocte dominice
resurrectionis ~~ewangelista~~ describens ait. Vespere
autem sabbati que lucescit in prima sabbati.
Cum consuetus ordo habeat vesperam magis
tenebrescere in noctem quam in diem luce-
scere. Sed mistice loquens ~~ewangelista~~ quantum
dignitatis hec sacratissima nox de gloria
deuicte mortis acceperit insinuare studuit.
Cum eius exordium quo deuote Christo famule
in obsequium illius vigilare ceperunt in se-
quenti iam die lucescere perhibuit. Nam do-
minus auctor et ordinator temporum qui in vltima
noctis huius parte surrexit totam eam mirum
eiusdem resurreccionis luce festiuam red-
didit et choruscam. Si quidem ab exordio
mundane creationis usque huc ita temporum cursus

distinguerit ut dies noctem precedat iuxta ordinem videlicet prime conditionis. Hac autem nocte pro mysterium resurrectionis dominice temporum ordo mutatus est. Nam quia nocte resurrexit a mortuis, die vero sequenti eiusdem resurrectionis effectum discipulis ostendit, ac participato cum eis convivio veritatem virtutis eius mirantibus simul et gaudentibus adstruxit, rationabilissime nox illa sequentis diei coniuncta est luci, ac sic temporum ordo statutus est ut dies noctem sequatur. Et quidem aptissime condam diem sequebatur nox, quia homo a luce paradisi peccando lapsus in huius seculi tenebras erumnasque decidit. Aptissime nunc dies sequitur noctem, quando per fidem resurrectionis a peccatorum tenebris et umbris mortis ad lucem vite Christo largiente reducimur. Quapropter necesse est fratres karissimi, ut qui noctem hanc peculiarem gratia dominice resurrectionis illustratam cognovimus, ipsi quoque curemus sollicite ne qua eius particula in nostro corde tenebrescat, sed tota lucescat in diem. Et nunc videlicet nobis vigilias eius digna devotione laudis agentibus, et completis quoque vigiliis sobria ac pura conscientia diei dominici paschalia festa expectantibus. Venit inquit Maria Magdalena et altera Maria videre sepulchrum. Due unius nominis eiusdemque amoris et devotionis femine que dominicum venerunt invisere sepulchrum duas fidelium plebes, iudaicam scilicet et gentilem designant, que uno atque indissimili studio passionem et resurrectionem sui redemptoris quacumque eius ecclesia per orbem diffusa est celebrare desiderant. Quod autem terre motus resurgente domino de sepulchro, sicut etiam moriente in cruce factus est magnus, significat terrena prius corda et a celesti spe deiecta per fidem passionis ac resurrectionis eius concutienda ad penitentiam ac salubrimo pavore permota ad vitam

sublimanda perpetuam. Quod angelus advenit obsequium sue servitutis quod domino debuit expleuit. Quia enim Christus deus et homo est, inter acta humilitatis sue semper angelorum ministeria deo debita non desunt, sicut in multis sancti evangelii copiosissime probat historia. Revolvit autem lapidem non ut egressuro domino ianuam pandat, sed ut egressus eius iam facti hominibus prestet indicium. Qui enim mortalis adhuc clauso virginis utero potuit nascendo mundum ingredi, ipse absque ulla dubietate iam factus immortalis clauso pariter sepulchro potuit resurgendo exire. Nec pretereundum quare testis dominice resurrectionis angelus sedens apparuit, cum is qui nativitatis eiusdem mundo gaudium evangelizabat iuxta pastores stetisse legatur. Stare quippe pugnantis est, sedere regnantis. Et recte stans apparuit angelus qui adventum domini mundo predicabat, ut etiam stando signaret quia is quem predicabat ad debellandum mundi principem veniret. Recte preco resurrectionis eius sedisse memoratur, ut etiam sedendo figuraret eum superato mortis auctore sedem regni iam conscendisse perpetui. Sedebat ipse paulo post discipulis apparens ait: Data est michi potestas in celo et in terra. Et evangelista Marcus: Et dominus quidem Ihesus postquam locutus est assumptus est in celis et sedet a dextris dei. Sedebat autem super lapidem revolutum quo hostium monumenti claudebatur, ut claustra inferorum sua illum virtute deiecisse ac superasse doceret, quatenus omnes quos ibi suos invenisset ad paradisi lucem requiemque sublevaret, iuxta illud prophete: Tu quoque in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. Erat conspectus eius sicut fulgur et vestimenta eius sicut nix. Ut ipso quoque habitu ac vultu significaret quia is

tius gloriam resurrectionis intimabat. Terribilis ad dampnandos reprobos, et benignus ac blandus ad consolandum electos. In fulgore etenim terror timoris, in niue autem blandimentum candoris exprimitur. Merito namque uidetur hinc distinctione ipse quoque angelus apparuit, et custodes sepulcri impios tanto pauore perterret, ad mortuorum instar terre prosterneret, et uisitatrices eiusdem sepulcri piissimas benigna consolatione refoueret, ac ne pauerent confortaret. Insuper etiam familiari affectu prior ipse quia Iesum queritis dicit, et quia iam surrexit addidit. Mox etiam ipsas honorificas ac letissimo subditas nuntio gaudium resurrectionis eius euangelizare precepit. Et quam felices femine que euangelico docente oraculo triumphum resurrectionis mundo annuntiare meruerunt, ac mortis quam Eua serpentino seducta affectu contraxit imperium predicare dirutum. Quanto feliciores anime uirorum pariter et feminarum, quotiens in die iudicii perculsis pauore ac digna ultione reprobis, ipse celesti gaudio ad uitam triumphare de morte, et gaudium beate resurrectionis intrare meruerint. Currentibus autem eis euangelizare discipulis occurrit Iesus easque salutat, ostendens se omnibus uiam uirtutum inchoantibus, ut ad salutem eternam peruenire queant adiuuando occurrere. Ille autem accesserunt et tenuerunt pedes eius, in dicamus (?) fides in domino resurgente a mortuis ueritatem nostre carnis, uideamus gloriam noue incorruptionis. Supra (?) dictum est quia clauso surrexit monumento, nunc autem legitur quia mulieres tenuerunt pedes eius et adorauerunt eum. Surrexit enim clauso hostio monumenti, et exiit iam ut immortale factum doceret esse corpus, quod in monumento clauso fuerat mortuum. Tenendas mulieribus prebuit plantas, ut ueram se ostendere carnem que a mortalibus tangi posset innotesceret (?). Ite nuntiate fratribus meis ut eant in Galileam, ibi me uidebunt. Omnium pietas saluatoris, mira benignitas. Quos ante passionem discipulos et etiam aliquando seruos uocare consueuerat, hos post resurrectionem fratres appellat, ut et eandem se humanitatem quam et ante habuerat, hanc resurgendo resumpsisse monstraret, et illos quoque ad percipiendam sperandamque in sua carne coronam immortalitatis, qua ipse iam preminebat, erigeret. Quod autem se in Galilea uidendum a discipulis predixit, et sicut sequentia sancti euangelii declarat exhibuit, etiam in hoc mistice et uirtutem sue resurrectionis et nostre perfectionis (?) spiritualis insinuat. Galilea quippe transmigratio facta interpretatur. Et bene in Galilea uidetur a discipulis, qui iam de morte ad uitam, de corruptione ad incorruptionem, de pena transmigrauerat ad gloriam, ut uictoriam resurrectionis eius plenius tunc frui ualebimus, si nunc de corruptela uitiorum ad uirtutum opera transmigrare satagimus. Unde curandum summo opere est fratres mei, ut quia resurrectionis domini et saluatoris nostri tempus agnouimus, quia eius sollempnia celebramus, continuis bonorum operum profectibus ad contemplandam eius celsitudinem transmigremus. Et quia nostre resurrectionis tempus ignoramus, quod tamen futurum nullo modo ambigimus, et omni quidem tempore et in hac precipue nocte sollicitas pro eius expectatione uigilias agamus. Obsecremus misericordiam eius, illius qui susceptam pro nobis humiliter mortem mox sollempniter superauit, ut nunc nos ipse resurrectionis de morte ad uitam transmigrare concedat. Rogemus eum qui pascha nostrum immolatus est ipse, ut et inchoata paschalis gaudii sollempnia nos digne peragere et per hec

contingere ad gaudia prestet eterna. Inter hec
vero notandum quod huius sacratissime noc-
tis ac redemptionis nostre quam colimus so-
lempnitas iam olim est in antiquo dei
populo misterio designata. Cum enim populus dei
fuisset egyptia servitute gravatus nec eum
dimittere vellent egyptii ad libertatem sui con-
ditoris exire servicium, tandem precepit
ei dominus in celebratione pasche immolare ag-
num eiusque carnes ac nocte assare et ede-
re, eiusque sanguinem qui esset fusus in limi-
ne postem domorum suarum utrumque ac super-
liminare perungere, atque intus paratum ac
vigilantem horam sue redemptionis exspec-
tare. Quod dum faceret ecce noctis huius
medio dominus adveniens percussis egyptiorum
primogenitis liberavit populum suum a pon-
dere longe servitutis atque ad terram promisse
olim patrie perduxit. In huius enim hac noc-
te in memoriam sue salvationis omnibus
annis immolatione agni paschalis agere
solebant precipue perfecto etiam perfecto redemp-
tio populi illius specialis nostre redemptionis, que
resurgente a mortuis domino hac nocte con-
pleta est typum gessit, sicut etiam eiusque
populi oppressores egyptii diaboli nequicie
specialis arma designavit, quibus sibi
tum sibi genus humanum impia domina-
tione premebat, sed veniens agnus immacu-
latus signatus est immolatus pro nobis,
dedit sanguinem suum nostre salutis precium,
qui morte ad tempus suscepta mortis
imperium precio dampnavit. Mirabilique
ac desiderabili spectaculo agnus innocens
occisus leonem qui occiderat mire poten-
ter egit. Agnus qui tollit peccata mundi,
leonem qui intulit peccata mundo confregit.
Agnus qui nos sue carnis et sanguinis liba-
mine ne pereamus reficit, leonem qui nos
rugiens circuit et quem de nobis perdat
inquirit fortiter prostravit. Agnus qui sue
mortis signum frontibus nostris ad decernen-
da tela mortiferi hostis imposuit. Nam
et ideo sanguis agni legalis in limine
superliminari et in utroque poste domorum
in quibus edebatur iussus est poni. Ut
etiam quadripartita signis distinctio
quadrifide crucis passionis vexillum
quo nos signati liberamur exprimeret.
Dicetur ad adversarium nostre libertatis et pacis
qui insidiatur nobis in occulto sicut
leo in cubili suo. Sicut ergo nocte hac
immolato agno in egypto signatis eius
sanguine domibus fidelium comestis eius car-
nibus venit dominus repente et eos qui
misterii celestis exortes manebant pri-
micias et contra ipsum quem sacramentis
salutaribus imbutum vidit redemit. Ita
nimirum dominus et redemptor noster cum suo
pro nobis corpore et sanguinem hostiam pa-
tri obtulisset subvertit potencias dyaboli
et satellitum eius spirituum videlicet immundorum
audaciam contrivit. Deiecit claustra
inferni, eos qui ibidem quasi in iniqui-
tatis sine tenebantur eruit. Et hac ipsa
nocte resurgens a mortuis ad celestis
regni gaudia perduxit. Impleta prophetia
que dixit: Ascendens propter in altum cap-
tivam duxit captivitatem. Nec illos po-
tius quos apud inferos invenit abstu-
lit, verum etiam eos quos in carne ad-
huc positos suos esse cognovit. Verius
et nobis quos iam credituros in fine te-
porum previdit, remedium salutis nostre
morte sua ac resurrectione preparavit
nobis, et antequam crearemur spiritalem no-
bis alimoniam vite qua recrearemur
servavit, signum victorie quo ab hostium
insidiis muniremur paravit, vite perhennis
iter quod sequamur aperuit. Unde et ipsi
merito nocte hac redemptionis nostre

Nota [illegible]

memores vigiliis deo dignis instamus et precibus lectionis divinis que dante nobis gratia inmunia narrant audiendis operam damus, novam adoptionis plebem spiritalis egipti duro subtractam servitio. Nunc vero duo sorte regenerationis sacramentis missarum sollempnia celebramus, corpus sacrosanctum et preciosum agni sanguinem sui quo a peccatis redempti sumus denuo deo in profectum nostre salutis immolamus. Et quia de resurrectione dominice simul et ereptionis nostre misteriis annua plenitudine letamur, studeamus fratres hec eadem misteria interno mentis amore complecti. Hec innuendo semper tenere hec quasi munda animalia nunc oris locutione ruminanda, nunc cordis penetralibus recondenda servemus. Et ante omnia talibus intentum ducere cunctis actibus quibus nostre quoque resurrectionis eventum letantes mereamur aspicere, ut cum tuba novissima totum genus humanum excitans ad tribunal iusti iudicis advocaverit, nos extre-te reproborum secernat signum eiusdem iudicii in quo sanctimur a pena negligentium servant vigilie quibus ad nentu eis properavimus, eisque digna ultione mulctatis ipse nos ad mansionem superne patrie quam ante secula promisit perducat, qui vivit et regnat in unitate spiritus.

In pascha secundum marcum 16°

In illo tempore Maria magdalena et maria iacobi et salome emerunt aromata ut venientes ungerent ihesum. Et valde mane una sabbatorum veniunt ad monumentum orto iam sole et cetera. **Omelia Gregorii**

Multis vobis lectionibus fratres karissimi per dictatum loqui consuevi, sed quia lassescente stomacho ea que dictavero legere ipse non possum, quosdam vestrum minus libenter audientes intueor. Unde nunc a memetipso exigere contra morem volo, ut inter sacra missarum sollempnia lectionem sancti evangelii non dictando sed colloquendo edisseram. Sicque exponatur ut loquimur, quia cum collocutionis vox corda torpentia plus quam sermo lectionis excitat et quasi quadam manu sollicitudinis ut evigilent pulsat. Et quidem ad hoc opus me sufficere posse non video, sed tamen vires quas imperitia denegat caritas ministrat. Scio namque qui dixit: Aperi os tuum et ego adimplebo illud. Bonum ergo opus nobis in voluntate sit, nam ex divino adiutorio erit in perfectione. Dat loquendi ausum etiam resurrectionis dominice tanta sollempnitas, quia et indignum est valde ut eo die laudes debitas taceat lingua carnis quo videlicet die caro resurrexit auctoris.

Audistis fratres karissimi quod sancte mulieres que dominum fuerunt secute cum aromatibus ad monumentum venerunt, et ei quem viventem dilexerant etiam mortuo studio humanitatis obsequuntur. Sed res gesta aliquid in sancta ecclesia designat gerendum. Sic quippe necesse est ut audiamus que facta sunt, quatenus cogitemus etiam que nobis sint ex eorum imitatione facienda. Et nos ergo in eum qui mortuus est credentes, si odore virtutum referti cum opinione bonorum operum dominum querimus, ad monumentum profecto illius cum aromatibus venimus. *ad monumentum veniunt* Ille autem mulieres angelos vident que cum aromatibus venerunt, *angelos videt* quia videlicet ille mentes supernos cives aspiciunt que cum virtutum odoribus ad dominum per sancta desideria proficiscuntur. Notandum vero nobis est quid est quod in dextris sedere angelus cernitur. *a dextris sedens angelus* Quid namque per sinistram nisi vita presens, quid vero per dexteram nisi perpetua vita signatur? Unde scriptum est: Leva eius sub capite meo et dextera illius amplexabitur me. Quia igitur redemptor noster iam presentis vite corruptionem transierat, recte angelus qui nuntiare perennem eius vitam venerat in dextera sedebat. Qui stola candida coopertus apparuit, quia festivitatis nostre gaudia nuntiabat. Candor etenim vestis sple-

debeat ut denuntiat sollempnitatem. Ecce dicamus an sua. Sed ut fateamur verius
et sua dicatur et nostra. Illa quippe resurrectio redemptoris nostri et nostra festivitas fuit
quia nos ad inmortalitatem reduxit. Et angelorum festivitas extitit quia nos revocando ad celestia eorum numerum implevit.
In sua ergo ac nostra festivitate angelus in vestibus albis apparuit quia dum nos per resurrectionem dominicam ad superna reducimur celestis patrie dampna reparantur.
Sed quid venientes feminas affatur audiamus. Nolite expavescere. Ac si aperte dicat
Paveant illi qui non amant adventum supernorum civium pertimescant qui carnalibus desideriis pressi ad eorum se societatem pertingere posse desperant. Vos autem cur pertimescitis que vestros concives videtis. Unde et Matheus angelum apparuisse describens ait
Erat autem aspectus eius sicut fulgur et vestimenta eius candida sicut nix. In fulgore etenim terror timoris est in nive autem blandimentum candoris. Quia vero omnipotens deus et terribilis est peccatoribus et blandus iustis recte testis resurrectionis eius angelus et in fulgore vultus et in candore habitus demonstratur ut de ipsa sua specie et terreret reprobos et mulceret pios. Unde recte populum quoque per desertum gradientem et columpna ignis in nocte et columpna nubis precedebat in die. In igne quippe terror est in nube autem visionis lene blandimentum. Dies vero vita iusti et nox accipitur vita peccatoris. Unde et conversis peccatoribus Paulus dicit Fuistis aliquando tenebre nunc autem lux in domino. In die autem per nubem columpna monstrata est et in nocte per ignem. Quia omnipotens deus et blandus iustis et terribilis apparebit iniustis. Iustos in iudicio veniens per lenitatis mansuetudinem demulcet iniustos vero per iusticie districtionem terret. Sed iam quid angelus subiungat audiamus. Ihesum queritis

nazarenum. Ihesus latino eloquio salutaris id est salvator interpretatur. At vero multi tunc Ihesus dici poterant non tamen substantialiter sed nuncupative. Ideo et locus subiungitur ut de quo Ihesu dictum sit manifestetur nazarenum. Et causam protinus subdit Crucifixum atque addidit Surrexit non est hic. Non est hic per presentiam carnis qui tamen nusquam deerat per potentiam maiestatis. Sed ite dicite discipulis eius et Petro quia precedet vos in galileam. Querendum nobis est cur nominatis discipulis Petrus designatur ex nomine. Sed si hunc angelus nominatim non exprimeret qui magistrum negaverat venire inter discipulos non auderet. Vocatur ergo ex nomine ne desperaret ex negatione. Qua in re considerandum nobis est cur omnipotens deus eum quem cuncte ecclesie preferre disposuerat ancille vocem pertimescere et seipsum negare permisit. Quod nimirum magne actum pietatis dispensatione cognoscimus ut is qui futurus erat pastor ecclesie in sua culpa recognosceret qualiter aliis misereri debuisset. Prius itaque eum ostendit sibi et tunc preposuit ceteris ut ex sua infirmitate disceret quam misericorditer aliena infirma toleraret. Bene autem de redemptore nostro dicitur Precedet vos in galileam ibi eum videbitis sicut dixit vobis. Galilea namque transmigratio facta interpretatur. Iam quippe redemptor noster a passione ad resurrectionem a morte ad vitam a pena ad gloriam de corruptione ad incorruptionem transmigraverat. Et prius post resurrectionem in galilea a discipulis videtur quia resurrectionis eius gloriam post leti videbimus si modo a viciis ad virtutum celsitudinem transmigramus. Qui ergo

affatur

carnalia desideria ... carnales dominice vel ... ... passiones ...

vorsachyn

vernuncz

leve

in sepulcro mutatur / in cuius ingressu te
ostenditur / quia hi qui in mortifica
tione carnis agnoscuntur in cuius ingressione
mentis videtur. Hec fratres karissimi pro tanta
diei sollempnitate de lectionis evangelice
expositione sufficiant / sed libet ut de hac
eadem sollempnitate aliquid subtilius
loquamur. Due etenim vite erant / quarum
unam noveramus / alteram nesciebamus /
Una quippe mortalis est / alia immortalis
Una corruptionis / alia incorruptionis /
Una mortis / alia resurrectionis. Sed venit me
diator dei et hominum homo ihesus christus /
suscepit unam / et ostendit alteram / Unam
pertulit moriendo / alteram ostendit resur
gendo. Si igitur nobis mortalem vitam
scientibus resurrectionem promitteret car
nis et tamen hanc visibiliter non exhiberet
quis eius promissionibus crederet. Factus itaque
homo apparuit in carne / mori dignatus
est ex voluntate / resurrexit ex potesta
te / et ostendit exemplo quod nobis pro
misit in premio. Sed fortasse aliquis dicat
Iure ille surrexit quia cum deus esset te
neri a morte non potuit. Ad ignoran
tiam ergo ignorantiam nostram ad robo
randam infirmitatem nostram sue resurrectionis
exemplo nobis sufficere noluit. Solus
illo tempore mortuus est / et tamen solus
minime resurrexit. Nam scriptum est / Multa
corpora sanctorum que dormierant surrexe
runt. Ablata ergo sunt omnia argumen
ta perfidie. Ne quis enim dicat Sperare de
se debet homo quod in carne sua deus ex
hibuit homo. Ecce cum deo surrexisse
homines cognoscimus / et quos puros ho
mines fuisse non dubitamus. Si igitur
membra nostri redemptoris sumus presuma
mus in nobis quod gestum constat in
capite. Si multum abiecti nos merito

ultima quod de membris eius superioribus
audiamus. Ecce vero ad memoriam re
ducimus quod crucifixo dei filio iudei insultan
tes dicebant si rex israel est descendat de
cruce et credimus ei / Qui si tunc de cruce
descenderet / nimirum insultantibus cedens / vir
tutem nobis patiencie non demonstraret /
Sed expectavit paululum / toleravit obprobria /
irrisiones sustinuit / servavit patientiam / di
stulit ammirationem / Et qui de cruce noluit /
de sepulcro surrexit / Plus igitur fuit de
sepulcro resurgere / quam de cruce descen
dere / Plus fuit mortem resurgendo destru
ere / quam vitam descendendo servare / Sed
cum hunc iudei ad insultationes suas de
cruce descendere minime cernerent / cum mo
rientem viderent / eum se vicisse crediderunt /
nomen illius se quasi extinxisse gavisi
sunt / Sed ecce de morte eius nomen per
mundum eius crevit / Et qua hunc infidelis tur
ba extinxisse se credidit / et quem gau
debat occisum / hunc dolet mortuum
quia hunc ad suam gloriam cognoscit
pervenisse per penam. Quod be
3 ne in libro Iudicum Sampson
ille facta signat. Qui cum
Gazam civitatem philistinorum
fuisset ingressus philistei ingressum eius
cognoscentes repente civitatem
obsidionibus circumdederunt / custodes depu
taverunt / et Sampson fortissimum se iam
comprehendisse gavisi sunt / Sed quid
fecit Sampson agnovimus / media nocte
portas civitatis abstulit / et montis verticem
ascendit. Quem fratres karissimi hoc in facto quem
nisi redemptorem nostrum Sampson ille signat
Quid Gaza civitas nisi infernum designat
Quid philisteos nisi iudeorum perfidiam de
monstrat / qui cum dominum mortuum vide
runt eiusque corpus iam in sepulcro iam
posito custodes illico deputaverunt / et eum

qui auctor vite claruerat in inferni claustris
retentum quasi sampson in gaza se depre-
hendisse letati sunt Sampson vero nocte
media non solum exiit sed etiam portas
tulit / quia videlicet redemptor noster ante lucem
resurgens non solum liber de inferno exiit
sed etiam inferni claustra destruxit / ipse por-
tas tulit ad montis verticem subiit quia re-
surgendo claustra inferni abstulit et ascenden-
do celorum regna penetravit Hanc ergo
resurrectionis gloriam eius fratres karissimi que
et prius demonstrabatur in signo et post pa-
tuit in facto tota mente diligamus et pro a-
more eius moriamur Ecce in resurrectione
auctoris nostri ministros eius angelos concives
nostros agnovimus / ad horum ergo civium
illam frequentem sollempnitatem festinemus
his etsi necdum visione possumus desi-
derio et mente iungamur Transmigremus
in galileam videre mereamur ad iuvat ope
deus ad intimum desiderium nostrum ad virtutes
animis ut redemptorem nostrum qui pro nobis
in mortem dedit unicum filium
Per eundem dominum nostrum feria 2a post (pascha) lucam 23o ca°

In illo tempore Duo ex discipulis
Ihesu ibant ipsa die in castel-
lum quod erat in spacio stadiorum
sexaginta ab ihersalem nomine emaus et ipsi
loquebantur adinvicem de his omnibus que acci-
derant etc. Omelia Gregorii pape de eadem lectione

In hac cottidiana nobis sollempnitate laborantibus /
pauca loquenda sunt / et fortasse hec prode-
runt utilius / quod sepe et alimenta que
minus sufficiunt avidius sumuntur / lectionis ergo
ewangelice summatim sensum stilo non persingu-
la ulla distincte / ne dilectionem vestram valeat
sermo prolixior expositionis onerare / Ecce au-
distis fratres karissimi / quia duobus discipulis
ambulantibus in via / non quidem credenti-
bus / sed tamen de se loquentibus dominus ap-
paruit / sed eis speciem quam recognosce-
rent non ostendit / Hoc ergo egit foris dominus

in oculis corporis / quod apud ipsos agebatur
intus in oculis cordis / Ipsi namque apud
semetipsos intus et amabant / et dubita-
bant / eis autem dominus foris / et presens aderat
et quis esset non ostendebat / De se autem
loquentibus presentiam exhibuit / sed de se du-
bitantibus cognitionis sue speciem ab-
scondit / verba quidem contulit / duritiam
intellectus increpavit / Scripture sacre mi-
steria que de se ipso erant aperuit / et tamen
quia adhuc in eorum cordibus peregrinus
erat a fide / se ire longius finxit / Fingere
enim componere dicimus / unde et compositores
luti figulos vocamus / Nihil enim simplex
veritas per duplicitatem fecit / Sed talem
se fecit / et eis se exhibuit in corpore / qualis
apud illos erat in mente / probandi ergo
erant si qui eum et si necdum ut deum
diligerent / saltim ut peregrinum amare po-
tuissent / Sed quia / esse extranei a cari-
tate non poterant hii cum quibus veri-
tas gradiebatur / eum ad hospitium quasi
peregrinum vocant / Cur autem dicimus vocant
cum scriptum sit illic / Et coegerunt illum /
Quo nimirum exemplo colligitur / quia pe-
regrini ad hospitium non solum invitandi
sunt / sed etiam trahendi / Mensam ponunt
/ cibos offerunt / et deum quem in expo-
sitione scripture sacre non agnoverant /
in fractione panis cognoscunt / Audien-
do ergo precepta dei illuminati non sunt / facien-
do illuminati sunt / Quia scriptum est non
auditores legis iusti sunt apud deum
sed factores legis / iustificabuntur / Quisquis
ergo vult audita intelligere / festinet ea que
iam intelligere potuit / opere implere /
Ecce dominus non est cognitus dum loquebatur /
Sed dignatus est cognosci dum pascitur /
Hospitalitatem ergo fratres karissimi diligite
caritatis opera amate / hinc enim per paulum
dicitur / Caritas fraternitatis maneat
dominus

in vobis / et hospitalitatem nolite oblivisci /
per hanc enim quidam placuerunt angelis
hospicio receptis / hinc petrus ait hospita-
les invicem sine murmuracione / hinc ipsa
veritas dicit / hospes fui et suscepistis me
Commendata res est valde / et priorum nostrorum
nobis relacione tradita / quendam patremfami-
lias cum tota domo sua magno hospita-
litatis studio vivebat / cumque cottidie ad
mensam suam peregrinos susciperet / quadam
die peregrinus quidam inter alios venit ad
2 ductus est ad mensam / cumque paterfamilias
ex humilitatis consuetudine / aquam vellet
in eius manus fundere / conversus urceum
accepit / sed repente eum / in cuius manus
aquam fundere voluerat non invenit / cumque
hoc factum secum ipse miraretur / in eadem
nocte ei dominus per visionem dixit / ceteris
diebus me in membris meis / hesterna
autem die me in memetipso suscepisti / ecce
in iudicio veniens ipse dicit / quod uni
ex minimis meis fecistis / michi fecistis / ecce
ante iudicium cum per membra sua sus-
cipitur / susceptores suos eciam per semet
ipsum requirit / et tamen nos ad hospita-
litatis graciam pigri sumus / pensate fratres
quanta hospitalitatis sit virtus / ad mensas
vestras christum suscipite / ut vos ab eo su-
scipi ad convivia eterna valeatis / prebete
vero peregrino christo hospitium / ut nos in
iudicio non quasi peregrinos nesciat / sed
ut proprios ad regnum suscipiat / Feria iii
Illo tempore Stetit ihesus in Luca ultimo
medio discipulorum et dixit eis nolite
timere pax vobis ego sum Omelia bede

Gloriam sue resurrectionis dominus et re-
demptor noster / paulatim discipulis
procedente tempore ostendit / quia nimirum
tanta erat virtus miraculi / ut
haut repente totam capere fragilia / cor-
pora mortalium pectora / non possent /
Consulens igitur ipse imbecillitati que-
rencium / primo venientibus ad monumentum

et suo amore fruentibus feminis et viris revo-
lutum lapidem / et ablato suo corpore / linthe-
amina quibus involutum erat sola posita
monstravit / deinde curiosius inquirentibus
feminis et dubio quod invenerant / mente conster-
natis / angelorum visione ostendit / ipsum illum
resurrexisse tali manifestacione patefacit /
/ ac sic premissa fama patrate resurrectionis /
/ tandem ipse dominus virtutum et rex glorie appa-
ruit / quanta potencia mortem quam ad
horam gustaverat devicisset / apparuit / Et qui-
dem quantum ex evangelica serie licet noscere
venimus quinquies ipsa qua resurrexit die /
visus est hominibus / primo marie magdalene i
ad monumentum / ploranti et desideranti pedes
eius amplecti dictum est / noli me tangere /
non dum enim ascendi ad patrem meum /
Deinde duabus currentibus a monumento nun- ii
ciare discipulis / que ab angelis de ipsa eius
resurrectione didicerant / de quibus scriptum
est / quia accesserunt et tenuerunt pedes eius /
et adoraverunt eum / Apparuit ipso die iii
advesperascente / duobus euntibus in ca-
stellum emaus / qui eum ad hospitium
vocantes / in panis fractione cognoverunt iiii
Apparuit et petro / quod si evangelista / quando vel ubi
factum sit minime designavit / tamen quia factum
sit / non tacet scribens / quia cum prefati
duo discipuli cognito domino in emaus statim Luce xxiiii
redissent in iherusalem / invenerunt congregatos
undecim / et eos qui cum ipsis erant / dicen-
tes quia surrexit dominus vere et apparuit
simoni / at deinde subiunxit et ipsi narra-
bant que gesta erant in via / et quomodo
cognoverunt eum in fractione panis / statimque v
annectit quintam eius apparicionem / de qua modo
cum legeretur audivimus / ita incipiens dum
hec autem loquerentur / ihesus stetit in medio eorum
et dixit eis / pax vobis / ego sum / nolite timere /
/ ubi primo notandum / et diligenter memorie conserva-
ndum est / quod dum de se loquentibus discipulis dominus
astare in medio / ~~potenciam~~ presenciam sue visionis re-
velare dignatus est / hoc enim quod fidelibus

[...] cor. xv

Sanguis et caro regnum dei non possidebunt. glo. or. Homines dedit vicijs que de carne oriuntur regnum dei non possidere sic nomine carnis et sanguinis hic accipit opera carnis. Que autem sunt opera carnis manifeste apostolus ea innatat ad gal. v. dicens. Manifesta autem sunt opera carnis que sunt fornicatio immunditia impudicitia

quedam superstitiones, incantationes, ydolorum servitus, veneficia, inimicicie, contentiones, emulationes, ire, rixe, dissensiones, secte, invidie, homicidia, ebrietates, comessationes et hiis similia, qui que talia agunt regnum dei non consequentur. nec vitis [...]

cunctis alibi promisit dicens. Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo ibi sum in medio eorum. Ad confirmandam namque fidei nostre constantiam, quod semper agit potentia divine maiestatis ac pietatis, aliquando etiam presentiam solet corporalis ostendere visionis. Nam de nobis quamvis parvo in sua apostolorum pedes iacentibus, hoc ipsum eius in via fieri toto fide debemus, ipsum videlicet esse in medio nostri quotiensque convenientes in nomine eius congregamur. Nam ipse illius Jhesus, id est salvator interpretatur. Et cum de inquisitione perpetue salutis locuturi convenimus, constat nimirum quia in nomine eius congregamur. Nec prorsus est dubitandum de Jhesu, que ipse amat confitentibus nobis semper esse presentem, tanto utique nervis quanto ea que orare perfirmius proponimus corde retinemus. Unde merito quod apparens salvator discipulis pacis omnis eis statim gaudia mandat, id ipsum celebriata in memoriam iterat gloria iterum, quod ad passionem mortis itur. Quasi precipuus eis specialem salutis ac integram commendaverat dicens. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Cum enim nunc eo quoque nato dixit mox pastoribus angeli predicabant laudantes deum et dicentes. Gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus bone voluntatis. Quia nimirum tota redemptoris nostri in carne dispensatio, mundi est reconciliatio. Ad hoc quippe incarnatus, ad hoc passus, ad hoc est resuscitatus a mortuis, ut nos qui peccando iram dei incurrimus, ipse reconciliando ad dei pacem reduceret. Unde recte et a propheta pater futuri seculi, princeps pacis nominatur. Et apostolus de eo scribens, Jhesus qui vagantibus crediderant, ait. Et veniens evangelizavit pacem vobis qui longe fuistis et pacem hiis qui prope, quia per ipsum accessum habemus ambo in uno spiritu ad patrem. Apparente autem sibi domino conturbati et conterriti discipuli existimabant se spiritum videre. Agnoscentes quidem deum esse, quem aspiciunt, sed putantes quia non in corpore eum, sed in spiritu suo sibi videri. Quia non corporis ipsius, quod defunctum et sepultum viderant, iam susscitatum a morte conspiceremt, sed spiritum potius, quem relicto corpore in manibus patris commendaverat, presentem haberent. Sed hunc eorum errorem simul et pavorem, quo ad novam incognitamque visionem fuerunt perculsi, benigna magistri presentia consolationis et admonitionis abstergere curavit. Quid inquiens turbati estis et cogitationes ascendunt in corda vestra. Videte manus meas et pedes, quia ego ipse sum. Non autem sine causa manus suas potius ac pedes, quam vultum, que ex novarent eos videre ac cognoscere iubet. Sed ut visis clavorum signis, quibus cruci erat affixus, non solum corpus esse quod videbant, sed et ipsum dominum suum corpus esse, quod crucifixerunt, noverunt intelligere possent. Unde beatus Johannes huius dominice apparitionis memoriam faciens, latus quoque suum, quod armilite fuerat perforatum, discipulis eum ostendisse perhibet, ut quo plura nosse passionis ac suscepte mortis indicia cognoscerent, eo certiori pectore iam vivus ac divine mortis fide gauderent. Cum ut illos per omnia de fide resurrectionis certos redderet, non tantum oculis intuendum, sed ad tractandum quoque membris corporis, quod immortale illis ostendebat, exhibuit dicens. Palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non habet sicut me videtis habere. Quatenus gloriam resurrectionis predicatum, modo quo nobis resuscitati corporis qualis esset sperandus, absque omni

Ancelmus in dyalogo ad Orosium. Clarificata carne surrexit xpistus. Si noluit in ea clarificatione apparere discipulis, quia non possent oculis eorum claritatem perspicere. Et antequam moreretur pro nobis a resurgeret, qui transfiguratus est a morte, dixit enim. Non vidi potuerunt sed cum terrene in terra tenderent, multo magis glorificata iam carne, eam videre non possent.

Sanguis et caro regnum dei non possidebunt. i cor. xv.

Cum ibi fuerit congregati in nomine et ad nos vocati [...]

namen

[illegible]

pax

Ita quam in cena [...] passionem [...] commendavit discipulis pacem

etia laudant [...]

ita [illegible]

[illegible]

pacem [illegible] ad deum

Unde pacem [illegible] deo [illegible] credentibus [illegible] pacem [illegible] acquirere pacem dei

Fructus spiritus est caritas / gaudium / pax / [pacientia, longanimitas] modestia / [sobrietas]
paciencia / bonitas / benignitas / mansuetudo / quo non intracta immo tractata est
fides / continencia / castitas
qui a licitis se abstinet / qui nec utitur licito

valeat ambiguitate monstrare. Unde cum
magna fiducia beatus Johannes auditores
suos ad percipienda fidei et vite que dicit
archana provocat dicens: Quod fuit ab ini
tio, quod audivimus et vidimus oculis nostris,
quod perspeximus et manus nostre palpaverunt de
verbo vite. Solent autem hoc gentiles huic
in loco simplicitati fidei nostre deceptoriam
tendere laqueos dicentes: qua temeritate cre
ditis quia Christus quem colitis vera sepul
nere corpora possit incorrupta reducere, cum ip
sius vulnera que in cruce suscepit potuit
cicatrices obducere deo resuscitato ut dicitis
suo corpore emortuus signa ad hoc facta
in esse celavit. Quibus respondemus quia
Christus cum omnipotens sit deus, et naturam nostri
corporis de corruptione ad incorruptionem, de
morte ad vitam, de terre pulvere ad celestem su
blimabit gloriam, et sicut moriendo depone
re corpus quale voluit, renovavit ad
vitam quorum abolitis passionis indiciis
ostendere discipulis posset. Sed utique dispe
nsationis gratia passionis insignia maluit in
dicta reservare. Primo quidem ut hoc discipuli
qui hoc videbant manifeste possent dino
scere non spiritum sine corpore, sed corpus esse spiri
tale quod videbant, et tanto fidem perfecte resur
rectionis eius etiam spem future omnium
~~[...]~~ hominum ~~[...]~~ resurrectionis mundo predica
rent. Deinde ut ipse dominus et deus noster Ihesus
Christus qui in evangelio patrem interpellat pro
nobis, ostendens vulnera suorum cicatricibus
quantum pro humana salute laboravit, ei demonstraret,
atque ineffabili
pietatis ordine semper quam nobis nunquam patri
oblivisci qui semper misereri est paratus
absque intermissione admoneat ut
congrue hominibus misereatur quorum
particeps nature doloris et passionis ipse
filius effectus sit pro quibus ipse confligeret

mortis imperium moriendo prostravit. Tercio
ut omnes electi perpetua beatitudine suscepti vi
dentes in ipso ac deo sue signa passionis
nunquam illi gratias agere desistant, per cuius mor
tem se ~~mori~~ cognoscunt. Sicque fieri valeat quod
voce totius ecclesie canitur in psalmis:
Misericordias domini in eternum cantabo. Quarto
ut etiam reprobi in iudicio signa eiusdem passio
nis aspiciant, sicut scriptum est: Videbunt
in quem transfixerunt, ac se iustissime damp
nandos intelligant, non solum hii qui sibi
impias intulere manus, sed et illi qui ipsius
scripta eius iniustia ~~[...]~~ pro nichilo con
tempnunt, vel sibi oblata munera suscipere
contempnunt. Vel etiam maiori impietate in
eis qui susceperant sua gratia odiis ac persecutionibus
expugnare aut corrumpere laboraverunt. Non
ergo fallit nos fides resurrectionis nostre, non
decipit nos spes resurrectionis, quia quod deus patrem
et dominum suscitavit et nos suscitabit per virtutem
suam, sicut alibi idem apostolus, si spiritus eius
inquit qui suscitavit Ihesum a mortuis ha
bitat in vobis, qui suscitavit Ihesum a mortuis
~~[...]~~ et mortalia corpora vestra per inhabi
tantem spiritum eius in vobis. Quod de electis
specialiter dictum constat, quia quidem omnes
resurgemus, non autem omnes immutabimur,
sed soli qui nunc spiritus sancti inhabitatione reguntur,
tunc eterne vite beatitudine maiori eiusdem
spiritus gratia sublevantur. Igitur dominus ad
confirmandam resurrectionis fidem semetipsum
dominum discipulis prebuit, verba exortationis
attulit, vestigia passionis non solum intu
enda sed et palpanda demonstravit, sed in
firma adhuc eorum precordia novitate
tante potencie et tanta nequeunt magisque
mirari pro gaudio quod videbant quam credere
quod dolebant incepit. Fecit dominus ne quid in
eorum mente resideret ambiguum, sumpsit
etiam epulis, comedit coram eis, ut si
visibus oculorum si suorum tractatibus non

vinie

Tercia
fuit

Ro

Non instanti baptismi et confessione comuni Christi
de cognoscendo se in iustitia
sine damnationibus
per ea
Et sicut in fide iba
vit deum beati notitia
per gratiam spiritus sancti peccata hominum ita
tradit illos deus in reprobum
sensum ut faciant ea que
non conveniunt repletos omni
iniquitate et fornicatione avari
tia nequicia etc.

credant digitorum vel alimentorum carnalium percep-
tione. carnem esse que apparuit cognoscerent.
Cauenda inter fratres karissimi cauenda est heresis
stulta cherinthianorum ne quis videlicet puerili
estimet despiciens vel mediatorem dei et hominum nostri
corpus optatum amortuis sustentaculo
eguisse ciborum siue electa post resurrectionem cor-
pora in vita et conuersatione spirituali esse reficienda
carnalibus. ubi diuine contemplacio caritatis
esurire et sitire sicut et honorum ceterorum penu-
riam pati nullatenus sinit. Unde et ardentissimus
vite illius amator desiderata eius deuocione deo
spe letabundus canit. Ego autem cum iusticia
apparebo in conspectu tuo. satiabor cum mani-
festabitur gloria tua. Et philippus eodem fer-
uens amore. Domine inquit ostende nobis pa-
trem et sufficit nobis. Simpliciter itaque pie sci-
endum est resuscitatum amorte et inmortale
iam factum corpus dominicum nullam quidem
necessitatem atque facultatem habuisse vescendi. verum
tamen oportunitatis probandi sue naturalis conge-
bat cibis esse refectum qui nimirum non nullius
sagine adminiculo ut mortalium corporibus
solent illi profuerint. sed quomodo in ignem
missa aqua ita mox consumpti spirituali sunt eius
virtute assumpti. sed et nostra post resurrectionem
corpora celesti gloria predita credendum est. quod quidem
voluerint agendum esse potentia ad pre-
mendum bibendumque libuerit esse promptissima.
sed quia tunc nulla manducandi necessitas
vel utilitas habunde pro ut intrare nullatenus
immortale factum cibis mortalibus esse fruitum.
Ubi filijs resurrectionis non aliud esca et
potus vita et salus gaudium et pax et cuncta
bona quam aliud illud nimirum sit quod in psalmo
canitur. Beati qui habitant in domo tua domine
in secula seculorum laudabunt te. Et iterum
Videbitur deus deorum in syon. Unde et apostolus
illius seculi archana describens ait. Vt sit
erit deus omnia in omnibus. Expleta autem vnde
dudum adhuc exhortationis monimenta sermo
dicens hec sunt verba que locutus sum

ad vos cum adhuc essem vobiscum. i. cum mor-
tali adhuc et passibili carne vestri essem
similis. quoniam necesse est impleri omnia
que scripta sunt in lege moysi et prophetis et
psalmis de me. Omnem namque veritatis col-
latum scrupulum simulationis undique vitalis
vita confirmat videtur palpatur reficitur
prius exhortationis per singula probatur et ne
solum eius testimonium sufficere putaretur
etiam moysi et prophetarum auctoritas
qui eius incarnationem passionem et resurrectionem
suis presignauerunt scriptis ad medium deducitur
de veris ad intelligenda horum mistica
dicta tardi forte remanerent sensum eorum
illis quo hec intelligere possent aperuit quo
facto nichil vltra pristine dubitatis in
eorum mente resedisse permisit. nec tamen
adhuc illis rationem passionis ac resurrec-
tionis sue reddere desistit. Quod sic scriptum
sit Et sic oportebat xpm pati et resurgere
amortuis die tercia et predicari in nomine
eius penitentiam et remissionem omnium peccatorum
in omnes gentes. Ideo autem xpm pati et re-
surgere oportebat amortuis. quia impos-
sibile erat mundum saluari donec deus homo
veniret. qui in hominis habitu apparens
et homines que essent diuina instrueret
et mortem ut homo suscipiens diuina
virtute reuiuiscens. sicque in se credentes et ad
contemptum subeunde mortis attenderet
et ad certitudinem sperande resurrectionis ac
vite perpetue animaret. Ideo cum aptius
exemplo poterunt homines ad fidem par-
ticipande glorie et percipiende vite immor-
talis erigi quam cum ipsum deum cogno-
scerent humanitatis ac mortalitatis sue
factum fuisse participem. Ideo necessitatis
ordine ad tollerandam propria salute adiu-
si quamque pro ea incurrerent quod meliore sunt
didicissent per ipsorum salute et munera
ab impijs inimica proborum et ipsam

mortis subisse signavit. Una cum eo con-
surgentibus spe resurrectionis acciperent. Ipsi
enim eius se sacramentis ablutos et sanctifica-
tos eius corpori adunatos meminissent. qui
prius morte consurgit citius ad exemplum
resurgendi a morte perrexit. Oportebat ita
Christum pati et resurgere a mortuis die tertia
et predicari inquit in nomine eius penitentiam
et remissionem omnium peccatorum in omnes gen-
tes. Quia nimirum ordo erat necessarius. ut
prius per redemptionem mundi sanguis effun-
deretur Christi per quem eius resurrectionem et
ascensionem patefieret hominibus ianua regni
ut et sic demum mitterent qui cunctis per
orbem nationibus verbum vite predicarent
et ad sacramenta fidei quibus salvari atque
gaudia superne patrie possent attingere
instruerent. cooperante ipso mediatore dei
et hominum homine ihesu cristo qui vivit
et regnat in secula seculorum. **Feria v secundum Iohannem xx capitulo**

In illo tempore Maria stabat ad monumentum
foris plorans. Dum ergo fleret inclina-
vit se et prospexit in monumentum. et vidit du-
os angelos in albis sedentes unum ad
caput et unum ad pedes ubi positum fuerat
corpus ihesu. Dicunt ei mulier quid ploras

Omelia Gregorii

Maria magdalena que
erat in civitate peccatrix amando
veritatem lavit lacrimis maculas cri-
minis et vox veritatis impletur qua dicitur luce vii
dimissa sunt ei peccata multa quia dilexit
multum. que enim prius frigida peccando
remanserat post modum amando fortiter
ardebat. Nam postquam venit ad mo-
numentum ibique corpus domini eum non invenit
sublatum credidit atque discipulis nun-
tiavit. Qui venientes viderunt atque ita
esse ut mulier dixerat crediderunt. et de
eis protinus scriptum est. Abierant ergo di-
scipuli ad semetipsos atque deinde subiungitur
Maria autem stabat ad monumentum foris

plorans. Qua in re pensandum est huius
mulieris mentem quanta vis amoris ac-
cenderat. que a monumento domini etiam
discipulis recedentibus non recedebat. Exqui-
rebat quem non invenerat. flebat inqui-
rendo et amoris sui igne succensa eius quem
ablatum credidit ardebat desiderio. Unde
contingit ut eum sola tunc videret
que remansit ut quereret. quia nimirum vir-
tus boni operis perseverantia est et voce ve-
ritatis dicitur. Qui autem perseveraverit usque
ad finem salvus erit. et de precepto legis
cauda hostie in sacrificio iubetur offerri.
Cauda quippe finis est corporis. et ille
bene immolatur qui sacrificium boni operis
usque ad finem debite perducit actionis. Hinc
Ioseph inter reliquos fratres talarem tunicam
habuisse describitur. Tunica quippe est usque ad
talum. operis boni usque ad consummationem
Sed maria cum fleret inclinavit se et
prospexit in monumentum. Certe monumentum
iam vacuum viderat. iam sublatum dominum
nuntiaverat. Quid est quod se iterum inclinavit
iterum videre desiderat. Sed amanti semel
inspexisse non sufficit. quia vis amoris inte-
ntionem multiplicat inquisitionis. Quesi-
vit igitur prius et minime invenit. perseveravit
ut quereret. unde et contigit ut inveniret.
actumque est ut desideria dilata crescerent
et crescentia caperent quod invenissent. Hinc
est quod de eodem sponso ecclesia in Canticis
canticorum dicit. In lectulo meo per noctes
quesivi quem diligit anima mea. que-
sivi illum et non inveni. Surgam et cir-
cuibo civitatem per vicos et plateas et queram
quem diligit anima mea. Que defectum
quoque inventionis ingeminat dicens. Que-
sivi illum et non inveni. Sed quia dum in-
ventio non elongatur si inquisitio non desistat
adiungit. Invenerunt me vigiles qui
custodiunt civitatem. Num quem diligit

anima mea in desideriis. Paululum cum pertransissem eos inveni quem diligit anima mea. Dilectum namque in lectulo meo querimus quando in potencia vite aliquantula requie redemptoris nostri in desiderio suspiramus. Per noctem querimus quia et si iam in illo mens vigilat tamen adhuc oculus caligat. Sed qui dilectum suum non invenit restat ut surgat et civitatem circuat, id est sanctam electorum ecclesiam mente et inquisitione percurrat; per vicos enim et plateas querat, id est per angusta et lata gradientes aspiciat, ut si qua in eis invenire valeat eius vestigia exquirat. Quia sunt nonnulli etiam vite secularis qui imitandum aliquid habeant de actione virtutis. Querentes nos vigiles inveniunt qui custodiunt civitatem, quia sancti patres qui ecclesie statum custodiunt bonis nostris studiis occurrunt ut suo vel verbo vel scripto nos doceant. Quos cum paululum pertransimus invenimus quem diligimus, quia redemptor noster et si humilitate homo inter homines divinitate tamen super homines fuit. Cum ergo transeunt vigiles dilectus invenitur, quia cum prophetas et apostolos infra ipsum conspicimus, illum qui natura deus est esse super homines consideramus. Prius ergo non inventus queritur ut postmodum inventus strictius teneatur. Sancta enim desideria ut prediximus dilatione crescunt. Si autem dilatione deficiunt desideria non fuerunt. Hoc amore arsit quisquis ad veritatem pertingere potuit. Hinc namque David ait: Sitivit anima mea ad deum fontem vivum, quando veniam et apparebo ante faciem dei. Hinc omnes admonet dicens: Querite faciem eius semper. Hinc Ysayas propheta ait: Anima mea desideravit te in nocte, sed et spiritu meo in precordiis meis de mane vigilabo ad te. Hinc in canticis canticorum dicit: Vulnerata caritate ego sum. Iustum quippe est ut ex visione medici pertingat ad salutem que pro eius estum desiderii vulnus portat amoris in pectore. Hinc rursus ait: Anima mea liquefacta est ut dilectus meus locutus est michi. Mens namque hominis conditoris sui speciem non querens male dura est, quia in semetipsa remanet frigida. Sed si iam ardere ceperit desiderio eum sequendi quem diligit liquefacta ad ignem amoris currit, fit desiderio anxia, vilescunt in seculo cuncta que placebant, nichil est quod extra conditorem libeat, et que prius delectabant animum fiunt postmodum vehementer onerosa; nichil eius mesticiam consolatur quousque adhuc is qui desideratur non aspicitur; meret mens, lux ipsa fastidio est. Talisque igitur in mente decoquitur rubigo culpe, et succensus animus auri more quam per usum speciem perdidit pulcritudinem recepit. Ista namque que sic amat, que sic ad monumentum quod perspexerat iterum inclinat, videamus quo fructu vis amoris ingeminat opus inquisitionis. Sequitur: Vidit duos angelos in albis sedentes, unum ad caput et unum ad pedes, ubi positum fuerat corpus Ihesu. Quid est quod in loco dominici corporis duo angeli videntur, unus ad caput et alius ad pedes sedens, nisi quod latina lingua angelus nuncius dicitur, et ille ex passione sua nunciandus erat, qui et deus esset ante secula et homo in fine seculorum? Quasi ad caput sedet angelus cum per apostolum predicatur quia in principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum. Et quasi ad pedes sedet angelus cum dicit: Verbum caro factum est et habitavit in nobis. Possumus etiam per duos angelos duo testamenta cognoscere, unum prius et aliud sequens. Qui videlicet angeli per locum dominici corporis sibimet sunt coniuncti, quia nimirum utraque testamenta

dum pari sensu incarnacionem et mortem
ac surrexisse dominum denunciant quasi testa
mentum prius ad caput et testamentum poste
rius ad pedes sedet. Unde et duo cherubim
que propiciatorium tegunt se in vicem aspici
unt versis vultibus in propiciatorium. Cherubim
quippe plenitudo sciencie dicitur. Et quid per
duo cherubim nisi utraque testamenta significantur
Quid vero propiciatorium nisi incarnatus dominus
figuratur. De quo Johannes ait. Ipse enim est propici
acio pro peccatis nostris. Et dum testamentum vetus hoc
faciendum annunciat quod testamentum novum
de domino factum clamat quasi utraque cherubim
se se aspiciunt in vicem dum vultus in propi
ciatorium vertunt quia dum inter se positum
incarnatum dominum vident a suo aspectu
non discrepant qui dispensacionis eius
misterium concorditer narrant. Requirunt
mariam angeli dicentes. Mulier quid plo
ras. Et dicit. Quia tulerunt dominum meum
et nescio ubi posuerunt eum. Ipsa namque
sacra eloquia que in nobis lacrimas amoris
excitant easdem lacrimas consolantur dum
nobis redemptoris nostri speciem promittunt.
Sed notandum inter hec historia est quod
mulier non ait Tulerunt corpus domini mei
sed tulerunt dominum meum. Usus namque sacri
eloquii est ut aliquando ex parte totum aliquando
ex toto partem significet. Ex parte enim totum
significat sicut de filiis scriptum est. Cum
descendit iacob in egyptum in animabus
lxx. Neque enim in egyptum anime sine cor
poribus descenderunt sed per solam animam
totus homo figuratur quia ex parte totum
exprimitur et solum dicitur corpus iacuisse
in monumento et maria non corpus domini
sed sublatum dominum querebat videlicet
ex toto designans partem. Hec cum dixisset
conversa est retrorsum. Viditque ihesum stantem
et non sciebat quia ihesus esset. Notandum
vero quod maria que que adhuc de domini re
surreccione dubitabat retrorsum conversa
ut videret ihesum quia videlicet per eandem dubi
tacionem suam quasi tergum in faciem domini
miserat quem scilicet resurrexisse minime credebat
Sed quia amabat et dubitabat videbat et non
agnoscebat. Cumque illi amor ostendebat et
dubietas abscondebat cuius adhuc ignorancia
exprimitur cum subinfertur. Et nesciebat quia
ihesus esset. Qui dicit ei. Mulier quid ploras
quem queris. Interrogatur doloris causa ut au
geatur desiderium quatenus cum nominaret quem
quereret in amore eius ardencius estuaret. Illa
existimans quia ortulanus esset. dicit ei.
Domine si tu sustulisti eum dicito michi ubi
posuisti eum et ego eum tollam. Forsitan
nec errando hec mulier erravit que ihesum
ortulanum credidit an non ei spiritualiter ortula
nus erat qui in eius pectore per amoris sui semi
na virtutum virencia plantabat. Sed quid est
quod viso eo quem ortulanum esse credidit
cui nec dum dixerat quem quereret ait. Domine
si tu sustulisti eum dicito michi quasi enim
de eo iam dixisset cuius desiderio plangeret
eum eum dicit quem non dixerat. Sed vis
amoris hoc agere solet in animo ut quem
ipse semper cogitat nullum alium credat ignorare
nomine recte et hec mulier quem querimus
dicit et tamen dicit. Si tu sustulisti eum quia
alteri non putat incognitum quem sic ipsa conti
nuo plangit desiderio. Dicit ei ihesus Maria.
Postquam eam communi vocabulo appellavit
ex sexu et agnitus non est. Vocat ex nomine
ac si ei aperte dicat. Recognosce eum a quo
recognosceris. Perfecto quoque viro dicitur. Novi te
ex nomine. Quia homo communie omnium nostrum
vocabulum est. Moyses vero proprium cui recte
dicitur quia ex nomine scitur. Ac si ei aperte
dicat. Non te generaliter ut ceteros sed specialiter scio.
Maria ergo quia vocatur ex nomine recog
noscit auctorem atque eum protinus Rabony
id est magistrum vocat quia et ipse erat qui que
batur exterius et ipse qui eam interius do

quereret docebit Jam vero ab eo queritur non subdit quid mulier fecit, sed quid ei iniunxit. que audivit cum dixit Noli me tangere non dum enim ascendi ad patrem meum In his namque verbis ostenditur quod maria amplecti voluit eius vestigia quem recognovit Sed ei magister dicit Noli me tangere non quia post resurrexionem dominus tactum renuit feminarum cum de duabus ad sepulcrum eius euntibus scriptum sit accesserunt et tenuerunt pedes eius Sed cur tangi non debeat ratio quoque additur cum subinfertur Non dum enim ascendi ad patrem meum In corde etenim nostro tunc ihesus ascendit ad patrem cum equalis creditur patri Nam quisquis eum equalem patri non credit adhuc in eius pectore ad patrem dominus non ascendit Ille ergo ihesum veraciter tangit qui patri filium coeternum credit In corde etenim pauli iam ad patrem ihesus ascenderat cum idem paulus diceret qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalem deo Unde illis quoque redemptorem nostrum manu fidei tetigit qui ait In principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum omnia per ipsum facta sunt tangit quoque dominum qui eum patri eternitatem sibi equalem credit Sed fortasse aliquis tanta questione pulsatur quomodo filius patri equalis esse possit qui mente humana naturam eius [illegible] comprehendere non valet Restat ut sibi hoc esse credibile comparatione aliqua stat habet namque quod ad hec sibi sub[illegible] respondeat constat enim quia ipse creavit matrem in cuius virginis utero corpus humanitatis crearet Quid igitur mirum si equalis est patri qui prior est matre Paulus quoque attestatur dicens christum dei virtutem et dei sapientiam Qui ergo filium minorem putat patri profecto denegat eius sapientiam ei inequalem esse fatetur Quis ergo homo potens equanimiter ferret

si quis ei diceret Magnus quidem es sed tamen sapientia tua te minor est Ipse quoque dominus dicit Ego et pater unum sumus Et rursus ait pater maior me est Unde scriptum est quia subditus suis parentibus erat Quid ergo mirum si ex humanitate sua minorem se patre asserit in celo ex qua subiectus erat etiam parentibus suis in terra Ex qua humanitate etiam nunc marie dicit Vade ad fratres meos et dic eis Ascendo ad patrem meum et patrem vestrum deum meum et deum vestrum Cum meum dicat et vestrum cur non communiter dicit nostrum Sed distincte loquens indicat quia eundem patrem et deum dissimiliter habeat ipse quam nos Ascendo ad patrem meum videlicet per naturam et patrem vestrum per gratiam ad deum meum quia descendi ad deum vestrum quia ascendisti Quia enim et ego homo deus est michi quia vos ab errore estis liberati deus est vobis distincte ergo michi pater et deus est quia quem ante secula deum genuit hominem in fine seculorum in tempore creavit Venit maria magdalena annuncians discipulis quia vidi dominum et hec dixit michi Ecce humani generis culpa ibi absciditur unde processit quia in paradiso mulier viro propinavit mortem a sepulcro viris annunciat vitam et dicta sui vivificatoris narrat que mortifera serpentis verba narraverat ac si humano generi non verbis dominus dicat De qua manu illatus est vobis potus mortis de ipsa suscipite poculum vite Hec de expositione lectionis evangelice sufficiat transcurrimus nunc [illegible] loquimur deo et de resurrectionis eius gloria et pietatis misteria comprehendimus Sciens enim a morte nolunt surgere ne nostra anima diu in infidelitatis morte remaneret Unde bene quoque psalmistam dicit De torrente in via bibet propterea exaltabit caput Insinuo

quippe que ab ipso mundi initio torrens mort-
defluxerint Sed de hoc torrente dominus in via
bibit, quia mortem in transitu gustavit, atque
ideo exaltavit caput, quia hoc quod mori-
endo in sepulcro posuit, resurgendo super an-
gelos elevavit, et inde antiquum hostem in
eternum perculit. Unde semper manu correpta se
persequentium temporaliter perimit, apte quoque dominus beato
Job indicat dicens Numquid capies leviathan
hamo? Leviathan quippe quod additamentum
eorum dicitur cetus ille devorator humani
generis designatur. Qui dum se divinitatem
homini addere spopondit, immortalitatem
sustulit. Qui prevaricationis culpam qua
primo homines contaminavit dum eis sequentibus
pessima persuasione multiplicat, penas eis
sine cessatione coacervat. In hamo autem esca
ostenditur, aculeus occultatur. Hunc ergo
omnipotens pater hamo cepit, quia ad mortem
illius unigenitum filium incarnatum mi-
sit, in quo et caro passibilis videri posset,
et impassibilis videri non posset. Cumque
in eo serpens iste per manus persequentium
escam corporis momordit, divinitatis illum
aculeus perforavit. Prius eum in miraculis
deum agnoverat. Sed de cognitione sua ad
dubitationem cecidit, quando hunc passi-
bilem vidit, quasi hamus ergo fauces gluti-
entes tenuit, quando in illo esca carnis
patuit, quam devorator appeteret, et divini-
tas passionis tempore lateret, que necaret.
Sed in hamo eius incarnationis captus
est hostis cruentus, quia dum in illo appe-
tit escam corporis, transfixus est aculeo
divinitatis. Ibi quippe inerat humanitas
que ad se devoratorem duceret. Ibi divini-
tas que perforaret. Ibi aperta infirmitas que
provocaret. Ibi occulta virtus que rapto-
ris faucem transfigeret. In hamo igitur cap-
tus est, quia inde interiit unde momor-
dit. Et quos iure tenebat mortales perdidit,

quia eum in quo iuris non habuit morte ap-
petere immortalem presumpsit. Hinc est et
quod hec ipsa de qua loquimur Maria innuit
quia ille pro humano genere qui morti nil de-
bebat occubuit. Hinc est quod nos cottidie ad
vitam post culpam revertimur, quia ad pe-
nam nostram conditor sine culpa venit.
Et certe iam antiquus hostis ea que de humano
genere ceperat spolia amisit, supplantatio-
nis sue victoriam perdidit, cottidie pecca-
tores ad vitam redeunt, cottidie ab eius
faucibus redemptoris manu rapiuntur.
Unde bene quoque ad beatum Job voce divina
iterum dicitur Aut armilla perforabis maxil-
lam eius? Armilla ubi ponitur ambiendo
constringit. Quid ergo per armillam nisi
complectentes nos divina misericordia designatur?
Qui leviathan istius maxillam perforat,
dum nobis post perpetrata que prohibuit
adhuc penitentie remedium ostendit. Ar-
milla dominus maxillam leviathan perforat,
qui ineffabili misericordie sue potentia
sic malitie antiqui hostis obviat, ut
aliquando eos quos etiam iam cepit amittat.
Et quasi ab ore illius cadunt qui post perpe-
tratas culpas ad innocentiam redeunt. Quis
enim ore illius semel captus maxillam
eius evaderet, nisi perforata fuisset? An non in
ore Petrum tenuit cum negavit? An non
in ore David tenuit cum in tantam se luxu-
rie voraginem mersit? Sed dum ad vitam
uterque per penitentiam rediret, leviathan iste e-
os aliquomodo quasi per maxille sue fora-
men amisit. Per foramen ergo maxille ab
eius ore subtracti sunt, qui post perpetra-
tionem tante nequitie redierunt peni-
tendo. Quis autem hominum leviathan
illius os sic evadit, ut illicita nulla com-
mittat? Sed hinc cognoscimus quantum
redemptori humani generis debitores sumus,
qui non solum nos in os leviathan

phibuit ire, sed ab ore etiam reddire coegit.
Et qui ab ore eius cadunt, qui post perpetra-
tas culpas ad innocentiam redeunt. qui
peccatum penitus non abstulit, quia maxillam
eius ut euadendi uiam tribueret perforauit,
ut saltem post morsum fugiat qui intacti-
bus cauere noluit ne morderetur. Undique ergo
nobis occurrit superna medicina, quia et
dedit homini precepta ne peccaret, et tamen
peccanti dedit remedium ne desperet. Unde
cauendum summo opere est ne quis delectationem
peccati leuatam istius ore rapiatur, et ta-
men si raptus fuit non desperet, quia si pec-
catum perfecte lugeat, adhuc foramine maxil-
le eius inueniet per quod euadat. Adest te-
stis dum nunc libet ipsa de qua loquimur
maria, de qua phariseus diuine pietatis fon-
tem vellet obstruere dicebat: Hic si esset pro-
pheta, sciret utique que et qualis est mulier
que tangit eum, quia peccatrix est. Sed la-
uit lacrimis maculas cordis et corporis, et
redemptoris sui vestigia tetigit, que sua
itinera praua dereliquit. Sedebat apud
pedes Ihesu, uerbumque illius de ore audiebat,
uiuenti adheserat, mortuum quesiuit, ui-
uentem repperit quem esse mortuum censuit,
tantumque apud eum locum gratie inuenit
ut hunc ipsis quoque apostolis eius uidelicet nun-
tiis ipsa nuntiaret. Quid itaque fratres, quid
nisi credebamus aspicere nisi inmensam
misericordiam conditoris nostri, qui nobis uelut
in signo ad exemplum penitentie posuit eos quos uiuere
post lapsum fecit. Perpendo enim petrum, con-
sidero latronem, inspicio zacheum, intueor
mariam, et nichil aliud in his uideo nisi
ante oculos nostros posita spei et penitentie
exempla. Fortasse enim in fide lapsus est
aliquis: aspiciat petrum qui amare fleuit
quod timide negauerat. Alius contra
proximum suum in malicia crudelitate exarsit:
aspiciat latronem, qui et in ipso mortis
articulo ad uite premia penitendo peruenit.
Alius auaritie estibus anhelans aliena
arripuit: aspiciat zacheum, qui si quid
alicui abstulit quadruplum reddidit. Alius
libidinis igne succensus carnis mundi-
tiam perdidit: aspiciat mariam, que
in se amorem carnis igne diuini amo-
ris excoxit. Ecce deus omnipotens ubique ocu-
lis nostris quos imitari debemus obicit,
ubique exempla sue misericordie opponit. Mala
ergo iam displiceant, uel experta. Libenter
obliuiscitur omnipotens deus quod nocentes fuimus,
paratus est penitentiam nostram nobis ad inno-
centiam deputare. Inquinati post aquas
salutis renascamur ex lacrimis. Itaque nos
primi pastoris uocem, sicut modo geniti
infantes lac concupiscite. Redite paruuli
filii ad sinum matris uestre eterne sapientie,
sugite larga ubera pietatis dei, transacta
plangite, imminentia uitate. Redemptor noster
momentaneos fletus nostros eterno consoletur
gaudiis, qui uiuit. Feria iiii. s. Iohannis

In illo tempore manifestauit se iterum ihesus
discipulis suis ad mare tyberiadis. Mani-
festauit autem sic. Et erant simul petrus
et thomas qui dicitur didimus et natha-
nael qui erat a cana galilee, et filii zebedei
et alii ex discipulis eius duo. Omelia lectio

Lectio sancti euangelii que modo in
uestris auribus lecta est fratres karissimi que-
stione pulsat, sed pulsatione sua uim discretio-
nis indicat. Queri enim potest cur petrus
qui piscator ante conuersionem fuit, post
conuersionem ad piscationem redijt, et cum
ueritas dicat: Nemo mittens manum suam
ad aratrum et respiciens retro aptus est
regno dei, cur repetijt quod dereliquit?
Sed si uirtus discretionis inspicitur citius

videtur quia munere negotium quod ante conversionem sine peccato exstitit, hoc etiam post conversionem repetere culpa non fuit. Nam piscatorem Petrum, Matheum vero thelonearium scimus, et post conversionem suam ad piscationem Petrus rediit, Matheus ad thelonei negotium non resedit, quia aliud est victum per piscationem quaerere, aliud thelonei lucris pecunias augere. Sunt enim pleraque negotia quae sine peccatis exhiberi aut vix aut nullatenus possunt. Quae ergo ad peccatum implicant, ad haec necesse est ut post conversionem animus non recurrat. Quaeri etiam potest cur discipulis in mari laborantibus post resurrectionem suam Dominus stetit in littore, qui ante resurrectionem suam coram discipulis suis in fluctibus maris ambulavit. Cuius rei ratio citius cognoscitur si ipsa quae tunc inerat causa pensetur. Quid enim mare nisi praesens saeculum signat, quod se causarum tumultibus et undis vitae corruptibilis illidit. Quid per soliditatem littoris nisi illa perpetuitas quietis aeternae figuratur. Quia igitur discipuli adhuc fluctibus mortalis vitae inerant, in mari laborabant. Quia autem Redemptor noster iam corruptionem carnis excesserat, post resurrectionem suam in littore stabat. Ac si ipsum resurrectionis suae mysterium rebus discipulis loqueretur dicens: Iam vobis in mari non appareo, quia vobiscum in perturbationis fluctibus non sum. Hinc est quod in alio loco post resurrectionem suam eisdem discipulis dicit: Haec sunt verba quae locutus sum vobis cum adhuc essem vobiscum. Neque enim cum eis tunc non erat quibus praesens corporaliter apparebat. Sed tamen iam se cum eis esse denegabat, a quorum mortali corpore carnis immortalitate distabat. Quod illic cum ipsis positus non se esse cum ipsis esse fatetur, hoc quoque sic in corpore indicat, cum adhuc navigantibus ipse in littore demonstrat. Facta est autem discipulis piscationis magna difficultas, ut magistro veniente fieret magna sublimitas admirationis. Qui protinus dixit: Mittite in dexteram navigii rethe et invenietis. Bis in sancto evangelio legitur quod Dominus iussit ut ad piscandum retia mitterentur, ante passionem videlicet et post resurrectionem. Sed priusquam Redemptor noster pateretur et resurgeret, mitti quidem ad piscationem rethe iubet, sed utrum in dexteram an in sinistram mitti debuisset non iubet. Post resurrectionem vero apparens mitti rethe in dexteram iubet. In illa piscatione tanti capti sunt ut retia rumperent. In ista autem multi capti sunt et retia rupta non sunt. Quis vero nesciat bonos dextera et malos sinistra signari. Illa ergo piscatio, in qua specialiter mitti rethe non iubetur, praesentem ecclesiam designat, quae bonos ac malos simul colligit. Neque eligit quos trahat, quia et quos eligere possit ignorat. Haec autem piscatio post Domini resurrectionem facta in solam dexteram missa est, quia ad videndam eius gloriam sola electorum ecclesia pertingit, quae de sinistro opere nihil habebit. In illa piscatione prae multitudine piscium rethe rumpitur, quia nunc ad confessionem fidei etiam cum electis reprobi tanti intrant, qui ipsam quoque ecclesiam haeresibus scindunt. In ista vero piscatione multi pisces et magni capiuntur et rethe non rumpitur, quia sancta electorum ecclesia in continua auctoris sui pace requiescens nullis iam dissensionibus dilaniatur. Captis autem tam magnis piscibus ascendit Simon Petrus et traxit rethe in terram. Iam credo quod vestra caritas advertit quid est quod Petrus ad terram rethe trahit

ipsi quippe sancta ecclesia commissa est, ipsi specialiter dictum est: Simon Iohannis amas me? pasce oves meas. Quod ergo postmodum aperitur in voce, hoc nunc significatur in opere. Quia igitur predicator nos ecclesie a mundi huius fluctibus separat, nimirum necesse est ut rethe plenum de piscibus petrus ad terram ducat. Ipse enim pisces ad soliditatem litoris pertrahit, quia sancte predicationis voce stabilitatem eterne patrie fidelibus ostendit. Hoc egit verbis, hoc epistolis, hoc agit cottidie miraculorum signis. Quotiens per eum ad amorem quietis eterne convertimur, quotiens a terrenarum rerum tumultibus separamur, quid aliud quam missi intra rethe fidei pisces ad litus trahimur? Quod enim rethe magnis piscibus dicitur plenum, additur et quantis, scilicet centum quinquaginta tribus, a magno misterio minus non vacat. Sed intentos nos tanti misterii profunditas conspectat. Neque etenim quantitatem summa solliciter exprimeret, nisi hanc sacramento plenam esse indicasset. Scitis namque quod in testamento veteri omnis operatio per decalogi mandata precipitur, in novo autem eiusdem operationis virtus per septiformem gratiam spiritus sancti multiplicata fidelibus datur. Unde et propheta denuncians dicit: Spiritus sapientie et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientie et pietatis, et replebit eum spiritus timoris domini. Sed ille in hoc spiritu operationem percipit qui fidem trinitatis agnoscit, ut et patrem et filium et eundem spiritum sanctum unius virtutis credit, unius substantie esse fateatur. Quia igitur septem que superius diximus per novum testamentum latius data sunt, decem vero per vetus percepta, omnis ergo nostra virtus et operatio per decem et septem potest bene comprehendi. Ducamus ergo per trigenum decem et septem et venimus ad quinquaginta unum,

qui profecto numerus a magno misterio non vacat, quia in testamento veteri legimus quod annus quinquagesimus iubileus vocari iussus est, in quo videlicet tunc temporis cuncta plebs ab omni operatione quiesceret. Sed vera requies est in unitate; est enim quippe unum non potest dividi; ubi autem scissura divisionis est, vera requies non est. Ducamus ergo per trigenum quinquaginta et unum, et fiunt centum quinquaginta tres. Quia igitur et omnis nostra operatio in fide trinitatis ad requiem tendit, septem et decem ter ducimus ut ad quinquaginta et unum venire debeamus. Et vera nostra requies tunc est, cum ipsam claritatem trinitatis agnoscimus quam in unitate divinitatis esse credimus. Quinquaginta ergo et unum ducimus et electorum summa in superna patria quasi centum quinquaginta et trium piscium numerum tenemus. Post resurrectionem igitur domini missum rethe dignum fuit ut tot pisces caperet, quos solummodo electi cives superne patrie designarentur. Nota. Iterum hec vero et hesterna sancti ~~evangelii~~ lectio et hodierna nos ammonet ut vigilanter debeamus inspicere cur dominus et redemptor noster post resurrectionem suam piscem assum legitur comedisse. Non enim vacat a misterio quod iteratur in facto. In hesterna etenim lectione panem et assum piscem; in ista vero que et hesterna lecta est, cum asso pisce et favum mellis comedit. Quid autem significari credimus piscem assum nisi ipsum mediatorem dei et hominum passum? Ipse etenim latere dignatus est in aquis generis humani, capi voluit laqueo mortis nostre, et quasi in tribulatione assatus est tempore passionis sue. Sed qui assus piscis dignatus est fieri in passione, favus mellis

nobis extitit in saciacione Nam qui in pisce
signari voluit tribulacionem passionis sue
in favo mellis utramque naturam exprimere
voluit persone sue Favus quippe mel inter
in est in cera est mel vero in cera est di-
vinitas in humanitate Et ab hac quoque
leccione non discrepat Nam piscem come-
dit et panem qui enim assari ut piscis
potuit ex humanitate pane nos reficit
ex divinitate qui ait Ego sum panis vi-
vus qui de celo descendi Assum ergo
piscem comedit et panem ut ipso suo
cibo nobis ostenderet quia et passionem ex
nostra humanitate pertulit et refectionem nostram
ex sua divinitate procuravit Si vigilanter
inspicimus nobis quoque qualiter ad imita-
ndum congruat videmus sic enim sua re-
demptor indicat ut imitacionis viam no-
bis septibus servat Ecce mel de suo dul-
cissimum pisci asso coniungere voluit favum quia
videlicet illos in suo corpore ad eternam quietem
suscipit Qui cum hic tribulaciones pro deo
senciunt ab amore interne dileccionis non
recedunt Cum asso pisce favum sumit
quia qui hic afflictionem pro veritate sustinu-
erit illic dulcedine vera saciantur Nota-
ndum vero est quod ultimum convivium dominus
cum septem discipulis habuisse describitur
Petrus namque et Thomas Nathanael
et filii Zebedei et alii ex discipulis eius duo
in eo fuisse memorantur Cur septem discipu-
lis ultimum convivium celebrat quod eos
tantummodo qui septiformi gratia spiritu sancto ple-
ni sunt futuros secum in eterna refeccione de-
nunciat Septem quoque diebus omne
tempus hoc evolvitur et sepe septenario
numero perfeccio designatur Illi ergo ultimo
convivio de presencia veritatis epulantur
qui nunc perfeccionis studio terrena transce-
dunt quos mundi huius amor non ligat qui
et si ut cuiuslibet temptacio obstrepit ceptu
tamen eorum desideria non retundit De
hoc extremo convivio alias per ~~Iohannem~~
dicitur Beati qui ad cenam nupciarum
agni vocati sunt Notandum enim non ad prandium
sed ad cenam vocatos invitat Quid nimirum
in fine diei convivium cena Qui ergo fini-
to presentis vite tempore ad refeccionem superne contempla-
cionis veniunt non ad agni prandium sed ad
cenam vocantur Que videlicet cena hoc ultimo
convivio exprimitur cui septem discipuli adesse
memorantur Quia illos ut diximus in eterna
refeccione reparat qui pleni septiformi gratia
in amorem spiritus sancti anhelant Hec fratres
carissimi agite huius spiritus repleri potencia
desiderate Quid vos sequi in futuro possit
ex potencia prendite pensate si hoc spiritu
plenum est et nostrum si ad illud convivium perve-
nire valeat Cuiuspiam ille namque est qui
nunc spiritum ille non reparat profecto ab illa eter-
ni convivii refeccione ieiunat Videntote quid
de eorum spiritu ~~paulus~~ dicit Si quis spiritum
Christi non habet hic non est eius quasi qui-
dem titulus divine possessionis est iste spiritus a-
moris Numquid namque spiritum Christi habet cuius
mentem odia dissipant elacio inflat ira
usque ad divisionem mentis exasperat avaricia
coartat luxuria enervat Pensate ergo si sit
spiritus Christi profecto ille qui facit amicos et inimi-
cos diligere terrena propria ac despicere pro celesti-
bus estuare carnem contra vicia contendere
mentem a concupiscenciis frenare Si ergo
vultis nos cognoscere possessionis dei persona
prendite possessoris dei virtutem Ecce enim quod
divinitus vox vidat paulus clamat Si
quis spiritum Christi non habet hic non est eius
ac si aperte dicat Qui nunc deo in caritate
non reficitur de divine claritatis spe postmodo
dum non letatur Si nos tamen adhuc que
dicta sunt infirmamur nec dum exemplis

perfectionis attingimus in via dei cotidie sancti
desiderii gressus ponamus Consolatur nos
vitus que p̶p̶s̶a̶l̶m̶i̶s̶t̶a̶ dicit Imperfectum meum
viderunt oculi tui et in libro tuo omnes
scribentur Non omnino erit nobis noxia vita
imperfecta sed in dei itinere constituti et ad cursu
acta non respicimus et ad ea que restant cur-
sere festinemus Nam qui imperfectorum desideria
dignanter inflammat hec quoque ad perfectionem co-
ronat cum vivit etc. Sequentia sancti evangelii secundum Matheum ultimo capitulo

In illo tempore Undecim discipuli abierunt in galileam
in montem ubi constituerat illis Ihesus et vi-
dentes eum adoraverunt quidam autem dubi-
taverunt Et reliqua Omelia Bede presbiteri

Fratres karissimi evangelica lectio quam modo
audivimus et iuxta literam gaudio ple-
na refulget quia completum redemptoris
nostri simul et redemptionis nostre dona plano
sermone describit Et si hanc enucleatius decla-
rare velimus gratiorem in ea fructum spiritua-
lis sensus inditum esse comperies Sermo
etenim dei aromatum more quo subtilius
quia tunditur et tunditur discutitur eo maio-
rem intus sue virtutis fragrantiam reddit
Planum namque est et dulce ad audiendum
primus quod discipuli abierunt in galileam in
montem ubi constituerat illis Ihesus et viden-
tes eum adoraverunt sed non vacat a miste-
rio quod dominus in galileam post resurrectionem vel
quod in monte discipulis apparuit In monte etenim
apparuit ut significaret quia corpus quod
de communi humani generis terra nascendo su-
sceperat resurgendo iam super terrena omnia
sublevatum celesti virtute induerit In mon-
te apparuit ut admoneret fideles si illic
celsitudinem resurrectionis eius cupiunt
videre hic ab infimis cupiditatibus ad su-
perna studeant desideria transire Nomine quoque
galilee quid misterii salutaris contineat ver-
ba patrum expositione notissimum est
sed nec abre sepius repetere verbo quod semper
necesse est animo retinere Galilea quippe

transmigratio facta vel revelatio dicitur
Utraque autem interpretatio nominis ad unam
fidem respicit si quidem supra legimus
dixisse angelum mulieribus ite dicite di-
scipulis eius quia surrexit et ecce prece-
det vos in galilea ibi eum videbitis et
nunc e̶v̶a̶n̶g̶e̶l̶i̶s̶t̶a̶ evangelista narrante agnovimus quia
abierunt discipuli in galileam Et
videntes eum adoraverunt Quid est ergo
quod Ihesus precedit discipulos in galileam
ut videatur ab illis sequuntur illi et viden-
tes eum adorant nisi quia surrexit Christus
a mortuis primitie dormientium sequuntur
enim hii qui sunt Christi et ipsi in suo ordi-
ne ad vitam de morte transmigrant ibique
eum videntes adorant quia in specie
sue divinitatis contemplantes sine fine
collaudant Cui visioni congruit illud
quod galilea etiam revelatio interpretatur
Tunc enim revelata facie sicut a̶p̶o̶s̶t̶o̶l̶u̶s̶ te-
statur gloriam domini speculantes in eandem
ymaginem transformabimur quantumque modo re-
velamus ad eum viam vite eiusque ve-
stigia fidei sequimur non ficta Et videntes
eum adoraverunt nulla magis
causa occurrit quia ea cuius l̶u̶c̶a̶s̶ memi-
nit cum ipso resurrectionis die discipu-
lis apparuisse eum narrat conturbati
vero et conterriti estimabant se spiritum videre
Videntes autem dominum cognoscunt et esse
hunc esse quem viderant demissis
in terra vultibus adorant sed in erat mentibus
eorum et non compescenda dubietas
quia se non corpus in quo passus est
resuscitatum sed spiritum quem finita passi-
one tradidit palam videre putabat
Unde confestim magister pius et eos qui
iam crediderant in fide confortat et eos
qui adhuc dubitaverunt ad fidei gratiam
convocat omnibus se intimans ad quan-
tam glorie magnificentiam assumpta
per hominibus et morti data humanitas

resurgendo pervenit. Data est inquit mihi potestas in celo et in terra. Non enim de coeterna patris divinitate, sed de assumpta loquitur humanitate, quam suscipiendo minoratus paulominus ab angelis, et in qua resurgendo a mortuis gloria et honore coronatus est et constitutus super omnia opera manuum patris. Omnia subiecisti pedibus eius. Inter que omnia mors etiam ipsa que ei aliquando visa est prevalere, eius pedibus subiecta est. Quod ergo psalmista de domino resurgente a mortuis ait patri: Omnia sub pedibus eius subiecisti, hoc est utique quod ipse dominus discipulis resurgens ait: Data est mihi omnis potestas in celo et in terra, quamquam etiam prius quam a morte resurgeret non cessabant angelice virtutes in celo innotescere subditas homini quem a suo conditore specialiter assumptum esse videbant. Sed et certi homines in terra dedignabantur ei subici quem communi secum mortalitate cognoverant indutum. Contempnebant eius virtutem in miraculis [illegible] divinam cum infirmitatem in passionibus inesse cernebant humanam. Propter quod benigne mediator ipse dei et hominum etiam hominibus in terra notum fieri vobis volens, quia data est ei omnis potestas in celo et in terra, quatenus et ipsi cum angelis in celo vitam possent habere eternam, misit doctores qui cuncti per orbem nationibus verbum vite predicarent. Euntes inquit docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti, docentes eos servare omnia quecumque mandavi vobis. Rectissimus autem ordo predicandi et modus predicatoribus quoque predicatoribus est diligentissime servandus, ut primo quidem doceatur auditor, deinde sacramentis imbuatur, deinde servandis eius mandatis copiosius instruatur, quia nec indoctus quisquam et ignarus fidei

sacramenti ablui neque lavacro baptismatis studeat quisquam bonis operibus insistere. Prius ergo docete gentes, id est scientia veritatis instruite, ac sic baptizare precepit, quia sine fide impossibile est placere deo. Et nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest introire in regnum dei. Ad quod tertium vero subiungit: Docentes eos servare omnia quecumque mandavi vobis, quia sicut corpus mortuum est sine spiritu, ita fides sine operibus mortua est. Quanta autem merces pie conversationis, quale pignus future beatitudinis etiam in presenti fidelibus maneat, subsequenter insinuat dicens: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Licet etiam conferre huic testimonio quod Marcus ait: Et dominus quidem Iesus postquam locutus est eis assumptus est in celum et sedet a dextris dei. Cum enim ipse deus et homo est, assumptus est in celum humanitate quam de terra susceperat, manet cum sanctis in terra divinitate qua terram pariter implet et celum. Manet autem omnibus diebus usque ad consummationem seculi, ex quo intelligitur usque ad finem seculi non defuturos in mundo qui divina mansione et inhabitatione sunt digni. Nec dubitandum eos post huius seculi certamina manere cum Christo in regno qui in isto certantes Christum in suis cordis hospitio meruerunt habere mansorem. Notandum interea quod pius ubique divina maiestas, aliter electis suis, aliter reprobis adest. Adest enim reprobis potentia nature incomprehensibilis, quia omnia cognoscit novissima et antiqua, intelligit cogitationes a longe, et omnes vias eorum previdet. Adest electis gratia protectionis, quia illos specialiter presentia dona vel flagella quasi filios pater erudit, atque ad possessionem future hereditatis erudiendo perducit. Adest electis ut scriptum est: Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde

et humiles spiritu saluabit. Adest reprobis ut pre
missum est. Vultus autem domini super facientes
mala ut perdat de terra memoriam eorum.
Unde necesse est ut sicut in operibus nequam
pareant mali etiam cogitationes sin
gule conspectui districti iudicis patent
semper in operatione iusticie et in hiis qui
propter iusticiam patiuntur gaudeant boni
quibus deum diligentibus omnia coopera
ntur in bonum et in quacumque tribulatione po
siti nunquam eius pietas abest. Cui ca
nitur in psalmo Tibi enim derelictus est
pauper pupillo tu eris adiutor. Contere
brachium peccatoris et maligni quia preter
eius potentiam. non tamen nobis in eo
promisit. sed euidentibus designauit iudiciis
cum post resurrectionem suam discipulis
sepius usque ad diem quo celos penetrauit ap
paruit. eorumque animos admonendo
increpando spe futuri doni tribuendo
roborauit. Et quibus quidem apparitionibus
dictum plenius in [illegible] tertio scriptum inuenimus
quod plures fuisse apostolos dicens. Et
resurrexit tertia die secundum scripturas et ui
sus [illegible] et post hec undecim. Deinde
uisus est plus quam quingentis fratribus simul.
Deinde uisus est iacobo. Deinde apostolis
omnibus. Nouissime omnium tamquam abortiuo
uisus est et michi. Quibus autem locis et temporibus
facte sunt uisiones quas commemorat ignora
mus. tantum scimus quod quam sibi nouissime
uisus est. dum confirmat post ascensionem
eius factam esse. Vel quando illum de celo
alloquens de persecutore doctorem ecclesie
fecit. Vel quando in paradisum et tertium celum
raptus audiuit archana uerba que non
licent homini loqui. Et sicut alibi dicit
ministerium [illegible] quod non ab homine

non accepit per reuelationem ihesu christi didicit.
dictis uero insinuat ut diximus post resur
rectionem domini euangelicis nobis et actuum
apostolorum prodit historia. ubi ipso die
resurrectionis sue quinquies apparuisse
legitur. Primo quidem marie magdalene
flenti ad monumentum. Deinde eidem marie et
alteri eiusdem nominis femine regredientibus
a monumento nunciare discipulis quibus con
pant deuenis (?) apparuit. Tertio symoni
petro. Quarto cleophe et socio eius
cum quibus gradiens ipse in emaus
ibidem in fractione panis cognitus est.
Qui mox reuersi ierusalem inuenerunt
discipulos loquentes quia surrexit dominus
uere et apparuit symoni [illegible] plen
ius alibi. quando simoni apparuerit non
legitur. Quinto apparuit eis in eodem loco
ianuis clausis. Ubi aberat thomas.
Sexto post dies octo quando cum eis erat
et thomas. Septimo piscantibus ad mare
tyberiadis. Octauo in monte galilee quod
hodierna die in lectione audiuimus. Nono
recumbentibus illis [illegible] apparuit die quo as
cendit in celum. Decimo uiderunt eum
in ipsa die. non iam in terra positum. sed
iam eleuatum in aera. celosque penetran
tem dicentibus sibi angelis. Sic ueniet
quemadmodum uidistis eum euntem in ce
lum. Hac ergo frequentia corporalis sue
manifestationis ostendere uoluit dominus ut
diuinus in omni loco se bonorum deside
1a riis adiunctus esse putent. Apparuit namque
ad monumentum lugentibus. Aderit et nobis
absentie sue retardatione salubriter
2a contristatis. Occurrit redeuntibus a monumento
ut agnita resurrectionis gaudia predica
rent. Aderit et nobis dum bona que no
uimus proximis fideliter nunciare gaudemus

7ª Apparuit in fractione panis duobus qui se peregrinum esse putantes ad hospitium vocaverunt. Aderit et nobis cum peregrinis et pauperibus quecumque possumus bona libenter impendimus. Aderit nobis in fractione panis cum sacramenta corporis eius sub specie panis et vini casta ac simplici conscientia sumimus.
8ª Apparuit in abdito de sua resurrectione loquentibus. Adest et nobis modo eius dono idem agentibus. Aderit nobis semper cum consuetis operibus ad tempus vacantes de eius gratia locuturi convenimus.
9ª Apparuit cum foribus clausis intus in domo pro metu residerent. Apparuit cum in oratu eodem metu apostolis cum gressibus in morte inire quererent/ afficit quondam confortatus suo spiritu/ etiam cum ab infidelibus puniuntur et ad publicum venire ac dilatari prohibentur. Adest eadem et nunc cum inclinato ad fidem culmine regali terror quiete persecutionis et omnis mundi sublimitas apostolice est subdita vestigiis. Apparuit pre-
10ª stantibus eis quod apparens divinis admittit beneficiis. Aderit et nobis cum necessaria vite temporalis recta intentione curamus, iustisque nostris laboribus subsidium sue pietatis
11ª adiungit. Apparuit recumbentibus. Aderit et nobis cum iuxta apostoli monita sive manducamus sive bibimus sive aliud quid agimus omnia in gloriam dei facimus. Apparuit primo in iudea, deinde in galilea, post hec rursum in iudea die quo ascendit in celum. Adorat ecclesie cum primo plurimis iude terminis clauderetur. Adest modo cum iudeis ob eorum perfidie delictum transmigravit ad gentes. Aderit in futuro cum ante finem seculi revertetur ad iudeam. Sicut ~~apostolus~~ ait: Intrante plenitudine gentium sic omnis israel salvus erit. Novissime illis apparuit ascendens in celum. Aderit et nobis ut cum post mortem sequi mereamur ad celos si ante mortem cum in bethania unde ascendit, i. in domo obediencie sequi curamus. Ipse enim celum ascensurus bethaniam venit/ quia sicut apostolus ait: Factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et deus exaltavit illum. Veniamus ibidem si quod ille monet agimus quod promisit intendimus. Esto ait fidelis usque ad mortem et dabo tibi coronam vite. Sicque ipsius gratia largiente ut qui nobiscum usque ad finem huius vite manet/ post hanc nos vita ad videnda secum vite celestis premia sublevet. Iesus christus dominus noster qui vivit et regnat etc.

Sabbato post Joh 19º cap. Sabbato Joh

In illo tempore: Una sabbati maria magdalena venit mane cum adhuc tenebre essent ad monumentum et vidit lapidem sublatum a monumento etc. Et reliqua. **Omelia Gregorii pape** Greg. pe

Fratres longa molestia diu me tacere de lectionis ~~evangelice~~ loqui expositione prohibuit. Vox namque ipsa a clamore intute succumbit. Et quia multi audire non valeo/ loqui fateor inter multos erubesco. Sed hanc nunc verecundiam ipse reprehendo. Cur enim igitur? Unquid si multis prodesse nequeo neque paucis curabo. Et si complere portare manipulos non possum/ nichil nam debeo ad aream vacuus redire/ quamvis cum quantos debeo ferre non valeo, certe vel paucos certe vel duos certe vel unum ferens. Habet namque ipsa infirmitas intenta mercedis sue certitudinem, quia supernus arbiter noster et si pondus considerat in retributione vires tamen pensat in pondere etc.

Lectio sancti ~~evangelii~~ quam modo audistis fratres valde in superficie historie est aperta sed nobis sunt eius misteria sub brevitate requirenda. Maria magdalena cum adhuc tenebre essent venit ad monumentum.

Iuxta historiam vocatur hora incerta. Illam
vero misticam requirentes signat intelligentia
Maria enim auctorem omnium quem in carne
viderat mortuum querebat in monumento
et quia hunc minime invenit furatum
credidit. Adhuc ergo erant tenebre quando
venit ad monumentum. Cucurrit ergo citius discipu-
lis nunciavit. Sed illi pre ceteris cucurrerunt
qui pre ceteris amaverunt, scilicet Petrus et Iohannes.
Currebant autem duo simul sed Iohannes citius
precucurrit Petro et venit prior ad monumentum
et ingredi non presumpsit. Venit ergo posterior
Petrus et introivit. Quid, fratres, iste signat
cursus? Aliquid. Nam hec tam subtilis de-
scriptio evangeliste a misteriis vacare credenda
est minime. Neque enim sic Iohannes et preisse et non
introisse diceret, si in ipsa sua trepidatione
misterium defuisse credidisset. Quid ergo per
Iohannem nisi synagoga, quid per Petrum nisi
ecclesia designatur? Nec mirum esse videatur
quod per iuniorem synagoga, per maiorem vero ecclesia
significari perhibetur, quia etsi ad dei cultum
prior est synagoga quam ecclesia gentium,
ad usum tamen seculi prior est multitudo
gentium quam synagoga, Paulo attesta-
nte qui ait: Quia non prius quod spirituale est,
sed quod animale. Per seniorem ergo Petrum signatur
ecclesia gentium, per iuniorem vero Iohannem
synagoga Iudeorum. Currebant ambo simul
quia ab ortus sui tempore usque ad occasum pari
et communi via, etsi non pari et communi sensu
gentilitas cum synagoga cucurrit. Venit
synagoga prior ad monumentum sed minime in-
travit, quia legis quidem mandata percepit,
prophetias de incarnatione ac passione dominica
audivit, sed credere in mortuum no-
luit. Vidit ergo posita linteamina, non
tamen introivit, quia videlicet synagoga et scripture
sacre sacramenta cognovit et tamen fidem
passionis dominice credendo intrare distulit.
Quem diu longeque prophetavit presentem vidit
et renuit. Hominem esse despexit, deum car-
ne mortalem factum credere noluit. Quid
ergo est nisi quia et citius cucurrit et
tamen ante monumentum vacua stetit? Venit
autem Simon Petrus sequens eum et introi-
vit in monumentum, quia secuta posterior ecclesia
gentium mediatorem dei et hominum, hominem
Christum Iesum et agnovit carne mortuum
et viventem credidit deum. Vidit lintea-
mina posita et sudarium quod fuerat super caput
eius non cum linteaminibus positum sed
separatim involutum in unum locum. Quid
esse suspicemur credimus quod sudarium capitis
domini cum linteaminibus non invenitur
in monumento, nisi quia attestante Paulo
caput Christi deus, et divinitatis incomprehensi-
bilia sacramenta ab infirmitatis nostre con-
dicione disiuncta sunt, eiusque potentia crea-
ture transcendit naturam. Et notandum quod non
solum separatim, sed etiam involutum in-
veniri dicitur. Linteamen quippe quod in-
volvitur nec eius initium nec finis aspicitur.
Recte ergo sudarium capitis involutum
est, quia celsitudo divinitatis nec cepit esse nec
desinit, nec principium nascitur nec in termino
coangustatur. Bene autem additur in unum
locum, quia in scissuris mentium deus non
est. Deus quippe in unitate est, et illi eius
gratiam habere merentur qui se ab invicem per
sectarum scandala non dividunt. Sed quia sudario
sudantium laborantium sudor detergitur, pot-
est etiam sudarii nomine operari labor dei, qui
ipse quietus quidem semper atque incommuta-
bilis permanet, sed tamen laborare se de-
nuntiat cum duras hominum pravitates por-
tat. Unde et per prophetam dicit: Laboravi susti-
nens. Deus autem apparuit in carne, labora-
vit operando infirmitate, quem labore pass-
ionis eius domini in carne viderunt eum.

venerari noluerunt / quem enim viderunt
carne mortalem, dedignati sunt credere
immortalem esse in divinitate. Unde ecce
Ieremias ait: Redde eis vicem domine iuxta
opera manuum suarum. Dabis eis scutum
cordis laborem tuum. Re predicatoris enim
eius specta cor cordi penetraret. Dum
passionis eius laborem dedignati sunt quod
eundem laborem illius pstulto temerent
ut eo adesse fuisse eius vesti non permitte-
rent quo eum laborare usque ad mortem
viderunt. Caput enim nobis nisi ordo capitis
i. deum membra sumus plantisectinna
itaque corporis labor linthiamina signavit
que nunc electos omnes i. eius membra con-
stringunt. Sudarium ergo quod super caput eius
fuerat seorsum invenitur / quia ipsa redemp-
toris nostri passio / longe a nostra passione
disiuncta est / quoniam ipse sine culpa pertulit
quod nos cum culpa toleramus / ipse sponte
morti succumbere voluit ad quam nos venimus
inviti / Sequitur: Tunc ergo introivit
et ille discipulus qui venerat prior ad mo-
numentum. Postquam intravit petrus ingres-
sus est et Iohannes posterior intravit qui
prior intraverat venerat. Notum vobis
fratres est quod in fine mundi ad redemptoris fide
etiam iudea colligitur Paulo attestante
qui ait: Donec plenitudo gentium intraret
et sic omnis Israel salvus fieret / et vidit
et credidit / quid fratres quid estimandum est
credidisse. Nunquid quia dominus surrexit quem
querebant. Non utique quia adhuc tenebre
erant ad monumentum. Et subiuncta quoque
verba contradicunt cum dicitur: Nondum enim
sciebant scripturas / quia oportebat eum
a mortuis resurgere. Quid ergo vidit et
quid credidit / vidit quod linthiamina erant
posita / et credidit quod mulier dixerat
de monumento dominum fuisse sublatum /

In qua re divine dispensationis magnitudo
pensanda est. Quod discipulorum corda et accen-
duntur ut querant / et differuntur ne inveniant
quatenus infirmitas animi ipsa sua mora
cruciata purgatior fiat ad inveniendum /
et tanto validius cum invenerit teneat quan-
to tardius invenit quod querebat. Hec sub bre-
vitate fratres karissimi de evangelica lectione discussimus
Nunc restat ut de ipsa tante sollempnitatis
nobilitate aliquid loquamur. Hanc enim
recte nobilitatem sollempnitatem dixerim quia
sollempnitates ceteras antecedit / sicut enim
in sacro eloquio sancta sanctorum / vel cantica
canticorum pro sui magnitudine dicuntur / ita
et hec festivitas recte potest dici sollemp-
nitas sollempnitatum. Ex hac quippe sollempnitate
exemplum nobis resurrectionis datum est
spes celestis patrie aperta est et facta super-
ni regni iam presumptibilis gloria / Per hanc electi
qui quamvis in tranquillitate simul tamen apud
inferni claustra tenebantur / ad paradisi amena
reducti sunt / quod ante passionem dixit
in resurrectione sua dominus adimplevit / Cum ex-
altatus fuero a terra omnia traham ad me /
Omnia enim ad se traxit / qui de electis suis apud
inferos nullum reliquit / Omnia abstulit
utique electa / neque enim et infideles quosque et
pro suis criminibus eternis suppliciis deditos ad ve-
niam dominus reparavit resurgendo / sed illos ex
inferni claustris rapuit quos suos in fide
et actionibus recognovit. Unde et recte per
Osee dicit: Ero mors tua o mors / morsus tu-
us ero inferne. Id namque quod occidimus
quod agimus ut penitus non sit. Ex eo quod
mordemus partem abstrahimus / partemque distulimus
et relinquimus. Quia ergo in electis suis fun-
ditus occidit mortem / mors mortis extitit /
Quia vero ex inferno partem abstulit et partem reli-
quit / non occidit funditus / sed momordit infer-
num / ait ergo: Ero mors tua o mors / morsus

Quo debz agnus paschal comedi

ac si aperte dicat omnia sublata sunt ex eo ex parte te filio. Que est ista ergo sollempnitas que mihi claustra destruxit. Et etiam nobis regni celestis aditum aperuit. Intuemur subtilius non enim non requiratur egregius predicator. Videamus quid de eius estimatione mittat ait etenim pascha nostrum immolatus est christus. Si igitur pascha nostrum christus pensatur nobis est quid de pascha lex loquitur ut indagemus subtilius an dixit sermo dicere. Moyses quippe ait Sument de sanguine agni ac ponent super utrumque postem et super liminaribus domorum in quibus comedent illum. et edent carnes nocte illa assas igni et azimos panes cum lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudum quid nec coctum aqua sed assum tantum igni. Caput cum pedibus eius et intestinis vorabitis nec remanebit ex eo quicquam usque mane. Si quid residuum fuerit igni comburetis. Sic autem comedetis illum renes vestros accingetis et calciamenta habebitis in pedibus tenentes baculos in manibus et comedetis festinanter. que verba magnam nobis edificationem pariunt si fuerint mystica interpretatione discussa. Quis namque sit sanguis agni non iam audiendo sed bibendo didicistis. Qui sanguis super utrumque postem ponitur quando non solum ore corporis sed etiam ore cordis accipitur. In utroque etenim poste agni sanguis est positus quando sacramentum passionis illius cum ore ad redemptionem sumitur ad imitationem quoque intenta mente cogitatur. Nam qui sic redemptoris sui sanguinem accipit ut imitari etiam passionem illius nec dum velit in uno poste sanguinem ponit. qui etiam in superliminaribus domorum ponendus est. Quid enim spiritales domos nisi mentes nostras accipimus in quibus per cogitationem habitamus. cuius domus superliminare est ipsa intentio que preeminet actioni. Qui ergo cogitationis sue intentionem ad imitationem dominice passionis dirigit in superliminari domus agni

sanguinem ponit. Ad hec liminare domus nostre ipsa sunt corpora in quibus usque nunc vivimus habitamus. Et in superliminari domus agni sanguinem ponimus quia crucem passionis eius in fronte portamus. Deo ad hunc agnus subditur. Et edent carnes nocte illa assas igni. nec nocte quippe agnum comedimus qui nunc in sacramento dominicum corpus accipimus quando adhuc ab invicem nostras conscientias non videmus. que tamen carnes agni assande sunt quia nimirum igni dissolvunt carnes quas aqua coquit quas vero ignis sine aqua decoquit solidat. Carnes itaque agni nostri coxit quia cum ipsa nos passionis illius ad resurrectionem valenciore reddidit atque incorruptionem solidavit. Iam enim in morte tenuerunt ut carnes eius ab igne durvuerunt. Unde etiam Psalmista dicit. Exaruit velut testa virtus mea. Quid namque est testa nisi igne nisi molle lutum. Sed per ignem ei agitur ut solidetur. Virtus ergo dominica velut testa exaruit. quia ab igne passionis eius virtutem incorruptionis crevit. Sed sola redemptoris nostri percepta sacramenta ad veram sollempnitatem nobis non sufficiunt nisi eis quoque et bona opera iungantur. Quid enim prodest corpus eius et sanguinem ore percipere et ei pravis moribus contraire. Unde bene ad hunc esum comedendi subditur. Et azimos panes cum lactucis agrestibus. panes quidem sine fermento comedit qui recta opera sine corruptione vane glorie exercet qui mandata misericordie sine admixtione peccati exhibet ne prius diripiat quod quasi recte dispensat. Hoc quoque peccati fermentum bene sue actioni instituerant quibus propheta voce predicatoris domini dicebat. Venite ad Bethel et impie agite atque post pauca. et sacrificate de fermento laudem. De fermento

namque laudem immolat, qui deo sacrificium de rapina parat. Lactuce vero agrestes valde amare sunt. Carnes vero agni cum lactucis agrestibus sunt edende, ut cum corpus redemptoris nostri accipimus, nos pro peccatis nostris in fletibus affligamus, quatenus ipsa amaritudo penitentie abstergat a mentis stomacho perverse vite humorem. Unde et subditur: Non comedetis crudum quid ex eo nec coctum aqua, sed assum tantum igni. Ecce iam nos ipsa verba historie ab intellectu historico repellunt. Numquid fratres karissimi israeliticus ille populus in egypto constitutus comedere agnum crudum consueverat, ut ei lex dicat: Non comedetis ex eo crudum quid, ubi et additur: Nec coctum aqua. Quid aqua nisi humanam scientiam designat, iuxta hoc quod per salomonem sub hereticorum voce dicitur: aque furtive dulciores sunt. Quid crude carnes agni nisi inconsiderata ac sine reverentia cogitationis humanitatem relictam illius divinitate. Omne enim quod subtiliter cogitamus quasi in mente coquimus. Sed agni caro nec cruda edenda est, nec aqua cocta, quia redemptor noster nec purus homo estimandus est, neque per humanam sapientiam qualiter incarnari deus potuit cogitandus. Omnis enim qui redemptorem nostrum purum hominem credit, quid iste aliud quam agni carnes crudas comedit, quas videlicet coquere per divinitatis eius gloria [illegible] intelligentiam noluit. Omnis vero q[illegible] incarnationis eius gloria misteria iuxta humanam sapientiam discutere vult, carnes agni aqua vult coquere, id est dispensationis eius [illegible] misterii per dissolutam vult sciam [illegible] penetrare. Qui igitur paschal[illegible]gaudiis so lempnitatem celeb[illegible]re desiderat, agnum nec aq[illegible] coquat nec crudum comedat, ut nec per humanam sapientiam profunditatem [illegible]m carnationis illius penetrare appetat, neque enim umquam in hominem purum credat, sed assas igni carnes comedat, ut dispensari omnia per sancti spiritus potentiam sciat, de quo ad hunc vere subiungitur: Caput autem cum pedibus et intestinis vorabitis. Quia redemptor noster alpha et o, deus videlicet ante secula et homo in fine seculorum. Sicut iam prediximus, fratres, paulo attestante didicimus quia caput christi deus. Caput est ergo agni vorare divinitatem illius fide percipere. Sed pedes agni vorare est vestigia humanitatis eius amando et imitando perquirere. Quid vero sunt intestina nisi verborum illius occulta et mistica mandata ~~[illegible]~~ que tunc vorantur cum verba vite cum aviditate sumuntur. In quo vorationis verbo quid aliud quam avaricie et pigricie nostre torporem reprehendit, quia eius verba atque misteria per nosmetipsos non requirimus, et dicta ab aliis audimus invite. Non remanebit ex eo quidquam usque mane, quia eius dicta magna sunt sollicitudine discucienda, quatenus priusquam dies resurrectionis appareat, in hac presentis vite nocte omnia mandata illius intelligendo et operando penetrentur. Sed quia valde est difficile ut omne sacrum eloquium possit intelligi, et omne eius misterium penetrari recte subiungitur: Si quid autem remanserit igni comburetis. Quod ex agno remanet igne comburimus, quando hoc quod de misterio incarnationis eius intelligere et penetrare non possumus, humiliter spiritui sancto resignamus, ut non superbe quis audeat vel contempnere vel denunciare quod non intelligit, sed hoc igitur tradat cum sancto spiritu reservet. Quia igitur qualiter edendum sit pascha cognovimus, nunc a quibus edi debeat agnoscamus. Sequitur: Sic autem comedetis illud: renes vestros accingetis. Quid in renibus nisi delectatio carnis accipitur? Unde et psalmista postulat

caput vorare

sumuntur

Nota a quibus agnus paschalis sit edendus

dicens sunt renes meos. Si enim voluptate libidi-
nis nesciret in renibus eos viri minime periss[et]
Unde quia potestas dyaboli in humano genere
maxime plurimum prevaluit de illa voce di-
vina dicitur potestas eius in lumbis et cetera
Qui ergo pascha comedit accinctos renes
habere debet ut qui sollempnitatem resurrec-
tionis atque incorruptionis agit corruptioni
iam per vicia nulla subiaceat voluptates
edomet carnem aliquatenus restringit Nam
enim cognovit que sit sollempnitas incorrup-
tionis qui ad huc per incontinentiam subiacet cor-
ruptioni. Hec quibusdam dura sunt sed angu-
sta via est que ducit ad vitam. Et habemus
iam multa exempla continentium. Unde et
bene adhuc subditur Calciamenta nisi pel-
les mortuorum animalium habet in pedibus. Quid
sunt etenim pedes nostri nisi opera. Quid vero
calciamenta nisi pelles mortuorum animalium
Calciamenta autem pedes muniunt. Que vero sunt
mortua animalia ex quorum pellibus muniunt
pedes nostri nisi antiqui patres qui nos ad
eternam patriam precesserunt quorum dum exem-
pla conspicimus nostri operis pedes munimus
Calciamenta ergo in pedibus habere est mortuorum
vitam conspicere et nostra vestigia apostoli(?) ab...
custodire tenentes baculos in manibus.
Quid vero per baculum nisi pastoralem curam
designat. Et notandum quod prius precipimur
renes accingere post modum baculos tenere.
Unde quia illi debent curam pastoralem
suscipere qui iam in suo corpore sciunt fluxa lu-
xurie edomare, ut cum aliis fortia pre-
dicant ipsi desideriis mollibus enormiter non
succumbant. Bene autem dicitur Et comedetis
festinantes. Notate fratres. notate quod dicitur festi-
nantes. mandata dei et misteria redempto-
ris celestis patrie gaudia cum festinatione
cognoscite et precepta vite cum festina-
tione implere curate. Quia enim adhuc ho-
die licet bene agere scimus utrum cras lice-
at ignoramus festinantes ergo pascha co-
medite. i. ad sollempnitatem patrie celestis

in humilitate. **N**emo in bonis nec inter torpeat
ne in patria locum perdat. **N**emo moras
ad capescenda studia innectat sed cepta per-
ficiat ne nunc liceat implere quod incho-
at. **S**ed non ad amorem dei pigri simus
adiuvat nos ipse quem amamus Jhesus Christus
dominus noster qui cum vivit et regnat cum deo
in unitate **Dominica prima post octavas secundum Johannem**
Illo tempore **C**um esset sero die illo una sab-
batorum et fores essent clause ubi erant
discipuli congregati propter metum iudeo-
rum stetit Jhesus in medio eorum et dixit
eis pax vobis et reliqua **Omelia Gregorii**
Prima lectionis huius evangelii questio
animum pulsat quomodo post resur-
rectionem corpus dominicum verum fuit
quod clausis ianuis ad discipulos ingredi po-
tuit. **S**ed sciendum nobis est quod divina
operatio si ratione comprehenditur non est admi-
rabilis nec fides habet meritum cui humana
ratio prebet experimentum. sed hec ipsa re-
demptoris nostri opera que ex semetipsis com-
prehendi nequaquam possunt ex alia eius
operatione pensanda sunt ut rebus mira-
bilibus fidem prebeant facta mirabiliora.
Illud enim corpus domini intravit ad discipu-
los ianuis clausis quod videlicet ad humanos
oculos per nativitatem suam clauso exiit
utero virginis. **Q**uid ergo mirum si post
resurrectionem suam ianuis clausis eternum
iam victurus intravit qui moriturus
veniens non aperto virgi[illegible]nis utero exiit
Sed quia ad illud corpus [illegible] quod videri po-
terat fides intuentium dubitabat osten-
dit eis protinus manus et latus palpandum pre-
buit corpus [illegible] quam clausis ianuis
introduxit [illegible] **Q**ua in re duo mira
et iuxta [illegible] humanam rationem
sibi val[illegible]de contraria dum
post re[illegible]surrectionem suam cor-
pus suum [illegible] incorruptibile et tamen palpa-
bile d[illegible]emonstravit. Nam quod corrumpitur
necesse [illegible] est ut palpatur et palpari

non potest quod non corrumpitur. Sed miro
modo atque inestimabili redemptor noster atque
incorruptibilis post resurrectionem suam
atque palpabile corpus exhibuit, ut demo-
strando incorruptibile invitaret ad premium
prebendo palpabile firmaret ad fidem.
incorruptibilem se et palpabilem se de-
monstravit, ut profecto post resurrectionem sua
esse ostenderet corpus suum et eiusdem nature
et alterius glorie. Dicit eis: Pax vobis. Sicut
misit me pater et ego mitto vos. Pater
filium misit qui hunc pro redemptione huma-
ni generis incarnari constituit. Quem videlicet
in mundum venire ad passionem voluit,
tamen amavit filium quem ad passionem mi-
sit. Electos vero apostolos dominus non ad mundi
gaudia, sed sicut ipse ad passiones in mundum
mittit. Quia ergo filius etiam amatur
a patre et tamen ad passionem mittitur, ita et
discipuli amantur a domino, qui tamen ad passiones
mittuntur in mundum. Itaque dicitur: Sicut
misit me pater et ego mitto vos, id est, ea
caritate vos diligo cum inter scandala
persecutorum mitto, qua me caritate pater
diligit, quem venire ad tollendas passi-
ones fecit. Quamvis etiam mitti iuxta na-
turam divinitatis possit intelligi. Eo enim ipso
a patre filius mitti dicitur quo a patre
generatur. Nam sanctum quoque spiritum
qui cum sit coequalis patri et filio,
non tamen incarnatus est, idem se filius
mittere perhibet dicens: Cum venerit pa-
raclitus quem ego mittam vobis a patre.
Si enim mitti solummodo incarnari deberet
intelligi, sanctus procul dubio spiritus non dice-
retur mitti, qui nequaquam incarnatus est.
Sed eius missio est ipsa processio, qua
de patre procedit et de filio. Sicut itaque spiritus
sanctus mitti dicitur quia procedit, ita et
filius non incongrue mitti dicitur quia genera-
tur. Hec cum dixisset insufflavit

et dixit eis: Accipite spiritum sanctum. Querendum
nobis est quid est quod spiritum sanctum dominus noster
et semel dedit in terra consistens et semel in
celo presidens. Neque enim etiam alio loco da-
tus es[...] spiritus sanctus aperte mo-
stratur [...] nisi nunc cum per insufflationem
percipitur, et postmodum cum de celo ve-
nisse in linguis variis monstratur. Cur ergo
in terra discipulis prius datur, postmodum
de celo mittitur, aperte monstratur quod nisi duo sunt
precepta caritatis, dilectio videlicet dei et dilectio proxi-
mi. In terra datur spiritus ut diligatur proximus,
de celo datur spiritus ut diligatur deus. Sicut ergo
una est caritas et duo precepta, ita unus spiritus
et duo data. Prius a consistente domino in terra, post-
modum de celo, quia in proximi amore discitur
qualiter perveniri debeat ad amorem dei.
Unde et idem Johannes dicit: Qui non diligit fratrem
suum quem videt, deum quem non videt
quomodo potest diligere? Et ante quidem
discipulorum mentibus idem spiritus sanctus
erat ad fidem, sed tamen manifesta datione
non nisi post resurrectionem datus est. Un-
et scriptum est: Non dum erat spiritus datus
quia Jesus non dum erat glorificatus. Unde
etiam per Moysen dicitur: Suxerunt mel
de petra et oleum de firma petra. Neque enim
tale quidquam iuxta historiam [...] legimus
Si tota testamenti veteris series [...] recenseatur
nusquam de petra mel, nusquam ille populus oleum
suxit. Sed quia iuxta Paulum doctorem petra e-
rat Christus, mel de petra suxerunt, quia eius-
dem redemptoris nostri facta et miracula vide-
runt. Oleum vero de firma petra suxerunt,
quia de effusione spiritus sancti post resurrec-
tionem eius ungi meruerunt. Quasi ergo infirma
petra mel dedit, quando adhuc mortalis dominus
miraculorum suorum dulcedine discipulis ostendit.
Sed firma petra oleum fudit, quia post
resurrectionem suam factus iam impassibilis,
per afflationem spiritus donum sancte unctionis emanavit.

Hinc alias per prophetam dicitur Computrescet iugum a facie olei. A facie quippe tenebamur demoniace dominationis, sed uncti sumus oleo spiritus sancti. Et quia nos gratia libertatis unxit, dominationis demoniace iugum [illegible] putruit Paulo attestante qui ait Ubi [illegible] spiritus domini ibi libertas. Sciendum vero est quod hii qui spiritum prius habuerunt ut et ipsi innocenter viverent et in predicatione quibusdam prodessent. Ideo hunc post resurrectionem domini patenter acceperunt ut prodesse non paucis sed pluribus [illegible] possent. Unde et in hac ipsa donatione spiritus dicitur Quorum remiseritis peccata remittuntur eis et quorum retinueritis retenta sunt. Libet intueri illi discipuli ad tanta onera humilitatis vocati quantum ad culmen glorie sint perducti. Ecce non solum de semetipsis securi fiunt, sed etiam aliene obligationis potestatem relaxationis accipiunt principatumque superni iudicii sortiuntur ut vice dei quibusdam peccata retineant, quibusdam relaxent. Et sic eos a deo decebat erigi qui tantum pro eo consenserunt humiliari. Ecce qui districtum dei iudicium metuunt animarum iudices fiunt et alios dampnant vel liberant qui semetipsos metuebant dampnari. Horum nunc profecto in ecclesia episcopi locum [illegible] tenent. Solvendi atque ligandi auctoritatem suscipiunt qui gradum regiminis sortiuntur. Grandis honor, sed grave pondus est istius honoris. Durum quippe est ut qui nescit tenere moderamina vite sue iudex vite fiet aliene. Et plerumque contingit ut hunc iudicii locum teneat cui ad locum vita minime concordat. Ac sepe agitur ut vel dampnet inmeritos vel alios ligatos absolvat. Sepe in ligandis aut solvendis subditis sue voluntatis motus, non autem causarum merita sequitur. Unde fit ut ipsa hac ligandi et solvendi potestate se privet qui hanc pro suis voluntatibus et non pro subditorum moribus exercet. Sepe fit ut erga quemlibet proximum

Nota

Nota

odio vel gratia moveatur pastor. Iudicare autem de subditis digne nequeunt qui in subditorum causis vel odia vel gratiam sequuntur. Unde recte per Ezechielem prophetam dicitur Mortificabant animas que non moriuntur et vivificabant animas que non vivunt. Non morientem quippe mortificat qui iustum dampnat. Et non victurum vivificare nititur qui reum a supplicio solvere conatur. Cause ergo prius pensande sunt et tunc ligandi atque solvendi potestas exercenda. Videndum est que culpa ante precessit aut que sit penitencia secuta post culpam, ut quos omnipotens deus per compunctionis gratiam visitat illos pastoris sententia absolvat. Tunc enim vera est absolucio presidentis cum eterni arbitrium sequitur iudicis. Quod bene quatriduani mortui resuscitatio significat, que videlicet demonstrat quia prius dominus mortuum vocavit et vivificavit dicens Lazare veni foras. Et postmodum is qui vivens egressus fuerat a discipulis est solutus sicut scriptum est. Cumque egressus esset qui fuerat ligatus institis tunc dixit discipulis Solvite eum et sinite abire. Ecce illum discipuli iam viventem solvunt quem magister resuscitaverat mortuum. Si enim discipuli Lazarum mortuum solverent fetorem magis ostenderent quam virtutem. Ex qua consideratione intuendum est quod nos illos debemus per pastoralem auctoritatem solvere quos auctorem nostrum cognoscimus per suscitantem gratiam vivificare. Que nimirum vivificatio ante operationem rectitudinis in ipsa iam cognoscitur confessione peccati. Unde et huic ipsi mortuo Lazaro nequaquam dicitur Revivisce, sed veni foras. Omnis quippe peccator dum culpam suam intra conscientiam abscondit, introrsus latet, in suis penetralibus occultatur. Sed mortuus venit foras cum peccator nequi-

cias suas sponte confitetur. Lazaro ergo dici-
tur Veni foras ac si aperte cuilibet mortuo in
culpa diceretur Cur reatum tuum intra
conscientiam abscondis foras iam per confessio-
nem egredere qui apud te interius per
negationem lates. Veniat itaque foras mor-
tuus id est culpam confiteatur peccator. Venien-
tem vero foras absolvant discipuli ut pa-
stores ecclesie ei penam debeant amovere
quam meruit qui non erubuit confiteri
quod fecit. Hec de solutionis ordine bre-
viter diximus ut sub magno moderamine
pastores ecclesie vel solvere studeant vel
ligare. Sed utrum iuste an iniuste ob-
liget pastor pastoris tamen sententia gregi ti-
menda est ne is qui subest et cum iniuste
forsitan ligatur ipsam obligationis sue
sententiam ex alia culpa mereatur. Pa-
stor ergo vel absolvere indiscrete time-
at vel ligare. Is autem qui sub manu
pastoris est ligari timeat vel iniuste
nec pastoris sui iudicium temere reprehendat
ne et si iniuste ligatus ex ipsa tumide re-
prehensionis superbia culpa que non erat
fiat. Sed quia hec breviter per excessum
diximus ad expositionis ordinem redeamus.
Thomas autem unus ex duodecim qui
dicitur Didimus non erat cum eis quando
venit Ihesus. Iste unus discipulus defuit
reversus quod gestum est audivit au-
dita credere renuit. Venit iterum dominus et non
credenti discipulo latus palpandum pre-
buit manus ostendit et ostensa suorum
cicatrice vulnerum infidelitatis illius vul-
nus sanavit. Quid fratres karissimi quid
inter hec animadvertitis. Numquid casu ge-
stum creditis ut electus ille discipulus tunc
deesset post autem veniens audiret au-
diens dubitaret dubitans palparet pal-
pans crederet non hoc casu sed divina
dispensatione gestum est. Egit namque

miro modo superna clementia ut discipulus du-
bitans dum in magistro suo vulnera palparet
carnis in nobis vulnera sanaret infidelitatis. Nota
Plus enim nobis Thome infidelitas ad fidem
quam fides discipulorum credentium profuit
quia dum ille ad fidem palpando redu-
citur nostra mens omni dubitatione post-
posita in fide solidatur. Sic quippe disci-
pulum dominus post resurrectionem suam du-
bitare permisit nec tamen in dubitatione
deseruit. Et sicut ante nativitatem suam
habere Mariam sponsam voluit que tamen
ad eius nuptias non pervenit ita factus
est discipulus dubitans et palpans
testis vere resurrectionis sicut sponsus
matris fuerat custos integerrime virgini-
tatis. Palpavit autem et exclamavit Do-
minus meus et Deus meus. Dicit ei Ihesus Quia vi-
disti me et credidisti. Cum Paulus dicat
Est autem fides sperandarum substantia rerum
argumentum non apparentium profecto liquet
quia fides illarum rerum argumentum
est que possunt apparere non possunt. Que
etenim apparent iam fidem non habent
sed agnitionem. Dum ergo vidit Thomas dum
palpavit cur ei dicitur Quia vidisti me
et credidisti. Sed aliud vidit aliud cre-
didit. A mortali quippe homine ~~divinitas~~ divinitas
videri non potuit. Hominem igitur vidit
et Deum confessus est dicens Dominus meus
et Deus meus. Videndo ergo credidit qui
considerando verum hominem hunc Deum
quem videre non poterat exclamavit. Letificat
valde quod sequitur Beati qui non
viderunt et crediderunt. In qua nimirum
sententia nos specialiter signati sumus qui eum
quem carne non vidimus mente retine-
mus. Nos signati sumus sed si fidem no-
stram operibus sequimur. Ille etenim vere Nota bene

paulus iacobus

credit qui exercet operando quod credit. Ergo contra de hiis qui fidem nomine tenus retinent dicit paulus: confitentur se nosse deum factis autem negant. Hinc iacobus etiam ait: fides sine operibus mortua est. Hinc ad beatum

iob

iob de antiquo hoste generis humani dominus dicit: Absorbebit fluvium et non mirabitur, et habet fiduciam quod influat iordanis in os eius. Quid est enim per fluvium designatus nisi humani generis fluxus? Quod ab ortu genus abortu defluit et quasi aque more usque ad finem ad competentem terminum mortalis liquore percurrit. Quid per iordanem nisi baptisatorum forma designatur? Quia enim in iordane fluvio ipse auctor redemptionis nostre baptisari dignatus est, recte iordanis nomine eorum multitudo exprimitur qui inter sacramentum baptismatis continentur. Antiquus ergo hostis generis humani fluvium absorbuit, quia a mundi origine usque ad redemptoris adventum, exceptis paucis electis evadentibus, in ventrem sue malicie genus humanum traxit. De quo recte dicitur: Absorbebit fluvium et non mirabitur, quia pro magno non habet cum infideles rapit. Sed grave est valde quod subditur: Et habet fiduciam quod influat iordanis in os eius, quia postquam infideles a primo mundi origine rapuit, restat ut posse suscipere etiam fideles presumit. Nam ore pestifere persuasionis eos cottidie devorat, in quibus a confessione fidei reproba vita discordat. Hoc ergo fratres karissimi tota intentione pertimescite, hoc apud vos sollicita mente cogitate. Ecce paschalia sollempnia agimus, sed ita nobis est vivendum ut pervenire ad eterna festa mereamur. Transeunt cuncta que temporaliter festive celebrantur. Curate qui hiis festivitatibus interestis ne ab eterna sollempnitate repellamini. Quid prodest interesse festis hominum si deesse contingat festis angelorum? Umbra venture sollempnitatis est sollempnitas presens. Ideo hanc annue agimus ut ad illam que non est annua sed continua perducamur. Cum hec statuto tempore geritur, ad illius desiderium memoria refricatur. Mens frequentatione ergo gaudii temporalis ad eterna gaudia mens incalescat et fervescat ut in civitate leticie perfruatur in patria, quod de umbra gaudii meditatur in via. Vitam igitur vestram fratres moresque componite. Qui in iudicio surrexit a morte, quam districtus in iudicio veniet in iudicio premeditate. Certe in die tremendi examinis sui, cum angelis et archangelis cum thronis et dominationibus, cum principatibus cum potestatibus, apparebit, cum celis ac terris ardentibus, cunctis elementis in suum obsequium terrore commotis. Hunc ergo tanti pavoris iudicem ante oculos ponite. Hunc venturum timete, ut hunc cum venerit non timentes sed securi videatis. Timendus ergo est ne timeatur. Terror eius nos ad usum bone conversationis exerceat, metus illius vitam nostram a pravitate compescat. Michi fratres credite quia tanto tunc erimus securi de eius presentia quanto nunc ei fuerimus suspecti de culpa. Certe si aliquis vestrum de suo cum suo adversario dicturus in meo iudicio die crastina esset exhibendus, totam fortasse noctem insompnem duceret. Quid sibi dici posset, quid obiectionibus responderet, secum sollicita et estuanti mente versaret, ne me inveniret asperum vehementer metueret, ne apud me appareret noxius vehementer formidaret. Et quis ego autem? Quid ego? Nimirum homo non longe post futurus post hominem vermis, atque post vermem pulvis. Si ergo tanta cura pertimescitur iudicium pulveris, qua intentione cogitandum est quod formida-

qua formidine pendendum tante iudicium manifestat. Sed quia sunt nonnulli qui de resurrectione carnis incerti sunt, et rectius docemus si eorum cordium nostrorum questionibus occultis occurrimus, pauca nobis de ipsa resurrectionis fide loquenda sunt. Multi etenim sicut et nos aliquando fuimus, dum carnem in putredinem, ossaque in pulverem redigi prospiciunt, reparari ex pulvere carnem diffidunt; quando homo ex pulvere et ossa diffidunt, sicque apud se ratiocinantes dicunt: quando homo ex pulvere reducatur, quando agitur ut cinis animetur? Quibus breviter respondemus, quia longe minus est Deo reparare quod fuit, quam creasse quod non fuit. Aut quid mirum si hominem ex pulvere reficit, qui simul omnia ex nichilo creavit? Mirabilius namque est celum ac terram ex nullis existentibus condidisse, quam ipsum hominem de terra reparare. Sed cinis attenditur, et in carnem redire posse desperatur, et divine operationis virtus comprehendi quasi per rationem queritur. Qui scilicet hec in suis cogitationibus dicunt, quia eis cottidiana miracula Dei ex assiduitate viluerunt. Nam ecce in uno grano parvissimi seminis latet tota que nascitura est arboris moles. Constituamus namque ante oculos cuiuslibet arboris miram magnitudinem, cogitemus unde conscendendo cepit que ad talem molem excrescendo pervenit. Invenimus procul dubio eius originem parvissimum semen. Consideremus nunc ubi in illo parvo grano seminis latet fortitudo ligni, asperitas corticis, saporis odorisque magnitudo, ubertas fructuum, viriditas foliorum. Contrectatum namque semen granum non est validum: unde ergo processit ligni duricia? Non est asperum: unde asperitas corticis erumpit? Non est saporosum: unde sapor in fructibus? Odoratum in se non olet: unde odor in fructibus fragrat? Nichil in se viride ostendit: unde foliorum viriditas exiit? Cuncta ergo in semine latent simul, que tamen non simul ex semine prodeunt. Ex semine quidem producitur radix, ex radice quippe prodit virgultum, ex virgulto oritur fructus, in fructu producitur etiam semen. Addamus ergo quia et semen latet in semine. Quid igitur mirum si ossa, nervos, carnem capillosque reducat ex pulvere, qui lignum, fructus, folia in magnam molem arboris ex parvo semine cottidie restaurat? Cum ergo dubitans animus de resurrectionis potentia rationem querit, earum rerum ei questiones inferende sunt que et incessanter fiunt, et tamen ratione nequaquam comprehendi ~~non~~ possunt, ut dum non valet compensatione rei penetrare quod conspicit, de promissione divine potentie credat quod audit. Illa ergo nobis semper fratres karissimi promissa cogitate que permanent; que vero cum tempore transeunt, velut iam dimissa despicite. Ad huius resurrectionis gloriam quam in se veritas ostendit tota intentione festinate; terrena desideria que ab auctore separant fugite, quia tanto altius ad conspectum Dei omnipotentis pertingitis, quanto mediatorem Dei et hominum singulariter amatis, qui vivit et regnat.

Dominica ij post pascha. Johannis x.

In illo tempore dixit Ihesus discipulis suis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis. Et reliqua. Omelia S. Gregorii.

Audistis fratres karissimi ex lectione evangelica eruditionem vestram; audistis ex lectione evangelica periculum nostrum. Ecce enim is qui non ex accidenti dono, sed essentialiter bonus est, dicit: Ego sum pastor bonus. Atque eiusdem bonitatis formam quam nos imitemur adiungit dicens: Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis. Fecit quod monuit, ostendit quod iussit. Bonus pastor animam suam pro ovibus suis posuit, ut in sacramento nostro corpus suum et sanguinem verteret, et oves quas redemerat carnis sue alimento satiaret. Ostensa

nobis esset de contempta mortis via qua sequeremur
apposita forma cui imprimeremur. Primum nobis
est exteriora nostra misericorditer ovibus eius
impendere, postremum vero si necesse sit etiam
mortem nostram pro eisdem ovibus ministrare.
A primo autem hoc minimo pervenitur ad postremum
maius. Sed cum incomparabiliter longe
sit melior anima qua vivimus quam terrena substantia
quam exterius possidemus, qui non
dat pro ovibus substantiam suam, quando
pro his daturus est animam suam. Et
sunt nonnulli qui dum plus terrenam substantiam
quam oves diligunt, merito nomen
pastoris perdunt. De quibus protinus subditur:
Mercenarius autem et qui non est pastor,
cuius non sunt oves proprie, videt lupum
venientem, dimittit oves et fugit. Non pastor
sed mercenarius vocatur qui non pro amore
intimo oves dominicas sed ad temporales mercedes
pascit. Mercenarius quippe est qui locum
quidem pastoris tenet, sed lucra animarum
non querit, terrenis commodis inhiat, honore
prelationis gaudet, temporalibus lucris pascitur,
impensa sibi ab hominibus reverentia letatur. Iste sunt etenim mercedes mercenarii,
ut pro eo quod in regimine laborat
hic quod querit inveniat, et ab hereditate gregis
in posterum alienus existat. Utrum vero
pastor in posterum an mercenarius sit
cognosci veraciter non potest si occasio
necessitatis deest. Tranquillitatis enim tempore
plerumque ad gregis custodiam sicut verus
pastor sic etiam mercenarius stat. Sed
lupus indicat veniens quo quisque animo
super gregis custodiam stabat. Lupus enim
super oves venit, cum quilibet iniustus
et raptor fideles quosque et humiles opprimit.
Sed is qui pastor esse videbatur
et non erat, relinquit oves et fugit, quia
dum sibi ab eo periculum metuit, resistere eius
iniustitie non presumit. Fugit autem non
mutando locum sed subtrahendo solatium.
Fugit qui iniustitiam vidit et tacuit.

Fugit quia se sub silentio abscondit. Quibus
bene per prophetam dicitur: Non ascendistis ex adverso
neque opposuistis murum pro
domo Israel ut staretis in prelio in die Domini.
Ex adverso quippe ascendere est quibuslibet potestatibus
prave agentibus voce libera rationis
contraire, et in die Domini pro domo Israel
in prelio stamus ac murum opponimus
si fideles innocentes contra pervisorum
iniustitiam ex iustitie auctoritate vindicamus.
Quod quia mercenarius non
facit, sed cum venientem lupum viderit
fugit. Sed est et alius lupus qui
sine cessatione cottidie non corpora sed mentes
dilaniat, malignus videlicet spiritus qui caulas
fidelium insidians circuit et mortes animarum
querit. De quo lupo mox subditur:
Et lupus rapit et dispergit oves. Lupus
venit et mercenarius oves fugit, quia
malignus spiritus mentes fidelium in temptatione
dilaniat, et is qui locum pastoris
tenet curam sollicitudinis non habet.
Anime pereunt et ipse de terrenis commodis letatur.
Lupus rapit et dispergit oves, cum
alium ad luxuriam pertrahit, alium in
avaritiam accendit, alium in superbiam
erigit, alium per iracundiam dividit, hunc
invidia stimulat, hunc fallacia supplantat.
Sic ergo gregem lupus dissipat,
cum fidelium populum dyabolus per temptationem
necat. Sed contra hec mercenarius
nullo zelo accenditur, nullo fervore
dilectionis excitatur, quia dum sola
exteriora commoda requirit, interiora
gregis dampna negligenter patitur.
Unde et mox adiungitur: Mercenarius
autem fugit quia mercenarius est
et non pertinet ad eum de ovibus. Sola
igitur causa est ut mercenarius fugiat
quia mercenarius est. Ac si aperte diceret:
stare in periculo ovium non potest qui
in eo quod ovibus preest non oves
diligit, sed lucrum terrenum querit.

Sive eum honorem amplectitur, dum temporalibus
commodis letatur, opponere se contra periculum
trepidat, ne hoc quod diligit amittat. Sed
quia redemptor noster culpas ficti pastoris in-
notuit, iterum formam cui debeamus impri-
mi ostendit dicens: Ego sum pastor bonus,
atque adiungit: et ego cognosco oves meas, hoc est
diligo, et cognoscunt me mee. Ac si paten-
ter dicat: Diligentes obsequuntur. Qui enim verita-
tem non diligit adhuc minime cognovit.
Quia ergo audistis fratres karissimi periculum nostrum,
pensate in verbis dominicis etiam periculum vestrum.
Videte si oves eius estis, videte si eum co-
gnoscitis, videte si lumen veritatis sitis. Sitis autem
dico non per fidem sed per amorem. Sitis autem
dico non credulitate sed operatione. Nam
idem ipse qui hoc loquitur Iohannes evangelista
attestatur dicens: Qui dicit se nosse Deum
et mandata eius non custodit mendax est.
Unde et hoc in loco dominus protinus subdidit: Sicut
novit me pater et ego cognosco patrem, et
animam meam pono pro ovibus meis. Ac si a-
perte dicat: in hoc constat quia cognosco patrem
et cognoscor a patre, quia animam meam pono
pro ovibus meis, id est ea caritate qua pro ovibus
morior quantum patrem diligam [illegible]
quantum tu dilig[illegible] ostendo. Quia vero non
solum iudeam sed etiam gentilitatem redimere
veniebat, adiungit: Et alias oves habeo que non
sunt ex hoc ovili, et illas oportet me addu-
cere adducam, et vocem meam audient, et
fiet unum ovile et unus pastor. Redemptionem
nostram qui ex gentili populo venimus dominus as-
pexerat, cum se adducere et alias oves di-
cebat. Hoc cotidie fieri fratres aspicitis, hoc
reconciliatis gentibus factum hodie videtis,
quasi ex duobus gregibus unum ovile efficit,
quia iudaicum et gentilem populum in sua
fide coniungit, Paulo attestante qui ait:
Ipse est pax nostra qui fecit utraque unum.
Dum enim ad eternam vitam ex utraque na-

tione simplices eligit, ad ovile proprium oves
deducit. De quibus profecto ovibus rursum ait:
Oves mee vocem meam audiunt, et ego
cognosco eas, et sequuntur me, et ego vitam
eternam do eis. De quibus et paulo superius
dicit: Per me si quis introierit salvabitur,
et ingredietur et egredietur et pascua inveniet.
Ingreditur quippe ad fidem, egreditur
vero a fide ad speciem, a credulitate ad conte-
plationem, pascua autem inveniet in eterna re-
fectione. Oves ergo eius pascua inveni-
unt, quia quisquis illum corde simplici se-
quitur, eterne vite viriditatis pabulo nutritur.
Que autem istarum ovium sunt pascua nisi
interna gaudia semper virentis paradisi?
Pascua namque electorum sunt vultus presens
Dei, qui dum sine defectu conspicitur, sine
fine mens vite cibo satiatur. In istis pascuis
ab eternitatis satietate letati sunt, qui-
iam laqueos voluptuose temporalitatis eva-
serunt. Ibi impudica chori angelorum, ibi so- ymnidici
cietas supernorum civium, ibi dulcis sollempni-
tas a peregrinationis huius tristi labore
redeuntium. Ibi providi prophetarum chori, ibi
iudex apostolorum numerus, ibi innumerabilium mar-
tyrum victor exercitus, tanto illic letior quan-
to hic durius afflictus. Ibi confessorum
constantia premium sui vigoris consolata.
Ibi fideles viri quos a virilitatis sue robore
voluptas seculi emollire non potuit. Ibi sancte
mulieres que cum seculo et sexum vicerunt.
Ibi pueri qui hic annos suos moribus transcen-
derunt. Ibi senes quos hic et etas debiles
reddidit, et virtus operis non reliquit. Que-
ramus ergo fratres karissimi hec pascua in quibus
cum tantorum civium sollempnitate gaudeamus.
Ipsa nos letantium sollempnitas invitet.
Certe si alicubi populus nundinas celebrat, si ad ali-
cuius ecclesie dedicationem denuntiata sollempnitate
concurrunt, festinamus simul omnes inveniri,
ibi interesse unusquisque satagit, ac grandi
se dampno afflictum credit si sollempnitatem

cominus letitie non videret. Ecce in celestibus
electorum civium leticia agitur. Vitissimi
desse omnes in suo tormentum congratulantur. Et tamen
nos ab amore eternitatis tepidi nullo desiderio arde-
mus interesse tante sollempnitati non querimus
pro nam gaudijs et leti sumus. attendamus ergo
cum fides recalescat fides in nobis quod credit in
ardescant ad superna nostra desideria. et sic ama-
re iam ire est. ab intuitu sollempnitatis gaudio nulla
nos ad utilitas revocet. Quia et si quis ad lo-
cum propositum ire desiderat. eius desiderium
quelibet vie asperitas non immutet. Nulla ergo
nos prosperitas blandiens seducat. quia stultus
viator est qui in itinere amena prata conspici-
ens. obliviscitur quo tendebat. toto ergo de-
siderio ad supernam patriam animus anhelet.
nichil in hoc mundo appetat quod constat quod citius
relinquitur. ut si celestis pastoris ovile sumus oves
simus quia in die delectatione non fruimur et
in pascuis impinguemur satiemur.

Dnica iij / S in Joh. xvi°

Dnica iij p pas

In illo tempore d. i. d. s. Modicum et iam non vide-
bitis me et iterum modicum et videbitis me
quia vado ad patrem etc. Omelia bede presbyteri

bede ps

Beata domini et salvatoris nostri promissa.
fratres mei. leto cordis auditu percipere debemus
sedulaque intentione perscrutari. quatenus ad hoc
contingere mereamur. Quod est enim quod merito
letius audiatur. quam pervenire posse ad gau-
dium. quod nunquam possit auferri. Notandum
autem quod tota lectionis huius series ad illos
convenit. qui eam primos audierunt. ad nos partim
autem illius etiam nobis. qui post passionem et
resurrectionem dominicam ad fidem venimus aptissime
congruit. Quod ergo ait Modicum et iam non
videbitis me et iterum modicum et videbitis me
quia vado ad patrem. ad illos specialiter pertinet qui
eius discipulatum predicantis in carne adhere-
re et post tristiciam passionis visa resurrectione
et ascensione eius letificari meruerunt. Illa
quia hec illa qua tradebatur nocte locutus
est. modicum erat idem eiusdem noctis et diei
sequentis temporis usque ad horam illam qua illum
non viderent. Tentus enim nocte illa a iu-
deis. et in crastinum crucifixus. cum sero
factum esset. depositus de cruce et clausa
septa sepulcri ab humanis seclusus obtu-
tibus. Et iterum modicum erat usque dum
illum viderent. Resurrexit enim a morte ter-
cia die. et apparuit eis in multis argumentis
per dies quadraginta. Quare autem modicum tantum
esset ut non viderent eum. et iterum modicum
ut viderent eum. Et adiecit tamquam diceret
quia vado ad patrem ac si aperte diceret
ideo modicum tantum aspectibus vestris monumenti
claustris abscondar. et iterum post mo-
dicum destructo mortis imperio vobis in-
tuendus appareo. quia tempus est ut comple-
ta dispensatione assumpte mortalitatis.
cum resurrectionis triumpho iam rever-
tar ad patrem. Potest et aliter intelligi
quod ait Modicum et iam non videbitis me et
iterum modicum et videbitis me. Modicum
quippe tempus erat futurum. quo eum
non viderent. scilicet illud quo erat quietu-
rus in monumento. Et iterum modicum erat
futurum. quo viderent eum illi. scilicet dies qua-
draginta in quibus eis post passionem suam
sepius usque ad tempus ascensionis appa-
ruit. Quod autem dixit quia vado ad
patrem quia iuxta hunc sensum ad
illud specialiter respicit quod premisit et iterum
modicum et videbitis me. ac si aperte dicat
propterea me resuscitatum a mortuis mo-
dico tempore videbitis. quia non semper in terra
mansurus corporaliter sed per humanitatem quam
assumpsi iam sum ascensurus in celum.
Hec quidem verba domini ut prediximus illis
specialiter qui eius resurrectionem videre me-
ruerunt conveniunt. Quod vero aliis
sequentibus exponendo subiungit. Amen
amen dico vobis quia plorabitis et flebi-
tis vos. mundus autem gaudebit. vos autem
contristabimini sed tristicia vestra vertetur
in gaudium et reliquum. et totius ecce

senem congruit. Plorant quippe et flebant
amatores xpi, cum illum comprehendi ab hosti-
bus, ligari, ad concilium duci, dampnari,
flagellari, derisum haberi, ad ultimum cruci-
figi, lanceari et sepeliri viderent. Gaudebat
mundi amatores, quos ab infimis cogita-
cionibus mundi vocat dominus, cum morte tur-
pissima condempnaverunt illum, gravis e-
rat eis etiam ad videndum, contristabantur
discipuli posito in morte domino, sed agnita eius
resurreccione, tristicia illorum versa est in
gaudium, visa ascensionis potencia, iam
maiore gaudio sublevati laudabant et
benedicebant dominum. Et lucas eorum testatur
vos et (?) fidelibus hic dum sermo convenit,
qui per lacrimas pressurasque presentes ad gau-
dia eterna pervenire contendunt, qui merito
mundi plorant, flent et tristes sunt, quia
nec dum valent videre quem diligunt, quod quam-
diu sunt in corpore peregrinari se a sua patria
et regno cognoscunt, quia per labores et cer-
tamina ad coronam sibi perveniendam esse non
dubitant, quorum tristicia vertetur in gaudi-
um, cum finito agone vite huius bravium
vite pro premiis accipiunt, de quo dicitur in psalmo:
Qui seminant in lacrimis in gaudio me-
tent. Flentibus autem contristatis fidelibus mundus
gaudet, quia inter impiis qualecumque gau-
dium habent, qui alterius vite vel nulla esse
gaudia sperant, vel se ad hec pertingere
posse desperant. Quod tamen specialiter de perse-
cutoribus fidei christiane potest intelligi, qui cruciatis
occisisque martiribus ad tempus se prevaluisse
se gaudebant, sed non post multum illis
mortalibus (?) consummatis (?) penas perfidie sue
simul et homicidii subibant eternas ... Ver-
bis divina inspiracione recte dicit pro-
phetam: Ecce servi mei letabuntur, vos
autem confundemini; ecce servi mei exulta-
bunt in leticia, vos autem clamabitis

pre dolore cordis vestri, et pre contricione spiritus ululabitis.
Sequitur: Mulier cum parit tristiciam habet
quia venit hora eius. Mulierem dicit sanctam
ecclesiam, videlicet propter fecunditatem bonorum operum
et quia spirituales deo filios gignere nunquam
desinit, de qua et alibi dicit: Simile est regnum
celorum fermento, quod acceptum mulier abscon-
dit in farine sata tria donec fermentaretur
totum. Mulier quippe fermentum accepit, cum
ecclesia verbum superne dilectionis et fidei domino largiente
consecuta est, abscondit hec in farine sata
tria donec fermentaretur totum, cum asye euro-
pe et affrice partibus verbum vite ministravit
donec omnes terre fines regni celestis amore
flagrarent. Ad hunc mulieris membra se parturire
signabit, qui recedentibus quibusdam a constitutione
fidei tristis aiebat: Filioli mei quos iterum
parturio donec formetur xpus in nobis. Ad hoc
se membra parturire testantur, qui celestibus
desideriis accensi in conditore suum laude proclamat:
A timore tuo domine concepimus et parturivimus
et peperimus spiritum. Hec mulier cum parit tri-
sticiam habet, cum autem peperit puerum iam non
meminit pressure propter gaudium quia natus
est homo in mundum, quia nimirum sancta
ecclesia, quamdiu in mundo spiritualium virtutum
profectibus insistit, ac cum de medio laborum certa-
mine ad palmam pervenit iam non meminit
pressure precedentis propter gaudium percepte
retribucionis. Non sunt enim condigne passio-
nes huius temporis ad superventuram gloriam
que revelabitur in nobis. Non meminit inquit
pressure propter gaudium quia natus est homo
in mundum, sicut enim mulier nato in hunc
mundum homine letatur. Ita ecclesia nato in vita
futuram fidelium populo digna exultacione
repletur, pro cuius nativitate multum
laborans et gemens in presenti quasi parturiens
dolet. Nec novum debet tamen videri si natus
dicatur qui ex hac vita migravit. Eo modo
... consuete nasci dicitur cum quis de utero matris

procedens in hac lucem egreditur / ita etiam rectis=
sime potest natus appellari qui solutus auctis
carnis ad lucem sublimatur etiam unde nos
obtinuit ecclesiastica ut dies beatorum martyrum sive con=
fessorum christi quibus de seculo transierunt natale
eorum communiter plerumque non funebria sive funebria
sed natalicia dicantur Sequitur dominus exponens
ipse paradigma quod dominice proposuit / Et vos
igitur nunc quibus tristiciam habetis iterum autem
videbo vos et gaudebit cor vestrum et gaudium vestrum
nemo tollet a vobis Quod verbis quidem disci=
pulis facile intelligitur quia tristiciam ita ha=
buerunt passo et sepulto domino Sed peracta re=
surrectionis gloria gavisi sunt viso domino / et gau=
dium ipsorum nemo tollet ab eis quia et si
postmodum persecutiones pro christi nomine ac tor=
menta passi sunt / spe tamen resurrectionis
et visionis illius atque libenter adversa queque
ferebant / omne enim gaudium existimabant
cum in temptationes varias inciderent denique
cesi a principibus ut scriptum est / ibant gauden=
tes a conspectu concilii quoniam digni habiti sunt
pro nomine ihesu contumeliam pati Gaudium
eorum nemo tollet ab eis / quia talia patien=
do pro christo meruerunt regnare sine fine cum
christo Sed et omnis ecclesia per hanc vite labo=
res et angustias ad eterna celestium tendit
premia gaudiorum attestante apostolo quia per mul=
tas tribulationes oportet nos intrare in reg=
num dei Quod autem ait Iterum videbo
vos et gaudebit cor vestrum videbo vos denuo
recipiam vos ab adversariis coronabo vos
vos victores nunc vos dimicantes semper vidis=
se probatur Quando enim non videt suos
maxime pressuris cernentes cum ab=
sconsum omnibus diebus seculi maneo promisit
Sed morientibus inter tormenta fidelibus
arbitrabantur eos tortores domino carere
presidio dicentes Ubi est deus eorum Unde et
propheta tempus et criminis dicebat Videt deus
afflictionem meam cum exercitus et inimicus
premens Quod apte dicto Quomodo inimicus
insurgens eciam superbe contra suos hu=
miles attollit / tuo nos auxilio conditor omnipotens
sublevas / devicit ac repulsit hostibus / modo
semper agones inditiose / tibi hos placuisse
comprobas / videt itaque electos post tristiciam
domini tamen eorum pacienciam dampnatoris
impugnatorem remunerat / potest etiam
et aliter intelligi quod ait Iterum autem videbo
vos quasi dicat Iterum videndum vos appa=
reo / quemadmodum dixi abrahe nunc cog=
novi quod timeas deum / pro eo ut diceret Nunc
cognoscere homines feci ut deum timeas
qui hucusque nesciebant quod ergo nunc
spiritum cum habui Si ergo karissimi salubri
tristicia nunc afficimur / si inxta hor=
tamenta apostoli spe gaudentes in tribulacione
existimus pacientes / si nostra errata
si miserias proximorum debita lamentacione
deflemus videt nos iterum dominus id est idem
videndum se nobis ostendet in futuro
qui condam nos videre fidei sue nobis
agnicionem largiendo dignatus est / vide=
bit ut coronet qui condam videt et vi=
bocaret videbit / et gaudebit cor vestrum
et gaudium vestrum nemo tollet a vobis quia
est hec vera et unica merces eorum qui
secundum deum constanter de perpetua eius visione
gaudere quam perfecto merecedem promisit
ipse sublimiter cum ait Beati mundo
corde quoniam ipsi deum videbunt Quam desi=
derabat ardenter propheta cum diceret Siti=
vit anima mea ad deum fontem vivum
quando veniam et apparebo ante faciem
domini Quam se apostolus cum suis accepta=
rum esse gubernatur seu gratulatur / qui
terminum suorum consorcio confidentes perstan=
tur dicens Videmus nunc per speculum in enig=
mate tunc autem facie ad faciem Quam nos
quoque fideliter querere et veraciter apprehendere /

Veniet ipse famulorum auxiliator / et remunerator
omnium dominus noster Jesus Christus dominus noster qui vi-
vit et regnat in unitate. Dominica iiij post pascha Johannis xvi°
In illo tempore dixit Jhesus discipulis suis Va-
do ad eum qui me misit et nemo ex vo-
bis interrogat me quo vadis sed quia
hec locutus sum vobis tristicia imple-
bit cor vestrum. Omelia Bede presbiteri

Sicut ex lectione evangelica fratres
karissimi audivimus dominus et redemptor
noster et imminenti sue passionis articulo
discipulis et gloriam ascensionis qua ipse
post mortem et resurrectionem erat glori-
ficandus et adventum spiritus sanc-
ti quo illi erant illustrandi patefecit
quatenus instante hora passionis eo mi-
nus perculsi morte dolerent quem post
post mortem ad celos sublevandum
non dubitarent / minus de sua desolatione
trepidarent quos absente licet domino
spiritus sancti gratia consolandos
esse sperarent. Vado inquit ad eum
qui me misit et nemo ex vobis interro-
gat me quo vadis ac si aperte dicat
Revertor ascendendo ad eum qui me
incarnari constituit et tanta tamen
manifesta erit eiusdem ascensionis
claritas ut nemini vestrum opus sit inter-
rogare quo vadam videntibus cunctis
quod ad celos pergam. Unde cum ante
ascensionem suam dixisset Vado ad
eum qui me misit et addidit Et nemo
ex vobis interrogat me quo vadis. Cum
prius namque cum de sua passione pro-
testaretur dicens quo ego vado vos
non potestis venire / interrogavit eum Pe-
trus dicens Domine quo vadis / responsum
que est ei quo ego vado non potes me modo
sequi / sequeris autem postea / quia mi-
nimum passionis mortisque eius misterium

nec dum intellige(bant) / nec dum poterat imitari
maiestatem vero ascensionis statim ut vi-
derunt cognoverunt totisque animi votis ut
sequi mererentur optabat. Sed quia hec locutus
sum vobis tristicia implebit cor vestrum. Sci-
ebat dominus ipse quid hec sua verba in discipulo-
rum cordibus agerent / quia videlicet tristicia
magis de absentia quo eos desereret / quam
de ascensu quo patrem potentie leticiam petet
generarent. Unde benigne consolando
subiungit Sed ego veritatem dico vobis
Expedit vobis ut ego vadam / expedit
ut forma servi vestre subtrahatur conspectibus /
quatenus amor divinitatis arcius infigatur
mentibus / expedit ut notam vobis formam
celo inferam / quatenus maiore post hoc desiderio
illuc suspiretis / sicque suspensis ad superna
cordibus vestris ad accipienda iam spiritus sancti
dona capaces fiatis. Si enim non abiero
paraclitus non veniet ad vos / non quia
non poterat ipse in terra positus dare
spiritum discipulis hec loquitur cum aperte
legatur quia post resurrectionem apparens
eis insufflavit et dixit eis Accipite spiritum
sanctum / sed quia in terra posito et corpora-
liter conversante cum eis non valebant illi
erigere mentem ad suscipienda munera gratie
celestis / ascendente autem ipso ad celos et
illi pariter omne desiderium suum illo
transferebant / iuxta hoc quod alibi audierant
Ubi est thesaurus tuus ibi est et cor
tuum / redditique capaces spiritus iam sancti
erunt non ultra de morte eius contrista-
ti / sed de promissionis eius munere letati
attestante qui ait Et factum est cum bene-
diceret illis recessit ab eis et ferebatur in ce-
lum / et ipsi adorantes regressi sunt in Jherusa-
lem cum gaudio magno / et erant semper in tem-
plo laudantes et benedicentes dominum

patet ergo ut laboriosa expositione indiget cur
eundem spiritum paraclitum id est consolatorem
cognominet. quia nimirum corda discipulorum
que recessus ipsius gesta reliquisset. huius con
solaretur et iterum adventus sui et singulorum
quorumque fidelium vel de propria peregrinatione me
rentibus vel communi seculi huius afflictione la
borantibus. dum spem venie et vite celestis
inspirat. profecto ab angore tristicie mentem
illustrando sublevat. Quia vero idem spiritus
menti quam replet non solum dum divine
caritatis infundit interius. verum etiam
carnali appetitu timore depulso aditum
pandam veritatem malorum foris fiducia
prestat. recte subditur. Et cum venerit
ille arguet mundum de peccato et de iusticia et
de iudicio. Claret namque quod ipse filius dei
dominus noster ihesus xpistus cum esset in mundo
arguebat mundum id est sectatores mundi de
peccato sive incredulitatis. arguebat de iusticia
quia secundum iusticiam fidelium nollet imitari.
arguebat de iudicio secundum quare diaboli qui
iam iudicatus ac condempnatus erat seq
uerentur. sed non sine causa spiritum cum ve
nerit hoc idem dixit acturum quia profecto
per huius inspiracionem corroborandus erat
animus discipulorum ne mundum quem tunc
se ferre arguere timebant. Expones
ergo singula sicut dominus adiunxit. De peccato
quidem quia non credunt in me. peccatum in
credulitatis quasi speciale posuit quia sicut
fides origo est virtutum ita fundamentum
est viciorum in incredulitate persistere domino
terribiliter attestante qui dicit. Qui vero non
credit iam iudicatus est quia non credit in
nomine unigeniti filii dei. ac contra iustus
ex fide vivit. De iusticia vero quia ad patrem
vado et iam non videbitis me. iusticia di
scipulorum xpisti erat quod dominum verum
hominem

credebant verum quoque dei filium esse cre
diderunt. et quem corporaliter ablatum no
verant ita semper amore recolerent in
sicut ceterorum fidelium est eorum qui
dum incarnatum non viderunt. Hec est eq
dem quem corporali intuitu nunquam
viderunt deum et hominem verum corde
credunt ac diligunt. De qua profecto iusti
cia fidei arguuntur infideles. cur ipsi
videlicet cum sint verbum dei audire
noluerint credere iusticiam neque enim
iniquitatem malorum ac sua solum for
titudine verum etiam comparacione
rectorum quam sit dampnanda monstra
tur. Hinc etiam scriptum est. probata autem vir
tus corripit insipientes. arguebat ergo
mundum spiritus sanctus de peccato suo. quia non
crediderint in ipso. arguit etiam de iusti
cia credentium quia exemplum eorum
sequi noluerint. qui hunc ad patrem
ascendisse nec ultra intuitus corporaliter
conspiciendum esse sciebant. nec tamen
ab eius dilectione poterant ulla ratione
separari. hoc est enim quod ait. Quia
vado ad patrem et iam non videbitis
me. non videbitis me postquam ascen
dero qualem nunc videre solet et car
ne mortali et corruptibili circumdatum.
sed in maiestate ad iudicium venientem.
et peracto iudicio in maiori gloria sanctis
apparentem. Sequitur. De iudicio autem
quia princeps huius mundi iudicatus
est. Principem mundi diabolum dicit.
principatur eis qui ordine perverso nunc
dum potius quam mundi conditorem
diligunt. Hic qui iudicatus est a domino.
qui ait Videbam sathanam sicut
fulgur cadentem de celo. iudicatus est

abeo et enim et ipse demonia eiecit et di-
scipulis dedit potestatem calcandi super om-
nem virtutem inimici. Arguitur itaque
mundus de iudicio quia iudicatus est dyabolus
quando homines dei voluntati resistere
presumunt exemplo dampnati sibi a-
trentur archangeli. Arguit mundum
spiritus sanctus de iudicio quia princeps iudica-
tus est. Cum loquens in spiritu sancto in dis-
cipulos [illegible] ad corrigendum hominum
pravorum nequiciam penam superbi-
am commemorat angelorum dicens an-
gelos qui non servaverunt suum princi-
patum sed reliquerunt suum domici-
lium in iudicium magni dei vinculis
eternis sub caligine reservavit. Capitulum
Adhuc debeo multa vobis dicere sed non
potestis portare modo. Cum autem ipse
scilicet venerit spiritus ille veritatis docebit
vos omnem veritatem. Certum est quod
quia veniente desuper spiritu apostoli ma-
iorem multo scientiam veritatis quam car-
nales eatenus potuere consecuti sunt
maiori desiderio eterni amoris succensi
sunt. Non tamen putandum est in hac
vita quempiam omnem veritatem posse
comprehendere, cum hec fidei mercedi
alia vita sit promissa. Ipsa veritate dicente
Hec est autem vita eterna ut cognoscant
te solum verum deum et quem misisti
Ihesum Christum. Et alibi ad iudeos Si ma-
seritis in verbo meo vere discipuli mei
eritis et cognoscetis veritatem. Unde et apo-
stolus qui ad tercium celum raptus
audivit archana que non licebant
homini loqui ex parte inquit cognoscimus
et ex parte prophetamus. Intelligendum nobis
est ergo quod ait docebit vos

omnem veritatem quasi diceret infundet in
vestris cordibus caritatem cuius magisterio
intus edocti presentis servitute in virtute
denique dignum efficiamini pervenire ad vitam
in qua nobis eterna claritas summe ve-
ritatis et vere sublimitatis id est contemplatio
vestri conditoris appareat. Non enim loquetur
a semetipso sed quecumque loquetur audiet
Non loquetur spiritus a semetipso id est sine pa-
tris et filii communione. Neque enim divisus neque
separatus est spiritus sed quecumque loquetur
audiet audiet scilicet per unitatem substantie et pro-
prietatem scientie. Non loquetur a semetipso
quia non est a semetipso. Pater enim ipse so-
lus de alio non est. Nam et filius de patre
natus est et spiritus sanctus de patre et filio
procedit. A quo ipso autem audiet spiritus sanctus a quo
procedit. Quia enim non est a se ipso sed
ab alio a quo procedit a quo illi est essentia
ab illo utique et scientia. Ab illo igitur audientia
quia nichil aliud est quam scientia eundo
ad impetum. Et que ventura sunt annunciabit
vobis. Constat in multos fidelium per donum
sancti spiritus pronostat predixisse futura
Sed quia sunt nonnulli qui spiritu gratie
pleni infirmos curant mortuos susci-
tant demonibus imperant miris virtutibus
coruscant ipsi angelicam meritis vitam
ducunt nec tamen que sibi sint ventura spiritus
eiusdem revelatione cognoscunt. Potest hic
dominicus sermo etiam sic accipi quod spiritus ad-
veniens que ventura sunt nobis annunciet
cum gaudia nobis patrie celestis ad me-
moriam reducit cum festa illa superne ci-
vitatis per donum dei sue aspirationis innote-
scit ventura nobis annunciat cum nos a
delectatione presentium abstrahens promissione
celestis regni desideriis inflamat. Ille me

clarificabit quia de meo accipiet et annunciabit
vobis Spiritus clarificabit christum quia per
eum tanta caritas in cordibus discipulorum
accensa est ut abiecto timore carnali effectum
resurrectionis eius constantes predicarent
a quo tempore passionis pavidi fugerunt.
Unde scriptum est Et repleti sunt omnes
spiritu sancto et loquebantur verbum dei
cum fiducia Spiritus clarificavit christum cum
impleti gratia spirituali doctores sancti tot
et tanta miracula in nomine christi fecerunt
quibus orbem totum ad fidem christi converterunt
tot acta tanta pro christi nomine passionum
certamina pertulerunt donec ipsa ecclesia superborum
colla persecutorum suavissimo christi iugo
subiciebat Spiritus clarificat christum cum
sua nos inspiratione ad diligendum eius
visionem accendit cum illum patri in divinitate
equalem esse credendum fidelium
cordibus intimat. Tercia de meo (inquit)
accipiet et annunciabit vobis de patre. Accipit
spiritus sanctus unde accipit filius quia
in hac trinitate de patre natus est filius
de patre procedit spiritus sanctus qui autem
de nullo procedit pater est solus omnia
quecumque habet pater mea sunt propterea
dixi quia de meo accipiet et annunciabit vobis.
De hiis dixit que ad ipsam patris divinitatem
pertinent in quibus illi est equalis
omnia que habet pater mea sunt habendo
neque enim spiritus sanctus de creatura que
patri est subiecta et filio aliquid accepturus
quod ait de meo accipiet sed utique de patre
de quo procedit spiritus de quo natus est filius
Sed quia donante domino lectione sancti evangelii
patrum vestigia sequentes exponendo
discurrimus restat ut eam fructuosam fieri
membris pietas admoneat ut eius memoria

sollicita semper suavitatem eius suavitatem
et devoto pectore sectemur et casto semper
ore teneamus Quid enim prodest ad audiendum
dei verbum convenire et completo
auditu ad inania mox et secularia colloquia
vel acta converti recolamus ergo inmotum
quod eadem admonet lectio quia dominus
completa passione rediit ad patrem a quo
missus est nec patrem cum ad nos veniret
nec nos deserens cum ... rediret Illuc eius vestigia toto mentis
visu sectemur et ut illo pervenire illius
regni ianuam intrare mereamur prependamus
magno opere quibus actionum
gressibus mitis deus incesserit Quoniam
enim dicit se in ipso manere debet sicut
ille ambulavit et ipse ambulare certe
ipse pagones passionum ad coronam
pervenit glorie Merito ergo intimat
et nobis quia per multas tribulationes oportet
nos intrare in regnum dei. Unde et apostolus
petrus obsessis fervore temptacionum quibusdam
fratres consolans ait Nolite
pavere quasi novi aliquid contingat
sed communicantes christi passionibus gaudete
ut in revelatione glorie eius gaudeatis
exultantes Revocemus ad mentem
quia graciam spiritus discipulis et se
missurum promisit et misit et tunc
omni vigilancia ne cogitacionibus illecebrosis
contristemus spiritum sanctum
dei in quo signati sumus in diem redemptionis
Sicut enim scriptum est spiritus
sanctus discipline effugiet fictum et
aufert se a cogitacionibus que sunt sine
intellectu Unde primo post eum huius spiritus
accipiendi desiderio flagraverit quod primus
cordis mundi hospicium in quo habet

recipere posset et sic demum tanti hospitis in
gressum expectabat. Cor mundum crea
in me deus et spiritum rectum innova in visceribus
meis quippe cor mundum ipse creavit
ac deinde spiritum rectum in suis visceribus
parabat innovari quia utique sciebat
spiritum rectum in corde polluto sedem habere
non posse retineamus sedulo corde quod
spiritus arguit mundum de peccato de iudicio
et de iusticia. Caveamus ne inter quem
deo ad mundum pertineamus quia mundus
transibit et concupiscentia eius que sursum
sunt sapiamus ubi christus est in dextera
dei sedens. Conversationem nostram cum
apostolo habeamus in celis et ne peccato incredu
litatis arguamur operemur operando quod
credimus fides enim sine operibus mortua
est ne comparatione illorum quos inve
tari volumus acrius iudicemur et solerti
animo memorem quod de contemptoribus
suae gentis dominus ait Regina austri sur
get in iudicio cum generatione ista et condempna
bit eam quia venit a finibus terre
audire sapientiam salomonis et ecce plus quam
salomon hic. Ne cum mundi principe dap
nemur resistamus illi fortes in fide et fugi
et a nobis loquamur veritatem in corde
nostro nec faciamus dolum in lingua nostra
quam spiritus veritatis magis magisque diffunde
re in cordibus nostris docebit nos agnitionem
omnis veritatis. Huius spiritus gratiam
in cunctis actionibus nostris bonum. Precemur
auxilium dicamus singuli domino dicatur
Spiritus tuus bonus deducet me in terra
rectam sicque fiet ut qui apostolis supervenientibus
ea que ventura erant annunciavit no
strisque mentibus venture vite gaudia ma
nifestat nos ad hec inquirenda benig
nus accendat cooperante ipso qui huic

et pollicitus suis fidelibus et dare consuevit ihesus
christus dominus noster qui vivit etc. Dominica v. post pasche Johannis 16º Aug. sup. Joh.
In illo tempore dixit ihesus discipulis suis. Amen amen dico vobis
si quid petieritis patrem meum in nomine
meo dabit vobis. Usque modo non petistis
quicquam in nomine meo etc. Omelia Bede. Bede
Potest movere infirmos auditores
quomodo in capite lectionis huius evangelii Au
perfecte discipulis salvator promisit. Si quid
in nomine meo petieritis patrem meum in no
mine meo dabit vobis cum non solum
nostri similes multa que patrem in christi
nomine videntur petere non accipimus
verum etiam ipse apostolus paulus tercio dominum
rogavit ut a se angelus sathane qui
eum colaphizabat abscederet nec impetrare poti
erat. Sed huius motio questionis anti Beo
quitus iam patrum explanatione sopita
ta est qui veraciter intellexerunt solum
in nomine salvatoris petere qui ea que
ad perpetuam salutem pertinent ideoque
apostolum non in nomine salvatoris petisse
ut temptatione careret quam obtinuisset
diam humilitatis accepit quia si hac
caruisset salvus esse non posset ipso
affirmante qui ait. Et ne magnitu
do revelationum extollat me datus est
michi stimulus carnis mee angelus
sathane ut me colaphizet. Et nos igitur
quando ergo petentes non exaudimur ideo
fit quia vel contra auxilium nostre
salutis petimus ac proinda cum inspector
de parte beneficii gratia nobis quod inepte
petimus negatur quod eidem apostolo pau
lo contigisse perhibemus cui ter petenti
responsum est sufficit tibi gratia mea
Nam virtus in infirmitate perficitur
vel utilia quidem vel que ad verum sa
lutem respiciant petimus sed ipsi male
vivendo auditum a nobis iusti iudicis

Du[illegible]

ciciunus intendentes in illud salomonis Qui
auertit aurem suam ne audiat legem oratio
eius erit in execrabilis vel dum pro peccanti
bus quibusque ut resipiscant orantes et salu
bria petimus atque pro nostro merito digni sumus
auditu ipsorum tamen pertinacia ne impetre
mus obsistit. Fit etiam aliquando ut saluta
ria prorsus et probus postulat et deuote que
ramus actionibus nec tamen statim que pe
timus obtinemus, sed in futurum petitionis
nostre differatur effectus sicut cum genibus
flexis cottidie oramus patrem dicentes Ad
ueniat regnum tuum idem aut regnum non
mox oratione finita sed tempore congruo
sumus accepturi. Quod pia promissione nostri
conditoris constat accipi debere desideria
nostre deuotione dilatione crescant et tem
po cottidiano magis magisque perfecti tanto
plenius capiant gaudia que requirunt.
Erit que notandum quia cum pro peccantibus
oramus et si eorum saluatorum imperetrare
nequimus nequaquam tamen fructu precis
nostre priuamur quia et si illi non sint digni
saluari nos tamen amore quem illis in
pendimus mercede donabimur sicque in
tali quoque petitione implebitur nobis
illa domini promissio qua ait Siquid pe
tieritis patrem in nomine meo dabit
vobis. Intuendum enim quia non ait sim
pliciter dabit. sed dabit inquit vobis quia et si
non eis pro quibus petimus dabit tamen
vobis cum pro aliorum erratibus intercedi
tur in uenimus premium nostre benignitatis
restituet. Sequitur. Usque modo non peti
stis quicquam in nomine meo. Non petierant
ceterum in nomine saluatoris quia dum
ipsum saluatorem visibili potentia te
neberent minus ad inuisibilia salutis
dona mentis intuitum erexerant Sed

et iam fragilitas patrem petens non in
nomine ihesu i. saluatoris petit dum tem
poralem sine petit salutem non ut apostolorum
simplicitas corporali visu sui saluatoris
aberetur salutis petitione retardata sed
obstaculo proprie cupiditatis aut in mi
nime voluntatis impedita Quod aut
principaliter petendum ac sine ulla dubie
tate eis qui fideliter inpetendo persistent
sit pariendum aperte dominus subdendo
manifestat dicens Petite et accipietis
ut gaudium vestrum plenum sit. Ordo autem
sensus est petite ut gaudium vestrum
plenum sit et accipietis. Plenum ergo gau
dium beatitudinem petere precipit appel
lat. Nam ut taceamus de gaudio reproborum
quo sibi luctum merentur. etiam habet
sancti in presenti gaudium de spe celestium
bonorum cum proximo tremens dolentur
aduersis. Habent gaudium cum amore
fraternitatis suadente dissiunt gaudere
cum gaudentibus et flere cum flentibus.
Sed non est plenum gaudium quod fletu
variante miscetur. Plenum quippe gau
dium fit ubi nemine flente cum solis
datur gaudere cum gaudentibus aut iterum
Petite et accipietis ut gaudium vestrum
plenum sit. Et si patent dicit nobis fu
tura secli gaudia que et merorum sint
ignota et ideo sunt fine obnoxia. Sed
illud in mota singulare gaudium aperte
petite cuius plenitudo nullo cuiuslibet
inquietudinis attactu minuitur. eternitas
nullo umquam termino dissoluitur Si
enim persistieritis in petendo procul dubio
que petitis accipietis. De eius plenitudi
ne gaudii petrus scribit dicens Cre
dentes autem exultabitis letitia in
enarrabili et glorificata reporta

nō

tes finem fidei vestre salutem animarum
orantium petere sunt huius gaudium
est non ubi tantum petere celestis amici-
ciam flagitare est et digna operatione pro-
eius percepcione certare neque enim quispiam
debitum assequitur bene orando superna
querere qui non desistit perverse vivendo
in finis inplicari Hec in proverbiis locutus
sum vobis venit hora cum iam non
in proverbiis loquar vobis sed palam de
patre annunciabo vobis Horam nimirum
horum signat qua eis sua post acta pas-
sione ac resurreccione spiritus sancti erat
gratiam daturus tunc etenim spiritu aliter
intus instructi spirituali dileccione succensi
quo perfeccius omnia que de agnicione
divinitatis mortalibus erant capienda
ceperunt eo ardencius sola que ad eius
visionem perveniendam iuvarent petere
ac desiderare curaverunt Hoc enim quod
subiungit possumus horam quam pol-
licetur in futura vita intelligere in qua
palam de patre annunciat id est palam pa-
trem ostendet electis quando sicut apo-
stolus ait videbimus eum facie ad faciem
de qua annunciacione dicit et Iohannes Karis-
simi filii dei sumus et non apparuit quod
erimus Scimus quia cum apparuerit simi-
les ei erimus videbimus eum enim sicuti
est Ubi variatur in nomine Ihesu petunt
electi dum propria fragilitate incedunt
quatenus ad sue salvacionis portam pertin-
gamus aqua ad hunc inter insidias ho-
stium peregrinamur Adveniente in celis eorum
sanctorum peticionem aptissime in die
futura promisit illo inquiens die in no-
mine meo petetis Fiunt enim petunt quod
non inter tenebras pressurarum ut

nostra impura sed in luce sempiterne pacis
et glorie beatorum spirituum intercessio fundit
possunt autem idem spiritus beatorum in illa
celesti civitate positi eciam ipse semetipsis in
nomine salvatoris petere intelligi quod ut
tempus universalis iudicii et resurreccionis
corporum in quibus gloriosius certavere desiderant
et venire Unde Iohannes ait Vidi animas sub
altare interfectorum propter verbum dei et propter
testimonium quod habebant et clamabant
voce magna dicentes Usquequo domine sanctus
et verus non iudicas et vindicas sanguinem
nostrum de hiis qui habitant in terra Ubi con-
tinuo subinfertur Et date sunt illis sin-
gule stole albe et dictum est illis ut requie-
scerent tempus ad huc modicum donec im-
pleretur conservi et fratres eorum Sin-
gulas quippe stolas nunc albas habent quia
tum sola sua felicitate fruuntur Binas vero
accipient cum impleto in fine numero fratrum
corporum quoque recepcione inmortalium letantur
Et non dico vobis quia ego rogabo patrem
de vobis quia dominus noster Ihesus Christus et deus et
homo est modo summa divinitatis modo humi-
litatis humilia loquendo designat Ergo
dicit non rogaturum se patrem de disci-
pulis propter consubstancialem patri divinitatis sue
potenciam dicit in qua non patrem ipse
rogare sed rogatus cum patre consuevit
donare Cuius vero petro ait Ego autem
rogavi pro te ut non deficiat fides tua Et
de illo Iohannes Advocatum inquit habemus
apud patrem Ihesum Christum iustum propter
dispensacionem dictum est assumpte humani-
tatis quam tamen triumphum patris ostendit
oculis propria infirmitate propicius intervenit
nunc Vox et ita hic intercenerat accipi quod
ait Et non dico vobis quia ego rogabo
patrem de vobis quia non deprecor rogo

~~Oraciones sanctorum~~
pro sepius

pro futuro tempore posuit rogabo quia sancti cum in eter-
na pace recepti non opus sit aliquid iam
rogari de illis quia omnibus tanta beatitudine
donati sunt qua amplior esse non potest.
Ipse enim pater amat vos quia vos me a-
mastis et credidistis quia a deo exivi. Non
ita intelligendum est quasi amor et credu-
litas discipulorum precesserit amorem quo illos
pater amaret meritumque humanum prius sit
muneribus gratie celestis cum apertissime dicat
apostolus aut quis prior dedit ei et retribuetur
ei quoniam ex ipso et in ipso et per ipsum sunt omnia
Sed ita potius quia pater illos gratuito
amore prevenit atque ad amandum credendumque
filium sustulerit. Et quia ipsi agnita filii
dilectionem ac fidem pio et sollicito corde servave-
runt maioribus eos donis et paterne di-
lectionis esse remuneratos. Non ergo arbi-
trandum quia pater sine filio aut spiritu
sancto amare vel amorem possit munera
dare. Nec rursum estimandum quia filius
sine patre et spiritu sancto valeat amari
vel credi. Quod autem ait Ipse enim pater
amat vos intelligendum est una cum filio
et spiritu sancto amare quos amore dig-
nos iudicat. Et quod adiunxit quia vos
me amastis eadem ratione sentiendum est quia
quorum inseparabilis est natura divinitatis
horum una eademque sunt dona virtutis.
Exivi a patre et veni in mundum iterum relinquo
mundum et vado ad patrem. Exivit a patre
et venit in mundum quia visibilis mundo ap-
paruit in humanitate qui erat invisibilis
apud patrem in divinitate. Exivit a patre
quia non in ea forma qua equalis est patri
sed in assumpta creatura minor apparuit.
Et venit in mundum quia in forma servi
quam accepit etiam mundi huius amatoribus
se videndum prebuit. Iterum reliquit mundum

et redit ad patrem qui ab aspectu ama-
torum mundi quem viderant abstulit
et se amatoribus suis equalem patri
esse credendum docuit. Relinquit mun-
dum et redit ad patrem quia huma-
nitatem quam induit per ascensionem ad
invisibilia perduxit. Hec quidem verba
domini mistica. Et sicut ipse testatur in
proverbiis sunt dicta sed discipuli quibus
dicebantur adhuc carnales adhuc erant
ut eorum profunditatem minime caperent
et non solum archana dictorum sed nec
ipsam ignorantiam suam intelligerent
putantes simpliciter et dilucide prolata
que non intelligentibus proverbia erant. Unde
continuo responderunt Ecce iam palam lo-
queris et proverbium nullum dicis. Palam
ergo eum loqui autumabant cuius
misteria dictorum nec dum comprehendere
valebant. Quod autem adiungunt Nunc
scimus quia scis omnia et non opus est
tibi ut quis te interroget. In hoc credimus
quia a deo existi. Aperte ostendunt quia
loquens ad eos dominus de his maxime
disputabat que illos delectabat au-
dire et que illi interrogare volebant. Hec
ipse preveniens ab ultro proferebat. Unde
merito illum scire omnia quasi deum et
quasi filium a deo venisse credunt et confi-
tentur. Apertum namque est divinitatis
indicium cogitationum nostre secreta Salo-
mone affirmante qui deo supplicans ait Tu
enim solus nosti corda omnium filiorum hominum.
Unde etiam ieremias ait Tu autem domine
sabaoth qui iudicas iuste et probas re-
nes et corda. Neque hec tamen sequitur
aut negligenter commemoranda sunt
sed sollerter investigandum est fratres mei
ut non verba tantum et opera nostra

Augustinus [illegible] ... tinctus sed macilentus sanguine ... sanguine nostrum ardato ... sanguinis ... sanguine ardato sanguinis ... ubi aspergit ... mactata ... nostrum ... sed cito non ... a corde ... macularum ... cito ... [illegible]

Sed ipsa quoque cordium secreta divinis aspectibus digna reddamus / non in templo nostri pectoris sordes / non in vitiis rubigo resideat / non turpis aut contumeliosi sermonis radix oriatur / non ibi meditatio facti nocentis in nascatur memores semper divine comminationis qua dicitur Ego enim opera et cogitationes eorum venio ut congregem / Expulsis ergo vitiorum ruderibus / talem cordis nostri paremus mansionem ut ipse dignetur in esse mansor qui eius inevitabilis inspector est et iudex Sciendum autem quia triplex est modus cogitationum nequam / Quedam enim que deliberatione et proposito peccandi mentem contaminant / Alie enim que delectatione quidem peccati mentem perturbant / nec tamen hanc ad peccandi consensum protrahunt / Tertie vero que naturali mentem motu percurrentes non tamen hanc ad patranda vitia pellicunt / quam ab eis que cogitare debuit impediunt / veluti est cum phantasmata rerum que aliquando superflue gesta vel dicta novimus et ad memoriam reducimus / quarum vero retractio quasi importuna muscarum improbitas oculos cordis cumulare et spiritualem eius aciem inquietare magis quam obcecare consueuit / Oportet autem ut ab his cogitationum generibus cohibeamur monente Salomon enim dicit Omni custodia serva cor tuum quia ex ipso vita procedit Cuius monita sequentes servemus et agamus sollicite ut si quid consensu perpetrandi facinoris in animo deliquimus citi hoc confessione et dignis penitencie fructibus abstergamus Si delectatione peccandi nos temptari senserimus / noxiam delectationem crebris precibus ac lacrimis crebra amaritudinis perpetua retardatione pellamus Et si nos per nos ad hanc propulsandam sufficere non posse

videmus fratrum querimus auxilia / ut quod nostris viribus nequimus / illorum consilio et intercessione perficiamus Multum enim valet deprecatio iusti assidua. Et sicut idem premisit Oratio fidei salvabit infirmum / et alleviabit eum dominus / et si in peccatis sit dimittentur ei / quia superbacuis cogitationibus ad integrum carere non valemus / hac inquantum possumus in missione bonarum cogitationum / et maxime frequenti scripturarum meditatione fugemus / iuxta exemplum psalmiste qui dicit Quomodo dilexi legem tuam domine tota die meditatio mea est Deo tamen supernam clementiam quod est bene in nomine salvatoris petere ut et cordis nobis munditiam et boni operis prestet efficaciam / et ante omnia illa sedula mente recolamus horam illam citius venire optemus in qua iam non in proverbiis loquatur nobis dominus sed palam annuntiet nobis Qui vivit et regnat in unitate etc. In rogationibus Luce xi° capitulo in laetania [illegible]

In illo tempore D. i. d. s. Quis vestrum habebit amicum et ibit ad eum media nocte et dicet illi Amice commoda michi tres panes quoniam amicus meus venit ad me de via et non habeo quod ponam ante illum etc. Omelia Bede

Rogatus a discipulis salvator non modo formam orandi / sed etiam instantiam frequentiamque tradidit orandi Amicus ergo ad quem media nocte venitur / ipse deus intelligitur qui in media tribulatione supplicatur / et tres panes est intelligentia trinitatis / qua presentis vite consolentur labores efflagitare debemus Amicus qui venit de via ipse noster est animus / qui totiens a nobis recedit / quotiens ad appetenda terrena et temporalia foris vagatur Redit vero cum celestia alimonia refici desiderat / cum iam reversus superna cepit ac spiritualia meditari / de quo pulcre qui petierat adiungit Non habeo quod ponam ante illum / quia animus post

seculi tenebras Deum suspiranti nil potest enim
cogitare nil loqui libet intueri solum quem
recognovit summe tunc talis gaudium adeptus idcirco
plenius intuendum pervenire satagit et
ille deintus dicat Noli michi molestus esse
iam hostium clausum est et pueri mei mecum
sunt in cubili et non possum surgere et dare tibi
Hostium amici dum est intelligencia sermonis
quod sibi apostolus orat aperiri ad loquendum mi
sterium dei clauditur est tempore famis verbi
cum intelligencia non datur et illi qui evan
gelicam sapiunt tamquam panem erogatores pos
sent tacere paciantur pueri patrisfamilias iam
sunt in secreta quiete cum domino et cum eo corde
efficitur ut accipiat desiderans intellectum ab
ipso deo etiam si homo desit per quem sapiencia
predicetur et ille si perseveravit pulsans dic
to vobis et si non dabit illi surgens eo quod
amicus eius sit propter improbitatem tamen
eius surgit et dabit illi quotquot habet necessarios
Et ego dico vobis petite et dabitur vobis querite
et invenietis pulsate et aperietur vobis Compa
racio est a minore Si ergo amicus homo
surgit de lecto et non dat amiciciam sed te
dio compulsus quanto magis dat deus qui sine
tedio largissime donat quod petitur Dominus enim
salvator noster ad celestis regni gaudia nos per
venire desiderans et nos eadem a se petere
docuit et nobis petentibus se hec daturum esse
promisit Petite inquit et dabitur vobis que
rite et invenietis pulsate et aperietur vobis Omnes
nobis sunt verba domini nostri fratres karissimi magno
opere ac toto corde pensanda quia videlicet
regnum celorum non ociosis et vacantibus
sed petentibus et querentibus pulsantibus dandum
inveniendum et aperiendum esse testatur
Petenda est ergo ianua regni orando pe
tenda recte vivendo querendo pulsando per
severando Non enim sufficit verbis tantummodo
dominum rogare si non etiam quesierimus di
ligentius qualiter nobis sit vivendum ut

digni simus impetrare quod poscimus ipso at
testante qui ait Non omnis qui dicit michi
domine domine intrabit in regnum celorum sed qui
facit voluntatem patris mei qui in celis
est intrabit in regnum celorum Nec igitur
aliquid prodest bona inchoasse si non consummare
studeat ea que bene inchoaverat usque
ad finem firma perducere quoniam melius
fuit non cognoscere viam iusticie quam
post agnitam retrorsum converti Unde
necesse est fratres mei ut petamus sedulo sine
intermissione orantes Procidamus ante deum
ploremus coram domino qui fecit nos ut ex
audiri mereamur Videamus solliciti qualiter
nos vivere debeat quod nos facere iusserit
qui fecit nos Queramus dominum et confirma
mur Queramus faciem eius semper et ut
hunc in bonis ac videre mereamur
mundemur ergo ab omni inquinamento carnis
ac spiritus quia non nisi casto corpore in die
resurrectionis ad celos sublevari non nisi
mundo corde gloriam valent divine maiesta
tis intueri Pulsemus infatigabili desi
derio eterne beatitudinis aures nec deficia
mus ab inceptis prius quam illo appre
to desiderii motibus a cripi portam me
amur patrie celestis ingredi Nemo sibi
de innocencia blandiatur nullus suis
fidens actibus quasi iam iusti iudicis
non egeat apcibus esset quin potius
etiam cum se aliquid boni quis egisse
cognoverit quia hac hoc districtione iudi
cetur ignorat tremens cum propheta pro
clamat Ne intres in iudicium cum servo
tuo quia non iustificabitur in conspectu
tuo omnis vivens Et cum beato Iob
Si iustificare me voluero os meum con
dempnabit me Si innocentem ostendero
pravum me comprobabit Memor sit
illius apostoli Simonis quia si confitemur

peccata nostra fidelis et iustus est ut remittat nobis
peccata nostra et emundet nos ab omni iniquitate.
Si dixerimus quia non peccavimus menda-
cem eum facimus et verbum eius non est
in nobis. Nec rursum quispiam considera-
ta peccatorum suorum qualitate seu quanti-
tate appetenda venia mentem desperando
retorqueat. Neminem namque scelerum putredo vul-
nerum sive magnitudo laborum a querenda
salute revocabat. Probat magnam obtinen-
de sanitatis fiduciam quod ipse conditor
noster medicus nobis fieri ipse ad nos
venire in carne. Ipse infirmitates nostras
suscipere ut sanaret dolores nostros. Ut auffer-
ret dignatus est. Ipse sanguinem pro nobis suum
non fudit. Suam propria nostra mortem
obtulit. Ipse magnis peccatorum admissis
magna penitencie remedia ostendit. Di-
cens per precursorem suum Genimina vipe-
rarum quis ostendit vobis fugere a ventura
ira. Facite ergo fructus dignos penitencie. Et
paulo post Qui habet inquit duas tu-
nicas det non habenti et qui habet escas
similiter faciat. Ipse levioribus cottidianis-
que nostris erratibus sine quibus hec vita
transigi non potest cottidiana confessionis
et intercessionis et mutue medicamenta con-
cessit dicens per apostolum Jacobum Confitemini
peccata vestra alterutrum et orate pro invicem ut
salvemini. Ipse rogari ut prestet amat
qui animas inopum ad se rogandum
largus donator erigit. Omnis inquiens
qui petit accipit et qui querit invenit
et pulsanti aperietur. Non ergo dubitandum
quod petentes accipimus querentes inveni-
mus pulsantibus nobis aperietur quia veri-
tatem fallere non potuit veritas que promisit
sed hoc est vigilantibus intuendum quia
non omnes qui coram hominibus orare
videntur in conspectu interni arbitri pete-

re et querere vel celestis regni aditum pulsare
probantur. Neque enim propheta diceret prope est dominus
omnibus invocantibus eum in veritate si non ali-
quos dominum invocare si non in veritate cogno-
sceret. Invocant quippe dominum in veritate qui sicut — In veritate invocare dominum
et precantes oblatum prima iussa illius im-
plere satagunt qui dicturi ei in oratione
Et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris
Illud eius mandatum implerunt quo dicitur
Et cum stabitis ad orandum remittite si quid
habetis adversus aliquem ut et pater vester
qui in celis est dimittat peccata vestra. Unde et
de talibus propheta apte subiungit Voluntatem timen-
tium se faciet et orationes eorum exaudiet
et salvos faciet eos. Illi itaque invocant dominum
in veritate qui eum timentes complent quod ipse
cum clamaverint orationes exaudit. Horum
cum ad se suspiraverint pia desideria perficit
hos cum de hac vita transierint ad salutem
sustollet eternam ac convenit fine. Qui dominum in- — Non in veritate dominum invocare
vocant sed non in veritate quos redarguit Jaco-
bus ait Petitis et non accipitis eo quod male
petatis. Male namque petunt qui perseveran-
tes in peccatis que ipsi minime diluerunt vel
dimiserunt ut sibi a domino dimittantur impu-
denter exorant. Tales ipse per Ysayam prophetam
reprobat dicens Et cum extenderitis ma-
nus vestras avertam oculos meos a vobis
et cum multiplicaveritis orationem non exaudiam.
Manus vestre sanguine plene sunt. Quibus
ad hec consulendo qua orare possent ipse
tamen que possent ostendit cum subdidit
Lavamini mundi estote auferte malum cogita-
cionum vestrarum ab oculis. Male petunt qui
vocem domini iubentis audire obtemperando con-
tempnunt et nichilominus dominum suam vocem
supplicancium exaudire impetrando depo-
scunt. Quos ipse repellens in ewangelio loquitur
Quid autem vocatis me domine domine et non facitis

que dixi / de quibus et salomon in proverbiis
Qui declinant inquit aurem suam ne
audiant legem oratio eorum erit execrabilis

Male petunt

Male petunt / qui non superne mercedis
intuitu sed ad exemplum phariseorum humana
gratia laudis / longis incubant precibus /
de quibus ipse testis et iudex tribuli prestatur
amen receperunt mercedem suam. Ma-
le petunt et illi qui terrena magis in oratione
quam celestia requirunt / bona / quorum
preces apostolus ipsa de qua loquimur
sententia specialiter reprehendit / cum enim dixisset
petitis et non accipitis / eo quod male pe-
tatis / ad impetrandum continuo / ut in concupiscen-
tiis vestris insumatis. Neque enim prohibentur
cives patrie celestis in ista peregrinatione presen-
tis temporis / pro salute corporum / pro ubertate frugum /
pro serenitate aeris / pro ceteris huius vite ne-
cessariis deum petere / si tamen hec non
nimie petant / et si obid pleniter immo peta-
tantur ut habundante viatico in presenti liberi-
us ad futura bona tendant. Sed quia
sunt qui temporalem quietem et prosperitatem
a suo creatore requirunt / non quidem ut
eidem creatori devotioribus animis obediat /
sed ut habundantioribus commessationibus et
ebrietatibus vacent / et scortis ac ceteris
concupiscentiis suis carnis serviant illece-
bris / merito tales male petere dicuntur /
Verum quia omnes huiusmodi petitores eo
quod male petant accipere non merentur.
Studeamus dilectissimi et bene petere et digni
obtinenda que petimus existere. Quod
ita fit si ea que deus iussit omnino que-
rimus / et quales nos ipse fieri docuit tales
ad orandum procedimus / et intenti in precibus
donec optineamus insistimus. Si autem scire
cupimus que ipse nos petere velit / audiamus

Quid sit petendum

istud evangelium. Querite primum regnum
dei et iustitiam eius et hec omnia vobis adiciantur /

Regnum autem dei et iustitiam eius querere est
et celestis patrie bona desiderare / et quibus
iustitie meritis ad hoc pervenire debeat
indesinenter inquirere / ne si quia forte
que ab illo ducit aberremus / pervenire
quo intendimus nunc queamus. Sed si ver-
ba domini et salvatoris nostri / quibus nos
exemplo terreni patris ad rogandum deum
patrem hortatur diligenter inspicimus /
citius nisi agnoscimus que sit maxime
iustitia / que iter nobis regni celestis
aperiat. Cuius inquit ex vobis pa-
trem petit panem / numquid lapidem
dabit illi / aut piscem numquid pro pisce serpen-
tem dabit illi / aut si petierit ovum numquid
porriget illi scorpionem. Apta etenim est
comparatio hec et cunctis audientibus ad
intelligendum facillima / quia si homo
quilibet mortalis ac fragilis et pecca-
ti adhuc carne gravatus / petentibus se
filiis quos diligit que habet bona communis
terrena et fragilia dare non denegat / mul-
to magis pater celestis petitoribus suis
suo timore et amore preditis non differ-
tina in celis bona largiri / Sed iuxta

nu

typicam intelligentiam / panis dilectionem
signat / quia sicut ille principalis est cibus /
ita hec principalis est virtus / ita ut
sine illa virtute / reliquie spirituales vir-
tutes esse nequeant. Nimirum quod
bonum agitur in sola dilectione perficitur.
Unde dicit apostolus quia si linguis ho-
minum loquentur et angelorum et si habeat
prophetiam et noscit misteria omnia et omnem
scientiam / et si habeat omnem fidem ita ut
montes transferret / et si distribuerit
omnes facultates suas in cibos pauperum /
et si tradiderit corpus suum ut ardeat / cari-
tatem autem non habeat / nichil illi pro-

Quid piscis signet infra d · Quid per ovum infra g

Que sint bona que petere debe[mus]

desset. Caritas autem dicta est qua deum ex to-
to corde, tota anima, tota virtute, et proximos
tamquam nosipsos diligere precipimur. Nec
tantum proximus et amicus, verum etiam
inimicus perfectus cuiusque beneficium dilec-
tionis impendere debet, domino dicente: Dilig-
ite inimicos vestros, bene facite hiis qui
oderunt vos, orate pro persequentibus et ca-
lumpniantibus vos, ut sitis filii pa-
tris vestri qui in celis est. Per piscem autem d
fides non ficta exprimitur, quomodo
enim pi[...]stis subtegmento aqua-
rum nascitur, vivit et alitur, sic et fides
que initium est que alterius vite gau-
dia per lamenta penitentia fletusque requirit,
invisibiliter in corde gignitur, invisibili
gratia spiritus sancti per aquam baptismatis con-
secratur, invisibili auxilio divine protec-
tionis ne deficiat nutritur, invisibilium
premiorum intuitu queque valet bona
operatur, memor illius apostoli quia que
videntur temporalia sunt, que autem non
videntur eterna sunt. Possumus et sic dicere
quia piscis merito fidei typum tenebat, quia
sicut ille turbide mare fluctibus tunditur
nec perimitur, ita fides firma quantis-
libet adversitatibus mundi pressuris impug-
netur incontusa persistat, immo etiam
certamine gloriosior existat, ad instar
de illo qui iussit ad predicanda evange-
lia dona discipulis ait: In mundo pressu-
ram habebitis, sed confidite ego vici mun-
dum. Porro per ovum spei merito certitudo g
signatur, quia in ovo non dum vivens
cernitur, sed future avis fetus speratur.
Et fideles quique nec dum imperii supre-
patrie gloriam quam credunt intuen-
tur, sed futuram sperando prestolantur.
Unde dicit apostolus: Si autem quod non videmus

speramus, per patientiam expectamus. Hec igitur sunt
futuros bona, que principaliter a domino pe-
tere, hec iustitia regni dei quam ante omnia
querere debemus, fides, spes et caritas. Unde
scriptum est: Iustus ex fide vivit; sperantes
autem in domino misericordia circumdabit; et plenitu-
tudo legis est dilectio. Omnis enim lex in uno
sermone completur: Diliges proximum tuum
sicut te ipsum. Et iterum: Dilectio proximi ma-
lum non operatur. Non est autem metuendum
ne si gratiam devote dilectionis a domino pia
devotione queramus, si intimo corde dica-
mus: Panem nostrum cottidianum da nobis
hodie, ille cor nostrum rigore odiorum
constringi permittat, quem etiam rigo-
rem per duritiam lapidis insinuat di-
cit: Quis autem ex vobis patrem pe-
tit panem, numquid lapidem dabit illi?
Non est formidandum, ne si fortitudinem
fidei contra hostis antiqui temptamenta
petimus toto corde dicentes: Domine auge
nobis fidem, ille nos infidelitatis sinat
interire veneno. Hinc enim nomine serpentis
virus infidelitatis, quod per ipsum generi huma-
no aspersum est, exprimitur cum dicitur:
Aut si piscem petit numquid pro pisce serpen-
tem dabit illi? Nec est timendum ne si
spem celestium bonorum per quam po-
tentia preterita simul et prospera con-
temnere possimus a domino postulemus,
ille auditum avertat ac nos desperatione
futurorum retrospicere, id est ea que reliquimus
patiatur habere seculi commoda. Similiter
ta requirens. Recte namque inmutato ven-
proposita nociva et concupiscentie carna-
lis repetito veneno scorpionis qui retro
id est in cauda gestatur comparat cum di-
cit: Aut si petierit ovum numquid porriget

q̄ debe9 petē a dn̄o illi scorpionem. Hec itaque petimus a deo bonum ut scilicet alimentum nobis prebeat caritatis sincere fidei et spei tribuat, ut duriciam odiorum ut perfidie virus ut aculeum nobis desperationis qui ad caudam retrahere solet aufferat et absque ulla dubietate quod petimus accipiemus ait enim veridica voce iohannes apostolus Quod quecumque pecierimus secundum voluntatem eius audit nos Sed et ipse dominus certam nobis fiduciam dat impetrandi que recta petimus cum subdit Si ergo vos cum sitis mali nostis bona data dare filiis vestris quanto magis pater vester de celo dabit spiritum bonum petentibus se. malos autem vocat discipulos qui utique quantum ad humanum spectat iudicium boni erant qui nimirum [illegible] et nemo est qui in hac vita aliquid valeat nimis esse dicente Salomone affirmante qui ait Quia non est homo iustus in terra qui faciat bonum et non peccet Unde providens dominus qui quibusdam peccatorum reatibus grandiora penitencie medicamenta demonstrat ipso cotidianos eciam torum reatus qui verbum inopinie vel contingunt cotidianis oracionum studiis deleri curavit quos inter alia sic orare precepit Et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris vel eciam malos appellat discipulos quia in comparacione divine bonitatis omnis creatura mala esse probatur dicente domino Nemo bonus nisi unus deus cum tamen participacione eiusdem divine bonitatis racionabilis creatura bona fieri posse cognoscitur Unde et dominus pia promissione testatur quia pater de celo dabit spiritum bonum petentibus se ut perfecto ostendat quia corpore ipse mali sunt per accepta autem spiritus sancti gratiam boni possint effici Spiritum bonum petentibus dandum apte pollicetur quia sine fidem spem caritatem sine alia quelibet bona celestia desideramus adipisci non ab nobis. Hec quam per sancti spiritus domi tribuuntur Hinc est enim quod idem spiritus in ysaia spiritus sapiencie et intellectus spiritus consilii et fortitudinis spiritus sciencie et pietatis spiritus timoris domini dicitur et in alio loco spiritus dilectionis et pacis spiritus gracie et precum nominatur quia nimirum bona virtutum habemus quibus boni efficimur hec eodem spiritu largiente percipimus Quod intelligens propheta cum cordis mundiciam quereret dicens Cor mundum crea in me deus continuo subiunxit Et spiritum rectum innova in visceribus meis … si non in terra mea spiritus domini rectus impleverit cor in nobis mundum Unde sic non habet Cum opus boni perfecte concupisceres dixisset Domine ad te confugi doce me facere voluntatem tuam statim quo huius ordine consequi deberet ostendit cum subdidit Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Cuius vestigiis iuxta modulum nostrum fratres dilectissimi adherentes petimus deum precamur ut spiritus sui gratia nos in viam recte fidei que per dilectionem operatur inducat Et ut optata inveniamur optinere tali vivere studeamus ne tanto prece simus indigni quo potius nostrum regeneracione quo in baptismate filii dei sumus effecti illi beato semper corpore pariter et mente fruemur Certum namque est quia si suum precibus mandata fecerimus remunerabit nos hereditate sempiterne benediccionis quam nobis ante secula paravit per christum iesum dominum nostrum amen.

Joh. xvij. In vigilia ascensionis domini

Illo tempore Sublevatis ihesus oculis in celum dixit Pater venit hora clarifica filium tuum ut filius tuus clarificet te et cetera. Hanc omeliam sancti Augustini in vigilia palmarum require Hic autem sancti Iohannis Crisostomum habes omeliam sancti Iohannis Crisostomi

potuit
Debuit silentio hec eadem verba orationis
patri filius dicere / sed oratio filii
doctrina est discipuli / meditando et corde qui illo-
rum sequi exempla voluissent / vel corpore
scripta legere / Dixit venit hora / hora
utique passionis appropinquat / clarifica filium
tuum i· resurrectionis gloriam precedat
humanitatis passio et subsequatur cito
resurrectionis clarificatio Sequitur
Ut filius tuus clarificet te Clarificatio
patris eterna est / que nec augeri nec mi-
nui potest / sed hec clarificatio / ad noticiam
patris dei pertinet / ut resurrectionis
gloria in filio peracta / innotesceret deus
pater toto orbi / qui in iudea ante no-
tus erat Clarifica filium tuum ut fili-
us tuus clarificet te quasi diceret / resu-
scita me ut innotescas toto orbi per me
Sequitur Sicut dedisti ei omnem pote-
statem omnis carnis i· omnis hominis / accipe
totum carnem pro homine / hec ait ut osten-
deret magis ac magis quomodo clarifica-
turus esset patrem Sicut ergo dedisti
ei potestatem inquit omnis carnis / ita cla-
rificet te filius i· notum te faciat omni
carni / quam dedisti ei / Det eis vitam eternam /
hec est autem vita eterna / ut cognoscant
te solum deum verum / et quem misisti
ihesum xpm / cognoscant solum deum
verum / et quem misisti ihm xpm Or-
do verborum est iste / et quem misisti
ihesum xpm cognoscant solum verum
deum / plena cognitio dei patris et filii
et spiritus sancti · plena est et perfecta / vita
eterna summa beatitudo est / sed summa bea-
titudo non est nisi vita eterna / ideo dixit
hec est vita eterna ut cognoscant te et quem
misisti ihesum xpm solum et verum deum.
Ego clarificavi te super terram Opus
consummavi · quod dedisti michi ut faciam
Quid est quod preterito tempore posuit / clarificavi et con-
summavi Et statim subiungit verbum futuri
temporis faciam / nisi quod omnia deo sunt presentia
et in divina predestinatione futura quasi iam fac-
ta esse credenda sunt Quod enim futurum fuit
ut fieret / hoc ei quasi iam factum fuit Ego
clarificavi te · Quasi diceret Ego te clari-
ficabo predicationis gloria / quam in discipu-
lis meis corde toto mundo efficiam / dum opus
consummabo passionis mee et resurrectionis /
quod dedisti michi ut faciam Et nunc vero
clarifica me tu pater dicendo enim te clari-
ficavi super terram Et sic aperte apud eundem
patrem postulans clarificandum modo
profecto utriusque clarificationis ostendit Ipse
quippe patrem clarificavit super terram gen-
tibus predicando / pater vero ipsum · apud
semetipsum ad dexteram collocando subiunxit /
Claritate quam habui apud te priusquam
mundus esset / in hoc valet quod ait Et nunc
clarifica me / hoc est sicut tunc ita et nunc /
sicut tunc predestinatione / ita nunc perfectione
fac in mundo / quod apud te fuerat ante mun-
dum fac in suo tempore / quod ante omnia
tempora statuisti Sed nos sinit intelligere
in hoc loco predestinationem claritatis humane /
que in illo est nature ex mortali in mor-
talem apud patrem future / et hoc iam per
destinando factum fuisse antequam mundus
esset / quod in mundo etiam suo tempore fieret Sic
de nobis dixit apostolus Sicut elegit in ipso
ante mundi constitutionem Manifestavi no-
men tuum hominibus quos dedisti michi
de mundo Quod ergo facturus erat per docto-
res suos in toto orbe post gloriam resu-
rrectionis et ascensionis sue / et post spiritus
sancti dona que in discipulos delata sunt /
hoc quasi factum esse dixit / tale est hoc

quale et illud quod paulo ante dixit Ego te
clarificaui super terram pro tempore futuro et
illic et hic preteritum ponens tempus sicut
qui sciret preteritum esse ut hic id fieret a quo
se missum sciret dicens quod erat sine ulla dubitatione
facturus. Sequitur. Tui erant et michi
eos dedisti et sermonem tuum seruauerunt. Nunc
cognouerunt quia omnia michi que dedi-
sti abs te sunt. quia uerba que dedisti mi-
chi dedi eis et ipsi acceperunt et cognouerunt ve-
re quia a te exiui et crediderunt quia tu
me misisti. Quamuis et hec omnia disci-
pulis futuris fidelibus dici potuerint spe
perfecti cum adhuc essent futuri. tamen
et hec specialiter de discipulis dici possunt
ad quos tunc presencialiter loquebatur. quia
illud quod sequitur. cum essem cum eis ego
seruabam eos in nomine tuo quos dedi-
sti michi custodiui et nemo ex hiis periit
nisi filius perdicionis. iudam significans
qui tradidit eum. qui unus fuit de duo-
decim. magis huic sensui conuenit ut a-
postolis specialiter hec loqueretur. Deinde
subiungit Nunc autem ad te uenio. cum
manifestum est eum de corporali sua dixis-
se potencia. cum essem cum eis ego ser-
uabam eos. uelud iam eis ea potencia
non esset. eo modo enim uoluit significare
ascensionem suam futuram. de qua dixit
Nunc autem ad te uenio. Iturus utique ad dex-
teram patris. unde uenturus est ad uiuos
et mortuos iudicandos. Manifestaui no-
men tuum hominibus quos dedisti michi.
Non illud nomen quo deus uocaris. sed illud no-
men quo pater meus uocaris. quod nomen
manifestari non potest sine ipsius filii
manifestatione. Nam uero illud nomen
quo deus est. uniuersis natione rationabili no-

omnino incognitus possit abscondi. ex-
ceptis paucis in quibus natura nimis
nimium depravata est. genus humanum
omnes gentes deum esse fatentur. licet
diuersis erroribus uerum deum agno-
scere impediantur. Quod uero in psalmo
legitur Notus in iudea deus. quia
legitimo cultu tantummodo deum ve-
rum cognouerunt et coluerunt. et sermo-
nem tuum custodierunt. Nunc cogno-
uerunt quia omnia que dedisti mi-
chi abs te sunt. id est cognouerunt quia abs te
sunt. Simul enim pater dedit filio
omnia cum genuit eum qui haberet
omnia. sicut in prioribus huius euangelii
ipse dominus ait Sicut enim pater habet
uitam in semetipso sic dedit et filio ui-
tam habere in semetipso. id est genuit fi-
lium uitam habentem in semetipso.
Quia uerba que dedisti michi dedi
eis et ipsi acceperunt. id est intellexerunt
atque tenuerunt. Tunc enim uerbum acci-
pitur quando mente percipitur. ut te-
neatur ne obliuione pereat. Et cogno-
uerunt inquit uere quia a te exiui
et crediderunt quia tu me misisti.
Et hic subaudiendum est uere. Quod
enim dixit cognouerunt uere. exponere
uoluit addendo et crediderunt. hoc
itaque crediderunt uere quod cognouerunt
uere. idem est a te exiui quod et tu
me misisti. sed tamen adhuc non erant
tales discipuli quales eos dicebat fu-
turos esse. uerbis preteriti temporis usus
quasi iam esset preteritum quales
futuri essent. accepto scilicet spiritu sancto.
qui eos sicut promissum est doceret
omnia et induceret eos in omnem
ueritatem. Dedit eis uerba sicut dixit

que dedit ei pater / sed quando illa non
foris in auribus sed intus in cordibus spi-
ritualiter acceperunt / tunc vero acceperunt /
quia tunc vere cognoverunt / vere autem
cognoverunt quia vere crediderunt Sed
hec verba que dicit filius sibi patrem
dedisse si ad divinitatis unitatem intelligit
percipere / eo modo dedit pater filio quo genu-
it verbum coeternum sibi Si vero ad hu-
manitatem respicit / quis intelligit quomodo
dederit / nec quomodo acceperit / deus homo
factus ex virgine / quando etiam ipsam
que de virgine facta est generationem quis
enarrabit Sequitur Ego pro eis rogo
non pro mundo sed pro hiis quos dedisti mi-
hi Hec enim dixit inter alia dum oraret
pro eis / quos dedit ei pater Mundum
vult modo intelligi / qui vivunt secundum
concupiscenciam mundi / et non in ea sor-
te gratie / ut ab illo eligantur ex mundo
Non itaque pro mundo / sed pro eis quos pater
dedit rogare se dicit / per hoc enim quod eos
illi pater iam dedit / factum est ut pertine-
ant ad eundem mundum / pro quo non rogat
Deinde subiungit quia tui sunt Quia ne-
que pater eos amisit quod filio
dedit / cum ad huc filius sequatur ac di-
cit Et mea omnia tua sunt et tua mea sunt
Ubi satis apparet quomodo unici filii sunt
omnia que sunt patris / per hoc utique quod
etiam ipse deus est / et de patre patri est
natus equalis / hoc enim dictum est de ista
et rationabili creatura / quam eligit deus /
et que subdita sunt patri et filio / et que
sunt patris et filii Hec ergo cum sit pa-
tris non simul esset filii nisi patri esset
filius equalis Nec phas est ut sancti
de quibus locutus est cuiusquam sint ni-
si eius a quo creati et sanctificati sunt Ergo

omnia et patris et filii sunt / equales esse de-
monstravit quorum equalia sunt Et clari-
ficatus sum inquit in eis Nunc suam clari-
ficationem tamquam iam facta sit dicit / cum ad
huc esset futura Et clarificatus sum in eis
id est per eorum predicationem clarificatus sum in toto
mundo / et quia predestinatum est ut fieret / certum
voluit esse quod futurum erat Verbo preteriti temporis u-
sus est Et iam inquit non sum in mun-
do Et hii in mundo sunt / significat velut
quia transiturum ex hoc mundo / et verba preteriti
temporis usus est pro futuro / quia quod cito erat
futurum quasi factum esse dixit Quod autem
ait Et hii sunt in mundo / significat eos ad
quos loquebatur tardius exituros ex hoc mun-
do / necesse esset ut illi remanerent per quos
predicaretur nomen eius sanctum in mundo
Precidendumque quid eos movere possit quia au-
dire hec que leguntur adiecit Nunc autem
Ad te venio / ascensionis gloriam designat /
per quam elevatus est homo / in altitudi-
nem celorum / et omnem angelicarum dignitatum
potestates / ita ut in dextera dei patris
collocaretur / ubi manet cum ipso et reg-
nat simul cum sancto spiritu unus deus
per omnia secula **In ascensione domini secundum marcum** — *In ascensione secundum marcum*

In illo tempore Recumbentibus undecim discipu-
lis apparuit illis ihesus et exprobravit in-
credulitatem illorum et duriciam cordis
quia hiis qui viderant eum resurrexisse
non crediderunt et reliqua **Omelia gregorii** — *omelia gregorii*

Quod resurrectionem dominicam discipuli
tarde crediderunt / non tam illorum
infirmitas quam nostra ut ita dicam
futura firmitas fuit / Ipsa namque resur-
rectio illis dubitantibus per multa argu-
menta monstrata est / que dum nos legentes
agnoscimus / quid aliud quam de illorum du-
bitatione solidamur / Minus enim michi
maria magdalena prestitit que citius

Dionysius in libro angelice ierarchie ca° vii° [illegible]

[illegible]

credidit quam Thomas qui diu dubitavit. Ille etenim dubitando vulnerum cicatrices tetigit, et de nostro pectore dubietatis vulnus amputavit. Ad insinuandam quoque veritatem dominice resurrectionis, notandum nobis est quod Lucas refert dicens: Convescens precepit ab Ierosolimis ne discederent. Et post pauca: Videntibus illis elevatus est, et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Notate verba, signate misteria. Convescens elevatus est. Comedit et ascendit, ut videlicet per effectum comestionis veritas pateret carnis. Marcus vero priusquam dominus celum ascenderet, eum de cordis atque inpie duritia increpasse discipulos memorat. Qua in re quid considerandum est, nisi quod eo tempore dominus tunc discipulos increpavit cum corporaliter reliquit, ut verba que recedens diceret in corde audientium arctius impressa remanerent? Increpata autem eorum duritia, quid admonendo dicat audiamus: Euntes in mundum universum predicate evangelium omni creature. Numquid, fratres mei, sanctum evangelium vel insensatis rebus vel brutis animalibus fuerat predicandum, ut de eo discipulis dicatur: Predicate evangelium omni creature? Sed omnis creature nomine signatur homo. Sunt namque lapides, sed nec vivunt nec sentiunt. Sunt herbe et arbusta, vivunt quidem, sed non sentiunt. Vivunt dico non per animam, sed per viriditatem, quia et Paulus dicit: Insipiens, tu quod seminas non vivificatur nisi prius moriatur. Vivit ergo quod moritur ut vivificetur. Lapides itaque sunt, sed non vivunt. Arbusta autem sunt, vivunt, sed non sentiunt. Bruta autem animalia sunt, vivunt, sentiunt, sed non discernunt. Angeli etenim sunt, vivunt, sentiunt et discernunt. Omnis autem creature aliquid habet homo. Habet namque commune

esse cum lapidibus, vivere cum arboribus, sentire cum animalibus, intelligere cum angelis. Si igitur commune habet aliquid cum omni creatura homo, iuxta aliquid omnis creatura est homo. Omni ergo creature predicatur evangelium cum soli homini predicatur, quia ille videlicet docetur propter quem in terra cuncta creata sunt, et a quo omnia per quandam similitudinem aliena non sunt. Potest etiam omnis creature nomine omnis natio gentium signari. Ante etenim dictum fuerat: In viam gentium ne abieritis. Nunc autem dicitur: Predicate evangelium omni creature, ut videlicet prius a Iudea apostolorum repulsa predicatio tunc nobis in adiutorium fieret, cum hanc illa ad dampnationis sue testimonium superba repulisset. Sed cum discipulos ad predicandum veritas mittit, quid aliud in mundo facit nisi grana seminis spargit? Et pauca grana mittit in semine, ut multarum messium fruges recipiat de nostra fide. Neque enim in universo mundo tanta fidelium messis assurgeret, si de manu domini super rationalem terram illa electa grana predicantium non venissent. Sequitur: Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, condempnabitur. Fortasse unusquisque apud semetipsum dicat: Ego iam credidi, salvus ero. Verum dicit si fidem operibus tenet. Vera etenim fides est que in hoc quod verbis dicit moribus non contradicit. Hinc est enim quod de quibusdam falsis fidelibus Paulus dicit: Qui confitentur se nosse deum, factis autem negant. Hinc Iohannes ait: Qui dicit se nosse deum, et mandata eius non custodit, mendax est. Quod cum ita sit, fidei nostre veritatem in vite nostre consideratione debemus agnoscere. Tunc enim vere fideles sumus si quod

[illegible]

[illegible]

verbis promittimus operibus adimplemus.
Hodie quippe baptizatus omnibus nos
antiqui hostis operibus atque omnibus abre-
nuntiare pompis per ministrum. Itaque unus-
quisque vestrum ad consideracionem suam mentis
oculos reducat et si servat post baptismum
quod ante baptismum spopondit, certum
iam quia fidelis est gaudeat. Ecce
qui promisit minime servavit, ad operanda pra-
va opera, ad concupiscenda mundi desideria
delapsus est. Videamus si iam sciat plangere
quod erravit. Apud misericordem namque iudi-
cem non est ille fallax videbitur aut habebitur
qui ad veritatem revertitur etiam post-
quam mentitur quia omnipotens deus dum libenter
nostram penitentiam suscipit suo iudicio hoc
quod erravimus abscondit. Signa autem eos
qui crediderint hec sequentur. In nomine
meo demonia eicient, linguis loquentur
novis, serpentes tollent. Et si mortiferum
quid biberint non eos nocebit. Super
egros manus imponent et bene habebunt.
Numquid nam fratres mei quia ista signa
non facitis minime creditis? Sed hec neces-
saria in exordio ecclesie fuerunt. Ut enim ad
fidem cresceret miraculis fuerat nutrienda
quia et nos dum arbusta plantamus
tam diu eis aquam damus et fundimus
quousque iam in terra convaluisse videamus.
Et si semel radicem fixerint irrigatio
cessabit. Hinc est enim quod Paulus dicit:
Lingue in signum sunt non fidelibus sed
infidelibus. Adhuc habemus de his signis
atque virtutibus que ad huc subtilius con-
siderare debeamus. Sancta quippe ecclesia
cotidie spiritualiter facit quod tunc per apostolos
corporaliter faciebat. Nam sacerdotes eius per
exorcismi gratiam manum credentibus im-
ponunt et habitare malignos spiritus in eorum
mente contradicunt. Quid aliud faciunt

nisi demonia eiciunt? Et fideles quippe qui iam
vite veteris secularia verba derelinquunt, sancta autem
misteria insonant, conditoris nostri laudes
et potentiam quantum prevalent narrant,
quid aliud faciunt nisi novis linguis loquun- Lingwis novis
tur? Qui dum bonis suis exhortationibus mali- Serpentes tollent
ciam de alienis cordibus auferunt, serpen-
tes tollunt. Et dum pestiferas suasiones
audiunt sed tamen ad operacionem pravam
minime pertrahuntur, mortiferum quidem est
quod bibunt sed non eos nocebit. Qui quo- Super egros
tiens proximos suos in bono opere infirma-
ri conspiciunt, dumque eis tota virtute concur-
runt et exemplo sue operacionis illorum vitam
roborant qui in propria actione titubant,
quid aliud faciunt nisi super egros ma-
nus imponunt ut bene habeant? Que nimi-
rum miracula tanto maiora sunt quanto
et spiritualia, tanto maiora sunt quanto per
hec non corpora sed anime suscitantur. Ista
itaque fratres karissimi signa auctore deo si vultis
vos facitis. Ex illis enim exterioribus signis
obtinere vita ad hec operantibus non valet.
Nam corporalia illa miracula ostendunt
aliquando sanctitatem, non autem faciunt; hec vero
spiritualia que aguntur in mente virtutem
vite non ostendunt sed faciunt. Illa habere
et mali possunt, istis autem perfrui nisi boni
non possunt. Unde de quibusdam veritas dicit:
Multi dicent michi in illa die: Domine, domine, nonne
in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo
demonia eiecimus, et in tuo nomine virtutes
multas fecimus? Et tunc confitebor illis
quia nunquam novi vos; discedite a me
qui operamini iniquitatem. Nolite ergo
fratres karissimi amare signa que possunt
cum reprobis haberi communia, sed hec que modo
diximus caritatis atque pietatis miracula ama-
te, que tanto securiora sunt quanto et
occulta, et de quibus apud deum eo maior
fit retributio quo apud homines minor est gloria.

elevatus marchi
ferebatur in celum

Sequitur: Et dominus quidem Ihesus postquam locutus est eis, assumptus est in celum, et sedet a dextris dei patris. In veteri testamento cognovimus quod Helias sit raptus in celum. Sed aliud est celum aereum, aliud ethereum. Celum quippe aereum terre est proximum; unde et aves celi dicimus, quia eas volitare in aere videmus. In celum itaque aereum Helias sublevatus est, ut in secretam quandam terre regionem repente duceretur, ubi in magna iam carnis et spiritus quiete viveret, quousque ad finem mundi redeat, et mortis debitum solvat. Ille enim mortem distulit, non evasit. Redemptor autem noster, quia non distulit, superavit, eamque resurgendo consumpsit, et resurrectionis sue gloriam ascendendo declaravit. Notandum quoque quod Helias in curru legitur ascendisse, ut videlicet aperte monstraretur quia homo purus adiutorio indigebat alieno. Per angelos quippe illa facta et ostensa sunt adiumenta, quia nec in celum quidem aereum per se ascendere poterat, quem nature sue infirmitas gravabat. Redemptor autem noster non curru, non angelis sublevatus legitur, quia is qui fecerat omnia, nimirum super omnia sua virtute ferebatur. Illuc enim revertebatur ubi erat, et inde redibat ubi remanebat; quia cum per humanitatem ascenderet in celum, per divinitatem suam et terram pariter et celum continebat. Sicut enim Ioseph a fratribus venditus venditionem redemptoris nostri figuravit, sic Enoch translatus atque ad celum aereum Helias sublevatus ascensionem dominicam designavit. Ascensionis ergo sue dominus prenuncios et testes habuit, unum ante legem, alterum sub lege, ut quandoque veniret ipse qui veraciter celos penetrare potuisset. Unde et ipse ordo in eorum quoque utrorumque sublevatione per quedam incrementa distinguitur. Nam Enoch translatus, Helias vero ad celos sublevatus esse memoratur, ut veniret postmodum qui nec translatus nec sublevatus celum ethereum sua virtute penetraret, qui nobis

in se credentibus carnis quoque mundiciam largitur, et sub quo per incrementa temporum virtus castitatis excresceret, sicut per quorum translationem qui ascensionem dominicam designavit, et ipsos per se qui ad celos ascendit dominus ostendit. Nam Enoch quidem uxorem et filios habuit, Elias vero nec uxorem nec filios legitur habuisse. Pensate ergo quomodo per incrementa temporum mundicia sanctitatis crevit, quod per translatos famulos et per ascendentem dominum personam patenter ostenditur. Translatus namque est Enoch per coitum genitus et per coitum generans; raptus est Helias per coitum genitus sed non iam per coitum generans; assumptus est dominus nec per coitum generatus nec per coitum generans. Considerandum quoque nobis est

Gre. quid est quod Marcus ait: Sedet a dextris dei, et Stephanus dicit: Video celos apertos et filium hominis stantem a dextris dei. Quid est quod hunc Marcus sedentem, Stephanus vero stantem se videre testatur?

Re. Sed scitis, fratres, quia sedere iudicantis est, stare vero pugnantis vel adiuvantis. Quia ergo redemptor noster assumptus in celum et nunc omnia iudicat et ad extremum iudex omnium veniet, hunc post assumptionem Marcus sedere describit, quia post ascensionis sue gloriam iudex in fine videbitur. Stephanus vero in labore certaminis positus stantem vidit quem adiutorem habuit, quia ut iste in terra persecutorum infidelitatem vinceret, pro illo de celo illius gratia pugnavit. Sequitur: Illi autem profecti predicaverunt ubique, domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis. Quid in his considerandum est, quid memorie commendandum, nisi quod preceptum obediencia, obedienciam vero signa secuta sunt? Sed quia

ductore deo breviter lectionem evangelicam
exponendo transcurrimus, restat ut aliquid
de ipsa tante sollempnitatis consideratione
dicamus. Hoc autem nobis primum querendum
est, quidnam sit quod nato domino ap-
paruerunt angeli, et tamen non legitur
in albis vestibus apparuisse. Ascendente autem
domino missi angeli in albis vestibus appa-
ruisse leguntur. Sic enim scriptum est: Videnti-
bus illis elevatus est et nubes suscepit
eum ab eorum oculis. Cumque intuerentur
in celum euntem illum, ecce duo viri ste-
terunt iuxta illos in vestibus albis.
In albis autem vestibus gaudium et solle-
mpnitas mentis ostenditur. Quid est ergo
quod nato domino in albis vestibus non ap-
paruerunt, ascendente autem domino in albis
vestibus apparent, nisi quod magna tunc
sollempnitas angelis facta est, cum celum
deus homo penetravit. Quia nascente
domino videbatur divinitas humiliata, ascen-
dente autem domino est humanitas exaltata.
Albe etenim vestes exaltationi magis con-
gruunt quam humiliationi. In assumptione
ergo eius angeli in albis vestibus videri
debuerunt, quia qui in nativitate sua ap-
paruit deus humilis, in ascensione sua
ostensus est homo sublimis. Sed hoc
nobis magnopere fratres karissimi in hac
sollempnitate pensandum est, quia deletum
est hodierna die cyrographum dampn-
nationis nostre, mutata est sententia
corruptionis nostre. Illa enim natura cui
dictum est: Terra es et in terram ibis, hodie
in celum ivit. Pro hac ipsa namque carnis
nostre sublevatione per figuram beatus Job
dominum avem vocat. Quia enim ascensionis
eius misterium iudeam non intelligere
conspexit, de infidelitate eius beatus Job
sententiam protulit dicens: Semitam ignora-
vit avis. Avis enim recte appellatus est

dominus, quia corpus carneum ad ethera libravit.
Cuius avis semitam ignoravit quisquis eum
ad celos ascendisse non credidit. De hac solle-
mpnitate psalmista dicit: Elevata est magni-
ficentia tua super celos. De hac rursum ait:
Ascendit deus in iubilatione et dominus in voce
tube. De hac iterum dicit: Ascendens in altum
captivam duxit captivitatem, dedit dona
hominibus. Ascendens quippe in altum cap-
tivam duxit captivitatem, quia corruptio-
nem nostram virtute sue incorruptionis absor-
buit. Dedit dona hominibus, quia misso de-
super spiritu alii sermonem sapientie, alii sermo-
nem scientie, alii operationem virtutum, alii
gratiam curationum, alii genera linguarum,
alii interpretationem sermonum tribuit. Dedit
ergo dona hominibus. Dum per eius gratiam
eorum virtus in mundum excrevit. De hac
ascensionis eius gloria etiam Abacuk ait:
Elevatus est sol et luna stetit in ordine
suo. Quis enim solis nomine nisi dominus, et quis
lune nomine nisi ecclesia designatur? Quousque
enim ad celos dominus ascendit, sancta eius ecclesia
adversa mundi omnino formidavit, at postquam
eius ascensione roborata est, aperte predicavit
quod occulte credidit. Elevatus ergo est sol
et luna stetit in ordine suo, quia cum dominus
celum petiit, sancta eius ecclesia in auctoritate
predicationis excrevit. Hinc eiusdem ecclesie
voce Salomon dicit: Ecce iste venit saliens
in montibus transiliens colles. Conside-
rabat namque tantorum operum culmina
et ait: Ecce iste venit saliens in montibus et
transiliens colles. Veniendo quippe ad redemp-
tionem nostram quosdam ut ita dixerim
saltus dedit. Vultis fratres karissimi ipsos eius De saltu domini Jhesu Christi
saltus agnoscere? De celo venit in uterum,
de utero venit in presepium, de presepio venit
in crucem, de cruce venit in sepulcrum, de se-
pulcro rediit in celum. Ecce ut nos post
se currere faceret quosdam pro nobis saltus
manifestata per carnem veritas dedit. Quia

etiam (co)exaltavit ut gigas ad currendam viam
ut nos ei operarie dicemus. Trahe me post
te curremus in odorem unguentorum tuorum.
Unde fratres karissimi oportet ut illuc sequa-
mur corde ubi eum corpore ascendisse credimus.
Desideria terrena fugiamus nil nos delectet
in infimis qui patrem habemus in celis. Et hoc
nobis est magno opere perpendendum quia is
qui placidus ascendit terribilis redit et quicquid
mansuetudine nobis cum mansuetudine precepit hoc a nobis cum
districtione exiget. Nemo ergo indulta penitentie
tempora parvipendat. Nemo curam sui
dum habet agere negligat quia redemptor
noster tanto tunc in iudicium districtior veniet
quanto nos ante iudicium magna patientia
prorogavit. Hec itaque vobiscum fratres agite
hec in mente sedula cogitatione versate.
Quamvis adhuc rerum perturbationibus animus
fluctuet iam tamen spei vestre anchoram
in eternam patriam figite et intentionem
mentis in vera luce solidate. Ecce ad celum as-
cendisse dominum audivimus. Hoc igitur servemus
in meditatione quod credimus. Et si adhuc
hic tenemur infirmitate corporis sequamur
eum tamen passibus amoris. Non autem deserit
desiderium nostrum ipse qui dedit Ihesus Christus dominus
s. joh noster qui vivit et **f. Secundum Johannem xv°**
In illo tempore dixit iesus discipulis suis. Cum venerit paraclitus
quem ego mittam vobis a patre spiritum ve-
ritatis qui a patre procedit ille testimonium per-
hibebit de me. Et vos testimonium perhibebitis
Bede quia ab initio mecum estis. Et reliqua. **Omelia bede**
Ex multis sancti evangelii locis inve-
nimus quia quidem discipuli ante ad-
ventum spiritus sancti minus capaces
erant ad intelligenda archana divine sub-
limitatis minus fortes ad tolleranda ad-
versa humane pravitatis. Sed eis adveniente
spiritu cum augmento divine cognitionis da-
ta est etiam constantia vincendi humana
in predicatione persecutionis. Unde illis dominus

promissione tunc dicit. Cum venerit paraclitus
quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis
qui a patre procedit ille testimonium perhibe-
bit de me. Et vos testimonium perhibebitis. No-
tandum autem imprimis quod dominus spiritum
veritatis et a se mittendum esse testatur
et eundem mox a patre procedere subiungit
non quia idem alio a patre procedit quam
a filio mittitur aut alio tempore a patre
procedit quam cum a filio mittitur. Ideo
filius cum a se mitti a patre dicit
procedere ut aliam patris aliam eius
suam personam designet ac in tali distinc-
tione personarum unam esse operationem
et voluntatem suam cum patris volun-
tate et operatione demonstret. Cum enim
eiusdem spiritus gratia datur homini-
bus mittitur profecto spiritus a patre
mittitur et a filio procedit et a patre procedit
et a filio quia et eius missio ipsa proces-
sio est qua a patre procedit et filio
venit et sua sponte quia sicut coequa-
lis est patri et filio ita eandem volun-
tatem habet cum patre et filio quem
spiritus enim ubi vult spirat. Et sicut
apostolus enumeratis donis celestibus ait
hec omnia operatur unus atque idem
spiritus dividens singulis prout vult.
Adveniens autem spiritus testimonium perhibu-
it de domino quia discipulorum cordibus inspi-
ravit que de illo erant omnia scienda
mortalibus clara illis luce revelavit
quod videlicet equalis et consubstantialis patri
erat ante secula quia consubstantialis factus est
nobis in fine seculorum qui de virgine na-
tus sine peccato vixit in mundo quia quando
voluit et quia voluit morte transivit
de mundo quia vincens mortem resurgen-
do destruxit imperium in qua passus est
et resurrexit carnem ad celos ascendendo

levavit atque in paterne glorie consessu
in dextera. quod omnia prophetarum scripta
illi testimonium perhibent quod confessio no-
minis eius usque ad fines erat propaganda
terrarum. ceteraque fidei illius mysteria spiritus
sancti testimonio sunt revelata disci-
pulis nec illis tantum sed omnibus
qui per verbum eorum credunt in deum
quicumque recte sapiunt eiusdem est spiritus
munere consecutum. Ille ergo inquit testi-
monium perhibebit de me et vos perhibebitis te-
stimonium. Omnia que spiritu intus docente per-
ceperunt hec abiecto timore pristino
foris loquendo et aliis ministrabant. Ipse
namque spiritus corda eorum et scientia veritatis
illustrabit et ad docenda que nossent cul-
mine virtutis erexit. Unde recte apud
ysaiam spiritus idem fortitudinis et scientie
nuncupatur. Et enim spiritus scientie quia per ipsum
que recte agere vel etiam cogitare debe-
mus cognoscimus. est et fortitudinis quia
etiam per ipsum ut que bene novimus
operemur accepimus ne ad instantiam alicuius
actionis que cepimus repellamur. Et
vos inquit testimonium perhibebitis quia
ab initio mecum estis. Cum data spiritus
gratia etiam hoc discipulorum fiducia
munivit. quod ab initio erant cum domino
ideoque que apud illum viderunt et au-
dierunt absque ulla ambiguitate predi-
care valebant. Unde bene petrus ali-
um pro iuda volens ordinare apostolum non
hunc neophitum. sed probatum corpore
curavit eligere dicens. Oportet ergo
ex hiis viris qui nobiscum congregati sunt
in omni tempore quo intravit et exivit inter
nos dominus ihesus testem resurrectionis eius
nobiscum fieri unum ex istis. Hinc ipse
gentibus christum evangelizans confidenter

dicebat. Hunc deus suscitavit tertia die
et dedit eum manifestum fieri non omni populo
sed testibus preordinatis a deo nobis qui man-
ducavimus et bibimus cum illo postquam re-
surrexit a mortuis. Sed quia tristitia
electorum mentem statim eruere solet anti-
quus hostis invidia qua vel ipse ipsum la-
tenter vel per homines sue malignitati sub-
ditos patenter inchoata pietatis opera
conetur abrumpere. Recte dominus premissa disci-
pulis fiducia predicandi persecutionem quoque
eorum qui eidem predicationi resisterent pa-
ter opportunitatem ostendit cum subdidit. Hec
locutus sum vobis ut non scandalizemini
absque se. Curavit namque pius magister
futura discipulis pressurarum bella predicere quatinus
minus hec venientia eos possent offe-
ndere quia solent nimirum levius ferri adver-
sa que possint ante previsi. Nam cum ipsa
to ac non prudenti animo mala ingeren-
tur gravius habent sepe ab integritate sui
statu deiciunt. Unde bene salomon amonet
dicens fili accedens ad servitutem dei sta in
iustitia et timore et prepara animam tuam ad
temptationem. Non solum vero discipulos sal-
vator a cetuum societate pellendos
sed aliis etiam mortis pericula passuros
fuisse premonuit. Nam sequitur. Sed ve-
nit hora ut omnis qui interficit vos arbi-
tretur obsequium se prestare deo. Arbitra-
bantur autem obsequium se deo prestare iudei
ideo quod ministros novi testamenti odiis
insectabantur et mortibus. quia sicut illis
testimonium perhibet apostolus Emulationem dei ha-
bent sed non secundum scientiam. ut de se ipse
loquitur. Et ego quidem existimaveram
me adversus nomen ihesu nazareni debe-
re multa contraria agere. quod et feci ierosolimis.
predictis ergo pressurarum adversitatibus repente
quasi consolans discipulos adiungit.

Sed venit hora ut omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se prestare deo. Dicit: Bella quidem tribulacionum a tribulibus (?) vestris estis passuri, sed eo tollerabilius hec suscipite quo non tam odio vestri quam divine legis emulacione vobis ingesserint. Cuius memor admonicionis beatus martir Stephanus saxorum (?) genibus pro hiis qui se interficiebant pia voce supplicabat dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum. Arbitrantur enim legis emulatores obsequium se prestare deo, dum preconibus gratie necem inferunt, hii scilicet legem que per famulum data est defendunt, quam gratiam (?) quam ipse filius offeret atque reciperent (?) interfecissent, se deo patri placere estimant, qui dei filium contempnere, ymo etiam persequi et blasphemare laborant. Unde recte subiungitur: Et hec facient vobis quia non noverunt patrem neque me. Cum enim filius in patre et pater in filio sit, et qui videt filium videt et patrem, patet profecto quia quicunque filii credulitati obstinata mente resistunt, nec patrem nosse probantur. Unde etiam idem Johannes veritatem divine unitatis insinuans ait: Omnis qui negat filium neque patrem habet, qui confitetur et filium et patrem habet. Et iterum: Omnis qui diligit eum qui genuit diligit eum qui natus est ex eo. Verum etiam quia discipuli qui priorem (?) bene noverant et filium, multa per eiusdem presencie defensione ac consolatione fuerant passuri, providus eius ammonitione subiungit: Sed hec locutus sum vobis ut cum venerit hora eorum reminiscamini quia ego dixi vobis. Magno opere pensandum est quod ait: Ego dixi vobis. Ego qui pro vestra (?) ac salute moriturus sum, qui meo sanguine redempturus, qui in tribulatione semper vos semper adiuturus, qui etiam vobis premia post tribulacionem daturus sum. Magnum quidem certantibus levamen, magnum consolationis gaudium prestat, qui ille certamina eadem futura predixisse cognoscitur (?), qui milites suos ne vinci possint, et ne interfecti vincant immortalem post prelia solet reponere palmam. Cum enim hic horum persecutorum venturam fuisse premonuit ipse paulo post invadere persecutione suum fidelibus auxilium pollicetur dicens: In mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum. Ipse alibi legitime certantibus coronam vite repromittit dicens: Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam, quoniam ipsorum est regnum celorum. Hoc de evangelica lectione fratres karissimi breviter complanata de cetero (?) nunc libet de ipsa quam colimus quinquagesime sollempnitate subtilius aliquid loqui. Sicut enim imminentibus sollempniis paschalibus quadragesima ieiuniorum observancia celebratur, sic eisdem peractis quinquagesimam non sine certa causa misteriorum festi devotione agimus. Illa quia sancta ecclesia in quibusdam suis membris adhuc pro eterna requie laborat in terris, et quibusdam vero omni labore finito iam cum Christo regnat in celis, in memoriam utriusque vite constituere patres nostri geminam. Hec congrue religionis sollempnia, quadragesimam scilicet afflictionis et ieiuniorum instante iam dominice resurrectionis tempore gaudiisque paschalibus, ut per eam sepius nobis ad memoriam revocarent, quia per laborem et continentiam, per vigilias et orationes et per cetera que apostolus commemorat arma iusticie adiuti in omnibus (?) premia iam debeamus attingere. Porro quinquagesimam post dominice resurrectionis die inchoare et gaudiis potius laudibusque

Nota

Quare xl dies pascalis sollempnitatis post quadragesimam sint instituti infra

Nota

dimus quam ieiuniis voluerunt et
celebrem quater annis eius festi dul
cibus amovemur desiderium nostrum
obtinenda festa que non sunt annua
sed continua non terrena sed celestia
semper ascendere fugimus terre. quod non
in tempore mortalitatis huius sed incolumi
tate future incorruptionis vera nobis que
renda felicitas vera est et venienda per
petuitas ubi cessantibus et cunctis
laboribus tota in dei visione ac lau
de vita geritur. Iuxta hoc quod propheta
corde pariter et carne in deum vivum exul
tans aiebat Beati qui habitant in do
mo tua domine in secula seculorum laudabunt
te. Unde merito quinquagesime diebus in
memoriam huius nostre quietissime ac
felicissime actionis crebrius ac festiui
us alleluia canere solemus. Alleluia
namque ebreus sermo est et interpretatur
latine laudate dominum. Denique in psal
mis ubi nunc canimus laudate dominum
pro hoc verbum apud hebreos alleluia
canitur. Quod iohannes evangelista in apoca
lipsi sua celestium agmina virtutum
cantantia se audisse perhibet. Sed et
venerabilis pater Thobias conuisione
angeli ea intelligens qualia superno
rum civium gloria quanta ipsius ierusalem
celestis sit claritas hec mystica voce di
cebat Ex lapide precioso et mundo omnes
platee eius sternentur et per vicos eius
alleluia cantabitur. Rectissime autem
et pulcherrime generalis sancte ecclesie mos
inolevit ut hoc diuine laudationis car
men propter reverentiam diuine auctori
tatis ac verbi per orbem fidelibus hebre
a voce cantetur. Quod ideo fit ut per ta
lis consonantiam devotionis omnis

admoneatur ecclesia quia et nunc in una fidei
confessione ac dilectione Christi consistere
debeat et ad illam in futuro patriam fe
stinare in qua nulla diuersitas mentium
nulla est dissonantia linguarum. Nam
quo sicut illius quondam multitudinis creden
cium erat cor et anima una et erant
illis omnia communia. ita in illa summe
pacis visione multitudinis videncium
deum erit cor et anima una videlicet
diligendi ac laudandi eum. cuius se
gratia viderint esse saluatos et ibi ve
raciter erunt omnibus omnia communia
quia sicut apostolus ait Erit deus omnia
in omnibus. eiusque typum temporis ac lau
dibus nostre quietis ultimum septem psal
mi qui specialiter nostrum laude ca
nuntur alleluia titulo prenotantur. Sep
tima quippe dies sabbati id est requiem
plebem vocari et haberi precepta est
Et capite libri psalmorum post tanta prep
torum celestium instituta tot certa
minum spiritalium misteria decantata ta
tis saluberrime confessionis ac depreca
tionis humillime voces editis demum alle
luia titulus finitur quia quidem in eo psalmum
salvatoris nostri largitione opitulante perf
ruimus quidem quod eterne patrie desiderio
cogitamus cuncti hec animo ... nobis
mercede recompensabit ut in urbe se
perna et audire vocem laudis eius et
ipsi cum sanctis eius benedicere gloriam
nominis eius dicere potentiam virtutis
eius loqui mereamur. Ideo autem plures
ecclesie magistri decantationem alleluia te
pore quadragesime intermittendam esse
sanxerunt quatinus in ecclesia nunc adi
uncta laude repetitur. sed aliis verbis
que ad ipsum perfecte signant eius dona
cotidie canuntur. Ut nona eius repetitio

maiorem gratioremque paschalibus sollemp
nis honorificentiam reddit et splendorem
Sed et hoc ideo misterium maxime designare
viderunt voluerunt quia in huius seculi
peregrinatione sicut oportet nonnumquam et opor
tet suspiramus ita etiam per oportet deum lau
damus dicentes cum propheta. quomodo
cantabimus canticum domini in terra aliena
Illic vero in illam patriam terram videlicet
viventium domumque regni celestis olim a do
mino nobis repromissam intrare meruerimus
tunc et illum perfecte intueri sicut
etiam perfecte valebimus laudare iuxta
illud psalmi Et in templo eius omnes
dicent gloriam. Unde et alibi dicit Celi
enarrant gloriam dei. cives quippe
celestis patrie celos appellat Et quidem
quidam origene gloriam dei narrare
possunt. non autem hanc enarrare insin
guli cives sufficiunt. qui quo clarius visio
vident. eo certius valent eloqui Utriusque
sane hanc sollempnitatem hoc est et quadragesime
et quinquagesime vero temporalibus hominum sed
ipsius domini ac salvatoris nostri prima
nobis sanxit auctoritas quadragesimam
videlicet in eo quod diebus ac noctibus xl. ie
iunavit, in deserto victaque temptatoris
versutia ministeriis fruebatur angelicis
Ubi nos suo informavit exemplo quod
per maceracionem carnis ad instar spiritualis
machinas evitare et angelorum debeamus
pervenire consortium. Porro quinquagesime
nobis gaudia ideo servanda monstravit
quod post resurrectionem suam discipu
lis suis in multis argumentis per dies
quadraginta probavit, apparens eis
et loquens de regno dei Et convescens
ut in eorum actibus legimus quia illos sic
frequentibus visitacionis letabundum
hoc tempus habere fecit ac festivum.

Sed et in celum ascendens nequaquam
priste sue potentie dulcedinem abstu
lit, sed eadem potius promisso spiritus
sancti carismate cumulavit denique
cum promitteret eos spiritu sancto baptiza
dos. post dies non multos eisque bene
dicens ostendit. ac sicut [illegible] qua
dragesimo utique die sue resurrectionis
[illegible] illi adorantes regressi sunt in
ierusalem cum gaudio magno et erant
semper in templo laudantes ac bene
dicentes deum. Horum nobis gaudio
ac laude et benedictione celesti qua
spiritus postolabat ad veniam usque ad diem
quinquagesimum quam greci penthecoston
appellant sollempnitatem huius leti
ciam docuerunt esse protelandam Sed
hec verbo sollertius intuendum fratres
karissimi quod dominus hac xl dierum commansi
one cum discipulis non solum futuri
seculi gaudia que cum illo sumus ha
bituri presignavit verum etiam ineffabilem
circa nos sue pietatis ostendit affec
tum qui deposita iam infirmitate cor
poris et sumpta per resurrectionem du
dum in celestem gloriam commutati
dignatur tamen ad hoc discipulorum
interesse convivio ut socios eos hec
possit in celo ut precepta quibus ad regnum
dei pervenirent in variis ipsa familia
ritate commendaret Quod enim fiebat mori
quid sibi vult horum cunctis verborum
quia dicitur apparens eis et loquens de
regno dei et convescens nisi quod patet
ostendit quod ob hoc maxime convi
vii predilectionem eorum cum de regno dei
loquitur ut quemadmodum eos sumens
epulas quibus celeste corpus sumens
monstrabat artius eos [illegible]

sue caritati obligaret atque illius temporis memoria roboraret. Quod eis ante passionem suam promittendo predixerat: Et ego dispono vobis sicut disposuit michi pater meus regnum ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo. Merito ergo sacrosanctis diebus hijs nos quoque maioribus epulis atque hympnis celestibus vacamus, abstinentiam nimirum dominice resurrectionis ob memoriam dimittentes, convictus cum discipulis simul et ob spem future vite quiete ac vite immortalis. Sed et genua in oratione minime iuxta morem flectimus quia per totum genuum inflexio penitentie et luctus indicium est. Quod etiam omnibus dominicis diebus observandum propter eiusdem resurrectionis dominice ut iam sacramenta patres instituerunt. De sacramento autem quinquagenarii vel quadragenarii numeri multipliciter a patribus disputatum est. Sed nos quia in longum duximus sermonem brevitati ~~non~~ fruitati hec dixisse satis est quod ieiuniorum cerimonie quadragenario numero observentur ut scilicet per hoc insinuetur quod toto huius vite tempore procurare vite perfectione laborare debeamus. Quater enim deni .xl. sunt et vita presens congrue quaternario numero figuratur. Vel quia quatuor anni temporibus tota variatur. Vel quia mundus ipse in quo vivimus quatuor elementis subsistit, videlicet igne aere aqua et terra. Future autem vite beatitudo denario numero non inconvenienter designatur. Hinc est enim quod dominus operarios vinee denario remuneratos perhibet. Operarii vinee quippe cultores sunt ecclesie. Denarius autem vite celestis perfectionem designat in qua gloriam domini summi videlicet regis spectulantes in eandem ymaginem transformamur. Non solum quidem quod

regis ymaginem habet et inscriptionem dei. Etiam quod decem obulis qui est perfectus numerus constat. Unde et nomen accepit. Recte ergo quadragenario hoc est quater deno numero ieiunium anni celebramus. Ut per hoc specialius admoneamur quia quamdiu in mundo vivimus pro celestium premiorum adeptione semper laborare studeamus. Recte etiam quinquagenario numero statum future vite beatitudinis ymaginem venerantur ieiunia videlicet relaxando, alleluia canendo, stantes orando, que sunt aptissima perpetue quietis resurrectionis et laudis presagia. Septies enim septem quadraginta et novem faciunt. Et quod per septem sepe requiem designari liquet clarius est. Septem vero septies ducta eiusdem requiei perfectionem insinuant que nullo unquam fine clauditur. Nulla labe maculatur. Sed ubi dies iudicii universalis ac resurrectionis venit amplior corporum receptorum gratia perficiet. Eundem enim ad septem septimanas una dies additur, ipsa videlicet dominica Pentecostes qua spiritum sanctum accepit ecclesia primitiva. Et ita quinquagenarius numerus perfecte completur quia in iudicii et resurrectionis tempore ostendit quando sanctorum requies animarum que nunc in illa vita geritur etiam corporum immortalium receptione geminabitur. Et ille apostoli sermo complebitur: quod si spiritus eius qui suscitavit Jhesum a mortuis vivificabit et mortalia nostra propter inhabitantem spiritum eius in nobis. Verum hoc quoque quod non statim peracta die quinquagesima genua ad orandum curvamus sed et illa adhuc septimana stantes domino supplicamus et omnia intermissa repetentes ieiunia tamen alleluia cottidie personamus nemo

Quare ieiunium quadragesimale quadragenario numero observatur. B

absque discretione apta et congrua ratione miste-
rii putet recitari. Quia enim spiritus sanc-
ti septiformis est gratia merito sollempni-
tas adventus eius per septem dies laude
hymnorum debita simul et missarum cele-
bratione colitur. Quia tempore penthecostes
circa toto orbe novos semper populos
deo per aquam regeneracionis aggregare
consuevit. Merito saluti eorum congaude-
tes quotquot albis induuntur stolis et nitore
puritatis mentium splendorem vultus premo-
strant hymnum deo devote laudis offici-
ums iuxta preceptum ipsius piissimi pa-
storis ac redemptoris nostri qui ait Co-
gratulamini michi quia inveni ovem
meam que perierat. Merito et nunc stan-
tes oramus ob significanciam videlicet liberacionis
eorum qui per donum spiritus sancti de morte
anime ad vitam resuscitati ac resurgere
meruerunt. Cuius donante gratia et
carnis immortalitate nos in novissima
die vestiendos atque ad gaudia vite resur-
rectionis perducendos esse speramus. Iuxta
hoc quod paulo ante apostolo teste dociumus.
Quod vero intra hec ieiuniorum castigacio
reperitur de priorum apostolorum exemplo
sumptum credere debemus qui accepto spiritu
quo perfectius nova celestium bonorum
suavitate fruebantur eo altius mente
a memoria deliciarum abstulere terrestrium.
Iam enim advenerat tempus illud quod dominus
predixit quod discipuli ipso secum consistente
ieiunare non possent ablato eo ieiuna-
rent. Nam cum interrogarent eum disci-
puli Iohannis dicentes quare nos et pharisei
ieiunamus frequenter discipuli autem
tui non ieiunant ait illis Numquid possunt
filii sponsi lugere quamdiu cum illis est sponsus
Venient autem dies cum auferetur ab eis spon-
sus et tunc ieiunabunt. Qui ergo et ante
passionem et post resurrectionem dominicam

presente sponso domino potentiam lugere ac ieiu-
nare nequiverant constat profecto quia
post ablacionem eius spontaneis sese sub-
dere ieiuniis. Namque ubi spiritus sanc-
ti sunt acceptione recreati sicut ceteris
mundialibus illecebris sic et a epularum appetitu
mente prorsus averterant anime potius
quam corporis alimonia gaudentes et
in memoria patrie celestis orationibus ac
lectionibus insistentes salubribus. Denique Luca
referente cognovimus de illis tribus milibus
virorum qui ipso die penthecostes Pe-
tro predicante crediderunt quam par-vo
victu contenti fuerint quam sobriam
celestemque in terra egerint vitam. Erant
quidem perseverantes in doctrina apostolorum
et communicatione in fractione panis et
orationibus et paulo post cottidie quoque
perdurantes unanimiter in templo et fran-
gentes circa domos panem sumebant
cibum cum exultacione et simpli-
citate cordis collaudantes deum et cetera
huiusmodi. Ad quorum nos exemplum vitam
moresque sollerter aptare necesse est
quia perfectum vite magisterium e celo
primitive per actus imitari. Illamque edi-
ficii spiritualis normam ad finem usque ser-
vare quam ab ipsis apostolis institutam
fidei liquet esse compositam. Nec dubitandum
quia quorum nunc vestigia sequimur
eorum in futuris simul premia percipiemus.
Et quidem festi huius pulcherrima etiam
in parte future beatitudinis figuram gerit
[illegible] quinquaginta perstringimus. Sed
tamen nobis vivendum est ut que corporis
in imagine colimus ante interni ar-
bitrii oculos veraciter defendimus per-
veniemus ergo et nos in doctrina eorum
vel videlicet discendo et operibus docen-
do que docent orationibus instanciamus
assiduis dum panis communione diges-

sathagamus existere Quamuis in ecclesia
horis psistamus canonicis pene indigen
pximo vel quidquid valemus pie conso
lacionis porrigamus ita tamen corpori
indulgeamus ut memoria diuini panis
pocius mentis intima reficiat Sim
plicitatem cordis in omnibus habeamus
que est sola intencione superne retribucionis
bona operari et quod precipua festa maxime
decet ympnum consona voce simul et mente
concinamus Sit enim solummodo deo nostro
iocunda sic laudacio si quod ore canimus
non impugnamus opere Si enim labiis alta
pferimus actu prauo et maligna cogitacione
precordia casta gestamus ea tamen voce
suauis erit ei laudacio nostra si non iterum
caduce et infirmis sed indiuiduo delectemur
quod ipse prestare dignetur qui tanta nobis
tamque preclara beneficiorum pignora pas-
chalia sacramenta prestare ihesus christus dominus noster
cui viuit et **Iinius pentecosten secundum Johannem ix^mo**

In illo tempore d. i. d. s. Si diligitis me man
data mea seruate Et ego rogabo patrem
et alium paraclitum dabit vobis ut ma
neat vobiscum in eternum etc. **Omelia Augustini**

Audiuimus fratres cum euangelium legeretur
dominum dicentem Si diligitis me ma
data mea seruate et ego rogabo patrem
et alium paraclitum dabit vobis ut ma
neat vobiscum in eternum spiritum veritatis
quem mundus non potest accipere quia
non videt eum nec scit eum vos autem
cognoscitis eum quia apud vos mane
bit et in vobis erit Multa sunt que in ista
paucis verbis diuinis requiruntur Sed mul
tum est ad vos vel omnia que hic quere
da sunt querenda vel omnia que hic
quesierimus inuenire verumptamen quantum
nobis dominus donare dignare dignetur
pro nostra et vestra caritate quid dicere debe
amus et quid audire debeatis pro nos

attendite Enim quod possimus similiter et ab ipso
quod non possumus poscite spiritum paraclitum
christus promisit apostolis quo autem modo audiamus
Si diligitis me mandata mea seruate
et ego rogabo patrem et alium paraclitum
dabit vobis ut maneat vobiscum in eternum
spiritum veritatis Iste est utique trinitatis spiritus
sanctus quem patri et filio consubstancialem
et coeternum et coequalem fides katholica
confitetur Ipse est de quo dicit apostolus
Caritas dei diffusa est in cordibus nostris
per spiritum sanctum qui datus est nobis Quo
modo ergo dominus dicit Si diligitis me
mandata mea seruate et ego rogabo pa-
trem et alium paraclitum dabit vobis cum hoc
dicat de spiritu sancto quem nisi habeamus nec
diligere deum possumus nec mandata eius
obseruare Quomodo diligimus ut eum
accipiamus quem nisi habeamus diligere
non valemus quomodo mandata eius
seruabimus ut eum accipiamus quem nisi
habeamus mandata seruare non possumus
An forte precedit in nobis caritas qua christi
an forte precesserat sed dei patris dif-
funditur in cordibus nostris per spiritum sanctum
qui datus est nobis peruersa est ista sen-
tencia cum enim se filium dei diligere credit et
patrem non diligit profecto nec filium di
ligit sed quod sibi ipse finxit Deinde apo
stolica vox est Nemo dicit dominus ihesus
nisi in spiritu sancto et nemo sic dicit nisi
qui diligit Et quis dominum ihesum nisi qui
eum diligit dicit sic eo modo dicit quo in
telligi apostolus voluit Multi autem voce di
cunt corde autem et factis negant sicut et
de talibus ait Confitentur se nosse deum
factis autem negant Si negacio factis
procul dubio eciam negat dicere Nemo itaque
dicit dominus ihesus animo verbo facto cor
de ore et opere Nemo dicit ihesum nisi in spiritu

sancto. et nemo id dicit nisi qui diligit
Iam utique apostoli dicebant dominum Iesum et si
eo modo dicebant ut non ficte dicerent
ore confitentes corde et factis non negan-
tes prorsus si veraciter hoc dicebant procul du-
bio diligebant. quomodo ergo diligebant
nisi in spiritu sancto Et tamen eis prius impera-
tur ut diligant eum et eius mandata ser-
vent ut accipiant spiritum sanctum
quem nisi haberent profecto diligere et manda-
ta servare non possent Restat igitur ut
intelligamus spiritum sanctum habere qui
diligit et habendo mereri ut plus habeat et
plus habendo plus diligat Iam itaque ha-
bebant spiritum discipuli quem dominus promitte-
bat sine quo eum dominum non dicebant. nec
tamen adhuc eum habebant sicut eum dominus
promittebat Et habebant ergo et non habebant
qui quantus habendus fuerat nondum habebant
Habebant itaque minus dandus eis erat ampli-
us habebant occulte. accepturi erant ma-
nifeste quia et hoc ad maius donum spiritus sancti
pertinet ut eis innotescat quod habebant
De quo munere apostolus loquens ait. Nos
autem non spiritum huius mundi accepimus sed spi-
ritum qui ex deo est ut sciamus que a deo
donata sunt nobis Nam et ipsam mani-
festam perceptionem spiritus sancti non
semel sed bis numero dominus egit Mox enim ut
resurrexit a mortuis insufflans ait Accipite
spiritum meum sanctum Numquid igitur
quia tunc dedit ideo non misit etiam postea
quem promisit Aut non idem ipse est spiritus
sanctus qui et tunc est insufflatus ab ipso
et post ab ipso missus de celo Unde itaque
ipsa est que facta est evidenter donatio eius
bis facta fuerit alia questio est fortasse
propter duo precepta dilectionis hoc est dei et
proximi ut commendaretur ad spiritum sanctum
pertinere dilectio hec eius est gemina ma-
nifestatione facta donatio Et si alia causa
querenda est non modo eius inquisitione
in longiorem quam oportet modum sermo
iste mittendus est dum tamen constat
sine spiritu sancto Christum nos diligere
et mandata servare non posse et id
nos posse atque agere tanto minus quan-
to illum percipimus minus tanto autem am-
plius quanto illum percipimus amplius
Proinde non solum non habenti verum
etiam habenti non incassum promittitur
non habenti autem ut habeatur. habenti
autem ut amplius habeatur Nam nisi
ab alio minus ab alio amplius haberetur sanctus
Helizeus sancto Helie non diceret spiritus
qui est in te duplex sit in me Quando
autem ait Iohannes baptista Non enim ad
mensuram dat deus spiritum de ipso filio
loquebatur cui non est datus spiritus ad men-
suram quia in illo inhabitat omnis ple-
nitudo divinitatis neque enim sine gratia spiritus
sancti est mediator dei et hominum homo
Christus Iesus Nam et ipse dicit de se fuis-
se propheticum illud impletum Spiritus
domini super me eo quod unxerit me evan-
gelizare pauperibus misit me quod
enim unigenitus equalis est patri non
est gratie sed nature quod autem in unita-
tem persone unigeniti assumptus est homo
gratie est non nature confitente evangelio
atque dicente Puer autem crescebat et confor-
tabatur plenus sapientia et gratia dei erat
in illo. ceteris autem ad mensuram datur
et datus additur donec unicuique pro modo
perfectionis propria mensura compleatur
Unde monet apostolus non plus sapere quam
oportet sapere. sed sapere ad temperantiam
unicuique sicut deus partitus est mensuram
fidei neque enim ipse dividitur spiritus sed dona
per spiritum Quia divisiones donationum sunt
idem autem spiritus Quod autem ait
Rogabo patrem et alium paraclitum

dabit vobis ostendit et se ipsum esse paraclitum. paraclitus enim latine dicitur advocatus. et dictum est de Christo advocatum habemus ad patrem Ihesum Christum iustum. sic autem dixit mundum non posse spiritum sanctum accipere sicut etiam dictum est prudentia carnis inimica est in deum. legi enim dei non est subiecta nec enim potest velut si dicamus iniusticia iusta esse non potest. mundum quippe ait hoc loco mundi significans dilectores que dilectio non est a patre. et ideo dilectio huius mundi de qua satis agimus ut minuatur et consummatur in nobis contraria est dilectioni dei que diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. mundus ergo eum accipere non potest quia non videt eum nec scit eum. Non enim habet invisibiles oculos mundana dilectio per quos videri spiritus sanctus nisi invisibiliter non potest. Vos autem cognoscetis eum quia apud vos manebit et in vobis erit. Erit in eis ut maneat non manebit ut sit. prius enim est esse alicubi quam manere. Sed ne putarent quod dictum est apud vos manebit ita dictum quemadmodum apud hominem hospes visibiliter manere consuevit exposuit quod dixit apud vos enim adiunxit Et dixit in vobis. Ergo invisibiliter nec si non sit in vobis potest eius in vobis esse scientia. nec enim videtur a nobis in nobis et nostra conscientia. Nam faciem videmus alterius et nostram non videmus. conscientiam vero nostram videmus et alterius non videmus. Sed nunquam conscientia est nisi in nobis. Spiritus autem sanctus potest esse etiam sine nobis datur quippe ut sit et in nobis sed videri et sciri quemadmodum videndus et sciendus est non potest a nobis nisi sit in nobis. eum dimittit etc.

In die penthecostes secundum Iohannem

In illo tempore dixit Ihesus discipulis suis Si diligitis me mandata mea servate et ego rogabo patrem et alium paraclitum dabit vobis ut maneat vobiscum in eternum.

Lectio eiusdem

Quia dignitas hodierne sollempnitatis de adventu spiritus sancti celebramus. debemus fratres karissimi ipsi congruere sollempnitati. quam colimus hoc enim ordine tante sollempnitatis huius dignitatem gaudia celebramus si nos quoque deo opitulante aptos reddiderimus ad quos spiritus sanctus advenire et in quibus habitare dignetur. Ea autem plenius rome adiecto et illustratione spiritus sancti apti existimus si et corda nostra divinus amor repleat et corpora sint divitiis mancipata paupertatis. Unde et in exordio lectionis huius evangelice discipulis veritas ait Si diligitis me mandata mea servate et ego rogabo patrem et alium paraclitum dabit vobis. Paraclitus quippe consolator interpretatur. Et spiritus sanctus recte paraclitus vocatur. quia corda fidelium ne inter huius seculi adversa deficiant. celestibus bonorum desideriis sublevat ac reficit. Unde in actibus apostolorum crescente sancta ecclesia dicitur Et edificabatur ambulans in timore dei et consolatione spiritus sancti replebatur. Quod ergo ait Si diligitis me mandata mea servate et ego rogabo patrem et alium paraclitum dabit vobis in ipsis quidem discipulis qui eum vere dilexisse vere mandatis eius obedisse non dubitantur hodierna die completum est quando illis in cenaculo orantibus repente spiritus sanctus in igneis linguis apparuit eosque in ore per diversitatem linguarum docuit et interiorem de pavore sui consolationem roborabant. Habebant autem et prius paraclitum ipsum

In die penthecostes secundum Iohannem

lectio eiusdem

spiritum videlicet divinum secum in carne commorantem
cumque intactorum dulcedine et ope predica-
tionis ne infidelium persecutione scandaliza-
ri possent erigi et confortari solebant
verum quia ille post resurrectionem ascen-
dens in celum eos corporaliter deseruit quibus
tamen divine potentia maiestatis nunquam
abfuit recte ad hunc de hoc paraclito i. spiritu
sancto subiungit ut maneat vobiscum in eter-
num. Inceptum namque manet cum sanctis
quos inchoat vita semper invisibiliter intus
illustrat et insinuat ad conplendam perpetuo
speciem sue maiestatis introducit. Sed et
nos fratres karissimi perfecte si Christum diligimus
ita ut eiusdem dilectionis veritatem manda-
torum eius observatione probemus rogabit
etiam pro nobis patrem et alium paraclitum
dabit nobis pater. Rogabit patrem pro huma-
nitatem qui dabit cum patre pro divinitate.
Neque enim putandum est quia ante passionem
suam tantummodo pro ecclesia rogavit et non
etiam nunc post ascensionem suam roget
cum dicat de illo apostolus qui est ad dexte-
ram dei qui etiam interpellat pro nobis. Habe-
mus etiam et nos paraclitum dominum nostrum
Ihesum Christum quem et si corporaliter videre
nequimus ea tamen que in corpore gessit
et docuit in evangeliis scripta tenemus. Et
si in hiis audiendis legendis invicem con-
ferendis corde et opere conservandis cu-
ram inferimus constat nimirum quod
erumpnas seculi facillime quasi deo
nobiscum perpetuo commorante ac nos co-
solante vincamus. Si ergo hunc paracli-
tum diligimus eiusque mandata serva-
mus rogabit patrem et alium paraclitum
dabit vobis i. spiritus sui graciam nostris
cordibus clementer infundet. Que nos
interim ad visionem presentis patrie celestis
letificet expectatione, ita ut cum propheta
possimus dicere: Secundum multitudinem dolorum
meorum in corde meo patris i. consolaciones
tue domine letificaverunt animam meam. Alium
inquit paraclitum dabit vobis ut maneat
vobiscum in eternum et addidit spiritum veritatis
quem mundus non potest accipere. Mundum
autem appellat homines mundi dum amo-
re diligunt sicut econtra sancti qui cele-
sti desiderio flagrant celi recte vocantur
dicente psalmista: Et annunciabunt celi
iusticiam eius et populo qui nascetur,
quod est aperte dicere: annunciabunt excelsi
mente viri et actione doctores iusticiam
eius populo qui ad fidem veniendo in per-
petuo illo nasci desiderant. Cuiuscumque infideli-
bus delectationibus inhiat non potest accipere
spiritum veritatis. Fugit enim spiritus veritatis
cor quod vanitati subditum erit solos per
eos quos mandatorum virtute pro dilectione
operari conspicit adventus sui luce re-
ficit. Unde bene cum diceret: Quem
mundus non potest accipere, mox ad-
didit dicens: quia non videt eum
nec scit eum; vos autem cognoscetis eum
quia apud vos manebit et in vobis
erit. Dum nimirum salvatorem et infide-
les ante passionem viderunt sed quia
filius esset quia paraclitus a deo missus
in mundum non nisi fideles scire potu-
erunt. Spiritum autem sanctum nec oculis vide-
re infideles nec animo valebant agnosce-
re quia non in ducitis humilitate disciplu-
lis apparuit sed ita ad eos venire
ita apud eos maluit manere in ipsis
eorum cordibus gratissimam sibi sedem conse-
cravit. Hoc est enim quod ait: Vos autem
cognoscetis eum quia apud vos ma-
nebit et in vobis erit. Qui autem invisi-
biliter in hac vita manebit cum electis
in futuro vero eis gratiam sue cognitionis
exhibebit. Non relinquam vos orpha-
nos; veniam ad vos. Videbatur infidelibus
quia moriens in cruce dominus disciplu-
los relinqueret orphanos quibus

et prebuit se ipsum vivum post passionem
suam in multis argumentis per dies quadra-
ginta et post dies decem ascensionis sue
hoc est hodierna die spiritus sancti id est celesti
carismate donavit. Ubi ipsum Christum ad
eos venisse nullus ambigit qui insepara-
bilem sancte trinitatis naturam virtute
et operationem esse cognovit. Denique ipsum
latius exceperis quantum causa illorum
degente non sancta sit districta di-
mittat. Ad huc modicum et mundus
iam me non videt vos autem videtis
me quia ego vivo et vos vivetis. Nam
quia hec ad passionem imminens loquebatur
modicum erat usque ad tempus complen-
de passionis. Quo eum illi corporali visu
vivum videbant. Vos autem iusti qui
morte illius erant contristati gaudium
resurrectionis eius videre meruerunt. At
qui iniqui eius morte exultabant nec
quamquam ipsi visa eius resurrectione letam
sed audita conturbati ac dolentes peri-
dicabat habebant. Vos autem videtis me et
cetera quia ego vivo et vos vivetis.
Ego vivo presentis temporis verbo posuit et vos
vivetis futuri temporis quia minimum in corpore
ad esse credebat. Ideoque quasi presentem no-
minabat horam in qua ipse morte de-
structa in eternam resurgeret vitam illo-
rum vero vitam infuturum noverat
esse differendam quos et usque ad presen-
tium mortis sue tempus singulos per in-
gressu vite perhennis agonizari et usque
ad finem seculi resurrectionem expectare
sui corporis oportebat. Aliter ergo. Ad huc mo-
dicum et mundus iam me non videt vos
autem videtis quia ego vivo et vos vive-
tis. Ac si aperte dicat Ad huc modicum et
mundi amatores me mortalem ubi
videre desistunt resurgentem vero a mortuis
cernere nequeunt. Siquidem illam restitutionem
eius soli amatores gloriam mox
resurrectionis meruerunt intueri. Vos autem
videtis me post hec videbitis quia et ego
vivo resuscitatus a mortuis et vos dig-
ni estis mee resurrectionis exemplo confortari
qui et ipsi ad perpetuam vitam et beate
resurrectionis gaudia estis venturi.
In illo die vos cognoscetis quia ego in
patre meo et vos in me et ego in vobis.
Noverant enim tunc apostoli Christum esse
in patre per unitatem individue divinitatis
noverant se esse in ipso per susceptionem
fidei et sacramentorum eius noverant
in se esse Christum per dilectionem et observantiam
mandatorum eius. Dixit enim eis ipse si
quis diligit me sermonem meum servabit
et pater meus diliget eum et ad eum veni-
emus et mansionem apud eum faciemus.
Hec utique tunc imbuti corpore nonne noverant
apostoli. Et nunc apostolice imbuta litteris noverunt
omnis ecclesia Christi. Sed in illo maxime die
quo veraciter videre incipient longe ma-
ius ea iusti cognoscent. Hoc est in die
resurrectionis quando eo perfectius cuncta
que scienda sunt scient quo ipso scientie
fontem vivum sine fine conspiciunt.
Quod etiam de quibusdam perfectioribus
sanctis et ante tempus resurrectionis
fieri dubium non est illis. Sed qui fidem
iam bonorum operum dicere cum apostolo
valent. Cupio dissolvi et esse cum Christo
et michi vivere Christus est et mori lucrum.
Hec quidem cuncta duo quasi discipulis
specialiter dicta videntur. Sed ne putaremus
cum illis pertinere et non etiam nobis
si illorum exempla sequimur beatitudi-
nem divine cognitionis pollicitum. Gene-
raliter post hec summam subiunxit. Et
omnibus se diligentibus eandem se visionis

et cognitionis premia promisit dicens Qui habet
mandata mea et servat ea ille est qui dili-
git me. Qui autem diligit me diligetur
a patre et ego diligam eum et manifesta-
Nota quando sit xpm diligere bo ei meipsum. Ubi omni intentione consi-
derandum quia Christum vere diligere est
non ipsam dilectionem labiis proferre sed manda-
ta Christi que discendo venimus operando s-
nare. Unde et Iohannes ammonens ait Filioli
mei non diligamus verbo neque lingua
sed opere et veritate. Omni gaudio amplecten-
dum est quia merces vere nostre dilectionis
illa erit qua esse maior nulla poterit
nos scilicet a patre et filio diligi nobis contem-
plandum presentio filii tui contuitum reve-
lari. Non autem dubitandum quia quibus
gloria filii revelabitur eisdem quoque patris et
spiritus sancti liceat esse conspectum. quia
quorum est una divinitas una utique et insepa-
rabilis visio est. Hinc etiam dicit Qui me
videt. videt et patrem meum. Et notandum
Nota quia cum prius tribus verbis dixit Qui
autem diligit me adiecit de futuro diligetur
a patre meo et ego diligam eum et ma-
nifestabo ei meipsum. Diligit namque etiam
nunc dilectores suos cum patre filius sed
nunc diligit ad hoc ut recte vivant ex fi-
de que per dilectionem operatur. tunc ad hoc diliget
ut perveniant ad visionem veritatis quam
per fidem gustaverunt et pugna ad mortem
usque certaverunt. Non autem frustra cum ad-
ditamento ait. Et manifestabo ei me-
ipsum. se enim tunc omnibus reprobis seipsum vero
solis manifestabit electis. Nam et repro-
bi in iudicio Christum videbunt. Sed sicut
scriptum est Videbunt in quem transfixe-
runt. Soli autem regem in decore suo vide-
bunt oculi iustorum. Beati enim mundo cor-
de quia ipsi deum videbunt. Hec de laude
ewangelica sanctitati breviter visum prout

dominus dedit exponendo diximus. Videtur autem
oportunum optimum de sollempnitate ad
hunc hodierna breviter aliqua disserere.
Imprimis autem sciendum est quod hec sollemp-
nitas non ewangelicis tantum consecra-
ta carismatibus verum etiam legali-
bus iam olim est prefigurata misteriis
ac divino munere per omnes annos sacre
observata cerimoniis. Hodierna enim
die ut novimus positis in cenaculo discipulis
factus est repente de celo sonus, spiritus
sanctus in visione ignis apparens sci-
entiam inde omnium linguarum tradidit.
Facta autem hac voce convenere viri
religiosi qui de diversis nationibus ierusalem
paschalis festivitatis gratia convenerant
Stupebantque mirantes cum audierant
unusquisque lingua sua illos loquen-
tes magnalia dei. Exponentibus
autem discipulis quia sancti spiritus
esset gratia quam viderant, olim
quidem voce prophetarum promissa,
tunc autem Christi munere missa credide-
runt ex eis tria milia virorum et bap-
tizati acceperunt etiam donum spiritus sancti.
Hec est huius diei annua celebritas
hec gratie celestis semper grata fes-
tivitas. Ob huius memoriam fide-
lium cordibus artius imprimendam pul-
cherrimus sancte ecclesie mos inolevit
Ut annis singulis in ea baptismatis
misteria celebrentur. Ablutisque fonte sa-
lutari credentibus superveniens spiritui
sancto templum venerabile paratur
ac per hoc non solum veteris facti re-
cordatio verum etiam in novos ad
optionis filios novitas in ea spiritus sanc-
ti celebratur adventus. Attendite quo-
que fratres mei karissimi quam equaliter huic
nove festivitati legalis festi typus con-
sona concinat. Liberati de egypto filii
israel per immolationem agni paschalis ...

erunt in desertum ut veniret ad terram repromissionis pervenerunt que ad montem Synai et descendente domino in igne super montem cum tonitruis sonitu buccine choruscis et fulguribus quinquagesimo die pacti pasche legis decalogum eis apte note disposuit atque in memoriam date legis statuit eo die per annos singulos sacrificium sibi novum de frugibus eiusdem anni panes videlicet primitiarum duos ad altare deferri. Que autem sit agni paschalis ymolatio que egiptie servitutis absolutio cunctis gentibus liquet. Quia videlicet pascha nostrum ymolatus est Christus et ipse verus est agnus qui abstulit peccata mundi qui sui sanguinis precio nos a captivitatis servitute redemit sueque resurrectionis exemplo nobis spem vite et perpetue libertatis ostendit. Quinquagesimo vero die data est lex descendente domino super montem in igne. Et quinquagesimo post resurrectionem nostri redemptoris que est hodie data gratia spiritus sancti discipulis in cenaculo constitutis que apparente foris igne visibili invisibiliter eorum pectora luce scientie radiavit. Et inextinguibili caritatis ardore succendit. Et hic altitudo cenaculi et ibi cacumen montis sublimitatem preceptorum et donorum indicat celestium. Et quia nemo ad hec infimis desiderijs inherens vel divinis obtemperare mandatis vel supernis possit accipere donis dignus. Sed hic in maioris signum perfectionis omnes qui accipiebant spiritum in cenaculo erant positi, illic ad designanda infirmorum corda auditorum plebs quidem omnis infra montem stabat et pauci seniorum montis partem conscenderant. Solus autem Moyses in ipsum eius verticem ubi in igne et caligine divina maiestas prefulgebat ascendit. Figura nimirum altiora et intima legis archana perfectiores solum capere et servare noverunt. Plebs vero carnalis littere superficie contenta quasi extrinsecus infra positus verbi celestis astabat auditum. At vero data lacius gratia spiritus sancti ad intelligenda sublimius simul et implenda perfectius sancti evangelij dicta fidelium corda sublevavit. Ibi inter flamas ignium et micancia fulgurum fragor quoque thonitruorum et clangor sonabat buccine. Hic cum ignearum visione linguarum sonitus pariter de celo tamquam spiritus vehementis advenit. Sed cum in utraque donatione et legis videlicet et gratie foris audiretur sonitus. Hic tamen ampliore miraculo cum auditu sonitus affuit virtus doni celestis que intus sine sonitu discipulorum corda doceret. Ibi audito legalibus edictis respondit omnis plebs una voce dicens. Omnia verba que locutus est dominus audiemus et faciemus. Hic accepta illustratione spiritus sancti nascentis ecclesie cetus omnium nationum linguis dei magnalia loquebantur. Certa utique dispensationis gratia. Quia legis observatio cum uni tantum iudee data sit verbum vero evangelij cunctis per orbem gentibus predicandum cunctorum linguis populorum vere fidei essent preconia dicenda impleta prophetia que dicit. A solis ortu ad occasum laudabile nomen domini. Excelsus super omnes gentes dominus. Sed et hoc quod in veneratione accepte legis omnibus annis sacrificium novum domino die penthecostes offerri iussum est in nostra quoque festivitate spiritali agi excepte gratie tempore nequaquam desinit. Nobis quippe nova sacrificia offert ecclesia cum sabbato incipiente sancte penthecostes novam adoptionis prolem per baptisma domino consecrat ritu vero decentissimo sicut

ac supra nominauimus ut non solum ipsius ueteris
facti memoria innouetur sed et in
nouam tamen sollempnem noua paschalis a
patre missio celebretur Nouum namque sa-
crificium domino ipsi quoque apostoli mox accep-
to dono spiritus obtulerunt cum euangelizan-
tes hos qui conuenerant plurimos adduxerunt
ad fidem et hos fonte baptismatis renatos
ac spiritus gratia sanctificatos uiuas utique
noui testamenti primicias agnicione
diuina altari obtulerunt Bene duo pri-
miciarum panes de nouis frugibus iube-
bantur offerri quia nimirum ecclesia de u-
troque populo Iudeorum scilicet et Iudeorum gentilium
collegit quos in nouam suo redemptori
familiam consecraret Inter hec uero
sollicite intuendum est quod non sine
magno misterio quinquagenarius numerus in
donacione uel gratie uel legis obseruatus
est Nam quinquagesima die pasche et
illa in monte data populo et hec discipulis
in cenaculo missa est Sed hoc numero
perpetuitas future quietis osten-
ditur magno uere uel legis decalogi
mandatis uel spiritus sancti gratia dat
donationibus sit aperte monstretur quia qui
tempore legis diuine iussa implent per spiritus
gratiam perficiunt ad ueram profecto re-
quiem tendunt quia enim quinquagesimus
annus in lege iubileus id est dimittens siue
mutatus appellari iussus est in quo plebs
ab omni operatione quiesceret omnia debita
laxarentur serui liberi redirent annus
ipse maioribus sollempniis ac laudibus
diuinis eminencior ceteris existeret merito
per hunc numerum summe illa pacis tranqui-
litas indicatur cum sicut apostolus ait Ca-
nente nouissima tuba mortui resur-
gent et nos immutabimur in gloria ubi
cessantibus huius seculi laboribus et cunc-
tis dimissis omnibus culparum debitis in

sola diuine uisionis contemplacione cunc-
tus populus electorum mencium gaudebit impleto
illo desiderabili domini ac saluatoris nostri
mandato Vacate et uidete quoniam ego sum
deus Ad quam profecto uacacionem et uisi-
onem incommutabilis ueritatis non
nisi per obseruacionem preceptorum celestium et
spiritus sancti donum pertingit recte
ad legem decalogi et eiusdem spiritus
graciam in eo decimo numero qui requiem
designaret dari decebat Neque hoc preteri-
tum quod idem numerus quinquagenarius signifi-
cacioni interne quietis aptatur quia ex sep-
tem septimanis et monade perficitur Sex
quippe diebus in lege operari populus sep-
tima quiescere sex annis arare et metere
septimo iussus est cessare quia deus sex
diebus mundi ornatum perfecit septimo
ab opere suo cessauit quibus omnibus
mistice innuitur quod hii qui in hoc seculo
quod sex etatibus constat bonis operibus
pro domino insistunt in sabbato futuro id est requie
quietem a domino inueniunt eternam Octo autem
septem dies uel anni septies ducti
multiplicem eiusdem requiei habun-
danciam designat in qua primum illud
sublime datur electis de quo apostolus ait
quod oculus non uidit nec auris au-
diuit nec in cor hominis ascendit que
preparauit deus diligentibus se Cuius primum
cognicionem quia in cor hominis id est
humana adhuc sapiencia ascendere
non posse testatur apertius subsequens
Unde hec diligentibus deum possit osten-
di Nobis autem inquit reuelauit per spiritum
sanctum per spiritum ergo reuelatur pre-
mii magnitudo per hemmus quia ipse diu
corda que implet appetitu inuisibilium
inflammat eadem bona inuisibilia quam
sint preclara quam tenenda omnibus perse-
uerantibus manifestat Unde bene eiusdem
spiritus gracia septeformis appellata

destruitur. quia minimum prius inspi
ratione ad requiem pervenitur et in eius
plena perfectione requiescit vera possidet.
Porro ipse dies vel annus quinquage
simus qui septem septimanis super est
et maiori preceteris colitur sollempnitate
venerabilis tempus future resurrectionis
indicat in quo illa requies quam nunc
anime sumunt electorum corporum receptorum
torum gloria cumulabitur. Ubi sollicitius
intuendum est fratres mei quia spiritus
sanctus non solum in futuro perfectam
sed in presenti maximam iustis quietem tri
buit. cum eorum mentes celestis igne
caritatis accendit. Dicit autem apostolus spes
autem nostra non confundit quia caritas
dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum
sanctum qui datus est nobis. Et hec
est vera immo hec est sola in hac vita
requies animarum. divina dilectione re
pleri. spe superne retributionis prospera
mundi spernere et ad ipsa contemplatione
terrena eius desideria funditus compescere
concupiscentiis renunciare secularibus
illatis a proximo contumeliis et persecu
tionibus gaudere et cum apostolo dicere
posse. Et gloriamur in spe glorie dei
non solum autem et gloriamur in tri
bulationibus. Nam qui mundanarum re
rum delectationibus et opulentia se requiescere
posse confidit fallitur. etenim et crebris
in eiusdem mundi perturbationibus et
ipso fine convincitur quia super arenam
fundamentum sue quietis posuit
At quicumque sancto afflati spiritu suavissimum
illud divine dilectionis iugum super se
levavit atque exemplo illius mites
esse et humiles corde didicerint ideo in illa
et in presenti future quietis imaginem
sumunt dum a conturbatione hominum
secularium tota mente secreti vultu

sui conditoris semper remissi gaudent atque
ad perfectam eius contemplationem pertinge
sitiunt dicentes cum apostolo Johanne Scimus
quia cum apparuerit similes ei erimus
videbimus enim eum sicuti est. Ad cuius
premium visionis si pervenire desideramus
oportet fratres karissimi ut huius evangelice
lectionis precepto memores simus quia
nos libenter in mundos exhibeamus qua
tinus ad percipiendam spiritus sancti gratiam
quam mundus non potest accipere digni
existere valeamus. Diligamus christum et eius
mandata que docuit incipiendo ser
vemus perveniendo. Sit enim iusta mer
cede ut illum diligendo diligi amplius
mereamur a patre. Sed ipse maiorem
dilectionis sue gratiam nobis prestare
dignetur in futurum. Dat enim nunc dili
gendi nos ut credentes speremus in eum
tunc ut videamus eum facie ad faciem
manifestat se ipsum nobis hoc est in
claritate quam habuit prius quam
mundus esset apud patrem. Cum quo In die penthecoste
vivit et regnat etc. In die Penthecostes Johannis xiiii°
Ait Jesus discipulis suis. Si quis diligit me
sermonem meum servabit et pater
meus diliget eum et ad eum venie
mus et mansionem apud eum facie Omelia Gregorii
mus et reliqua. Omelia Gregorii
Libet fratres karissimi evangelice lectionis
verba sub brevitate transcurrere ut postea
diutius liceat in contemplatione tante
sollempnitatis immorari. Hodie namque
spiritus sanctus repentino sonitu super
discipulos venit mentesque carnalium
in suum amorem permutavit et foris appare
tibus linguis igneis intus facta sunt
corda flammantia quia dum deum in ignis
visione susceperunt per amorem intus su
aviter arserunt. Ipse namque spiritus sanctus
amor est. Unde et Johannes dicit Deus cari
tas est. qui ergo mente integra deum

desiderat perfecto iam habet quem amat
Neque enim quisquam deum posset diligere
si eum quem diligit non haberet. Sed
ecce unusquisque vestrum requiritur an di-
ligat deum tota fiducia et secura mente
respondet: Diligo. In ipso namque lectionis exor-
dio audistis quod veritas dicit: Si
quis diligit me sermonem meum serva-
bit. Probatio ergo dilectionis exhi-
bitio est operis. Hinc in epistola sua Iohannes
dicit: Qui dicit quia diligo deum et man-
data eius non custodit mendax est.
Vere etenim deum diligimus si mandata
eius servamus. Vere diligimus si a nostris
nos voluptatibus coartamus. Nam qui
adhuc per illicita desideria defluit profecto
deum non amat quia ei in sua volup-
tate contradicit. Et pater meus diliget
eum et ad eum veniemus et mansionem
apud eum faciemus. Pensate fratres karissimi
quanta sit ista sollempnitas habere in cordis
hospitio adventum dei. Si domum vestram
quisquam dives et potens amicus in-
traret omni festinantia domus tota mun-
daretur ne quid fortasse esset quod oculos
amici intrantis offenderet. Tergat ergo
sordes pravi operis qui parat deo domum
mentis. Sed videte quid veritas dicat: ad
eum veniemus et mansionem apud
eum faciemus. In quorundam etenim corda
venit sed mansionem non facit quia
per compunctionem quidem respectum dei percipi-
unt. Sed temptationis tempore hoc ipsum quod
compuncti fuerant obliviscuntur sicque ad
perpetranda peccata redeunt ac si hec minime
planxissent. Qui ergo vere deum dili-
git qui eius mandata custodit in eius
corde deus advenit et mansionem facit
quia sic eum divinus amor penetrat
ut ab hoc amore temptationis tempore non
recedat. Ille ergo vere amat cuius videlicet

mentem delectatio prava ex consensu non
superat. Nam tanto quisque a superno amo-
re disiungitur quanto inferius delectatur.
Unde et adhuc subiungit: Qui non dili-
git me sermones meos non servat.
110 Ad vosmetipsos fratres karissimi introrsus re-
dite. Si deum vere amatis exquirite.
Nec tamen sibi aliquis credat quicquid
sibi animus sine operis attestatione respon-
derit. De dilectione conditoris lingua mens
et vita requiratur. Nunquam est dei amor
otiosus. Operatur etenim magna si est.
Si vero operari renuit amor non est.
Et sermonem quem audistis non est
meus sed eius qui misit me patris.
Scitis fratres karissimi quia ipse qui loquitur
unigenitus filius verbum est patris
et ideo sermo quem loquitur filius non
est filii sed patris quia ipse filius ver-
bum est patris. Hec locutus sum vobis
vobiscum manens. Quando non mane-
ret apud eos qui ascensurus in celum
promisit dicens: Ecce ego vobiscum sum
omnibus diebus usque ad consummationem
seculi. Sed verbum incarnatum et ma-
net et recedit. Recedit corpore
manet divinitate. Apud eos tunc per-
mansisse perhibet quia qui invisibili
semper potestate presens erat corporali tamen
iam visione recedebat. Paraclitus autem
spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo
ille vos docebit omnia et suggeret
vobis omnia quecumque dixero vobis.
Nostis plerique fratres mei quod greca
locutione latine advocatus dicitur vel con-
solator. Qui ideirco advocatus dicitur
quia eum pro errore delinquentium apud
iustitiam patris interveniunt motos ad
advocatus dicitur. Sed querendum nobis est
cur spiritus sanctus qui unius substantie cum
patre et filio consistit corporare predilecti-
bus perhibetur quia quos eos replevit
ardentes facit. Unde et paulus ait: Ipse

cum spiritus postulat pro nobis gemitibus
inenarrabilibus. Minor vero est qui
postulat quam qui postulatur. Quomodo
ergo spiritus postulare dicitur qui minor
non est. Sed ipse minor spiritus postu
lat qui ad postulandum eos quos
repleverit inflammat. Consolator autem idem
spiritus vocatur quia de peccati perpetratione
merentibus dum spem venie preparat
ab afflictione tristicie mentem levat. De
quo recte promittitur: Ipse vos docebit
omnia. Quia nisi idem spiritus cordi
assit audientis ociosus est sermo doctoris.
Nemo ergo homini docenti tribuat quod
ex ore docentis intelligit. Quia nisi intus
sit qui doceat doctoris lingua in vanum
exterius laborat. Ecce unam loquentis
vocem omnes pariter auditis nec tamen
pariter sensum audite percipitis vocis.
Cum ergo vox dispar non sit cur in
cordibus vestris dispar sit intellectus et in
telligencia vocis nisi quia per hoc quod vox
loquentis communiter admonet est magister
interior qui de notos specialiter intelligentia
quosdam specialiter docet. De hac unctione
spiritus rursus per Iohannem dicitur: Sicut
unctio eius docet nos per vocem de omnibus.
Ergo non instruitur quando mens per spiritum
non ungitur. Sed cur ista de doctrina
hominum loquimur quando et ipse conditor
homini non ad eruditionem hominis loquitur
sed eidem homini per unctionem spiritus non
loquatur. Certe Cayn postquam fratri
dium opere perpetraret audivit: Peccasti
quiesce. Sed quia culpis suis exigen
tibus voce est amonitus non unctione
spiritus audire verba dei potuit sed ser
vare contempsit. Requirendum vero nobis
est cur de eodem spiritu dicitur: Suggeret
nobis omnia cum suggerere soleat esse
minoris. Sed quia suggerere aliquando
dicimus subministrare invisibilis spiritus

suggerere dicitur quod non nobis scientiam
ab imo conferat sed ab occulto. Pacem meam
relinquo vobis pacem meam do vobis.
Hic relinquo illic do. Sequentibus relinquo
pervenientibus do. Ecce fratres karissimi quamvis
verba sacre lectionis annuente domino sub bre
vitate discussimus libet in contemplatione
tamen festivitatis aliquantulum? differamus. Sed
quia cum lectione evangelica nobis est
etiam actuum apostolorum lectio recitata, extra
ergo aliquid in usum mei contemplationis etiam...
Audistis etenim quia spiritus sanctus super apo
stolos in igneis linguis apparuit omniumque
linguarum scientiam dedit. Quid est hoc miraculo
designatum nisi quod ecclesia sancta eodem spiritu
repleta omnium gentium erat voce locutura.
Qui enim contra deum turrim edificare cona
ti sunt a communione unius lingue perdi
ti sunt. In hiis autem qui humiliter deum me
tuerunt, unite sunt, hii
tueantur linguas omnes. Ibi meruit illic su
perbia humilitas unitatem meruit. Illa fe
cit ... confusionem. Sed querendum nobis
est cur spiritus sanctus patri et filio coeternus
est cur in igne apparuit. Cur in igne simul et
linguis. Cur aliquando in columba aliquando vero in
igne monstratur. Cur super unigenitum fili
um apparuit in columbe specie et super
discipulos in igne. Ita ut neque super dominum
veniret in igne neque super discipulos mo
straretur in columba. Que quatuor itaque
hec que proposuimus solvendo reddamus. Coeter
nus namque et filio coeternus spiritus in igne mon
stratur quia incorporeus et ineffabilis atque
invisibilis ignis est deus. Teste Paulo
quo: Deus autem noster ignis consumens est. Deus
quippe ignis dicitur quia per eum peccato
rum rubigo consumitur. De hoc igne veri
tas dicit: Ignem veni mittere in terram
et quid volo nisi ut ardeat. Terra enim
vocata sunt corda terrena que dum semper
in se colligunt infimas cogitationes a
malignis spiritibus conculcantur. Sed igne

gewaldig[illegible]

Quoniam(?) spiritus dei agitur(?) [illegible] filii dei [illegible] dignus autem spiritu Christi non(?) [illegible] hic non eius est

dominus in terram mittit, cum afflatu spiritus sancti cor carnalium incendit. Terra itaque accenditur, cum cor carnale in suis pravis voluptatibus frigidum relinquit concupiscentias seculi, pungitur et ardet per amorem dei. Bene ergo in igne apparuit spiritus, quia ab omni corde quod replet torporem frigoris excutit, et hoc in desiderium sue eternitatis accendit. In igneis autem linguis monstratus est, quia idem spiritus coeternus est filio, et habet cognationem magnam vel maximam lingua cum verbo. Verbum quippe filius patris est, et quia una est spiritus et verbi substantia, ideo spiritus monstrari debuit in lingua. Vel certe quia per linguam prodit sermo, et in linguis apparuit spiritus, quia quisquis sancto spiritu tangitur, verbum dei, id est unigenitum dei filium, confitetur. Et negare verbum dei non valet qui iam spiritus sancti linguam habet. Vel certe in linguis igneis apparuit spiritus, quia quos repleverit omnes pariter ardentes et loquentes facit. Linguas igneas doctores habent, quia dum deum amandum predicant, corda audientium inflammant. Nam otiosus est sermo docentis, si prebere non valet incendium amoris. Hoc doctrine incendium ab ipso veritatis ore perceperant qui dicebant: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur nobis in via et aperiret nobis scripturas? Ex auditu quippe sermonis inardescit animus, torporis frigus recedit, fit mens in superno desiderio anxia, a concupiscentiis terrenis aliena. Amor verus qui hanc replevit in fletibus cruciat. Sed cum tali ardore cruciatus ipsis suis cruciatibus pascitur. Audire ei libet precepta celestia, et quot mandatis instruitur, quasi tot facibus inflammatur. Et que torpebat prius in desideriis, ardet postmodum per verba. Unde bene per Moysen

nota

Ideo in igne

Ignis urbane(?) [illegible] lingue figuram detulit ubique ut veniat confessio(?) et caritate ~~[illegible]~~

nota deum amandum

Ex

sicut per verbum inflammatur homo carnalis(?)

Exemplum quibus non libet audire [illegible]

dicitur: In dextera eius ignea lex. Sinistra quippe reprobi, qui ad sinistram ponendi sunt; dextera autem dei appellantur electi. In dextera ergo dei ignea lex est, quia electi mandata celestia nequaquam frigido corde audiunt, sed ad hec intimi amoris facibus inardescunt, sermo ad dilectionem ducit, et mens eorum sibimet irata opinione dulcedinis flamma combinat(?). In columba vero spiritus sanctus et in igne monstratus est, quia omnes quos repleverit simplices et ardentes facit: simplices puritate et ardentes emulacione. Neque enim placere deo aut simplicitas sine zelo aut zelus sine simplicitate. Hinc est quod veritas dicit: Estote ~~simplices~~ prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbe. Qua in re notandum est quod discipulos suos nec de columba sine serpente nec de serpente sine columba voluit dominus ammonere, quatenus et columbe simplicitatem astucia serpentis accenderet, et serpentis astuciam columbe simplicitas temperaret. Hinc Paulus ait: Nolite effici pueri sensibus. Ecce prudenciam serpentis audimus; nunc de simplicitate columbe admonemur: sed malicia parvuli estote. Hinc de beato Job dicitur: Erat vir simplex et rectus. Que enim est aut rectitudo sine simplicitate aut que simplicitas sine rectitudine? Quia ergo et rectitudinem docet ipse spiritus et simplicitatem, et in igne monstrari debuit et in columba, quatenus omne cor quod eius gratia tangitur et mansuetudinis lenitate tranquillum et zelo iusticie accensum fiat. Extremum vero quendam est cur in ipso redemptore nostro, mediatore dei et hominum, per columbam apparuit spiritus. Certe unigenitus dei filius iudex est generis humani. Sed quis eius iusticiam ferret, si prius quam nos per mansuetudinem colligeret, culpas

sunt

= Differencia [illegible]

b

mas per zelum rectitudinis examinare
voluisset. Homo igitur pro omnibus factus
mitem se hominibus prebuit. Noluit
peccatores ferire sed colligere. Prius voluit
mansuete corrigere ut haberet quos in
iudicio postmodum salvaret. In colum
ba ergo super eum apparere debuit spiritus
sanctus qui non veniebat ut peccata iam
per zelum percuteret sed ut adhuc per man
suetudinem tolleraret. At contra super di
scipulos in igne debuit spiritus sanctus
demonstrari ut hii qui erant simpliciter homines
atque ideo peccatores eos contra semetipsos
spiritualis fervor accenderet et peccata quibus
deus per mansuetudinem parceret ipsi insi
per penam punirent. Nec ipsi quippe po
terant sine peccato esse qui ad videlicet celesti
magisterio Johanne attestante qui ait Si
dixerimus quia peccatum non habemus nosmet
ipsos seducimus et veritas in nobis non est.
In igne ergo venit in hominibus in columba
vero apparuit super dominum quia peccata nostra que
pie dominus tolleravit per mansuetudinem nos
per zelum rectitudinis debemus caute con
spicere et ardore semper penitencie cremare.
Igitur per columbam spiritus est monstratus
in redemptore per ignem vero in hominibus
quia quanto nobis noster iudicis ~~facta~~
est serenitas temperata tanto circa se debet
fieri nostra infirmitas accensa. Sed ma
iori itaque per omnium completa vocis ad do
na eiusdem spiritus contemplanda tu
ramus. De isto quippe spiritu scriptum est Spiritus
eius ornavit celum. Ornamenta etenim
celorum sunt virtutes predicantium. Que
videlicet ornamenta paulus enumerat dicens
Alii datur per spiritum sermo sapiencie alii sermo
sciencie secundum eundem spiritum alii fides in eodem
spiritu alii operatio virtutum alii prophetia
alii discretio spirituum alii genera lin
guarum alii interpretatio sermonum.

Hec autem operatur omnia unus atque idem
spiritus dividens singulis prout vult. Quot
ergo sunt dona predicantium tot sunt orna
menta celorum. Hinc enim rursum scriptum
est Verbo domini celi firmati sunt et spiri
tu oris eius omnis virtus eorum. Verbum
enim domini filius est patris. Sed eosdem celos
videlicet sanctos apostolos ut tota simul trinitas
ostenderetur operata repente de sancti spiritus
divinitate adiungitur Et spiritu oris eius
omnis virtus eorum. Celorum igitur vir
tus de spiritu assumpta est quia mundi
huius potestatibus contraire non presume
rent nisi eos sancti spiritus fortitudo
solidasset. Quales namque doctores sancte
ecclesie ante adventum huius spiritus fue
runt scimus et post adventum illius cu
ius fortitudinis sunt facti conspicimus. Certe
iste ipse pastor ecclesie ad cuius sacratissimum
corpus sedemus quante debilitatis quante
que fortitudinis ante adventum huius
spiritus fuit omnes simul scimus. Ancilla re
quisita dicat. Nam ab ancilla hostiaria
requisitus dicit non novi eum. Una cum
mulieris voce requisitus dum mori timuit
vitam negavit. Ecce nunc petrus nega
vit in terra tamen latro confitetur in cruce.
Et pensandum quia comprehensum petrus
negat in terra quem suspensum latro est
confessus in cruce. Sed vir iste tante for quante fortitudinis
titudinis qualis post adventum spiritus
extiterit audiamus. Fit conventus ~~[illegible]~~
magistratus atque seniorum. Cesi denuntiatur
apostolis ne in nomine Jhesu loqui debeant.
Petrus magna auctoritate respondit. Obedire
oportet deo magis quam hominibus. Et
rursum Si iustum est in conspectu dei vos
potius audire quam deum iudicate.
Non enim possumus que vidimus et audivimus
non loqui. Et illi quidem ibant gauden
tes a conspectu concilii quoniam digni habiti
sunt pro nomine Jhesu contumeliam pati.

Ecce gaudet petrus in verberibus qui ante
timebat in verbis. Et qui prius ancille vo
ce requisitus timuit post adventum sancti
spiritus vires principum cesus premit.
Libet oculos fidei in virtute opificis hu
ius tendere atque per patres testamenti no
vi ac veteris considerare. Ecce enim aper
tis oculis fidei David, Amos, Danielem,
petrum, paulum, matheum intueor et
sanctus iste spiritus qualis sit artifex
considerare volo sed in ista consideratione
mea deficio. Implet namque [f. david] cytharedum
puerum et psalmistam facit. Implet pasto
rem sed amos armentarium sicomoros
vellicantem facit et prophetam facit. Implet ab
stinentem puerum danielem et iudicem
senum facit. Implet petrum piscatorem
et predicatorem facit. Implet paulum
persecutorem et doctorem gentium facit.
Implet publicanum et matheum et evangelistam
werkmeister facit. O qualis est artifex iste spiritus sanc
tus. Nulla ad discendum mora in omne
quod voluit. Mox ut tetigerit mentem do
cet. Solum quod tetigisse docuisse est.
Nam humanum animum subito ut illustrat im
mutat, abnegat hoc repente quod erat,
exhibet hoc repente quod non erat. Pe
nsemus sanctos predicatores nostros qua
les hodierna die reperit quales fecit.
Certe qui in uno cenaculi pro iudeorum
metu residebant, nativitatis sue linguam
singuli noverant et tamen nec ea ipsa
lingua quam noverant aperte de christo
loqui presumebant. Venit spiritus sanctus
et in ore eos per diversitatem linguarum docuit,
in mente auctoritate roboravit. Cepe
runt et in aliena christum eloqui quem de illo
prius et in sua lingua loqui metuebant.
~~loqui~~ Inflammatum et enim cor despexit
tormenta corporis que ante metuebat.
Vicit enim caritas formidinis pavorem
conditoris. Et qui prius sub adversariis
succumbebant formidine eis iam preerant
auctoritate. Qui ergo in tante eos celsitudi
nis culmen erexit quid aliud dixerim
nisi quod mentes terrenorum hominum celum
facit. Pensate fratres karissimi post incarnatio
nem filii dei unigeniti qualis sit hodierna
solempnitas de adventu spiritus sancti.
Sicut enim illa ita et hec quoque est hono
rabilis. In illa quippe deus in se perma
nens suscepit hominem. In
ista vero homines venientem desuper susce
perunt deum. In illa deus naturaliter factus
est homo, in ista homines facti sunt per
adoptionem dii. Si ergo remanere car
nales in morte nolumus, fratres
karissimi vivificantem spiritum amoveamus. Ex quo
caro spiritum nescit. Dicat forte carnali co
gitatione apud se aliquis quomodo diligere
valeo quem ignoro. Et hec et nos concedimus,
quia mens visibilibus intenta videre ne
scit invisibilem. Nulla enim nisi visibilia
cogitat et ea que ad eum non agit corporum
imagines introrsus trahit et cum in yma
ginibus corporum iacet, nequaquam surgere ad incorporea
non valet. Unde fit ut tanto deterius
creatorem nesciat, quanto in cogitatione
sua familiaris corpoream creaturam
portat. Sed cum deum videre non possumus,
habemus aliquid quod agamus unde iter
fiat quo ad eum nostre intelligentie oculus
veniat. Certe quem nisi nullomodo
valemus videre, hunc in servis suis iam
possumus videre, quos dum mira conspi
cimus agere certum nobis fit in eorum
mentibus deum habitare. Hoc autem in corporea
rebus corporalibus usum trahamus. Nemo
etenim nostrum orientem clare solem inspiciat,
illius ~~[struck]~~ meditando valet conspicere,
quia tensis in eius radiis oculi reverberan
tur, sed sole illustratos montes aspici
mus et quia iam sol ortus est videmus.

quia ergo solem iusticie in se ipso videre
non possumus, illustratos montes claritate
illius videamus, sanctos videlicet apostolos, qui virtu-
tibus emicant, miraculis coruscant, quos nascen-
tis solis claritas perfudit, et cum in se ipso sit invi-
sibilis, per eos nobis quasi per illustratos mon-
tes se visibilem prebuit. Virtus enim divinitatis
in se quasi sol in celo est, virtus eius divinitatis
in hominibus sol in terra est. Solem ergo iusti-
cie intueamur in terra, quem videre non
possumus in celo, ut dum inoffenso pede
operis in terra pergimus ~~gradu~~, per ad intuendum
illum quoque oculos in celum levemus. Sed
inoffenso pede tunc iter nostrum in terra
agitur, si deus ac proximus integra mente
diligatur. Valet deus vere diligi sine pro-
ximo, nec proximus diligitur vere sine
deo. Hinc est ut sicut in alio sermone iam
diximus, idem spiritus sanctus legitur disci-
pulis datus, prius a domino in terra degente,
postmodum a domino celo presidente. In terra
quippe datur, ut diligatur proximus,
de celo vero, ut diligatur deus. Sed cur
prius in terra, postea in celo, nisi quod patet
datur intelligi, quia iuxta Johannis vocem
qui fratrem non diligit ~~quem videt~~ deum
quem non videt quomodo potest diligere?
Diligamus ergo proximos fratres, amemus eum
qui iuxta nos est, ut pervenire valeamus
ad eius amorem, qui super nos est. Meditetur
mens in proximo quod exhibeat,
ut perfecte inveniatur in deo gaudeat cum pro-
ximo. Tunc ad illam superne frequentie
leticiam pervenimus ~~[illegible]~~, de qua nunc
sancti spiritus pignus accepimus. Ad il-
lum finem toto amore tendamus, in quo sine
fine letabimur, ubi supernorum civium soci-
etas sancta, ubi sollempnitas certa, ubi re-
quies secura, ubi pax vera, que nobis iam non detur
quod sed datur per dominum nostrum etc. Sm̃ Iohis

[N]ullo tempore. Dominica i post pentecosten. Sic deus dilexit
mundum ut filium suum unigenitum daret,
ut omnis qui credit in ipsum non pereat, sed
habeat vitam eternam. Iohannes iii. Omelia Augustini
[S]alvator noster fratres karissimi quia ad
redemptionem generis humani in hunc
mundum venit, satis evidenter evangelicis
sermonibus presentem insinuare dignatus
est dicens: Sic deus dilexit mundum ut fi-
lium suum unigenitum daret pro eo. Certe
tamen maior dilectio esse potest dilec-
tione dei patris, qui ad salvandum omne
humanum genus, quod ad imaginem suam
formare dignatus est, unigenitum filium
suum mittere voluit, quia quem ipse predicator
suum honoris qui imaginem sui conditoris
in se commaculavit, seductus a dyabolo, omnino
non reformaretur, nisi deus omnipotens filium
suum ad hoc in mundum mittere dignaretur.
Ideo enim ipse dominus ait: Sic deus dilexit
hunc mundum ut unigenitum filium suum
daret pro eo. Magna dilectio fratres mei quod u-
nigenitus dei filius dignum patris ad re-
demptionem nostram venire voluit. Et magna
fratres karissimi non negligamus tam magnam
misericordiam et immensam conditoris nostri. Non
simus ingrati tante benignitati. Studeamus
igitur redemptoris nostri mandata in omnibus
custodire, quia nichil condignum tante be-
nignitati illius rependere possumus, sed hoc tan-
tum nostrum est ut corda nostra semper ad
illius voluntatem dirigamus, et quantum ipse
nobis concedere dignatur bonis operibus
viam nobis salutis orare cum omni devo-
tione pergamus, quam ipse nobis per passio-
nem et resurrectionem suam aperuit et
concessit, ut quam non meruimus propter
peccatum ~~habeamus~~ illam per gratiam illius. Sicut
qui intuebatur serpentem eneum a moyse
in heremo erectum se exaltatum non periebat
morsibus serpentium, sic qui intuetur fide

mortem christi: sanantur a morsibus peccatorum
Sed illi sanabantur a morte ad vitam temporalem:
hic autem ait ut habeant vitam eternam
Non enim misit deus filium suum in mundum
ut iudicet mundum: sed ut salvetur mundus
per ipsum Ergo quantum in medico est sanare
venit egrotum. Ipse se interimit: qui prop
ter medici servare non vult. Venit sal
vator in mundum. Quare salvator dictus
est mundi: nisi ut salvet mundum: non ut
iudicet mundum. Salvari non vis ab ipso:
ex te iudicaberis. Et quod dixi iudicaberis
vide quid ait Qui credit in eum non
iudicatur. qui autem non credit: quid dicturus
quid speras nisi iudicatur. Iam inquit iudi
catus est Non dum apparuit iudicium:
sed iam factum est iudicium. Novit enim
dominus qui sunt eius: novit qui permaneant
ad coronam. qui permaneant ad flammam
Novit qui in area sua triticum: novit pa
leam: novit segetem: novit zizaniam
Iam iudicatus est qui non credit. Quare
iudicatus est? quia non credidit in nomine
unigeniti filii dei. Hoc est autem iudicium
quia lux venit in mundum: et dilexerunt
homines magis tenebras quam lucem. erant
enim mala opera eorum. Fratres mei quorum
opera bona dominus invenit? nullorum. Omnium
mala opera invenit. Quomodo ergo quidam
fecerunt veritatem: et venerunt ad lucem
Et hoc enim sequitur Qui autem facit veri
tatem venit ad lucem ut manifestentur
opera eius: quia in deo facta sunt. Quo
modo quidam bonum opus fecerunt ut ve
nirent ad lucem id est ad christum: et quomodo quidam
dilexerunt tenebras. Si omnes peccatores
invenit: et omnes a peccato sanat: et serpens ille
in quo figurata est mors domini eos sanat
qui fuerant morsi: et propter morsum serpentis
erectus est serpens id est mors domini propter mor
tales: quos invenit iniustos. Quomodo
intelligitur Hoc est iudicium: et dilexerunt

magis tenebras quam lucem. erant enim
mala opera eorum. Quid est hoc? quorum
enim erant bona opera? Nonne venisti ut
iustifices impios. sed dilexerunt inquit
magis tenebras quam lucem. Ubi po
suit vim. Multi enim dilexerunt peccata
sua: multi confessi sunt peccata sua. quia
qui confitetur et accusat peccata sua iam
cum deo facit. accusat deus peccata tua: si et
tu accusas coniungeris deo. Quasi due res
sunt: homo et peccator Quod audis homo
deus fecit. quod audis homo peccator ipse
homo fecit. Dele quod fecisti ut deus
salvet quod fecit Oportet ut oderis in te
opus tuum: et ames in te opus dei. Cum
autem ceperit tibi displicere quod fecisti: inde
incipiunt bona opera tua. Initium
bonorum operum confessio est operum malo
rum. Facis veritatem et venis ad lucem
Quid est facis veritatem? non te palpas
non tibi blandiris: non adularis: non dicis
iustus sum cum sis iniquus. et incipis facere
veritatem. Venis autem ad lucem: ut manife
stentur opera tua: quia in deo sunt facta
Quia et hoc ipsum quod tibi displicuit pec
catum tuum: non tibi displiceret. nisi deus
tibi luceret et eius veritas tibi ostenderet.
Sed et qui admonitus diligit peccata sua o
dit admonentem lucem et fugit eam: ut non
arguantur opera eius mala que diligit.
Qui autem facit veritatem. accusat in se ma
la sua: non sibi parcit: non sibi ignoscit
ut deus ignoscat. Quia qui vult ut deus
ignoscat ipse agnoscit. et venit ad lucem
cui gratias agit: quod illi quid in se odisset
ostenderet. Dicit deo averte faciem tuam
a peccatis meis Et qua fronte dicit nisi
iterum dicat quoniam facinus meum
ego agnosco et peccatum meum contra me est
semper. Sit ante te quod non vis esse ante
deum. Si autem post te feceris peccatum tuum:
retorquet tibi illud deus ante oculos

tuos/ et tunc retorquet quando iam pene
fructus nullus erit/ Currite ne tenebre
vos comprehendant fratres mei/ evigilate ad
salutem vestram/ evigilate dum tempus est.
multus retardatur a templo dei/ multus
retardatur ab opere dei/ multus avocatur
ab oratione continua/ multus a solita devo
tione fraudetur/ Evigilate dum dies est. lux
dies/ christus dies est/ paratus est ignoscere
se agnoscentibus/ punire autem defendentes
se et iustos se iactantes et putantes se ali
quid esse cum nichil sint/ In dilectione autem
eius et in via eius qui ambulat. etiam
liberatus ab illis letalibus et grandibus pec
catis: qualia sunt facinora homicidia.
furta adulteria. propter illa que minuta viden
tur esse peccata. lingue aut cogitacionis
aut immoderationis in rebus concessis/
facit veritatem confessionis et venit ad lu
cem in operibus bonis/ quoniam minuta
plura peccata si negligantur occidunt/ mi
nute sunt gutte que flumina implent/ mi
nuta sunt grana arene. sed si multa arena
imponatur premit atque opprimit/ Hoc facit
sentina neglecta/ quod facit fluctus ir
ruens/ paulatim per sentinam intrat/ sed
diu intrando et non exhauriendo mergit
navem/ Quid est autem exhaurire nisi bo
nis operibus agere ne obruant peccata/ ge
mendo ieiunando erogando. tribuendo. ig
noscendo/ Iter autem huius seculi molestum
est/ plenum est temptacionibus/ in rebus
prosperis ne extollat/ in rebus adversis ne
frangat/ Dedit felicitatem huius seculi ad con
solacionem tuam/ dedit non ad corruptionem
Rursus qui te flagellat in isto seculo ad
emendationem facit non ad dampnationem/
Ferto patrem erudientem/ ne sencias
iudicem punientem/ Hec cottidie di
cimus vobis et sepe dicenda sunt: que
bona et salubria sunt/ Feria iii. secundum Johannem
Illo tempore dixit ihesus turbis iudeorum
Amen amen dico vobis qui non intrat

per hostium in ovile sed ascendit aliunde
ille est fur et latro etc. Omelia Augustini (Augu)
Ab illuminato qui natus est cecus sermo
domini ad iudeos exortus est hinc itaque
lectionem hodiernam esse contextam scire
debetis et commoneri caritas vestra. Cum enim
dominus dixisset in iudicium ego in hunc mun
dum veni ut qui non vident videant/ et
qui vident ceci fiant/ eo quo tunc lectum est
ut potuimus exposuimus/ quidam ex phariseis
dixerunt numquid et nos ceci sumus/ quibus
audivit si ceci essetis non haberetis peccatum/ nunc autem
dicitis quia videmus peccatum vestrum manet/ His
addidit subiungit que hodie cum recitarentur
audivimus/ Amen amen dico vobis qui non
intrat per hostium in ovile ovium sed ascendit
aliunde ille fur est et latro/ Dicebant enim
se cecos non esse videre autem tunc possent
si christi oves essent. Unde sibi usurpabant
lucem qui furebant contra diem dei/ propter
illorum ergo vanam et superbam et insana
bilem arrogantiam/ dominus iste ihesus exponit
in quibus nos salubriter si advertamus admo
nuit/ Multi enim sunt qui secundum quandam
vite huius consuetudinem dicuntur boni ho
mines/ boni viri/ bone femine/ innocentes/
et quasi observantes ea que lege precepta
sunt/ obedientes honores parentibus suis/ non
mechantes/ non homicidium perpetrantes/
non furtum facientes/ non falsum adversus
quemquam testimonium perhibentes/ et cetera que in
lege mandata sunt velut observantes/ Christiani
non sunt et plerumque se iactant quo
isti/ Numquid et nos ceci sumus/ Verum quia vana ista
omnia faciunt et nesciunt ad quem finem
referant/ inaniter faciunt/ dominus de grege suo/
et de hostio/ quo intratur ad ovile similitu
dinem proposuit de hodierna lectione/ Dicant
ergo pagani bene vivimus si per hostium non
intrant quid eis prodest quia gloriantur. Ad
hoc enim prodest unicuique bene vivere/ ut detur
illi semper vivere. Nam cui non datur semper

vivere quid prodest ei ad tempus bene vivere
quia nec bene vivere dicendi sunt qui
finem bene vivendi vel cecitate nesci-
unt vel inflatione contempnunt. Non
est autem cuique spes vera et certa semper
vivendi nisi agnoscat vitam que est
Christus et per ianuam intrat in ovile. Querunt
enim plerumque tales homines iam persua-
dere hominibus ut bene vivant et Christiani
non sint. Per aliam partem volunt ascen-
dere rapere et occidere non ut pastor con-
servare et salvare. Fuerunt ergo quidam
philosophi de virtutibus et vitiis subtilia
multa tractantes diffinientes dividen-
tes rationes acutissimas concludentes li-
bros implentes suam sapientiam buccis cre-
pantibus ventilantes qui etiam dicere
audebant hominibus nos sequimini sectam
nostram tenete si vultis beate vivere sed non
intraverunt per hostium perdere volebant mac-
tare et occidere. Quid de istis dicam? Ecce
ipsi pharisei legebant Christum sonabant
venturum sperabant et presentem non agno-
scebant. Iactabant se etiam ipsi inter
videntes hoc est inter sapientes et negabant
Christum et non intrabant per hostium. Ergo et
ipsi si quos forte seducerent mactandos
et occidendos non liberandos seducerent.
Et hos dimittamus videamus illos si for-
te ipsi intrant per hostium qui ipsius Christi
nomine gloriantur. Innumerabiles enim sunt
qui se videntes non solum iactant sed a Christo
illuminatos videri volunt. Sunt autem heretici.
Forte ipsi per ianuam intrant. Absit. Sa-
bellius dicit qui filius est ipse est pater.
Sed si filius non est pater non intrat per
hostium qui filium dicit patrem. Arria-
nus dicit aliud est pater aliud filius.
Recte diceret si diceret alius non aliud. Quando
enim dicit aliud ei contradicit a quo au-
dit Ego et pater unum sumus. Nec ipse

ergo intrat per hostium. Predicat enim Christum
qualem sibi fingit non qualem dicit
veritas. Nomen habet rem non habet.
Christus nomen est rei. Christum tene ip-
sam rem si vis prodesse tibi nomen. Ali-
us nescio unde sic sicut fotinus Christus homo
est inquit deus non est. Nec ipse intrat
per hostium quia Christus et homo deus est.
Quid opus est multa percurrere et multa
mala heresum enumerare? Hoc tenete. Ovile
Christi esse katholicam ecclesiam. Quicumque vult
intrare in ovile per hostium intret Christum
verum predicet. Non solum Christum verum
predicet sed Christi gloriam querat non
suam. Nam multi querendo gloriam
suam oves Christi sparserunt potius quam
congregaverunt. Humilis est enim ianua
Christus dominus. Qui intrat per hanc ianuam
oportet ut humiliet se ut sano capite
possit intrare. Qui enim autem se non humiliat
sed extollit per maceriam vult ascendere.
Qui enim autem per maceriam ascendit ideo exal-
tatur ut cadat. Verbis tamen adhuc
loquitur dominus Ihesus non dum intelligitur.
Nominat hostium nominat ovile no-
minat oves commendat oves hec omnia
sed non dum exponit. Legamus ergo quia
venturi est ad ea verba in quibus nobis
aliqua que dixit dignetur exponere
ex quorum expositione dabit nobis fortas-
se etiam illa que non exposuit intelli-
gere. Pascit enim manifestis exercet obscu-
ris. Qui non intrat per hostium in ovile
ovium sed ascendit aliunde. Ve mi-
sero quia casurus est. Sit ergo humilis
per hostium intret plano pede veniat
et non offendet. Ille inquit fur est et latro.
Oves suas vult dicere oves alienas
ad hoc suas id est furto ablatas non ut
salvat sed ut occidat. Ergo fur est quia

quod alienum est suum dicit latro quia
et quod est furatus occidit. Qui autem intrat
per hostium pastor est ovium. Huic hostiarius
aperit. De hostiario isto tunc queramus
quando ab ipso domino audierimus quid sit
hostium et quid pastor. Et oves vocem
eius audiunt. Et proprias oves vocat no-
minatim. Habent ait apostolus Novit dominus
qui sunt eius. Et educit eas. Et cum proprias
oves emiserit ante eas vadit et oves
illum sequuntur quia sciunt vocem eius. Alienum
autem non sequuntur sed fugiunt ab eo quia
non noverunt vocem alienorum. Ecce ista
sunt hec plena questionibus et gravida
sacramentis. Sequamur ergo et audiamus
magistrum exponentem his obscuris aliquid aperi-
entem et quod per istud aperit nos forte
intrare faciat. Hoc proverbium dixit
illis Ihesus. Illi autem non cognoverunt
quid loqueretur eis. Forte et nos.
Quid ergo interest inter illos et nos
antequam ista verba cognoscamus et nos
quia nos pulsamus ut aperiatur nobis.
Illi autem Christum negando volebant in-
trare sanandi sed foris remanere perdi-
ti. Quando ergo nos audimus hec pie
quod antequam illa intelligamus credi-
mus vera esse atque divina magna
ab ipsis diversitate distamus cum eis.
Duo verba audiunt evangelii unus impius
et alius pius et tales sunt forte ut am-
bo non intelligant. Unus dicit nichil
dixit, et alius dicit verum dixit
et bonum est quod dixit. Sed nos intelli-
gamus. Iste qui credit iam pulsavit et
dignus est ut aperiatur si pulsare per-
sistat. Ille vero adhuc audiat nisi cre-
dideritis non intelligetis. Enodare ista co-
mendo quia etiam tunc verba hec

obscura sicut possum exposuero aut
quia valde sunt abdita vel ego cor-
sum non apprehendero intelligentiam
vel explicando quod intelligo non ha-
buero facultatem vel tam fuit quisque
tardus ut etiam exponentem non sequatur
non se desperet, maneat in fide, ambulet
in via, audiat apostolum dicentem Si quid
aliter sapitis hoc quoque vobis deus reve-
labit. Verum tamen in quo pervenimus
in eo ambulemus. Incipiamus ergo audi-
re exponentem. Dixit ergo eis iterum Ihesus
Amen amen dico vobis quia ego sum ho-
stium ovium. Ecce ipsum hostium quod clau-
sum posuerat aperuit. Ipse hostium
est cognovimus intremus aut nos intrasse
gaudeamus. Omnes quotquot venerunt fu-
res et latrones. Quid est hoc domine? Omnes
quotquot venerunt. Quid enim tu non veni-
sti? Sed intellige. Omnes quotquot venerunt dixi
utique preter me. Revolvamus ergo ante adven-
tum illius venerunt prophete. Numquid fures
et latrones fuerunt? Absit. Non preter illum
venerunt quia cum illo venerunt. Ventu-
rus precones mittebat sed eorum corda
quos miserat possidebat. Vultis nosse
quia cum illo venerunt qui est ipse semper?
Carnem quippe accepit ex tempore. Quid est
ergo semper? In principio erat verbum. Cum illo
ergo venerunt qui cum verbo dei vene-
runt. Ego sum inquit via veritas et vita.
Si ipse est veritas cum illo venerunt qui
veraces fuerunt. Quotquot ergo preter illum
fures et latrones, id est ad furandum et occidendum.
In illo tempore dixit Ihesus discipulis suis. Feria iii post Iohan [illegible]
Nemo potest venire ad me nisi pater
qui misit me traxerit eum etc. Omelia Augustini [illegible]
O magna gratie commendatio. Nemo
venit nisi tractus. Quem trahat
et quem non trahat quare illum trahat

cilium non trahat. Noli velle iudicare si
non vis errare. Semel accipe et intellige.
Non traheris? ora ut traharis. Quid
hic dicimus fratres? Si trahimur ad Christum,
ergo inviti credimus; ergo violentia ad-
hibetur, non voluntas excitatur. Intrare ecclesiam
quisquam potest volens, accedere ad alta-
re potest nolens, accipere sacramentum potest
volens, credere non potest nisi volens. Si
corpore crederetur, fieret in nolentibus; sed non
corpore creditur. Apostolum audi: Corde creditur
ad iustitiam. Et quid sequitur? Ore autem
confessio fit ad salutem. De radice cordis
surgit ista confessio. Aliquando audis con-
fitentem et nescis credentem. Hoc est enim
confiteri, dicere quod habes in corde.
Si autem aliud in corde habes, aliud di-
cis, loqueris, non confiteris. Cum ergo in
Christum corde credatur, quod nemo utique
facit invitus, qui autem trahitur tamquam
invitus cogi videtur, quomodo istam sol-
vimus questionem? Nemo venit ad me nisi
pater qui misit me traxerit eum. Si
trahitur, ait aliquis, invitus venit. Si
invitus venit, nec credit; si non credit,
Nota nec venit. Non enim ad Christum ambulando
currimus sed credendo, nec motu corporis
sed voluntate cordis accedimus. Ideo illa
mulier que fimbriam tetigit magis
tetigit quam turba que pressit. Ideo do-
minus dixit: Quis me tetigit? Et mirantes
discipuli dixerunt: Turbe te comprimunt
et dicis: Quis me tetigit? Et ille repetivit:
Tetigit me aliquis. Illa tangit, turba
premit. Quid est tetigit nisi credidit? Unde
et mulieri illi post resurrectionem dixit
volenti se mittere ad pedes eius: Noli
me tangere, nondum enim ascendi ad pa-
trem meum. Quod vides, hoc solum

me esse putas. Noli me tangere. Quid est
hoc? Si solum me putas quod tibi appareo,
noli sic credere. Et noli me tangere, non-
dum enim ascendi ad patrem meum. Tibi
non ascendi, nam inde numquam recessi.
Illam non tangebat stantem, quo tange-
ret ad patrem ascendentem? Sic tamen se
se tangi voluit, sic tangitur ab eis a quibus
bene tangitur, ascendens ad patrem, ma-
nens cum patre, equalis patri. Inde et
hic si advertis: Nemo venit ad me nisi quem
pater attraxerit. Noli cogitare invitum
te trahi; trahitur animus et amore. Nec ti-
mere debemus ne ab hominibus qui verba
perpendunt et a rebus maxime divinis
intelligendis longe remoti sunt in hoc scrip-
turarum sanctarum evangelico verbo forsitan repre-
hendamur, et dicatur nobis: Quomodo
voluntate credo si trahor? Ego dico: parum
est voluntate, etiam voluptate traheris.
Quid est trahi voluptate? Delectare in domino
et ipse tibi dabit petitiones cordis tui.
Est quedam voluptas cordis cui pa-
nis dulcis est ille celestis. Porro si poe-
te licuit dicere: Trahit sua quemque voluptas,
non necessitas sed voluptas, non obliga-
tio sed delectatio, quanto nos fortius dicere
debemus trahi hominem ad Christum qui de-
lectatur veritate, qui delectatur beatitudine, de-
lectatur iustitia, qui delectatur sempiterna
vita, quod totum Christus est. An vero habent
corporis sensus voluptates suas et animus
deseritur a voluptatibus suis? Si animus
non habet voluptates suas, unde dicitur:
Filii autem hominum in tegmine alarum tuarum
sperabunt, inebriabuntur ab ubertate do-
mus tue, et torrente voluptatis tue pota-
bis eos, quoniam apud te est fons vite,
et in lumine tuo videbimus lumen. Da a-
mantem et sentit quod dico. Da deside-

rantem et feruentem dei in ista sollicitu-
dine peregrinantem atque sitientem et fo-
tem eterne patrie suspirantem. Da talem
et scit quid dicam. Si autem frigido loquor
nescit quid loquor. Tales erant isti qui inuicem
murmurabant. Pater inquit quem traxe-
rit venit ad me. Quid est pater quem tra-
xerit ipse Christus trahat. Quare voluit di-
cere si non traxerit pater. Si trahendi
sumus ab illo trahamur cui dicit quedam
que diligit post odorem unguentorum
tuorum curremus. Sed quid intelligi volu-
it aduertamus fratres et quantum possumus
capiamus. Trahit pater ad filium eos
qui propterea credunt in filium quia eum
credunt patrem habere deum. Deus enim
pater equalem sibi genuit filium et qui
cogitat atque in fide sua sentit et ruminat
equalem patri esse eum in quem cre-
dit ipsum trahit pater ad fi-
lium. Arrius credidit creaturam
[illegible] non eum traxit pater quia non
considerat patrem qui filium non cre-
dit equalem. Quid dicis O Arri quid
heretice loqueris. Quid est Christus non
deus verus sed quem fecit deus de-
us verus. Non te traxit pater. Non enim intellexi-
sti patrem cuius filium negas. Aliud
cogitas non est ipse filius nec a patre
traheris nec ad filium traheris. Aliud est
enim filius aliud quod tu dicis. Fotinus dicit
homo solus est Christus non est et deus
qui sic credit non pater eum traxit. Quem
pater traxit. Tu es inquit Christus filius
dei viui. non sicut propheta non sicut Jo-
hannes. non sicut aliquis iustus mag-
nus. sed sicut unicus sicut equalis tu
es Christus filius dei viui. Vide quia tractus
est et a patre tractus. Beatus es Symon
Bariona quia non tibi reuelauit caro

et sanguis. sed pater meus qui in celis est.
Ista reuelatio ipsa est attractio. Ramum vi-
ridem ostendis oui et trahis illam. Nuces
puero demonstrantur et trahitur et quo currit
trahitur amando trahitur sine lesione
corporis trahitur cordis vinculo trahitur.
Si ergo ista que inter delicias et voluptates
terrenas reuelantur amantibus trahunt
quoniam verum est. trahit sua quemque volup-
tas. non trahit reuelatus Christus a patre.
Quid enim fortius desiderat anima quam
veritatem. Quo auidas fauces habere debet
unde optare ut sanum sit intus pala-
tum vera iudicandi nisi ut manducet
et bibat sapientiam iustitiam veritatem eter-
nitatem. Ubi autem hoc. ibi melius verius
ibi. plenius ibi. Nam hic facilius pos-
sumus esurire et hic si bonam spem habe-
mus quam saciari. Beati inquit qui
esuriunt et sitiunt iustitiam hic quia
ipsi saturabuntur. sed ibi. Idem Johannes
cum dixisset Nemo venit ad me
nisi pater qui misit me traxerit
quid subiecit. Et ego resuscitabo
eum in nouissimo die. Scriptum est enim
in prophetis. Et erunt omnes docibiles dei.
Quare hoc dixi. O Iudei pater vos
non docuit quomodo potestis me agnoscere.
Omnes regni illius homines dociles erunt.
dei. non ab hominibus audient. Et si ab
hominibus audiunt tamen quod intelligunt
intus datur intus choruscat intus re-
uelatur. Quid faciunt homines forin-
secus annunciantes. Quid facio ego modo
cum loquor. strepitum verborum ingero
auribus vestris. Nisi ergo reuelet ille qui
intus est quid dico aut quid loquor. Exterior
cultor arborum interior est creator.
Qui plantat et rigat extrinsecus o-
peratur. Hoc facimus nos. Sed neque

qui plantat est aliquid neque qui rigat sed qui incrementum dat deus. Hoc est erunt omnes docibiles dei. qui omnes quia omnis qui omnia que audiunt a patre et didicit venit ad me. Videte quomodo traxit pater docendo delectat non autem cogendo. Ecce quomodo traxit erunt homines docibiles dei. Ubi gratia dei est [illegible] igitur fratres si omnis qui audivit a patre didicit ipse venit ad christum. Christus hic nichil docuit. Quod quia patrem magis homines non viderunt filium viderunt filius dicebat sed pater docebat. Ego cum homo sum quem doceo. Quid fratres nisi eum qui audit verbum meum. Ego si cum homo sum illum doceo qui audit verbum meum illum docet et pater qui audit verbum eius. Filium docet pater qui audit verbum eius. Querite quid sit verbum et invenies verbum eius. In principio erat verbum non in principio fecit deus verbum quomodo in principio fecit deus celum et terram. Ecce quia non est creatum. Disce ergo ad filium a patre doceat te pater audi verbum eius. Quod verbum inquis audio. In principio erat verbum non factum est sed erat et verbum erat apud deum et deus erat verbum.

Feria v post [illegible] luce

In illo tempore Convocatis Ihesus duodecim discipulis suis dedit illis virtutem et potestatem super omnia demonia et ut languores curarent et cetera. Omelia Bede

Modo cum evangelium legitur audivimus quia convocatis xii apostolis dedit illis virtutem et potestatem super omnia demonia et ut languores curarent et misit illos predicare regnum dei et sanare infirmos. Forsitan cum nemo ex vobis hominibus illiteratis et imperitis [illegible] ceteros [illegible] concessit eis primum potestatem signorum et tunc misit predicare regnum [illegible] ut primis-

[pi]scorum magnitudine attestaretur etiam magnitudo factorum fidemque verbis daret virtutis ostensio et nova facerent qui nova predicarent atque ad hoc visibilia miracula facerent ut corda audientium ad fidem. Cum mortuus quis in peccatis gratia et misericordia domini compunctus peccatorum condicionem resuscitatur ad penitenciam et confessionem peccatorum suorum dignamque emendationem vitam merebitur sempiternam. Seductus quis a dyabolo in fornicationem aut avaritiam que est ydolorum servitus ut etiam quorundam capitalium criminum deceptus errore quia omnia esse lepra anime indicant [illegible] doctorum vel etiam per exempla sanctorum compuncti redeunt ad sinum matris ecclesie confitentes se [illegible] maxime deliquisse et gemitum peccatorum suorum incessabili ostendentes insuper elemosinis suis ceterisque operibus misericordie diluentes donec emundatione peccatorum quibus implicati fuerant in penitencia promeruerunt per nomen Ihesu quasi a lepra mundati salutem inveniunt eternam. Et ait ad illos Nichil tuleritis in via neque virgam neque peram neque panem neque pecuniam neque duas tunicas habeatis. Tanta [illegible] predicatoribus in deo debet esse fiducia ut nequaquam curis temporalis negotiationis vel desideriis suis impliceantur. Et [illegible] vite presentis sumptus non provideant tamen hos sibi nunquam deesse certissime sciant. Si in tempore voluntatis dei in illorum predicationibus fideliter laboraverint ne dum mens eorum occupatur ad temporalia minus subiectis provideant eterna. Pauperem vitam sacerdotes debere habere demonstrans ne videantur causa lucri predicare. Etenim qui vinculis [illegible] [illegible]

mortuus in peccatis

fa v p luce

bod

et necessaria vite amputantur. Secundo pro prohibitis etiam gulam prohibet cum panem portare contradicit In virge autem prohibicione nos admonet non aliunde auxilium nisi a deo querere et qui deum habemus auxilia baculi presidia non queramus. Unde alibi ait Querite ergo primum regnum dei et iusticiam eius et hec omnia adicientur vobis. Cum ergo peram prohibet honores terrenos vel etiam humanos favores necnon et delectaciones carnis omnimodis nos vitare debere demonstrat Cum panem contradicit monet ut non in crapula et inebrietate sit conversacio nostra Et qui aliis abstinenciam predicamus nos vicium gule abstineamus a nobis. Porro Marcus dicit sandaliis eos calciatos esse precepit ut neque pes tectus sit neque nudus id est ad terram .i. ut terreni comodi appetitu mentem predicatoris occultetur. Nec etiam exempla prava a sacerdotibus subditis demonstrentur. Peccuniam ergo occultato sapiencie designatur Qui enim sapiencie verbum habet, sed hoc erogare proximo neglegit quasi pecuniam clausam portat/ Crumena quisquis officium doctoris accipit. neque oneribus secularium negociorum deprimi. neque desideriis carnalibus. neque commissum sibi talentum verbi sub ocio debet lenti torporis abscondere Cum ergo duas tunicas prohibet monet nos non duplices esse animo aliud ore loquentes et aliud in corde gestantes sed benivolos ac benignos esse ad omnes Sive in prohibicione duarum tunicarum monemur omnia superflua nostra indigentibus erogare. Unde et apostolus nos ad monet ut habentes victum et vestimentum hiis contenti simus non mundi pompas queramus. non divicias seculi. sed thesaurizare nobis thesauros in celo ubi nec erugo nec tinea demolitur et ubi fures non effodiunt nec furantur. Crumena ubi animus thesaurus noster erit. ibi et nostrum cor nostrum erit Ibi indigentibus dare oportet. que nobis superfuerint Crumena manus pauperis gazophilacium est Christi Nos ergo sicut dispensatores domini simus. quapropter videamus et recogitemus. quia cum magna a nobis districtione exiget. quod hic nobis ad erogandum tribuitur. Unde fideles dispensatores nos esse oportet et de substancia quam habemus nullus nobis fidelior est dispensator quam nos ipsi. Dum ergo licet et dum tempus habemus solliciti simus memores sumus quod quidam sapiens dicit/ Munera que donat moriens hec nimia non sunt dicit ergo non esse deo placabilia nimium nostra data post mortem ut ea que in incolumitate huius vite donantur Si ergo homo voluit sibi eterna premia preparet sibi quousque moritur in hac presenti vita quia qui hic recondit in manu pauperis illic inveniet in potencia divine magestatis. melius ergo est ut quisquis vivens que habet deo offerat quam alius post mortem eius quia qui semetipsum neglegit post mortem non penitebit Unde et dominus fidelibus promisit dispensatoribus dicens Euge serve bone in modico fuisti fidelis intra in gaudium domini tui Cui est laus honor et gloria in secula seculorum amen Feria VI secundum Lucam

Fa vi [illegible] luce

In illo tempore factum est una dierum et ipse
ihesus sedebat docens. et erant pharisei se-
dentes et legis doctores. qui venerant
ex omni castello galilee et iudee et iheru-
salem et virtus domini erat ad sanandum
eos et reliqua. Omelia venerabilis Bede

Bed.

At ecce viri portantes in lecto ho-
minem qui fuerat paraliticus et que-
rentes eum inferre et ponere ante ihesum
et non invenientes qua parte illum infer-
rent pre turba ascenderunt super tectum
et per tegulas submiserunt illum in lecto in
medium ante ihesum. Non ociosa huius
paralitici curacio nec angusta medicina
est. quando dominus et orasse premittitur.
non utique propter suffragium sed propter
exemplum imitandi cum speciem doctoris
non peccandi ambitum requisivit
Et convenientibus ex omni galilea et iu-
dea et iherusalem legis doctoribus inter ceteros
remedia debilium paralitici istius medi-
cina describitur. Primum omnium ut ante dixi-
mus unusquisque eger petende precatores
salutis debet adhibere per quos nostre vite
compago resoluta actuumque nostrorum cla-
usa vestigia verbi celestis remedio refor-
mentur Sint igitur aliqui monitores
mentis qui animum hominis quamvis exterioris
corporis debilitate torpentem ad superiora
erigant. quorum rursus adminiculis et
attollere et humiliare se facilis ante ihesum
locetur dominico videri dignus aspectu
humilitatem ergo respexit dominus quia humili-
tatem respexit ancille sue. quorum fidem
inquit ut vidit magnus dominus qui alio-
rum merito ignoscit aliis et dum alios
probat aliis errata relaxat Cur apud
te homo collega non valeat cum apud
deum servus et interveniendi meritum
et ius habeat impetrandi. Disce qui iudicas
ignoscere disce qui eger es impetrare
Si gravium peccatorum diffidis veniam adhi-
be precatores. adhibe ecclesiam que pro te
deprecetur. cuius interpellatione quod tibi
dominus negare posset ignoscat Et quamvis
historie fidem non debeamus obmittere
ut vere paralitici istius corpus credamus
consanatum esse. cognosce tamen interi-
oris hominis sanitatem cui peccata do na-
tur Que cum iudei asserunt a solo
domino posse concedi. deum utique con-
fitentur suoque iudicio perfidiam suam pro-
dunt ut opus astruant personam negent
Itaque ambiguis et operis sui filius dei ac-
cepit testimonium a vocis suffragium
non requirit perfidia enim confiteri potest
credere non potest Itaque testimonium non
deest divinitati. fides adest saluti Et
validius est ad fidem quod confitentur
inviti et pertinacissimo ad culpam quod
negant. qui suis assertionibus revincuntur
Magna itaque infidelis plebis amentia
ut cum confessa fuerit solius dei esse
donare peccata. non credat deo peccata
donanti. Dominus autem salvos volens fa-
cere peccatores. et occultorum cognitione deum
se esse demonstrat et admiratione factorum
addiciens Quid est facilius dicere
dimittuntur tibi peccata tua. aut dicere
surge et ambula Quo loco plenam
speciem resurrectionis ostendit qui cum
vulneribus corporisque sanat peccata do-
nat animorum debilitatem carnis debi-
litatem excludit hoc est enim totum hominem
esse curatum. Quamvis igitur magnum
sit hominibus peccata dimittere quis enim pec-
cata potest dimittere nisi solus deus qui
per eos quoque dimittit quibus tribuit
dimittendi potestatem. tamen multo di-
vinius est resurrectionem donare cor-
poribus quandoquidem ipse dominus resurrectio est.

hic lectus qui tolli iubetur. quid est aliud
nisi quia hodie iubetur corpus attolli
Ipse est qui per singulas noctes lavatur
ad cuius lectus doloris in quo ena' mi
grum conscientie egra cruciata iace-
bat Sed si quis secundum Christi precepta se
gesserit non lectus doloris est sed quietis
miseratione enim domini cepit quod esse quo
mors erat qui nobis soporem mortis
vertit in gratiam voluptatibus sed non solum
levare lectum sed etiam domum suam
repetere. hoc est ad paradisum redire conspect
Illa est enim vera domus que hominem
prima suscepit non iure amissa sed fraude
merito ergo restituitur domus quia venit
qui nexum fraudis aboleret ius refor-
maret Nec mora illa sanitatis remu-
nit unum delictorum remediorumque mome-
ntum est spectant surgentem eum credu-
li mirantur abeuntem et divini operis
miracula malunt timere quam credere
Nam si credidissent non timuissent
utique sed dilexissent perfecta enim dilectio
timorem excludit foras et ideo isti quia
non diligebant calumpniabant Calump-
niantibus autem dicit Quid cogitatis
mala in cordibus vestris quis hoc dixi-
t Sacerdos magnus lepram videbat
in cordibus iudeorum ostendit eos esse
per omnes leprosos Ille sacerdoti est iussus of-
ferre purgatus hos sacerdos repudiat
ne alius quoque eorum lepra conta-
minetur. Sabbato post iii luce

Illo tempore Surgens ihesus de synago-
ga intravit in domum symonis. Socrus
autem symonis tenebatur magnis fe-
bribus et rogaverunt illum pro ea et reliqua
Omelia beati ambrosii

At in synagoga erat homo habens spiritum
immundum et infra Surgens ihesus de
synagoga intravit in domum symonis et
andree Socrus autem eius symonis tene-
batur magnis febribus. Vide clementiam
domini salvatoris. nec indignatione commotus
nec scelere offensus. nec iniuria viola-
tus iudeam deserit. quin etiam inmemor
iniurie memor clementie nunc docendo
nunc liberando. nunc sanando. infide ple-
bis corda demulcet Et bene sanctus lucas vi-
rum spiritu malitie liberatum ante premisit et
substituit femine sanitatem. utrumque enim
sexum dominus curaturus advenerat et prior
sanari debuit qui prior creatus est nec
pretermitti illa que mobilitate magis animi
quam pravitate peccavit. Sabbato A
medicine dominice opera cepta significat
ut inde nova creatura cepit. ubi vetus crea-
tura desinit. nec sub lege esse filium dei
sed supra legem in ipso principio designat
nec solvi legem sed impleri. Neque enim
per legem sed verbo factus est mundus sicut
legimus Verbo domini celi firmati sunt. Non
solvitur enim lex sed impletur ut fiat reno-
vatio hominis iam labentis. Unde et apostolus
ait Spoliantes veterem hominem indu-
ite novum qui secundum christum creatus est
Et bene sabbato cepit ut seipsum se osten- B
deret creatorem qui opera operibus intexen-
erat prosequeretur opus quod ipse inceperat
ut si domum faber renovare disponat
non a fundamentis. sed a culminibus incipit
solvere vetustatem. itaque ibi prius ma-
num admovet ubi ante desierat. deinde
a minoribus incipit ut ad maiora perve-
niat liberare a demone et homines in verbo
dei possunt resurrectionem mortuis impera-
re divine solius est potestatis. Nec quenquam
movere debet quod ihesum nazarenum venire
in hoc libro diabolus dixisse primus

indicatur. Nec enim ab eo christus nomen accepit
quod de celo angelus detulit. Est enim hoc
impudencie ut inter homines aliquid pri-
mum usurpet ad homines quasi nomen
deferat quod eorum sue potestati incum-
at. Deinde et in genesi primus demum hominem
nuncupavit. Sic enim habes et dixit ser-
pens mulieri. Quod utique dixit deus ne
edatis ab omni ligno viridi. Igitur adam pri-
us deceptus est. Utrumque sanatus a christo. Sed
et cetera lectionis evangelice diste misse-
ria atque iudeorum salutem prius sacra-
mentum salutis agnosce. Sicut enim in
adam omnes moriuntur ita et in christo omnes
vivificabuntur. Cuius est ille qui in sina-
goga spiritum demonii habebat immundum
nisi populus iudeorum qui quasi serpentinis
spiritibus vinctus et in nodatus dyaboli laque-
is simulatam corporis mundiciam interio-
ris mentis sordibus inquinabant. Et
bene in sinagoga homo qui erat spiritum
in mundum habebat quia spiritum sanctum ami-
serat. Introierat enim dyabolus unde christus ex-
pulerat. simul ostenditur natura dya-
boli in ipsa opera iniqua. Nam qui super-
iorem naturam dum confitetur opera
negat. Et in hoc apparet eius nequicia
et impietas iudeorum quia ita populo cecita-
te cecitatem mentis effudit ut ipsi ne-
get quod demones confitentur. O peior
magis discipulorum ceditas. Ille dicit in
te te isti adorant ut mittant. Si alteri
consilio ista pensamus animi debemus in-
telligere et corporis sanitatem ut primus cri-
minis qui serpentis laborabant insidiis
absolutus sit. Anima enim nunquam a corpore
vincitur nisi prius a demone temptare.
Nam cum anima corporis agat vim si
fiat et gubernet quemadmodum eius ille-
cebris captiva rapiatur nisi et ipsa superio-
ris eius alicuius potestatis vinculis

surgeretur. Denique non prius eva esu-
rivit quam serpentis eam versucia re-
ptavit. Et ideo ad versus ipsum peccati auc-
torem prius debuit medicina salutis
operari. Fortassis eciam in tipo mulieris
illius socrus simonis et andree varii-
is criminum febribus caro nostra languebat
et diversarum cupiditatum inmoderate
estuabat illecebris. Nec minorem febrem
amoris esse dixerim quam caloris.
Itaque illa animum febris hec corpus infla-
mat. Febris enim nostra avaricia est. Febris
nostra libido est. eo quod ignite sint cupi-
ditates. Unde et apostolus ait. Si non se
continent nubant. Melius est nube-
re quam uri. Febris nostra luxuria est. febris
nostra ambicio est. Febris nostra iracundia
est. Que licet corporis vicia sint ignem
tamen ossibus implicant mente animum
sensumque pertemptant. Nec prior dyaboli
sollicitatur arte. Etenim a ger bonis
vestis morbi suadela serpentis est bono-
rum gracia sublimitas preciosa epula-
rum suavitas. forma meretricularum
ius est dyabolus et quasi quidem nequi-
cie spiritualis illecebrosus affectus quasi per
carnis illecebram que cito feminea
quadam levitate mollitur animus quasi de
gradu cecidit. Nam quasi formam mulieris
animus prius quam in corpore oculus con-
cupiscit. Deinde quod non videris non
amabis. sed ubi caro concupierit con-
patientis quoque animi constancia de-
ficit et mens consorcio amoris implec-
titur non duo enim in carne una sunt
atque ita mors recipit sceleris effectum
temptante dyabolo carne suadente ve-
hemencior tamen est anime quam corporis
febris et ideo prius animi velut corporis
salus plerumque concupiuntur. Nec
a pristis abstinentur. Unde non alienum

videtur repere quemadmodum ethecticus cum gravi oculorum incommodo laboraret et audiret vinorum interdicti sibi a medico facultate tormenti cupiditatis impatiens atque impetu libidinis raptus se moderari nequiverit. Sciens cum prudensque quod esset oculos amissurus prius primisque conveniz vinum ipso estu fervente cupiditatis et consuetudinis apparatu valedixit: Vale inquit amiculum lumen. Sic febre libido flagitiorum est gravius que properat et inflamat. Sed ubi quis resipuerit a furore tunc conscientie interioris visus aperit faciemque succendit penitentia et pudendi sui unusquisque facinore erubescit tedens vincitur tegere cupit se et celare sed non potest. Tunc caro arguit quia attemptatur. Hec quasi leno victorum ille quasi auctor erroris patescit deformitas. Nudum est enim deo omne secretum. Induimus ficus foliis hoc est integimine corporali velut iactancia seculari flagitiorum secreta velantur et unusquisque dominum peccati conscientia formidat mente iudicium dicens: Cui supreme montes cadite in quibus me abscondam scissuris petrarum venerit confringere terram. Tunc tribulos et spinas ad caro hoc est cura et remorsus sollicitudinemque generat quod sibi prout concupiam carnis animus ipse tradidit. Etenim quasi clavis quibusdam suffigit anima corporeis voluptatibus et cum semel adheserit cupiditatibus demersa terrenis difficile iam in altum potest unde descendit sine dei favore revolare. Actuum enim suorum vincta laqueis et delitiarum secularium illecebris obnoxia iam tenetur. Hinc ergo Adam habet Evam duo libertatis advenit quorum alter ad ymaginem dei factus altera virtutem sui accipiens viri quamdiu fuit subdita fortiori unam gerebat

in uno spiritu deo placitam voluntatem et in paradiso positi dei vite celestis operibantur alimonia. Postea quam vero caro suadere demersam a legem cepit propriam non tunc paradisi consules facti sublimem in fortem divinique locum peccati merito reciderunt. Nec quisquam putet incongruum esse si Adam atque Evam in typo anime atque corporis estimemus et ipsi. Nam cum duo esse in carne una terrene apostolus diceret dicens: Sacramentum hoc magnum est ego autem dico in Christo et in ecclesia.

In die Trinitatis secundum Iohannem

In illo tempore Erat homo ex phariseis Nicodemus nomine princeps iudeorum et reliqua. Omelia venerabilis Bede presbiteri

Sicut ex lectione sancti evangelii fratres karissimi audistis princeps iudeorum venit ad Iesum nocte cupiens secreta eius allocutione plenius discere misteria fidei cuius aperta ostensione signorum aliquatenus iam rudimenta perceperat. Qui nequaquam prudenter egit quod ab illo videri fieri videbat intelligere curavit. Sublimiter ea que ab illo querebat investigare promeruit. Rabi inquit scimus quia a deo venisti magister. Nemo potest hec signa facere que tu facis nisi fuerit deus cum eo. A deo autem venisse Iesum ac magistrum celestis mundo ad habendum confessus est. Deum cum illo fuisse in miraculis ostendentibus intellexit. Nec deum tamen ipsum deum esse cognovit. Sed quia quem magistrum noverat studio vitalis se docendus adhesit merito ad agnitionem divinitatis eius perfecte doctus pervenire meruit atque merito utriusque nativitatis eius scilicet divine et humane sed et passionis atque ascensionis ipsius archana percepit. Nec non etiam modum secunde generationis et ingressum regni celestis aliaque perplurima

in die Trinitatis secundum Iohannem

doctrine christiane sacramenta domino revelante
didicit. Respondit autem ihesus et dixit ei.
Amen amen dico tibi nisi quis renatus
fuerit denuo non potest videre regnum
dei. Que sententia tanto apertius cunctis fideli-
bus lucet quanto constat quia sine hac
luce fideles esse nequeunt. Quis etenim
sine lavacro regenerationis remissionem
peccatorum consequi valeat et regnum celo-
rum. Sed nicodemus qui de nocte venit
ad dominum nec dum lucis misteria capere
noverat. Nam et nox in qua venit ip-
sam eius qua premebatur ignorantiam de-
signat. Nec dum enim eorum numero socia-
tus erat quibus ait apostolus. Fuistis aliquando
tenebre nunc autem lux in domino sed inter eos
potius remanebat quibus loquitur
ysaias Surge et illuminare iherusalem quia
venit lumen tuum et gloria domini super te
orta est. Respondit quoque domino et ait Quomodo potest
homo nasci cum sit senex numquid potest
in ventrem matris sue iterato introire
et nasci. Unam enim ipse nativitatem adhuc
nescius perseverabat de salute autem sua iam
sollicitus extiterat. nisi de una qua no-
verat nativitate an posset iterum vel quo
ordine regeneratio possit impleri. querebat.
Ne hunc expers remaneret vite celestis par-
ticeps esse nequiret. Notandum autem quia
nota quod de carnali dixit hoc etiam de spirituali
est generatione sciendum. nequaquam videlicet cum
postquam semel expleta fuerit. posse repeti.
Sive enim hereticus sive scismaticus sive faci-
norosus quisque in confessione sancte tri-
nitatis baptizet non valet ille qui ita bap-
tizatus est a bonis katholicis rebaptizari.
ne confessio vel invocatio tanti nominis
videatur annullari. Et quia nicodemus
ad primam domini responsionem sollicitus quomodo
sit intelligenda diligenter inquirit me-
retur iam plenius instrui. Et quia sa-

nativitas non carnalis sit sed spiritualis
audire. Respondit namque illi ihesus Amen
amen dico tibi. nisi quis renatus
fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest
introire in regnum dei. Hunc nativitatis
modum subsequenter exponens. prius a
carnali distinguens ait Quod natum
est ex carne caro est. et quod natum est ex spi-
ritu spiritus est. natura spiritus invisibilis
carnis est visibilis. atque ideo carnalis
generatio visibiliter administratur visibili-
bus incrementis qui in carne nasci-
tur etatum momenta perficit. Spiritualis
autem generatio tota invisibiliter agitur
Nam videtur quidem baptizandus in fon-
tem descendere. videtur aquis intingi.
videtur de aquis ascendere; quid autem
in illo lavacro regenerationis egerit minime
potest videri. Sola hoc fidelium pietas
novit quia peccator in fontem descendit.
sed purificatus ascendit. filius mortis
descendit. sed filius resurrectionis ascen-
dit. Filius prevaricationis descendit sed
filius reconciliationis ascendit. filius
ire descendit. sed filius misericordie ascendit.
filius dyaboli descendit. sed filius dei
ascendit. Sola hec ecclesia mater que gene-
rat novit. ceterorum oculis insipiencium vide-
tur hec quare de fonte qualis intravit
totusque ludus esse quod agitur. unde vi-
dentes in fine gloriam sanctorum dicent
gementes in tormentis. Hii sunt quos aliquando
habuimus in derisum et in similitudinem
improperii. quomodo ergo computati sunt inter
filios dei. Et apostolus Johannes Karissimi in-
quit nunc filii dei sumus et nondum ap-
paruit quod erimus. Quod ergo natum
est ex spiritu spiritus est. quia qui ex aqua
et spiritu regeneratur invisibiliter in novum mu-
tatur hominem et de carnali efficitur
spiritualis. Qui ideo recte non solum spiritualis.

sed etiam spiritus vocatur, quia sicut spiritus
spiritus invisibilis est omnibus aspectibus, ita is
qui per gratiam dei renovatur invisibiliter
fit spiritualis et dei sed filius cum visibiliter
omnibus caro et filius hominis appareat.
Sequitur: Non mireris quia dixi tibi
quod oportet vos nasci denuo. Spiritus
ubi vult spirat et vocem eius audis et ne-
scis unde veniat aut quo vadat. Sic omnis
qui natus est ex spiritu. Spiritus ubi vult
spirat, quia ipse habet in potestate cuius cor
gratia sue visitationis illustret. Et vocem
eius audis, cum te presente loquitur is qui spiritu
sancto repletus est, sed nescis unde ve-
niat aut quo vadat, quia etiam si te presente
quempiam spiritus ad horam impleverit,
non potest videri quomodo eum intraverit
vel quomodo redierit, quia natura est in-
visibilis. Sic est omnis qui natus est ex spiritu.
Et ipse enim invisibiliter agente spiritu incipit
esse quod non erat, ita ut infideles ne-
sciant unde veniat aut quo vadat,
id est quia gratia regenerationis venit in ad-
optionem filiorum dei et vadit in percep-
tionem regni celestis. Querente autem ad-
huc Nicodemo quomodo possit hoc fieri, sub-
iungit dominus dicens: Tu es magister in israhel
et hec ignoras? Non quasi insultare vo-
lens ei quod magister vocatur cum sit ig-
narus sacramentorum celestium, sed ad hu-
militatis viam eum provocans, sine qua
ianua celestis non potest inveniri.
Si terrena dixi vobis et non creditis,
quomodo si dixero vobis celestia cre-
detis? Terrena illis dixit ut in superiori
lectione invenimus cum de passione ac re-
surrectione sui corporis quod de terra assump-
serat loquitur dicens: Solvite tem-
plum hoc et in tribus diebus excitabo
illud. Non tamen crediderunt verbo quod
dixit. Sed nec hoc quidem intelligere
voluerunt quia non de alio quam de templo

corporis sui diceret. Cum ergo terrena audien-
tes non caperent, quanto minus ad celestium
id est divine generationis capienda misteria suf-
ficiant. Addidit autem dominus ad hunc et de cele-
stibus sacramentis et de terrenis instruere eum
quem videt sapientem ac diligentem. Hijs que
audit intendere: celestis namque ascensio
eius ad vitam sempiternam, terrena vero ex-
altatio eius ad mortem temporalem. Dicit ergo
de celestibus: Et nemo ascendit ad celum
nisi qui descendit de celo filius hominis
qui est in celo. Subiungit vero de terrenis:
Et sicut moyses exaltavit serpentem in
heremo ita exaltari oportet filium ho-
minis. Merito autem queritur quomodo dica-
tur filius hominis vel descendisse de celo vel
eo tempore quo hec in terra loquebatur iam
fuisse in celo. Notum est namque confessio
fidei catholice quia descendens de celo
filius dei filium hominis in utero virginali
suscepit, cumque completa dispensatione
passionis sue resuscitavit a mortuis et
assumpsit in celum. Non ergo caro Christi de celo
neque ante tempus ascensionis erat in ce-
lo. Et qua ratione dicitur: nisi qui de-
scendit de celo filius hominis qui est in celo,
nisi quia una persona est Christus in duabus
existens naturis, dei et ideo filius hominis
recte dicitur et descendisse de celo et ante
passionem fuisse in celo, quia quod in sua
natura habere non potuit hoc in filio
dei a quo assumptus est habuit, sicut ipse
eandem unius Christi personam que ex du-
abus constat naturis apostolus ait: Vos spiritus
sanctus posuit episcopos regere ecclesiam dei
quam acquisivit sanguine suo. Neque enim
deus in sua substantia, sed in homine assumpto
sanguinem quem pro ecclesia funderet habuit.
Huic etiam psalmus ait: Ascendit deus in iubi-
latione. Quomodo enim deus nisi in homine
ascenderet, qui in sua natura semper ubique

pus ascendit. Sed et hoc querendum quomodo
dictum sit: Nemo ascendit ad celum nisi
qui descendit de celo, cum omnes electi vera-
citer confidant ascensuros se in celum pro-
mittente sibi domino: Ubi ego sum illic
et minister meus erit. Cuius tamen modus questi-
onis apertissima ratione solvitur, quia media-
tor dei videlicet et hominum homo Christus electorum
hominum caput est. Item quia omnes electi eius-
dem capitis membra sunt dicente apostolo: Et
ipsum dedit caput super omnia membra ecclesie.
Et rursum: Vos estis corpus Christi et membra
de membro. Nemo ergo ascendit in celum nisi
qui descendit de celo filius hominis qui est
in celo. Quod est aperte dicere: Nemo ascendit
in celum nisi Christus in corpore suo, quod est ecclesia,
qui in semetipso quidem primum cernentibus a-
postolis [illegible] membris
suis ascendit, et cotidie in membris suis cot-
die ascendens se colligit in celum. Hinc est
enim quod ipsum corpus eius mirans ad ipsa plus
sed deprehensum gratulatur et dicit: Nunc autem
exaltavit caput meum super inimicos
meos. Ac si patenter dicat: Qui occisum cun-
dis Christum caput scilicet meum suscitavit a mor-
tuis et frustratis omnibus inimicorum insidiis
sublevavit in celum. Spero me etiam
de finibus pietatis eruens meo capiti iun-
git in regno. Quia ergo nemo ascendit
in celum nisi qui descendit, quisquis in celum
Nota ascendere desiderat, ei qui descendit de celo
et est in celo, vera fide in dilectionis unitate
coniungatur, apte intelligens quia nullo
alio ordine nisi per eum qui descendit
de celo potest ascendere in celum. Unde alibi ipse
dicit: Nemo venit ad patrem nisi per me.
Hec ideo Nicodemo, ideo ceteris dicuntur
cathecuminis, ut discant eius membris
renascendo incorporari, per quem possint
ascendere in regnum dei. Et quia ascensio
vel ingressus regni fieri non potest absque

Nota de serpente eneo. c

fide et sacramento dominice passionis recte
subinfertur: Et sicut Moyses exaltavit
serpentem in deserto ita exaltari opor-
tet filium hominis ut omnis qui credit
in ipsum non pereat sed habeat vitam eternam.
Mira magisterii celestis arte dominus ma-
gistrum legis mosayce ad spiritualem legis
eiusdem sensum inducit recordans historie
veteris, hanc insignium passionis sue
atque salvationis humane factum edissens.
Narrat quippe liber numerorum quia pro-
cessu in heremo populus Israel itineris longi-
tudine laboris murmuravit contra deum et
Moysen, ideoque dominus immisit in illum
ignitos serpentes, ad quorum plagas
et mortes plurimorum cum clamarent
ad Moysen et ille oraret pro eis, iussit eum
dominus facere serpentem eneum et ponere
pro signo: Qui percussus, inquit, aspexerit
eum vivet. Et ita factum est. Plage
ergo serpentium ignitorum venena sunt
et incentiva vitiorum, que animam quam
tangunt spirituali morte perimunt. Et bene
murmurans contra dominum populus serpen-
tium morsibus sternebantur, ut ex iudi-
cio flagelli exterioris agnoscerent quantam
intus perniciem murmurando paterentur.
Exaltatio enim serpentis enei quem dum
percussi aspiciebant sanabantur passio
est nostri redemptoris in cruce, in cuius solius
fide regnum mortis et peccati superatur.
Recte etenim ad initium serpentis peccata
que animam simul et corpus ad in-
teritum trahunt, non solum quia igniti
quia virulenti quia ad perimendum sunt
astuti, verum etiam quia per serpentem
primi parentes nostri ad peccandum persuasi
ac de immortalibus sunt peccando morta-
les effecti. Recte per serpentem eneum dominus
ostenditur qui venit in similitudine car-
nis peccati quia sicut eneus serpens

effigiem quidem ignitis serpentibus simi-
lem / sed nullum prorsus in suis membris
habuit ardorem veneni nocentis / quin
potius percussos a serpentibus sua exaltacio-
ne sanabat / Sic nimirum / sic redemp-
tor humani generis / non tamen peccati / sed
similitudine induit carnis peccati / sing
mortem crucis paciendo / credentes in se
ab omni peccato et ipsa eciam morte libera-
ret / Sicut ergo moyses exaltavit serpentem in deserto
ita inquit exaltari oportet filium hominis quia
exaltatum serpentem eneum aspiciebant
sanabantur a corporali ~~corpore~~ morte et plaga
quam serpencium morsus intulerat /
ita et qui misterium dominice passionis cre-
dendo / fideliter imitando / aspiciunt salvantur
imperpetuum ab omni plaga / quam peccando
in anima pariter et carne contraxerunt /
Unde recte subiungit / Et omnis qui credit
in eum non pereat. sed habeat vitam eternam.
Cuius quidem verbi patet sensus / quia qui
credit in ipsum non solum perdicionem eva-
dit penarum / sed eternitatem percipit eter-
nam / et hoc inter figuram distat et
veritatem / quia per illam vita prestabatur
temporalis / per hanc vita donatur sine fi-
ne mansura / Sed curandum sollerter est
ut quod intellectus bene sensit / operacio
condigna perficiat / quatenus confessio vo-
cis fidei pie et sobrie conversando ad per-
cepcionem promisse nobis vite mereatur
attingere / Verum quia hec de filio hominis
dicuntur / qui exaltari in cruce et mortu-
us potuit pati / Ne putaret nicodemus
filium tantum hominis esse eum / a quo
vita esset expectanda perpetua / curavit
ei dominus eciam divinitatis sue patefacere
sacramentum / unigenitumque et eundem filium dei
et filium hominis mundi ostendere salvatorem /
Nam sequitur / Sic enim dilexit deus mundum
ut filium suum unigenitum daret. Et

omnis qui credit in eum. non pereat. sed habeat
vitam eternam / Unde notandum quod ea-
dem de filio dei unigenito replicat / que
de filio hominis in cruce exaltato premi-
serat dicens / Ut omnis qui credit in
eum non pereat / sed habeat vitam eter-
nam / quia profecto idem redemptor
et conditor noster / filius dei ante secula exi-
stens / filius hominis factus est in fine
seculorum / ut qui per divinitatem sue potencie
nos creaverat / ad perfruendam vite beati-
tudinem perhennis / ipse per fragilitatem
humanitatis nostre nos restauraret / ad per-
cipiendam / quam perdideramus vitam /
Unde nobis sathagendum est fratres
karissimi / ut divinis beneficiis vicem rependen-
tes / diligamus toto corde / tota anima /
tota virtute / deum patrem / qui nos
tanto amore prior dilexit / ut proprio
filio suo non parceret / sed pro nobis omnibus
traderet illum / Diligamus ipsum filium
qui cum in forma dei esset nostre liber-
tatis et vite gracia formam servi acce-
pit factusque est obediens usque ad mortem
mortem autem crucis / Et sicut beatus dicit
apostolus Johannes / Qui dilexit nos et la-
vit nos a peccatis nostris in sanguine
suo / Diligamus sanctum eiusdem patris
et filii spiritum / cuius gracia renati / cuius vir-
tute signati sumus in die redempcionis / qui
ubi vult spirat / et ubicumque spirat corda
flamma eiusdem divine dileccionis accendit /
Credamus ipsum patrem et filium et spiritum sanctum
unum esse deum et dominum nostrum / ac debitis
laudibus exaltemus nomen eius / in in-
victum cui est gloria / imperium et potestas /
per omnia secula seculorum ~~Amen~~ In die etc. — Inde etc.

In illo tempore erat homo ex phariseis nicode-
mus nomine princeps iudeorum qui venit
ad ihesum nocte et dixit ei Rabbi scimus quia

a deo venisti magister. Nemo enim potest hec signa
facere que tu facis. nisi esset deus cum eo. Ro
Aug.
Nicodemus iste ex hiis erat Om. Augustini
qui crediderant in nomine eius viden-
tes signa et prodigia que faciebat Superius
enim hoc dixit Cum autem esset Iherosolimis
in pascha in die festo multi crediderunt
in nomine eius Quare crediderunt Sequitur
Et dixit videntes signa que faciebat Et
de Nicodemo quid dixit Erat princeps iudeorum
Nicodemus nomine venit ad eum nocte et
ait Rabi scimus quia a deo venisti magister Et
iste ergo crediderat in nomine eius et ipse
unde crediderat Sequitur Nemo enim potest
signa facere que tu facis nisi fuerit deus cum
eo Si ergo Nicodemus de illis multis erat
qui crediderunt in nomine eius. iam in
isto Nicodemo attendamus. quare Ihesus non
se credebat eis Unde dicit Ihesus et dixit ei
Amen amen dico tibi. nisi quis natus fu-
erit denuo non potest videre regnum dei
Ipsis ergo se credidit Ihesus qui nati fuerint
Ecce illi crediderunt in eum et Ihesus se
non credebat eis. tales sunt omnes kathe-
cumini Ipsi autem credunt in nomine Christi sed Ihesus
non se credit illis Intendat et intelligat
caritas vestra Si dixerimus kathecumino
credis in Christum. respondet credo. et signat se iam
crucem Christi portans in fronte et non erube-
scit de cruce domini sui Ecce credidit in no-
mine eius Interrogemus eum. Nunc manducas
carnem filii hominis et bibis sanguinem
filii hominis. nescit quid dicimus. quia Ihesus
non se credidit ei Cum ergo ex illis unus
esset Nicodemus venit ad dominum. sed nocte
venit et hoc forte ad rem pertinet Ad dominum
venit et nocte venit. ad lucem venit et in te-
nebris venit. renati autem ex aqua et spiritu
quid audiunt ab apostolo. Fuistis enim aliquando
tenebre nunc autem lux in domino sicut filii
lucis ambulate Et iterum Nos autem qui

diei sumus sobrii simus Qui autem renati
sunt nocti fuerunt et diei sunt tenebre fu-
erunt et lumen sunt Iam credit se illis
Ihesus et non nocte veniunt ad Ihesum sicut
Nicodemus. non in tenebris querunt diem
et tales enim iam Christum profitentur etiam
accedit ad illos Ihesus et facit in illis sa-
lutem. quia ipse dixit Nisi quis man-
ducaverit carnem meam et biberit san-
guinem meum non habet in se vitam.
Qui autem signum crucis habent in fronte
kathecumini. iam de domo magna sunt
sed ad huc sicut ex servis fiant filii Non
enim nichil sunt quia iam ad domum
magnam pertinent Quando autem man-
ducavit manna populus Israel. cum transi-
ssent mare rubrum. mare rubrum
autem quid sufficiat audi apostolum Nolo
autem vos ignorare fratres quia patres nostri omnes
sub nube fuerunt et omnes per mare transierunt
Ad quid per mare transierunt tamquam quere-
res tamquam ab illo sciens ait Et omnes per
Moysen baptizati sunt in nube et in mari
Si ergo figura maris tantum valuit
species baptismi quantum valebit Si
ergo quod gestum est in figura traiectum
populum ad manna perducit Quid exhibet
Christus in veritate baptismi sui traiectos
per eum populo suo per baptismum suum traie-
cit credentes occisis omnibus hostibus et sequentibus
sicut in illo mari omnes egiptii perierunt
Quo traicit fratres mei. quo traicit per bap-
tismum Ihesus. cuius figuram tunc ge-
rebat Moyses. qui per mare traiciebat
Quo traicit ad manna Quid est manna
Ego sum inquit panis vivus qui de celo
descendi. manna accipiunt fideles iam tra-
iecti per mare rubrum. quare mare rub-
rum mare quare rubrum sed mare
illud rubrum baptismum Christi. Unde
rubet baptismus Christi nisi Christi sanguine

consecrantur. Quo igitur perducit creden-
tes et baptisatos ad manna. Ecce dixi
manna notum est. Quid acceperint
iudei populus ille iste notum est quia eis
pluisset deus de celo. Et nesciunt kathe-
cumini quid accipiant christiani. Erubes-
cant ergo quia nesciunt, transeant
per mare rubrum, manducent manna
ut quomodo crediderunt in nomine Ihesu
sic et ipsis credat Ihesus. Ideo inten-
dite fratres mei quid respondeat iste qui
nocte venit ad Ihesum. Quamvis ad Ihe-
sum venit, tamen quia nocte venit
adhuc de tenebris carnis sue loquitur.
Non intelligit quod audit de domino, non
intelligit quod audit de luce que illuminat
omnem hominem venientem in hunc
mundum. Iam ei dominus dixerat: Nisi
quis renatus fuerit denuo non vide-
bit regnum dei. Dicit ei Nicodemus:
quomodo potest homo nasci cum sit
senex? Spiritus ei loquitur et ille
carnem sapit. Carnem suam sapit
quia carnem Christi non dum sapit.
Cum enim dixisset Ihesus: Nisi quis
manducaverit carnem meam et biberit
sanguinem meum non habebit in se
vitam, scandalizati sunt quidam
qui eum sequebantur et dixerunt
apud semetipsos: Durus est hic sermo,
quis potest eum sustinere? Putabant
enim hoc dicere dominum Ihesum quod
eum possent concisum sicut ag-
num [illegible] et manducare.
Abhorrentes verbis eius recesse-
runt et amplius eum secuti non
sunt. Sic evangelista loquitur. Et dominus
ipse remansit cum .xii. Et illi ad
eum: Domine ecce illi dimiserunt te.

Et ille: Numquid et vos vultis abire? osten-
dere volens quia ipse illis erat necces-
sarius, non illi erant Christo necessa-
rii. Nemo quis terreat Christum quando di-
cit ut fiat christianus, quasi beatior erit Christus
si tu fueris christianus. Bonum est tibi si fu-
eris christianus. Nam si non fueris, malum
Christo non erit. Audi vocem psalmi:
Dixi domino deus meus es tu quoniam bonorum
meorum non eges. Ideo deus meus es
tu quoniam bonorum meorum non eges.
Si fueris sine deo minor eris; si fueris
cum deo maior deus non erit. Non
ex te maior ille, sed tu sine ipso minor.
Cresce ergo in illo, noli te subtrahere ut quasi
ille deficiat. Reficieris si accesseris, deficies
si recesseris. Integer manet te acce-
dente, integer manet et te cadente.
Cum ergo dixisset disci[…]pulis: Num-
quid et vos vultis abi[…]. Respondit Pe-
trus petra illa voce om[…]nium: Domine
ad quem ibimus? Verbum vite eterne
habes. Bene sapuit in ore eius caro do-
mini. Dominus autem exposuit eis et dixit:
Spiritus est qui vivificat, caro autem non
prodest quicquam. Cum autem dixisset
Nisi quis manducaverit carnem meam
et biberit sanguinem meum non habebit
vitam in se, ut carnaliter intellexerunt,
Spiritus est inquit qui vivificat, caro autem
nichil prodest. Verba que locutus sum
vobis spiritus sunt et vita. Habent spiritum
et habent vitam. Vitam non sapiebat
iste Nicodemus qui nocte venit ad Ihesum.
Dicit ei Ihesus: Nisi quis natus fuerit
denuo non videbit regnum dei. Et ille
carnem suam sequens, in ore eius non
dum sapiebat caro Christi. Quomodo inquit
potest homo cum sit senex nasci? Non nove-
rat iste nisi unam nativitatem ex Adam

ido bi

et etiam nativitatem credo et eciam non dum noverat. non noverat nisi eos parentes qui genuerant ad mortem. non dum noverat patres qui genuerant ad vitam. noverat nisi eos parentes qui generant successores. non dum noverat eos patres qui generant semper permansuros. Cum ergo sint due nativitates. ille unam intelligebat. Una est de terra. alia est de celo. Una est de carne. alia de spiritu. Una est de mortalitate. alia de eternitate. Una est de masclo. alia de femina. alia est de deo et ecclesia. Sed ipse due singule sunt. nec illa potest repeti. nec illa. Recte intellexit Nicodemus nativitatem carnis. sic et tu intellige nativitatem spiritus. Quomodo intellexit Nicodemus nativitatem carnis. quod intellexit Nicodemus. Numquid potest homo denuo in ven[...]trem matris sue intrare et iterum [...] renasci. Sic quicumque dixerit [...] ut spiritualiter iterum renascatur. Unde quod dixit Nicodemus Numquid potest homo denuo in ventrem matris sue iterum introire et nasci. Iam natus sum de adam. non me potest iterum generare adam. iam natus sum de christo. non me potest iterum generare christus. quomodo uterus non potest repeti. sic et baptismus. Qui nascitur de ecclesia katholica. tamquam de spiritu nascitur. tamquam de libera nascitur. Qui nascitur de heresi. tamquam de ancilla nascitur. quod optime habeat. Dnica pa post festum tri

Sensus allegoricus

In illo tempore dixit ihesus discipulis suis parabolam hanc Homo quidam erat dives et induebatur purpura et bisso et epulabatur cotidie splendide. [illegible]

Fratres karissimi in verbis sacri eloquii prius servanda est veritas historie et postmodum requirenda spiritualis intelligencia allegorie. tunc namque allegorie fructus suaviter carpitur. cum prius per historiam veritatis in radice solidatur. Et quia nonnumquam allegoria fidem edificat. et historia moralitatem. Nos qui auctore deo iam fidelibus loquimur. non abhorrendum si ipsum loquendi ordinem postponamus. quatenus qui fidem iam firmam tenent prius de allegoria aliquid velint audire debeat. et quod nobis de moralitate historie valde est necessarium. hoc in exposicionis nostre ordine servet extremum. quia ea plerumque solet inclinus recoli. que contingit postmodum audiri. Sensus ergo allegoricus sub brevitate transcurrimus. ut ad moralitatis latitudinem citius venire valeamus. Homo quidam erat dives et induebatur purpura et bisso et epulabatur cotidie splendide. Quem fratres karissimi dives iste qui induebatur purpura etc. nisi iudaicum populum designat. qui cultum vite exterius habuit. qui acceptis legis deliciis ad nitorem usus est. non ad utilitatem. Quem vero lazarus ulceribus plenus. nisi gentilem populum figuraliter exprimit. Qui cum conversus ad deum peccata sua non erubuit confiteri. hunc vulnus in cute fuit. In ulceris quippe vulnere. virus a visceribus trahitur et foras erumpit. Quid ergo est peccatorum pectorum remissio. nisi quedam vulnerum ruptio. quia peccati vulnus salubriter aperitur in confessione quod pestifere latebat in mente. Etenim vulnera cutis in superficie trahunt humorem putredinis. Ad confitendum peccata quid aliud agimus nisi malum quod in nobis latebat aperimus. Sed lazarus vulneratus appetebat saturari de micis que cadebat

de mensa divitis et nemo illi dabat / quod
gentilem quemque ad cognitionem legis
admitteret superbus ille populus despicie
bat / Quia enim doctrinam legis non ad
caritatem habuit / sed ad elationem quasi
de acceptis opibus tumuit / Et quia
ei verba defluebant de scientia / quasi mice
cadebant de mensa / at contra iacentem pau
peris vulnera lingebant canes / Non
numquam solent in sacro eloquio per ca
nes predicatores intelligi / Canum enim lin
gua vulnus dum lingit curat / quia et
doctores sancti / dum in confessione pec
cati nos instruunt / quasi vulnus mentis
per linguam tangunt / Et quia loquendo
nos a peccatis eripiunt / quasi lingendo
lingua vulnera tangendo ad salutem
reducunt / Quia enim canum nomine
predicatorum lingua signatur a domino
psalmistam dicitur lingua canum tuorum
ex inimicis ab ipso / Ex inimicis quippe in
fidelibus sancti predicatores electi sunt /
qui in assertione veritatis contra fures
latrones qui convenientes magnos
pro domino ut ita dicam latratus dede
runt quo contra depredationem rap
bacionem divitum / Canes muti non valen
tes latrare / quia igitur predicatores
sancti peccata dampnant / confessionem
vero peccatorum approbant dicentes Con
fitemini alterutrum peccata vestra et orate pro invi
cem ut salvemini / vulnera lazari ca
nes lingunt / Sancti etenim doctores
dum gentilium confessiones accipiunt /
mentium vulnera saluti restituunt
Unde et bene lazarus interpretatur adiutus
quia ipsi hunc ad redemptionem iuvant
qui eius vulnera per linguam correptionis
curant / Potest etiam per linitionem
canum lota adulancium lingua sig[nari] /

adulantibus etenim vulnera nostra lingere est /
quia quod plerumque solent etiam ipsa
mala que nos in nobis ipsis reprehen
dimus improbo favore laudare / Conti
git vero ut dives moreretur / dives qui
induebatur purpura et bisso sepul
tus est in inferno / In sinum vero habrahe
lazarus ab angelis ductus / Quid ha
brahe sinus nisi secretam requiem sig
nificat patrie / de qua veritas dicit / multi
venient ab oriente et occidente et recum
bent cum habraham et ysaac et iacob
in regno celorum / Filii autem regni
eicientur in tenebras exteriores / Qui
enim purpura indutus dicitur / recte rex
filius dicitur / Qui de longinquo ad vi
dendum lazarum oculos levat quia
dum per dampnationis sue supplicia in
fideles et infimi sunt fideles quos usque ante
diem extremi iudicii supra se requie
attendunt / quorum post gaudia con
templari nullatenus possunt / longe
vero est quod conspiciunt quia illuc per
meritum non attingunt / In lingua nunc
amplius ardere ostenditur cum dicit
Mitte lazarum ut intingat extremum
digiti sui in aquam ut refrigeret lin
guam meam quia crucior in hac flamma.
Infideles ipsi verba legis in ore tenue
runt que opere servare contempserunt /
Ubi ergo amplius ardebit ubi se ostendit
scire quod facere noluit / quia propter
bene de doctis et negligentibus per salomonem
dicitur / Omnis labor hominis in ore eius
sed anima illius non implebitur / Quia
quisquis hoc solummodo laborat ut sci
at quid loqui debeat ab ipsa refectione
sue scientie mente vacua ieiunat / ab
extremo si digito tangi desiderat / quia
extremis suppliciis datur optat operatorum

Abrahe sinus

instorum vel ultima percipiant. Cui respon-
detur: Quia inhiat vita bona recepit, ex
omne summum gaudium felicitatemque tran-
sitoria putavit. Habere etenim hic possunt
et iniusti bona, nec tamen hec ad mercedem per-
fectionis recipere, quia dum meliora i. eter-
na appetunt, eorum iudicio quelibet bona
affluunt, cum sanctis desideriis estuant, Sensus moralis
bona minime videntur. Unde David propheta
cum regni divitiis multisque obsequiis
fulciebantur, quantum hec utilitate
bona esse conspiciet. Scripturam singu-
lari bono inherens estimabat dicens: Michi
autem adherere deo bonum est. Inter hec
Recordari vero notandum est quod ei dicitur: Recordare
fili. Ecce eum Habraham filium vocat,
quem tamen a tormento non liberat.
Quia hunc infideles patres precedentes pa-
tres fideles quia multos hic a sua fide de-
viasse considerant, eos nulla compassione
a tormentis eripiunt, quos tamen patres
filios recognoscunt. In tormentis autem dives No
positus quamque fratres se habere perhibet, quia sup-
erbo ipsum incarcerat plus qui ex magna
parte iam dampnatio est, separatos suos
quos super terram reliquit, quamvis Moysi
libri carnalis intellectus, velut quinque sen-
sus corporis nomine dedit. Quinario ergo
numero fratres quos reliquerat expressit, quia eos
ad spiritalem intelligentiam non assurgere
in inferno positus gemit, petit ut ad eos
Lazarus mittatur. Cui quia Moysen et
prophetas habeant dicit. Sed ait: Quia
non credunt nisi si quis ex mortuis re-
surrexerit. Cui protinus respondetur: Si
Moysen et prophetas non audiunt, neque
si quis a mortuis resurrexerit credent
ei. Certe a Moyse veritas dicit: Si cre-
deretis Moysi crederetis forsitan et michi,
de me enim ille scripsit. Impletur ergo
quod per Habrahe responsionem dicitur:

Ex mortuis enim dominus resurrexit, sed iudai-
cus populus, quia Moysi credere noluit,
ei etiam qui resurrexit a mortuis cre-
dere contempsit. Et dum verba quoque Moy-
ses locutus fuerat non percepit, hec
nos fratres karissimi perindicandis aliorum
miseriis sufficit circumspexisse suf-
ficiant. Nunc ad intuendum latius
rei geste moralitatem animus revocat.
Homo quidam erat dives et induebatur
purpura et bysso et epulabatur coti-
die splendide. Et erat quidam men-
dicus nomine Lazarus qui iacebat ante
ianuam divitis ulceribus plenus.
Nonnulli putant precepta veteris testa-
menti districtiora esse quam novi.
Sed hii nimirum inprovida consideratione
falluntur. In illo enim non tenacia sed
rapina multatur, ibi res iniuste sub-
lata restitutione quadrupli punitur.
Hic autem dives iste non abstulisse
aliena reprehenditur, sed propria
non dedisse. Nec dicitur quia vi quem-
piam oppressit, sed quia in acceptis
rebus se extulit. Hinc ergo summo opere
colligendum est qua pena multandus
est is qui aliena diripit, si inferni
dampnatione percutitur qui propria non lar-
gitur. Nemo igitur se tutum estimet
dicens: Ecce aliena non rapio, sed
concessis licite rebus fruor. Quia di-
ves iste non idcirco punitus est
quia aliena abstulerit, sed quia
acceptis rebus semetipsum male dede-
ruit. Hoc quoque fuit quod hunc
inferno tradidit, quia in sua felicitate
timidus fuit, quia percepta dona
ad usum arrogantie inflexit, qui vi-
scera pietatis ignoravit, quia peccata

sua redimere etiam cum sibi habundan-
precium nolint. Et sunt nonnulli qui
cultum subtilium preciosarumque vestium
non putant esse peccatum. Quod si videlicet
culpa non esset nequaquam sermo
dei tam vigilanter exprimeret quod di-
ves qui torquebatur apud inferos
bisso et purpura indutus fuisset. Ne- No
mo quippe vestimenta preciosa nisi ad
inanem gloriam querit scilicet ut hono-
rabilior ceteris esse videatur. Nam quia Vestes
propter inanem gloriam vestimentum preciose
preciosius queritur res ipsa testatur
quod nemo vult ibi preciosis vestibus vesti-
ri seu indui ubi ab aliis non possit vi-
deri. Quam culpam possumus etiam
melius ex diverso colligere quia si abiec-
tio vilis indumenti virtus non esset
evangelista tam vigilanter de Iohanne
non diceret: Erat indutus pilis ca-
melorum. Sed notandum nobis mag-
nopere est in ore veritatis de superbo
divite et humili paupere quantus
sit ordo narrationis. Ecce enim dicit:
Homo quidam erat et erat dives. Et
protinus subinfertur: Et erat quidam
mendicus nomine Lazarus. Certe in
populo plus solent nomina divitum quam
pauperum sciri. Quid est ergo quod dominus de No 2
paupere et divite verbum faciens no-
men pauperis dicit et nomen divitis
non dicit, nisi quia humiles deus no-
vit atque approbat, superbos ignorat et
reprobat. Unde et quibusdam de mi-
raculorum virtute superbientibus in fine
dicturus est: Nescio vos unde sitis.
Discedite a me omnes operarii iniquitatis.
At contra Moysi dicitur: Novi te ex
nomine. Ait ergo de divite: Homo quidam,
de paupere: Quidam nomine Lazarus. Ac
si aperte dicat: Pauperem humilem scio,

superbum et divitem nescio. Illum cogni-
tum per approbationem habeo, hunc per iudi-
cium reprobationis ignoro. Pensandum
nobis est etiam conditor noster omnia
quanta consideratione dispensat. Una
etenim res non pro una re agitur.
Nam ecce plenus ulceribus mendicus
Lazarus ante ianuas divitis iacebat.
Ex una vero una dominus duo iudicia ex-
plevit. Habuisset fortasse etenim aliquam
excusationem dives si Lazarus pauper
et ulcerosus ante eius ianuam non
iacuisset, si remotus fuisset, si eius
inopia non esset oculis importuna.
Rursum si longe esset dives ab oculis
ulcerosi pauperis minorem tolerasset
temptationem in animo pauper. Sed dum
egenum et pauperem ante ianuam di-
vitis et deliciis affluentis posuit, in
una eademque re ex visione divitem
temptavit et cottidie pauperem ap-
probavit. Quantas namque hunc pauperem
et ulceribus obsessum credimus tempta-
tiones in sua cogitatione tolerasse, cum
ipse egeret pane et non haberet atque
salutem atque ante se divitem cerneret
habentem et delicias habere etiam cum
voluptate, se dolore et frigore affici,
illum gaudere conspiceret bisso et purpura
se vestiri, se autem deprimi ulceribus, illum de-
fluere acceptis rebus, se egere, illum
nolle largiri. Quantus putamus fuit
tunc in corde pauperis tumultus
temptationis fuit. Cum esse poterat ad
penam sufficere paupertas etiam si sanus
sufficeret vel fuisset rursumque sufficeret
egritudo etiam si egritudini subsidium
adesset. Sed ut probaretur amplius pau-
per simul hunc et paupertas et egritudo
haberetur atque insuper videbat procedere

divitem obsequentium cuneis fulciri
et se in infirmitate et inopia a nullo vi-
sitari. Nam quia nemo ei ad visitan-
dum accederet testantur canes qui libere
eius vulnera lingebant. Uno ergo
rex omnipotens deus duo iudicia exhibuit
dum lazarum pauperem ante ianuam di-
vitis iacere permisit. et ut dives impius
dampnationis sibi augeret ultionem et
temptatus pauper cresceret ad remunerationem.
conspiciebat ille cottidie cui non misere-
retur videbat iste de quo probaretur. duo inferius
corda. sed unus desuper inspector. Qui hunc
temptando exerceret ad gloriam et illum tol-
lerando exspectabat ad penam. Nam se-
quitur. Factum est autem ut moreretur
mendicus et portaretur ab angelis in si-
num Habrahe. Mortuus autem est et dives
et sepultus est in inferno. Ecce nunc
dives cum cui in hac vita misereri no-
luit in suo iam supplicio positus patro-
num quaerit. Nam ecce subiungitur. quia e-
levans oculos suos cum esset in tormen-
tis vidit Habraham a longe et lazarum in si-
nu eius. et ipse clamans dixit. Pater
Habraham miserere mei et mitte lazarum
ut intingat extremum digiti sui in aquam
ut refrigeret linguam meam quia crucia-
or in hac flamma. O quanta est subtilitas
iudiciorum dei. O quam districte agitur
bonorum actuum malorumque retribu-
cio. Certe dictum est superius quia in hac
vita lazarus cadentes micas de mensa
divitis querebat et nemo illi dabat. Nunc
de supplicio divitis dicitur quia de extremo
digiti lazari distillari aquam in os suum
concupiscit. Hinc ergo fratres colligi-
te quanta sit districtio severitatis dei.
Dives enim iste qui ulceroso pauperi suo
mense vel minima dare noluit in inferno
positus usque ad minima querendo pervenit.
Nam guttam aque petiit qui micas
panis negavit. Sed notandum val-
de est quid sit quod dives in igne positus
linguam suam refrigerari petiit.
Mos quippe est sacri eloquii ut ali-
quando aliud dicat sed ex eo aliud
aliud innuat. Superius autem hunc
superbum divitem dum non loquaci-
tatem dixerat sed simpliciter convivan-
tem. Nec hunc de loquacitate narra-
vit. Sed cum elatione et tenacia de eda-
citate perculisse. Sed quia habundare
in conviviis loquacitas solet is qui hic
male convivatus dicitur apud inferum gra-
vius in lingua ardere perhibetur. Prima
namque male convivantibus famulatur
culpa loquacitatis. post loquacitatem
vero ludendi etiam levitas sequitur.
Nam quia edacitatem ludus sequatur
testatur sacra scriptura que ait. Sedit
populus manducare et bibere et surrexe-
runt ludere. Sed postquam d ad lusum
movetur corporis, ad iocos verba ad
inania movetur lingwa. Quid ergo
est quod innuit quia in tormentis
positus dives linguam suam refri-
gerari postulat nisi quod is qui convi-
vando magis de loquacitate peccave-
rat quod retributionis iusticiam in lin-
gwa atrocius ardebat. Sed cum eo quod
valde est pavore pensandum quod ei per
Habrahe responsionem dicitur. Fili recorda-
re quia recepisti bona in vita tua et
lazarus similiter mala. Nunc autem hic
consolatur. tu vero hic cruciaris. Ista
fratres verba sunt pavore pocius indigent
quam expositione. Nam si qui estis
qui in hoc mundo exterioris boni ali-
quid accepistis ipsum ut ita dictum

donum extime pertimescere debet. Ne vos
pro quorumlibet bonorum actuum recom
pensatione sit datum. Ne inde qui bo
na hic exteriora recipiunt, retributione
boni intimi repellantur, ne honor hic
vel divitie non ad innamentum virtu
tis, sed remunerationis sint laboris. Hoc enim
dicitur. Recepisti bona in vita tua. In
dicatur et dives iste boni aliquid ha
buisse, ex quo in hac vita premium acci
peret. Rursumque cum de lazaro dicit,
qui recepit mala, profecto monstrat
et lazarum habuisse malum aliquid quod
purgaretur. Sed mala lazari purga
vit ignis inopie, et bona divitis remu
neravit felicitas transeuntis vite. Il
lum paupertas affligit et tersit, istum
habundantia remunerant felicitas tran
seuntis vite. Illum paupertas affligit
et tersit, istum habundantia remuneravit
et repulit. Quicumque ergo bona in hoc seculo
habetis, cum vos bona egisse recolitis,
valde de ipsis pertimescite, ne concessa vo
bis prosperitas eorundem remuneratio sit bo
norum. Et cum quoslibet pauperes non
nulla reprehensibilia perpetrare conspicitis,
Nolite despicere, nolite desperare, quia
fortasse quos superfluitas tenuissime
pravitatis inquinat, caminus pau
pertatis purgat. De vobis omnino per
timescite, quia nonnulla etiam male
acta prospera vita secuta est. De il
lis vero sollicite pensate, quia eorum
vitam magistra paupertas excruciat,
quousque ad rectitudinem vite perducit.
Sequitur. Et in omnibus inter nos et
vos chaos magnum firmatum est, ut hii
qui volunt ad nos transire non possint,
neque inde huc transmeare. Quia enim hii
qui in inferno sunt ad beatorum sor
tem transire cupiunt, dubium non

est. Qui vero iam in beatitudinis sorte
suscepti sunt, quo pacto dicitur quod ad eos
transire qui in inferno cruciantur volunt,
Sed sicut reprobi transire ad electos cu
piunt, id est a supplicatorum suorum afflictione
migrare, ita ad afflictos atque in tormen
tis positos transitus iustorum est men
te transire per misericordiam, eosque velle liberare.
Sed quia volunt de beatorum sede ad
afflictos atque in tormento positos tran
sire non possunt, quia iustorum anime
etiam si misereri vellent iam tunc omnino
non possunt, quamvis in sua natura bo
nitatem atque misericordiam habeant, iam tunc
auctoris sui iustitie coniuncte, tanta recti
tudine constringuntur ut nulla ad reprobos
compassione moveantur. Ipsi quippe iudici
concordant cui inherent, et eis quos
eripere non possunt, neque per omnia conde
scendunt quia tantum illos tunc asse
videbunt. Externos quippe quantum
et alios quem diligunt auctore suo con
spiciunt repulsos. Nec iniusti ergo ad
beatorum sortem transeunt, quia damp
natione perpetua constringuntur. Nec iusti
ad reprobos transire possunt, quia erecti
sunt per iusticiam iudicii nullomodo
ex aliqua compassione miserentur.
Sed postquam autem divitis desperati spes
tollitur, eius animus ad propinquos quos
reliquerat recurrit, quia reproborum
mentem pena sua quandoque inutili
erudit ad caritatem, ut iam tunc etiam
suos spiritualiter diligant, qui hic dum
peccata diligunt, nec se amabant. Un
de dicitur. Rogo ergo te pater ut
mittas eum in domum patris mei. Ha
beo enim quinque fratres ut testetur illis
lazarus ne et ipsi veniant in hunc lo
cum tormentorum. Qua in re notandum est

ardenti diviti quanta ad supplicium cu-
mulantur. Ad penam namque suam ei
et cognitio servatur et memoria. Cogno-
scit enim lazarum quem despexit. fratrum
quoque suorum meminit quos reliquit.
perfecta quippe ultio ei de paupere non esset
si hunc in retributione non cognosceret. et
perfecta pena in igne iam esset. si in hoc
quod ipse patitur etiam suis timeret.
Ut ergo peccatores in supplicio amplius pu-
niantur. et eorum vident gloriam quos
contempserunt. et de illorum etiam pena
torquentur quos inutiliter amaverunt.
Credendum vero est quod ante retribu-
tionem extremi iudicii iniusti in requie
quosdam iustos aspiciunt. ut eos viden-
tes in gaudio non solum de suo supplicio
sed etiam de illorum bono crucientur. Iusti
autem in tormentis semper intuentur in-
iustos. ut hinc eorum gaudium crescat
quia malum conspiciunt quod miseri-
corditer evaserunt. tantoque maiores e-
reptori suo gratias referant. quanto
vident in aliis quod ipsi perpeti si essent relic-
ti potuissent. Neque illam tante beatitu-
dinis claritatem apud iustorum ani-
mum fuscat aspecta pena reproborum.
quia iam ubi compassio miserie non erit.
minuere procul dubio beatorum leticiam non
valebit. Quid autem mirum, si dum iusti in-
iustorum tormenta conspiciunt hoc eis
eveniat in obsequio gaudiorum. quando
in pictura niger color substernitur ut albus
vel rubeus clarior videatur. Sicut dictum
est tantum bonis sua gaudia excrescunt
quanto eorum oculis dampnatorum ma-
la subiacent que evaserunt. Et quamvis
eis sua gaudia ad perfruendum plene
sufficiant. Mala tamen reproborum absque
dubio semper aspiciunt. Quia qui cre-
atoris sui claritatem vident nil in crea-

tura agitur quod videre non possint. Pete-
re autem divitis ut lazarus mittatur
ab habraham primus respondit. Habent
moysen et prophetas audiant illos. Sed
qui dei verba despexerat. hec audire
non posse suos sequaces estimabat.
Et inde dives. Non pater mi. Sed si
quis ad eos ex mortuis ierit credent.
cui mox veritatis sententia dicitur. Si moy-
sen et prophetas non audiunt. neque si quis
ex mortuis resurrexerit credent ei. Quia
nimirum qui verba legis despiciunt re-
demptoris precepta qui ex mortuis re-
surrexit quanto subtiliora sunt tan-
to hec difficilius implebunt. Minus
est enim quod per legem dicitur quam
hoc quod per dominum iubetur. Ille enim
rerum decimas precipit. Redemptor vero
[illegible] ab hiis qui perfectionem secuntur
omnia dimitti iubet. Illa peccata car-
nis resecat. redemptor vero etiam illicitas
etiam cogitationes dampnat. Si ergo
moysen et prophetas non audiunt neque
si quis ex mortuis resurrexerit credent
ei. Quid hii qui viliora legis precepta
implere negligunt salvatoris sui
mandata altioribus obedire quando
convalescunt. Et nimirum constat quod
cuius implere dicta renuunt procul dubio
credere recusant. Hec nobis de ipsa re
geste sollicita consideratione discusse
sufficiant. Sed vos fratres karissimi et re-
quiem lazari et penam divitis cogno-
scentes sollerter agite. Culparum
vestrarum intercessores querite. atque ad-
vocatos vobis in die iudicii pauperes
parate. Multos etenim nunc lazaros
habetis qui ante ianuas vestras iacent
atque hiis indigent que vobis iam saciatis
cotidie de mensa cadunt verba sacre

lectionis debent nos instruere ad implen-
da mandata pietatis. Cottidie lazarum
si querimus invenimus. Cottidie laza-
rum et si non querimus videmus. Ecce
importune se pauperes offerunt rogant
nos qui tunc pro nobis intercessores ve-
ient. Ecce nos orare debuimus
et tamen rogamur. Videte si negare de-
bemus quod petimur quando patroni
sunt qui petunt. Nolite ergo misericordie tempora
perdere. Nolite ergo accepta remedia dis-
simulare. Ante supplicium cogitate de
supplicio. Cum quoslibet in hoc mundo
abiectos aspicitis etiam si qua repre-
hensibilia eorum esse videantur. Nolite de-
spicere quia fortasse quos morum
infirmitas vulnerat medicina pau-
pertatis curat. Quorum signa sunt talia
que debeant reprehendi. Hec si voltis
ad usum vestre mercedis inflectitis. Ut
ex ipsis eorum vitiis cumulent vobis
incrementa pietatis. Quatenus pane pre-
betis et verbum. panem refectionis pre-
bitu verbo correctionis. et duo quibus
alimenta preparant qui unum quere-
bant dum et exterius et interius
satiantur eloquio. Pauper ergo cum
reprehensibilis cernitur moneri debet
despici non debet. Si vero reprehensio-
nis nichil debet vel habet venerari summo
opere sicut intercessor debet. Sed ecce
multos cernimus qui quis sint meriti
nescimus. Omnes ergo venerandi sunt
tantoque necesse est ut omnibus te hu-
miliare debeas quanto quis sit ipse
ignoras. Rem fratres refero quam
bene is qui presto est frater et conpre-
sbiter meus speciosus novit. Eodem
tempore quo monasterium petii ~~Anus~~ anus
~~quedam~~ redempta nomine in sanctimoniali

quedam

habitu constituta in hac urbe iuxta be-
ate marie semper virginis ecclesiam ma-
nebat. Hec illius Herundinis discipula
fuerat que magnis virtutibus pollens
super prenestinos montes vitam here-
miticam duxisse ferebatur. Huic autem
Redempte due in eodem habitu disci-
pule adheserant. Una nomine Romu-
la et altera que nunc adhuc superest
quam quidem specie scio sed nomine
nescio. Tres itaque hee in uno habitaculo
commanentes morum quidem divitiis
plenam sed tamen rebus pauperem vitam
ducebant. Hec autem quam prefatus sum
Romulam aliam quam predixi condi-
scipulam suam magnis vite meritis
ante ibat. Erat quidem mire patie-
ntie summe obedientie custos oris ad silentium
studiosa valde et continue orationis usu.
sed quia plerumque hi quos iam homines
perfectos estimant ad huc in oculis summi
opificis aliquid imperfectionis habent. Sicut
sepe imperiti homines nec dum perfecte
sculpta sigilla conspicimus etiam quasi
perfecta laudamus et que tamen ad huc
artifex considerat et limat laudari
iam audit. et tamen ea tundere melio-
rando non desinit. Hec quam predixi
Romula quam greco vocabulo me-
dici paralisim vocant molestia corporali
percussa est. multisque annis in lectulo de-
cumbens pene omni iacebat membrorum
officio destituta. Nec tamen hec eadem
eius mentem ad impatientiam flagel-
la perduxerant. Nam ipsa ei detrimen-
ta membrorum facta fuerunt incrementa
virtutum. quia tanto sollicitius ad usum
orationis excreverat quanto et aliud quo-
libet nequaquam agere valebat. Nocte

igitur quadam eandem Redemptam quam prefatus sum, que utrasque discipulas suas filiarum loco nutriebat, vocavit dicens: Mater veni. Que mox cum alia eius condiscipula surrexit, sicut utrarumque referentibus et multis res eadem claruit, et ego quoque eodem tempore cognovi. Cumque circa noctem mediam lectulo iacentis assisterent, subito celitus lux emissa omne illius cellule spacium implevit. Et splendor tante claritatis emicuit, ut corda assistencium inestimabili pavore perstringeret, atque ut post ipse referebant, omne in eis corpus obrigesceret et in subito stupore remanerent. Cepit namque quasi cuiusdam magne multitudinis ingredientes sonitus audiri. Et hostium cellule concuti, ac si ingredientium turba premeretur, atque ut dicebant multitudinem sentiebant, sed pre nimietate timoris et luminis nichil videre poterant, quia earum oculos et pavor depresserat, et ipsa tanti luminis claritas reverberabat. Quam protinus lucem mirus odor est fraglancia subsecuta, ita ut earum animum que lux emissa terruerat, odoris suavitas refoveret. Sed tamen vim claritatis illius ferre non possent. Cepit eadem Romula assistentem et trementem Redemptam morum suorum magistram blanda voce consolari dicens: Noli timere mater, non moriar modo. Cumque hoc crebro diceret, paulatim lux que fuerat emissa subtracta est, sed is qui subsecutus est odor remansit. Sicque dies secundus et tercius transiit, ut aspersi odoris fraglancia remaneret. Nocte igitur quarta eandem magistram suam iterum vocavit, qua veniente viaticum peciit et accepit. Nec dum vero eadem Redempta vel alia eius discipula a lectulo iacentis abscesserant. Et ecce subito in platea ante eiusdem cellule hostium duo chori psallencium constiterant, et sicut se audisse dicebant, viri precinebant et femine respondebant. Cumque ante fores cellule exequie celestes exhiberentur, sancta illa anima carne soluta est. Que ad celum ducta, quanto chori psallencium altius ascendebant, tanto cepit psalmodia lenius et minus audiri, quousque et eiusdem psalmodie sonitus et odoris suavitas elongata finirentur. Hec igitur quamdiu fuit in corpore, quis illam habebat in honore? Indigna cunctis hominibus despectaque videbatur. Quis ad illam accedere, quis illam videre dignaretur? Sed latebat in sterquilinio margarita dei. Sterquilinium sicut humane ipsam corruptibilitatem corporis appello. Sterquilinium abiectione paupertatis premitus. Assumpta est ergo que iacebat in sterquilinio et posita est celestis regis ornamento. Iam inter eos supernos cives emicat, iam super ignitos illos lapides eterne diadematis choruscat. Vos qui in hoc mundo vos autem divites esse creditis, si autem estis conferte si potestis falsas divitias veris divitiis. Vos in huius mundi via vitam omnia minimi possidetis. Illa nichil quesivit in itinere, et omnia invenit in pervencione. Vos vitam letam ducitis, tristem mortem timetis. Illa tristem vitam pertulit, ad letam vitam pervenit. Vos ad tempus queritis hominum obsequia, illa despecta ab hominibus invenit socios choros angelorum. Discite ergo fratres temporalia cuncta despicere, discite honorem transeuntem contempnere, eternam gloriam amare. Honorate quos pauperes cernitis, et quos foris conspicitis despectos seculi, intus arbitremini amicos dei.

participem habeatis in hoc quandoque diligentium celestium participari quod habent. Pensate quod ore magistri dicitur: In hoc tempore vestra habundancia illorum inopiam suppleat, ut et illorum habundancia vestre inopie sit supplementum. Pensate, fratres, quod ipsa veritas perhibet: Quamdiu fecistis uni ex minimis meis, mihi fecistis. Ad recipiendum ergo pauperes pigri cur estis? Quando hoc quod iacenti in terra porrigitis, sedenti in celo datis. Sed hec omnipotens deus qui prius in auribus vestris loquitur, per se in vestris mentibus loquatur, qui vivit et regnat in unitate etc.

Dominica ii secundum Lucam.

In illo tempore dixit Iesus discipulis similitudinem hanc: Homo quidam fecit cenam magnam et misit servum suum hora cene dicere invitatis ut venirent quia parata sunt omnia. Et reliqua. Omelia Gregorii.

Hoc distare, fratres karissimi, inter delicias corporis et cordis solet, quod corporales delicie cum non habentur grave in se desiderium accendunt; cum vero habite eduntur, comedentem protinus in fastidium per satietatem vertunt. At contra spirituales delicie cum non habentur in fastidio sunt, cum vero habentur in desiderio, tantoque a comedente amplius esuriuntur, quanto et ab esuriente amplius comeduntur. In illis appetitus placet et experiencia displicet; in istis autem appetitus vilis est et experiencia magis placet. In illis appetitus saturitatem, saturitas fastidium generat; in istis autem appetitus saturitatem, saturitas appetitum parit. Augent enim spirituales delicie desiderium in mente, dum saciant, quia quanto magis earum sapor percipitur, eo amplius cognoscitur quod avidius ametur. Et ideirco non habite amari non possunt, quia earum sapor ignoratur. Quis enim amare valeat quod ignorat? Unde psalmista nos admonet dicens: Gustate et videte quoniam suavis est dominus. Ac si aperte dicat: Suavitatem eius non cognoscitis, si hanc minime gustatis. Sed cibum vite ex palato cordis tangite, ut probantes eius dulcedinem amare valeatis. Has autem homo delicias tunc amisit, cum in paradiso peccavit; extra exiit, cum os a cibo eterne dulcedinis clausit. Unde nos quoque nati in huius peregrinationis erumpna, huc fastidiosi iam venimus, nescimus quid desiderare debeamus. Tantoque se amplius fastidii nostri morbus exaggerat, quanto magis ab esu illius dulcedinis animus se elongat. Et eo iam interiores delicias non appetit, quo eas comedere diu longeque desuevit. Fastidio igitur nostro tabescimus et longa inedie peste fatigamur. Et quia gustare intus nolumus paratam dulcedinem, amamus foris miseri famem nostram. Sed superna pietas nos non deserentes se deserit. Contemptas enim illas delicias ad memorie nostre oculos revocat, easque nobis proponit. In promissione torporem excutit, atque ut fastidium nostrum repellere debeamus invitat. Homo quidam fecit cenam magnam et vocavit multos. Quis iste homo est nisi ille de quo per prophetam dicitur: Et homo est et quis cognoscit eum? Qui fecit cenam magnam, quia satietatem nobis dulcedinis interne paravit. Qui vocat multos, sed pauci veniunt, quia nonnunquam ipsi qui ei fide subiecti sunt, eterno

Ocium dampnum abstinencie a gula

Glo. Enim contemptor vel negligit hunc panem summe dulcitatis, cadit a virtutibus; per hunc panem purgantur peccata, virtutes augentur, et mens cum spiritualium virtutum habundancia impinguatur.

Vocat inimicos per parva venerunt de quo conqueritur deus per prophetas et alios doctores documenta et ammonitiones. Extendi manum meam dando vobis multa beneficia et non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum quod vobis saepius misi per ammonitionem et increpationes meas et flagella ... Job xix: Servum meum vocavi et non respondit mihi. Hinc servum vocavit deus ... et collatis muneribus ... ad se ducere studuit. Sed non vidit quod digna opera dominus eius reddere contempsit. Unde per prophetam deprecabatur: Illum incarnatum ad eum venire ... et cum propheta deprecabatur: Et cribravi filios ... Stulti autem spernebant me.

xiiij nō

crimus convivio male viventes contradicunt.

Misit autem servum suum hora cenae dicere invitatis ut venirent. Quae autem hora cenae nisi finis est mundi? In quo nimirum nos sumus, sicut iam dudum Paulus testatur dicens: Nos in quos fines saeculorum devenerunt. Si ergo hora cenae iam est cum vocamur, tanto minus nos excusare debemus a convivio Dei, quanto propinquasse cernimus finem mundi, quo cum pensamus quia nichil est quod restat, ad debemus pertimescere ne tempus quod praestitum est pereat. Ideo hoc convivium Dei non prandium sed cena nominatur, quia post prandium cena restat, post cenam prandium nullum restat. Et quia convivium Dei quod nobis in extremo tempore praebitur, rectum fuit ut hoc non prandium sed cena vocaretur. Sed quid per hunc servum qui a patrefamilias ad invitandum mittitur, nisi praedicatorum ordo significatur? De hoc ex ordine quamvis ad hunc indigni convenimus, quamvis peccatorum nostrorum ponderibus praegravamur, et nos tamen in hiis diebus sumus, et tamen ad aedificationem vestram vobis aliquid loquor. Hoc est quod ago. Servus enim summi patrisfamilias sum, cum vos admoneo ad contemptum saeculi, invitare vos venio ad cenam Dei. Nemo me propterea despiciat in hoc loco, et si ad invitandum nequaquam dignus appareo, sed tamen magnae sunt deliciae quas promitto. Saepe fratres mei solet evenire quod dico, ut persona potens famulum habeat despectum, cumque per eum sibi forte vel domesticis aliquid responsum mandat, non despicit personam loquentis servi, quia servatur in corde reverentia mittentis. Qui si nec pensant

[margin:] que cenat non prandet

[margin:] penat

Terra pacata sunt omnia. Cuius convivium ... quamvis non conveniant ad salutem, illud impletur et cavit in septem ... quod merentes regnum est apertus; propter mea operatorum qui cum fuerat clausus.

qui audiunt per quem, sed quid ut agnoscant audiunt. Ita ergo fratres, ita et vos faciatis, ut si nos forsitan digne despicitis in mente, tamen vocantis Domini reverentiam servate. Convivae summi patrisfamilias libenter oboedite, cordis vestri ostium detegite, atque a cordis ore mortale fastidium repellite. Ad repellendum namque fastidium iam parata sunt omnia. Sed si adhuc carnales estis, fortasse carnales epulas inquiritis. Ecce ipse carnales epulae in spiritale vobis alimentum conversae sunt. Ad abstergendum namque mentis fastidium, in cena Domini ille nobis singularis Domini agnus occisus est. Sed quid agimus, qui hoc quod subiungit adhuc fieri cernimus videmus? Et coeperunt simul omnes excusare. Offert Deus quod rogare debuit; non rogatus dare vult quod vix sperari potuerat, quia dignatur largiri postulatus. Et tamen contemptoribus paratas delicias refectionis aeternae denuntiat, et tamen simul omnes excusant. Ponamus ante oculos mentis nostrae, ut possimus digne pensare maiora. Si quispiam potens ad invitandum quemlibet pauperem mitteret, quid fratres rogo, quid pauper ille faceret, nisi de eadem sua invitatione gauderet, responsum humile redderet, vestem mutaret, quantocius festinaret, ne prior se aliquis convivium alter occurreret? Homo ergo dives invitat, et pauper occurrere festinat; ad Dei invitamur convivium et excusamus. Sed inter haec certe aestimare possumus quid sibi corda vestra respondeant; occultis enim fortasse sibi cogitationibus dicunt

Excusatio [illegible] ad [illegible] villam emi [illegible] villa emi .i. [illegible] multo labore acquisivi vel [illegible]
Rogo te habe me excusatum [illegible]

Excusare nolumus ad illud superne refectionis convivium. Et vocari et pervenire gratulamur. Loquentes vobis talia videre verum dicimus, si non plus terrena quam celestia diligunt, si non amplius rebus corporalibus quam spiritualibus occupantur. Unde hic quoque ipsa excusationum causa subiungitur, cum protinus subinferunt: Primus dixit: Villam emi et necesse habeo exire et videre illam; rogo te habe me excusatum. Quid per villam nisi terrena substantia designatur? Exit ergo videre illam qui sola exteriora cogitat propter substantiam designatur. Alter dixit: Iuga boum emi quinque et eo probare illa; rogo te habe me excusatum. Quid in quinque iugis boum nisi quinque sensus corporis accipimus? Qui recte iuga boum vocati sunt, quia in utroque sexu geminantur. Qui videlicet corporales sensus, quia interna comprehendere nesciunt, sed sola exteriora cognoscunt, et deserentes intima ea que extra sunt tangunt, recte per eos curiositas designatur. Que dum alienam vitam querit discutere, semper sua intima nescit, studet exteriora cogitare. Grave namque curiositatis est vicium, que dum cuiuslibet mentem ad investigandam vitam proximi exterius ducit, semper ei sua intima abscondit, ut aliena sciens se nesciat, et curiosi animus quanto peritus fuerit alieni meriti, tanto et ignarus sui. Propter hoc namque et de quinque iugis boum dicitur: Eo probare illa; rogo te habe me excusatum. Ipsa enim excusantis verba ab eius significatione non discrepant, dum dicit: Eo probare illa, quia et aliquando probatio ad curiositatem solet. Et notandum quod et is qui propter villam, et is qui propter probanda iuga boum a cena sui invitatoris excusat, humilitatis verba permiscet dicens: Rogo te habe me excusatum. Dum enim dicit Rogo, et tamen venire contempnit, humilitas sonat in voce, superbia in actione. Et ecce hoc diiudicat perversus quisque cum audit, nec tamen ea que diiudicat agere desistit. Nam cum cuilibet perverse agenti dicimus: Convertere, Deum sequere, mundum relinque, ubi hunc nisi ad divinam cenam invitamus? Sed cum respondet: Ora pro me, quia peccator sum, hoc facere non possum, quid aliud agit nisi quod rogat et excusat dicens? Nam quia peccatorem se asserit, humilitatem insinuat; subiungens autem: converti non possum, superbiam demonstrat. Rogando igitur excusat qui humilitatem simul ducit in voce et superbiam exercet in actione. Alius autem dixit: Uxorem duxi et ideo non possum venire. Quid per uxorem nisi voluptas carnis accipitur? Nam quamvis sit bonum coniugium atque ad propagandam sobolem divina providentia constitutum, nonnulli tamen non per hoc fecunditatem prolis, sed desideria expetunt voluptatis. Et idcirco per rem iustam signari potest non incongrue res iniusta. Vocati ergo etiam nos sumus patrisfamilias invitati, sed dum alius avaricie, alius curiositati, alius voluptati carnis est deditus, nimirum omnes [illegible] simul excusant. Et dum hunc terrena cura occupat, illum alieni actus sagax cogitatio devastat, alterius vero mentem carnalis voluptas inquinat, fastidiosus quisque ad eterne vite epulas non festinat. Sequitur... Reversus servus nunciavit hec domino suo. Tunc iratus paterfamilias dixit servo suo: Exi cito in

Et hac de causa [illegible] carnis [illegible] uxorem ducit qui [illegible] desideria carnis vincere [illegible] non possum [illegible] pro fecunditate prolis sed propter desideria carnis [illegible] ligat.

[illegible]

Vocat multos et pauci venerunt de quo [illegible]

plateas et vicos civitatis et pauperes ac debiles cecos ac claudos introduc huc. Ecce qui terrene substantie plus inhiabat venire ad divinam cenam recusat; qui laboriose curiositati insudat, paratum vite alimentum fastidit; qui carnalibus desideriis inheret, spiritualis convivii spiritalis epulas respuit. Quia ergo superbi venire renuunt, pauperes eliguntur. Cur hoc? quia iuxta Pauli vocem infirma mundi elegit deus ut confundat fortia. Sed notandum nobis est quomodo describantur qui ad cenam vocantur et veniunt: pauperes et debiles, cecos et claudos. Pauperes et debiles dicuntur qui iudicio suo apud semetipsos infirmi sunt. Nam pauperes et quasi fortes sunt qui et positi in paupertate superbiunt. Ceci vero sunt qui nullum ingenii lumen habent. Claudi vero sunt qui rectos gressus in opere non habent. Sed dum morum vitia in membrorum debilitate signantur, profecto liquet quia sicut illi peccatores fuerunt qui vocati venire noluerunt, ita hii quoque peccatores sunt qui invitantur et veniunt; sed peccatores superbi respuuntur, ut peccatores humiles eligantur. Hos itaque elegit deus quos despicit mundus, quia plerumque ipsa despectio hominem revocat ad semetipsum. Filius enim qui patrem reliquerat et partem substantie quam perceperat prodige expenderat, postquam esurire cepit, in se reversus dixit: Quanti mercenarii in domo patris mei habundant panibus. Longe quippe a se discesserat quando peccabat; et si non esurisset, in semetipsum minime redisset, quia postquam terrenis rebus indiguit, tunc cogitare cepit quid de spiritalibus amisit. Pauperes ergo et debiles,

ceci et claudi vocantur et veniunt, quia infirmi atque quique in hoc mundo despecti plerumque tanto celerius vocem dei audiunt, quanto in hoc mundo non habent unde delectentur. Per hunc Amalechitarum puer ille Egyptius designatur, qui Amalechitis predantibus atque currentibus eger remansit in via, fame sitique aruit. Quem cum David invenit, ei cibum potumque prebuit, qui illico convalescens dux David factus est, convivantes Amalechitas reperit, et eos qui se debilem dereliquerant cum magna fortitudine prostravit. Amalechita quippe populus lambens vocatur. Et quid per lambentem populum nisi mentes secularium designantur, que terrena cuncta ambiendo quasi lambunt? Dum solis temporalibus delectantur, quasi enim populus lambens predam facit, dum terrena diligentes lucra de alienis dampnis congregant. Sed puer Egyptius in via relinquitur eger, quia peccator quisquis dum infirmari ab huius mundi statu cepit, mox secularibus mentibus in despectum venit. Quem tamen David inveniens cibum et potum prebet, quia manu fortis redemptor noster abiecta mundi non despexit, et plerumque eos qui sequi mundum minime valentes quasi in via remanent, ad amoris sui gratiam convertit, eisque verbi sui gratiam cibum potumque porrigit, et quasi duces sibi in via elegit, dum suos etiam predicatores facit. Dum enim Christum cordibus inferunt, quasi David super hostes ducunt. Qui convivantes Amalechitas velut David gladio feriunt, quia superbos quosque qui se in hoc mundo desperaverunt dum vivunt

et ait servus

pertinuit. Puer ergo egyptius qui in
via remanserat amalechitis miser
quia plerumque ipsi mente secularium
prodiciendo semper erant qui prius cum
secularibus in hoc mundo currere non va-
lebant. Sed deductis ad cenam pau-
peribus quid puer subiungat audi-
amus. Dixit factum est ut imperasti et ad-
huc locus est. Multi tales ad cenam
diuinam eloquii collecti sunt. sed multi-
tudo que ex gentilitate ipso credidit locum
superni conuiuii non impleuit. Intrauit
iam sequencia iudeorum. sed adhuc locum
reperit in regno ubi suscipi debeat nu-
merositas gencium. Unde et eidem suo
dicitur. Exi in vias et sepes et com- — et ait domino suo
pelle intrare ut impleatur domus
mea. Cum de vicis et plateis ad ce-
nam domini quosdam inuitat, illum
videlicet populum designat qui tenere legem
suburbana conuersacione nouerat.
Sed cum conuiuas suos colligi ex viis
et sepibus precepit, nimirum agre-
stem populum colligere, id est gentilem po-
pulum querit. De cuius significacione
per psalmistam dicitur. Tunc exulta-
bunt omnia ligna siluarum ante
faciem domini quia venit. ligna enim
silue gentes vocate sunt. quia in in-
fidelitate sua torte et infructuose per-
fuerunt. Qui ergo ex illo agresti vsu
conuersi sunt ad cenam diuinam qua-
si ex sepibus venerunt. Notandum
vero quod in hac inuitacione tercia non
dicitur inuita, sed compelle intrare.
Alii vero vocantur sed venire contem-
nunt. Alii vocantur et veniunt. Alii autem
compelluntur ut intrent. non solum
vocantur sed etiam compelluntur in-
trare. Vocantur et venire contempnunt
qui donum quidem intellectus accipiunt
sed eundem intellectum operibus non
sequuntur. Vocantur et veniunt qui ac-
ceptam intellectus graciam operando
prosequuntur. Quidam vero sic vocantur ut
eciam compellantur. Nam sunt nonnulli
qui bona facienda intelligunt sed
hec facere desistunt. vident que
agere debeant sed hec ex desiderio
non sequuntur. Hiis ut supernus dispensator
plerumque contingit ut eos in temporalibus
suis desideriis mundi huius adversitas
feriat. Apprehendere enim temporalem gloriam
conantur et nequeunt. Dum pasta
pelagi quasi grandiores cumulos huius
seculi navigare proponunt semper adversis
flatibus abiectionis sue litora repellun-
tur. cumque se se frangi in desideriis suis
adversante mundo conspiciunt, quid si-
bi ipse auctori suo debeant commemorant,
ita ut ad eum erubescentes redeant
qui cum superbientes pro mundi amore
deserebant. Sepe namque nonnulli ad tem- — Notandum
poralem gloriam proficere volentes aut
longa egritudine tabescunt aut afflicti
in iniuriis incidunt aut percussi grauibus
dampnis affliguntur, et in mundi dolo-
re vident quia nichil confidere de eius
voluptate debuerunt. sicque ipsos in suis
desideriis reprehendentes ad deum corda
perverterunt. De hiis quippe deus per prophetam
dicit. Ecce ego sepiam viam tuam spi-
nis et sepiam eam maceria et semitas
eius non inveniet. Et sequitur. Amato- — et seq. et
res suos et non apprehendet eos. querit
et non inveniet eos. dicit. Vadam et
revertar ad virum meum priorem.
quia bene michi erat tunc magis quam
nunc. Vir huius cuiusque fidelis anime
deus est. quia hec ei est coniuncta
per fidem. sed illa que coniuncta deo fuerat
anima, amatores suos sequitur. quia
de mentis que per fidem iam credidit, ad
hoc se in mundis spiritibus in operacione

Vocat multos sed pauci veniunt | et quo [illegible]

obstruxit | mundi gloriam quaerit | carnali delectatione pascitur | exquisitis voluptatibus innititur | sed plerumque omnipotens deus talem mentem misericorditer respicit | et eius voluptatibus amaritudines permiscet | unde et dicitur: Ecce ego sepiam vias tuas spinis | Vie enim mentis spinis septe sunt | quando in hoc quod male exprimit | dolorum punctiones invenimus | et sepiam eas maceria et semitas suas non inveniet | Vie nostre maceria sepiuntur cum desideriis nostris dure in hoc mundo adversitates resistunt et semitas nostras invenire non possumus | quia hoc quod male querimus ad effectum perducere nequimus | Et sequitur: Amatores suos et non apprehendet eos | queret et non inveniet eos | quia malignus spiritus quibus se in suis desideriis anima subdidit | ad desideriorum suorum affectum minime comprehendit | sed dehinc salubri adversitate quanta utilitas nascatur adiungit | et subditur et dicit | Vadam et revertar ad virum meum priorem quia bene mihi erat tunc magis quam nunc | Postquam ergo vias suas septas spinis invenit | postquam amatores suos apprehendere non valet | ad amorem viri prioris reddit | quia plerumque postquam in desideriis terrenis et impossibilitate lassamur | tunc ad mentem deum reducimus | tunc placere incipit qui displicebat | et is [?] tunc nobis amara fuerint precepta repente dulcescit in memoria | Et peccatrix anima que adultera conata est esse | iam [?] tenue apto [?] ope potuit | decrevit esse fidelis coniux | Cum ergo huius mundi adversitatibus fracti | ad dei amorem redeunt | atque a primis vite desideriis se corrigunt | quid hii [?] fratres karissimi nisi compellantur ut intrent | Sed valde tremenda est sententia que protinus subinfertur | Intenta hanc cordis aure percipite fratres et domini mei | In quantum peccatores fratres mei | in quantum iusti domini mei | Intenta hanc aure percipite ut tanto eam minus sentiatis in examine | quanto nunc audiatis formidolosius in predicatione | Ait enim | Dico autem vobis quod nemo virorum illorum qui vocati sunt gustabit cenam meam | Ecce vocat per se | vocat per angelos | vocat per patres | vocat per apostolos | vocat per pastores | vocat etiam per nos | vocat plerumque per miracula | vocat per flagella | vocat aliquando per mundi huius prosperitatem | vocat etiam per adversitatem | nemo contempnat | ne dum vocatus excusat | cum voluerit intrare non valeat | Audite quid sapientia per Salomonem dicat · Tunc invocabunt me et non exaudiam | mane consurgent et non invenient me | Hinc est quod fatue virgines tarde venientes clamant Domine domine aperi nobis | sed iam tunc aditum querentibus dicitur | Amen dico vobis nescio vos | Quid inter hec fratres karissimi | nisi relinquere omnia debemus | curas mundi postponere | solis desideriis eternis inhiare | Sed hec pauca dicta sunt | Admonere vos volo ut relinquatis omnia | sed non presumo | si ergo cuncta linquere

Vie nostre sunt spinis septe

Gregorius xv [?] moralium [?] [illegible] quia [?] [illegible] pena est

[illegible]

gemmit [?]

glosa

extra

non potestis, sic tenete que huius mundi
sunt, ut tamen per ea non teneamini
in mundo; ut terrena res possideatur,
non possideat; ut sub mentis vestre do-
minio quod habetis ne sub rerum
terrenarum amore vincitur
et rebus suis magis ipsa possideatur.
Sit ergo res temporalis in usu, eterna in
desiderio. Sit ergo res temporalis in itinere,
desideretur eterna in perventione. Quasi
ex latere respiciatur quicquid in hoc mun-
do agitur. Ante nos autem tendant
mentis oculi, dum tota mentis in-
tentione illa conspiciunt ad que perve-
nimus. Extirpentur funditus vitia
non solum ab actu operis sed etiam
a cogitatione cordis extirpentur. Non nos
b voluptas carnis, non sollicitudo cu-
riositatis, non estus ambitiosus ad
diuinam tendendum impediat, sed ipsa quoque
que honesta in mundo agimus, quasi
ex quodam mentis latere tangamus,
no ut terrena quelibet sic corpori nostro ser-
viant, quatenus cordi nimie obsistant.
Non ergo, fratres, audemus vobis di-
cere ut omnia relinquatis; sed tamen
si vultis omnia etiam retinendo relin-
quitis, si sic temporalia geritis ut tamen
tota mente ad eterna tendatis. Hinc
etenim Paulus apostolus dicit: Tempus breve
est; reliquum est ut qui habent uxo-
res tamquam non habentes sint, et qui flent
tamquam non flentes, et qui gaudent
tamquam non gaudentes, et qui emunt tamquam
non possidentes, et qui utuntur hoc mundo
tamquam non utantur; preterit enim figura
huius mundi. Uxorem namque qui habet
sic quasi non habens, qui sic scit debita
carnis persolvere, ut tamen mundi
per ea tota mente non cogatur inherere.

Nam cum isdem universus predicator egre-
gius dicat: Qui habet uxorem cogitet
que sunt huius mundi, quomodo placeat
uxori, ille uxorem sic quasi non habens
qui sic studet placere coniugi ut tamen
non displiceat conditori. Flet quis sed
tamquam non fleat, qui sic temporalibus
dampnis affligitur ut tamen de eternis
lucris semper animum consoletur. Gau-
det, sed tamquam non gaudeat, qui sic
temporalibus bonis hilarescit ut tamen
semper perpetua tormenta consideret,
et in hoc quod mentem gaudio suble-
vat, hanc continuo pondere provide ti-
moris premat. Emit aliquis sed tamen
quasi non possidens, qui et ad usum
terrena preparat, et tamen tota co-
gitatione previdet quod hec citius re-
linquat. Mundo quoque utitur sed quasi
non utatur, qui et necessaria cuncta exte-
rius ad vite sue ministerium redigit,
et tamen hec eadem non sinit sue men-
ti dominari, ut subiecta sibi serviant
et numquam intentionem animi ad al-
ta tendentem frangant. Quicumque igitur tales
sunt, eis perfecto terrena omnia non ad de-
siderium sed ad usum assunt, quia rebus
quidem necessariis utuntur, sed nichil
cupiunt habere cum peccato. De ipsis quoque
rebus habitis cotidie mercedes ac-
quirunt, et plus gaudent bono opere
quam in bona possessione. Et ne aliquibus
ista difficilia videantur, rem de proximo
refero, quam multi vestrum noverunt, cum a
vidistis. Rem ipse ante triennium in Cen-
tumcellensi urbe a personis fidelibus didici.
Vir namque in eadem civitate Theopha-
nius comes fuit, vir misericordie actibus dedi-
tus, bonis operibus intentus, hospitalitati

Margin notes: [illegible] et uxori — qualiter Christus laudat bonum cum quis sic placet — Nota nullum dicit esse impedimentum absolute res [illegible] super b — Nota de quodam Comite — confun[illegible]

populi studens curam comitatus acti-
bus occupatus. Agebat etenim et tempo-
ralia sed et plus ex fide eius claruit
magis ex debito quam ex devotione ad
eum perurgente mortis eius tempore
gravissima aeris tempestas obsisteret
ne ad sepeliendum duci potuisset
eumque coniux cum fletu vehementissimo
requireret dicens quid faciam quomodo
te ad sepeliendum ecclesie que hostium
domus huius ingredi non possum pre
nimia tempestate. Tunc ille respondit
Noli mulier flere quia mox ut ego
defunctus ero aeris serenitas redibit
cuius protinus vocem mors. Ad mortem
serenitas est secuta. Cuius manus et pedes
podagrici tumore tumescentes et versi
in vulneribus fuerant et putrefacte sa-
nie patebant. Sed cum corpus eius
ex more ad lavandum nudatum fuisset detecti
ita manus pedesque illius sani reperti
sunt ac si numquam vulneris nichil
habuissent. Ductus itaque ad sepulturam
eiusque coniugi iussum est ut quarta
die insepulcro illius marmor quod
suppositum fuerat mutari debuisset
quod videlicet marmor corpori eius su-
perpositum dum fuisset ablatum tan-
ta ex eius corpore fragrancia odoris e-
manavit ac si ex putrescente carne
illius pro vermibus aromata ferbuissent.
Hec igitur dixi ut ex vicino exemplo
ostendere possim nonnullos secularem
habitum gerere et secularem animum
Nō de hystoria non habere. Quos enim tales in mundo
necessitas ligat ut omni parte animum
a mundo non possent sic debent ea
que mundi sunt tenere ut tamen eis
nesciant ex mentis fixione succum-
bere. Hec ergo cogitate ut cum velle

querere cuncta que mundi sunt non
potestis exteriora bene exterius a-
gite sed ardenter intus ad eterna
festinate. Nichil sit quod desiderium
vestre mentis retardet. Nullius vos
rei in hoc mundo delectacio impliceat.
Si bonum diligitur mens in bonis
melioribus in celestibus delectetur mentem
Si malum metuitur malo animo
eterna proponentur. Ut dum illic eo
conspicit et amplius quam pertimescat
hic omnino non inveniat. Ad hec agen-
da habemus mediatorem dei et ho-
minum. Ad intercessionem cuius peragimus
citius cuncta obtinemus si ad il-
lum vero amore flagimus. Qui vivit
et regnat etc. Dnī in fen luca xv° c° Dnī
In illo tempore Accesserunt ad ihesum
publicani et peccatores ut audirent
illum et Reliqua. Omelia gregorii
Estivum tempus quod corpori
meo valde contrarium est loqui
me de expositione sancti evange-
lii longa mora intercedente pro-
hibuit. sed non quia lingua tacuit
ardere caritas cessavit. Hoc etenim
dico quia apud se unusquisque
cognoscit expedita et integra flo-
ret in corde et tamen non monstratur
in ore opere. quia et sepe enim multe te-
gitur non videtur mica et tamen
ardet in solo. Sic sepe occupata ca-
ritas solet et intus vim sui ardo-
ris operit et foris flamas operis
non ostendit. Sed quia iam ad lo-
quendum tempus redyt vestre me
studia attendant. ut michi tanto
amplius loqui libeat quanto hec
vestre mentes delectabilius perceperint
Audistis in lectione evangelii fratres mei

quia peccatores et publicani accesserunt
ad redemptorem nostrum non solum ad col-
loquendum sed etiam ad convescendum
recepti sunt. Quod videntes pharisei
indignati sunt. Ex qua re colligite
quia vera iusticia compassionem
habet, falsa iusticia dedignationem,
quamvis et iusti soleant recte peccatoribus
dedignari. Sed aliud est quod agitur
typo superbie, aliud quod zelo discipline.
Dedignantur etenim desperant sed non
desperantes persecutionem commovent
sed amantes, quia etsi foras incre-
pationes per disciplinam exaggerant in-
tus tamen dulcedinem per caritatem
servant. Preponunt sibi in animo ipso-
rum plerumque quos corrigunt me-
liores esse existimant eos quoque
quos iudicant. Quod videlicet agentes et
per disciplinam subditos et per humili-
tatem custodiunt semetipsos. At
contra hii qui de falsa iusticia super-
bire solent ceteros quosque despici-
unt nulla condescensione infirman-
tibus. Et quo se peccatores esse non
credunt eo deterius peccatores fiunt.
De quorum profecto numero pharisei exsti-
terant qui diiudicantes dominum quod
peccatores susciperet arenti corde ipsum
fontem misericordie reprehendebant. Sed
quia egri erant ita ut egros se esse
nescirent, quatenus quod erant agnosce-
rent celestis eos medicus blandis
fomentis curat, benignum paradigma
obicit et in eorum corde vulneris tu-
morem premit. Ait enim: Quis ex vo-
bis homo qui habet centum oves
et si perdiderit ex illis unam nonne
dimittit nonaginta novem in deser-
to et vadit ad illam que perierat.

Ecce mira dispensatione pietatis simi-
litudinem veritas edidit, quam et in
se ipso recognosceret homo, et tamen
hec specialiter ad ipsum auctorem hominum
pertineret. Quia enim centenarius per-
fectus est numerus, ipse centum oves ha-
buit cum angelorum substantiam et ho-
minum creavit. Sed una tunc periit
quando peccando homo pascua vite
dereliquit. Dimisit autem nonaginta no-
vem in deserto quia illos summos
angelorum choros reliquit in ce-
lo. Cur autem celum desertum vocatur
nisi quod desertum dicitur derelictum.
Tunc autem celum homo deseruit
cum peccavit. In deserto autem nona-
ginta novem oves remanserant
quando in terra dominus unam querebat
quia rationalis creature numerus ange-
lorum videlicet et hominum que ad videndum
deum condita fuerat, pereunte
homine erat imminutus et ut perfecta
summa ovium integraretur in celo ho-
mo perditus querebatur in terra. Nam quod
evangelista hic dicit in deserto, alius dicit
in montibus ut significet in excelsis
quia nimirum oves que non perie-
rant in sublimibus stabant. Et cum
invenerit ovem imponit in humeros
suos gaudens. Ovem in humeris
suis posuit quia humanam naturam
suscipiens peccata nostra ipse portavit.
Et veniens domum convocat amicos
et vicinos dicens eis: Congratulamini
michi quia inveni ovem que pe-
rierat. Inventa ove domum redit quia
pastor noster reparato homine ad regnum
celeste rediit. Ibi amicos et vicinos
invenit illos videlicet angelorum choros

Notandum

qui amici eius sunt quia voluntatem continue eius in sua stabilitate custodiunt. Vicini ergo eius sunt quia claritate visionis illius sua assiduitate perfruuntur. Et notandum quod non dicit Congratulamini invente ovi sed mihi quia videlicet eius est gaudium vita nostra. Nam et cum nos ad celum reducimur plenitudinem illius letitie implemus. Dico vobis quod ita gaudium erit in celo super uno peccatore penitentiam agente quam super nonaginta novem iustos qui non indigent penitentia. Considerandum nobis est fratres cur dominus plus de conversis peccatoribus quam de stantibus iustis in celo gaudium esse fateatur nisi hoc quod ipsi cotidiano visionis experimento novimus quia plerumque hii qui nullis se oppressos peccatorum molibus sciunt stant quidem in via iustitie nulla illicita perpetrant sed tamen ad celestem patriam anxie non anhelant tantoque sibi in rebus licitis usum prebent quanto se perpetrasse illicita nulla meminerunt. Et plerumque pigri remanent ad exercenda bona precipua quia valde sibi securi sunt quod nulla commiserunt mala graviora. At contra nonnumquam hii qui se aliqua illicita egisse meminerunt ex ipso suo dolore compuncti inardescunt ad amorem dei seseque in magnis virtutibus exercent et difficilia sancti certaminis appetunt omnia mundi relinquunt honores fugiunt acceptis contumeliis letantur flagrant desiderio ad celestem patriam anhelant et quia se errasse a deo considerant dampna precedentia lucris sequentibus recompensant. Maius ergo de

peccatore converso quam de stante iusto gaudium fit in celo quia et dux in prelio plus eum militem diligit qui post fugam reversus hostem fortiter premit quam illum qui numquam terga prebuit et numquam aliquid fortiter fecit. Sic agricola illam amplius terram amat que post spinas uberes fruges profert quam eam que numquam spinas habuit et numquam fertilem messem produxit. Sed inter hec sciendum est quia sunt plerique iusti in quorum vita tantum est gaudium ut eis quelibet peccatorum penitentia preponi nullatenus possit. Nam multi et nullorum sibi malorum conscii sunt et tamen in tanti ardoris afflictione se exerunt ac si peccatis omnibus angustientur. Cuncta etiam licita respuunt ad despectum mundi sublimiter accinguntur licere sibi nolunt omne quod libet bona sibi amputant etiam concessa. Contempnunt visibilia invisibilibus accenduntur lamentis gaudent in cunctis semetipsos humiliant et sicut nonnulli peccata operum sic ipsi peccata cogitationum deplorant. Quid itaque istos nisi et iustos dixerim et penitentes. Qui se et in penitentia de peccato cogitationis humiliant et recti in opere perseverant. Hinc ergo colligendum est quantum deo gaudium faciat quando humiliter plangit iniustus si facit in celo gaudium quando hoc quod male gessit per penitentiam dampnat iustus. Sequitur.

Aut que mulier habens dragmas decem et si perdiderit dragmam unam nonne accendit lucernam et evertit domum et querit diligenter donec

inveniat dragmam quam perdiderat
eius significatur pastorem et mulierem
Ipse enim deus et dei potentia sapientia
et quia ymaginem exprimitur in dragma
mulier dragmam perdidit quando
homo qui conditus ad ymaginem
dei fuerat peccando a similitudine
sui conditoris recessit. Sed accendit
mulier lucernam quia dei sapientia
apparuit in humanitate. Lucerna quippe
lumen in testa est. lumen vero in testa
est divinitas in carne. De qua videlicet
sui corporis testa dicit ipsa sapientia. Ex-
aruit tamquam testa virtus mea. Quia
ergo testa in igne solidatur eius virtus
sicut testa exaruit. quia assumptam
carnem ad resurrectionis gloriam ex
passionis tribulatione roboravit.
Accensa autem lucerna evertit domum
quia mox ut eius divinitas per car-
nem claruit omnis se nostra conscien-
cia concussit. Domus namque evertitur
cum consideratione reatus sui huma-
na consciencia perturbatur. Cuius eversionis
sermo non discrepat ab eo quod in
aliis codicibus legitur emundat quia
nimirum prava mens si non pri-
us per timorem evertitur ab assuetis vi-
tiis non emundatur. Eversa ergo domo
invenitur dragma. quia dum pertur-
batur in homine similitudo conditoris
Et cum invenerit convocat amicas et
vicinas dicens Congratulamini mi-
chi quia inveni dragmam quam perdi-
deram. Que amice vel vicine ni-
si ille potestates celestes sunt ut super-
ius dicte. Que tanto superne sapientie
iuxta sunt quanto ei per gratiam con-
tinue visionis appropinquant. Sed ut
hec nequaquam relinquere negligamus
debemus cur ista mulier per quam
dei sapientia figuratur decem drag-
mas habuisse perhibetur ex quibus u-
nam perdidit quam cum quereret in-
venit.
Angelorum quippe et hominum
naturam ad cognoscendum se do-
minus condidit. quam dum consistere
ad eternitatem voluit. eam procul dubio
ad suam similitudinem creavit. De-
cem vero dragmas habuit mulier quia
novem sunt ordines angelorum. Sed ut com-
pleretur electorum numerus homo decimus
est creatus. qui a conditore suo nec
post culpam periit. quia hunc eterna
sapientia per carnem miraculis coru-
scans ex lumine teste reparavit. Novem
ergo angelorum ordines diximus
esse. quia testante sacro eloquio scimus
esse angelos archangelos virtutes po-
testates principatus dominationes thro-
nos cherubin atque seraphin. Esse
namque angelos et archangelos pene
omnes sacri eloquii pagine testantur.
Cherubin atque seraphin sepe ut notum
est libri prophetarum loquuntur. Quatu-
or quoque ordinum nomina. paulus a-
postolus ad ephesios enumerat dicens. Supra
omnem principatum et potestatem et virtu-
tem et dominationem. Qui rursus ad Colo-
censes scribens ait. Sive throni sive dominationes
sive principatus sive potestates. Domina-
tiones vero principatus ac potestates iam
ad Ephesios loquens descripserat. Sed
eas quoque Colocensibus dicturus premisit
thronos de quibus necdum quidquam
fuerat Ephesiis locutus. Dum ergo illis qua-
tuor que ad Ephesios dixit
id est potestatibus principatibus virtutibus
atque dominationibus coniunguntur throni
quinque sunt ordines qui specialiter ex-
primuntur. quibus dum angeli et arch-
angeli cherubin atque seraphin adiun-
cta sunt procul dubio novem esse an-

gelorum ordines invenimus. Unde ipse angelus qui primus est conditus per prophetam dicitur: Tu cherub signaculum similitudinis plenus sapientia et perfectus decore in deliciis paradisi dei fuisti. Ubi notandum quod non ad similitudinem dei factus sed signaculum similitudinis dicitur, ut quo in eo subtilior natura est, eo in illo ymago dei similius insinuetur expressa. Quo in loco mox subditur: Omnis lapis preciosus operimentum tuum, sardius, topasius, iaspis, crisolitus, onix et berillus, saphirus, carbunculus et smaragdus. Ecce novem dixit nomina lapidum, quia profecto novem sunt ordines angelorum. Quibus nimirum ordinibus ille primus angelus adeo ornatus est et opertus extitit, quia dum cunctis agminibus angelorum prelatus est, ex eorum comparatione clarior fuit. Sed cur istos persistentium angelorum choros enumerando perstringimus, si non eorum quoque ministeria subtiliter exprimamus? Greca etenim lingwa angeli nuncii vocantur, archangeli vero summi nuncii nuncupantur. Sciendum quoque quod angelorum vocabulum nomen est officii non nature. Nam sancti illi celestis patrie spiritus semper quidem sunt spiritus, sed semper vocari angeli nequaquam possunt, quia tunc solum sunt angeli cum per eos aliqua nunciantur. Unde et per psalmistam dicitur: Qui facit angelos suos spiritus. Ac si aperte dicat: qui eos quos semper habet spiritus, etiam cum voluerit angelos facit. Hii autem qui minima nunciant angeli, qui vero summa annunciant archangeli vocantur. Hinc est enim quod ad mariam virginem non quilibet angelus sed gabriel archangelus mittitur. Ad hoc quippe ministerium summum angelum venire dignum fuerat qui summum omnium

Notandum

nunciabat. Qui idcirco etiam privatis nominibus censentur, ut signetur per vocabula etiam in operatione quid valeant. Neque enim in illa sancta civitate quam de visione omnipotentis dei plena sciencia perficit, idcirco propria nomina sortiuntur, ne eorum persone sine nominibus sciri non possint. Sed cum ad nos aliquid ministraturi veniunt, apud nos etiam nomina ministeriis trahunt. Michael namque quis ut deus, Gabriel autem fortitudo dei, Raphael vero dicitur medicina dei. Et quociens mire virtutis aliquid agitur, michael mitti perhibetur, ut ex ipso actu et nomine detur intelligi quia nullus potest facere quod facere prevalet deus. Unde et ille hostis antiquus qui esse deo per superbiam similis concupivit dicens: In celum ascendam, super astra celi exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo; dum in fine mundi in sua virtute relinquetur extremo supplicio perimendus, cum michaele archangelo preliaturus esse perhibetur, sicut per iohannem dicitur: Factum est prelium cum michaele archangelo, ut qui se ad dei similitudinem superbus extulerat, per michaelem peremptus discat quia ad dei similitudinem per superbiam nullus exurgat. Ad mariam vero gabriel mittitur, qui dei fortitudo nominatur. Illum quippe nunciare veniebat qui ad debellandas aereas potestates humilis apparere dignatus est. De quo per

psalmistam dicitur Tollite portas principes vestras et elevamini porte eternales et introibit rex glorie. Quis est iste rex glorie dominus fortis et potens dominus potens in prelio. Et rursum dominus virtutum ipse est rex glorie. Per eum ergo fortitudinem nunciandus erat qui virtutum dominus et potens in prelio contra potestates aereas ad bellum veniebat. Raphael quoque interpretatur ut diximus medicina dei. quia videlicet dum Thobie oculos quasi per officium curationis tetigit cecitatis eius tenebras tersit. Qui ergo ad curandum mittitur dignum fuit ut dei medicina vocaretur. Sed quia angelorum nomina perstrinximus restat ut ipsorum officiorum vocabula breviter assignamus. Virtutes etenim vocantur illi nimirum spiritus per quos signa et miracula frequencius fiunt. Potestates etiam vocantur hii qui hoc potencius ceteris in suo ordine perceperunt ut eorum dicioni virtutes adverse subiecte sint quorum potestate refrenantur ne corda hominum tantum temptare prevaleant quantum volunt. Principatus etiam vocantur qui ipsis quoque bonis angelorum spiritibus presunt qui subiectis aliis dum que sunt agenda disponunt eis ad explenda divina misteria principantur. Dominaciones etiam vocantur quia etiam potestates principatuum dissimilitudine alta transcendunt. Nam principari est inter reliquos priorem existere dominari vero est etiam subiectos quosque possidere. Ea ergo angelorum agmina que mira potencia preeminent pro eo quod eis cetera ad obediendum subiecta sunt dominaciones vocantur. Throni quoque illa agmina sunt vocata quibus ad exercendum iudicium semper omnipotens deus presidet. quia enim thronos latino sermone dicimus sedes. Throni dicti sunt dei hii qui tanta divinitatis gracia replentur ut in eis dominus sedeat et per eos sua iudicia decernat. Unde et per psalmistam dicitur Sedes super thronum et iudicas equitatem. Cherubim quoque plenitudo sciencie dicitur etiam sublimiora illa agmina ideo cherubim vocata sunt quia tanto perfectiori sciencia plena sunt quanto claritatem dei vicinius contemplantur ut secundum creature modum eo plene omnia sciant quo visioni conditoris sui per meritum dignitatis appropinquant. Seraphim etiam vocantur illa sanctorum spirituum agmina que ex singulari propinquitate conditoris sui incomparabili ardent amore. Seraphim quoque ardentes vel incendentes vocantur. Que quia ita deo coniuncta sunt ut inter hec et deum nulli alii spiritus intersint tanto magis ardent quanto hunc vicinius vident. Quorum profecto flamma amor est quia quo subtilius claritatem divinitatis eius aspiciunt eo validius in eius amore flammescunt. Sed quid prodest nos de angelicis spiritibus ista perstringere si non studeamus hec etiam ad nos per congruam consideracionem derivare. Quia enim superna illa civitas ex angelis et hominibus constat ad quam tantum credimus humanum genus ascendere quantos illic contingit electos angelos remansisse sicut scriptum est Statuit terminos gentium secundum

num angelorum dei deleamur et nos aliquid ex distinctionibus supernorum civium ad formam nostre conversationis trahere debemus et nosmetipsos ad incrementa virtutum bonis studiis inflammare. Quia enim illuc tanta ascensura creditur multitudo hominum quanta multitudo remansit angelorum, superest ut ipsi quoque homines qui ad celestem patriam redeunt ex eis agminibus aliquid illuc revertentes imitentur. Distincte namque conversationes hominum singulorum agminum ordinibus congruunt ut in eorum sortem per conversationis similitudinem deputentur. Nam sunt plerique qui parva capiunt sed tamen hec eadem parva pie annunciare fratribus non desistunt. Isti itaque in angelorum numerum currunt. Et sunt nonnulli qui divine largitatis munere refecti secretorum celestium summa et capere prevalent et nunciare. Quo ergo isti nisi inter archangelorum numerum deputantur. Et sunt nonnulli qui mira faciunt signa valenter operantur. Quo ergo isti nisi ad supernarum virtutum sortem et numerum congruunt. Et sunt etiam nonnulli qui de obsessis corporibus malignos spiritus fugant eosque virtute orationis atque ex percepte potestatis eiciunt. Quo itaque isti meritum suum nisi inter potestatum numerum celestium sortiuntur. Et sunt nonnulli qui acceptis virtutibus etiam electorum hominum merita transcendunt cunctisque et bonis meliores sunt electis quoque fratribus principantur. Quo ergo isti sortem suam nisi inter principatuum numerum tenent. Et sunt nonnulli qui sic in semetipsis cunctis viciis omnibusque desideriis dominantur ut ipso iure munditie dii inter homines vocentur. Unde et ad Moysen dicitur

Ecce constitui te deum Pharaonis. Quo ergo isti quorum operatione cetis hominibus ut ita dixerim sortem sunt nisi inter numerum dominationum currunt. Et sunt nonnulli qui dum sibimet ipsis vigilanti cura dominantur dum se sollicita intentione discutiunt divino timore semper inherentes hoc in munere virtutis accipiunt quia ut iudicare alios recte possint. Quorum profecto mentibus dum divina contemplatio presto est in hiis velut in trono suo dominus presidens aliorum facta examinat et cuncta mirabiliter de sua sede dispensat. Quid ergo isti nisi troni conditoris sui sunt vel quo nisi ad supernarum sedium numerum ascribuntur. Per quos dum sancta ecclesia regitur plerumque de quibusdam suis infirmis actibus etiam electi iudicantur. Et sunt nonnulli qui tanta dei et proximi dilectione pleni sunt ut cherubin iure nominentur. Quia enim ut prefati sumus cherubin plenitudo scientie dicitur et Paulo dicente didicimus quia plenitudo legis est caritas, omnes qui dei et proximi caritate ceteris amplius pleni sunt meritorum suorum sortem inter cherubin numeros perceperunt. Et sunt nonnulli qui superne contemplationis facibus accensi in solo conditoris sui desiderio anhelant nil iam in hoc mundo cupiunt solo eternitatis amore pascuntur terrena queque abiciunt cuncta temporalia mente transcendunt amant et ardent atque in ipso suo ardore requiescunt amando ardent loquendo et alios accendunt et quos verbo tangunt ardere protinus in dei amore faciunt

Quid ergo istos nisi seraphim dixerim
quorum cor in ignem conversum
lucet et urit. quia mentium oculos
ad superna illuminat et compungendo
in fletibus viciorum rubiginem pur-
gat. Qui ergo ita ad amorem sui
conditoris inflammati sunt. quid nisi
inter seraphim numerum sive sortem voca-
cionis acceperunt. Sed inter hec fra-
tres karissimi me loquente intra vos
ad vosmetipsos reducite secretorum
vestrorum merita cogitacionesque discu-
tite. Videte si quid boni iam vobiscum
intus agitis. videte si in numero horum
agminum. que breviter tangendo per-
strinximus. sortem vocacionis vestre in-
venitis. Ve autem anime que in se
de hiis bonis que enumeravimus minime
aliquid recognoscit. eique adhuc deteri-
us imminet. si et privatam se donis et
intelligit et nequaquam gemit. Quis-
quis ergo talis est fratres mei ge-
mendus est valde quia non gemit.
Pensemus igitur accepta electorum
munera et virtute qua possumus
ad amorem tante sortis anhelemus.
Qui in se donorum graciam minime
recognoscit gemat. Qui vero in se mi-
nora agnoscit maiora aliis non invi-
deat. quia et superne ille distinctiones
beatorum spirituum ita sunt condite
ut alie aliis sint prelate. Fertur vero
Dyonisius ariopagita antiquus videlicet et
venerabilis pater dicere quod ex minoribus
angelorum agminibus foras ad explen-
dum ministerium vel visibiliter vel invisi-
biliter mittuntur. scilicet quia ad humana
solacia aut angeli aut archan-
geli veniunt. Nam superiora illa ag-
mina ab intimis nequaquam recedunt

quoniam ea que preeminent usum exterioris
ministerii nequaquam habent. Cui rei
videtur esse contrarium quod Ysayas ait
Volavit ad me unus de Seraphim et
in manu eius calculus. quem forcipe
tulerat de altari et tetigit os meum
Sed in hoc prophetica sentencia vult intelligi
quia hii spiritus eorum vocabulum per-
cipiunt quorum officium gerunt. Quia
ut peccata locucionis incendant de ange-
lis de altari carbonem angelus por-
tat. Seraphim vocatur quia incendium
dicitur. Huic autem sensui et illud con-
ditur non incongruenter opitulari
quod per Danielem dicitur. Milia mi-
lium ministrabant ei et decies milies
centena milia assistebant ei. Aliud est
namque assistere aliud ministrare. quia mi-
nistrant deo hii et ad nos nunciando exeunt.
assistunt vero qui sic contemplacione
intima perfruuntur ut ad explenda foras
opera minime mittantur. Sed quia
quibusdam scripture locis quedam per
cherubin. quedam vero per seraphin
agi didicimus. utrum per se hec faciant
an per subiecta agmina agant que
sicut dicitur inde quod a maioribus
veniunt maiorum vocabula sortiuntur
nos affirmare nolumus quod aptis
testimoniis non approbamus. Hoc tamen
certissime scimus quia ad explendum
de supernis ministerium alii spiritus alios mit-
tunt. Zacharia propheta attestante
qui ait. Ecce angelus qui loquebatur
in me egrediebatur in occursum eius
et dixit ad eum Curre et loquere ad puerum
istum dicens. Absque muro habitabitur
in Iherusalem. Dum enim angelus ad ange-
lum dicit. Curre et loquere. dubium
non est quia alius alium mittit. Quia

vero sunt que nunciant minora que nun
ciant. Sed hoc quoque de ipsis agminibus
que mittuntur etiam teneas quia et
cum ad nos veniunt sic exterius implent
ministerium ut tamen nunquam desint in
terius per contemplationem. Et mittun
tur igitur et assistunt quia et si circumspec
tus est angelicus spiritus summus tamen
spiritus ipse qui deus est circumscriptus
non est. Angeli itaque et missi ante ipsum
sunt quia quolibet missi veniant intra
intra ipsum. Sciendum quoque est quia
plerumque ipsi beatorum ordines vici
norum sibi ordinum vocabula sortiun
tur. Thronus etenim sedes dei scilicet specialem
beatorum ordinem spirituum diximus
et tamen per psalmistam dicitur. Qui
sedes super cherubin appare quia videlicet in
in ipsis distinctionibus agminum cherubin
thronis iunguntur sedere etiam super
cherubin deus cernitur agminis equa
litate perfectum. Sic quippe in illa sum
ma civitate specialia quedam singulo
rum sunt ut tamen sint communia omnium
et quod in se quisque habet ex parte hoc
et in alio ordine totum possident.
Sed circo uno eodemque vocabulo com
muniter non censentur ut ille ordo
vocari privato uniuscuiusque rei
vocabulo debeat qui hanc in
munere plenius accepit. Seraphin
quoque in ardorem divinum et tamen
amore conditoris simul omnes ar
dent. Cherubin plenitudine scientie
et tamen quis ibi aliquid nesciat
ubi ipsum omnes simul fontem scientie
deum vident. Throni illa agmina
quoque quibus conditor presidet
vocantur. Sed beatus esse civis quis
nisi conditor suus eius menti presidat

que ergo ex parte ab hominibus habent
eis in privato nomine data sunt qui
hec in munere plenius acceperunt. Dominationes
et si hec quia ille sit aliqui habent
ut hii ab aliis nequaquam possint
sicut speciali nomine dominationes et prin
cipatus et potestates vocantur. Cun
cti tamen ibi sunt singulorum quia per
caritatem spiritus ab alio in aliis habent.
Sed ecce dum celestium civium secre
ta rimamur ab expositionis nostre ordi
ne longe digressi sumus. Suspiremus
ergo ad eos de quibus loquimur
sed redeamus ad nos. Meminisse etenim
debemus quia caro sumus. Taceamus
interim de secretis celi sed ante con
ditoris oculos manu penitentie ter
gamus maculas pulveris nostri. Ecce
ipsa divina misericordia pollicetur dicens.
Gaudium erit in celis super uno pec
catore penitentiam agente. Et tamen per
prophetam dominus dicit quia quacumque
die iustus peccaverit omnes iusti
cias eius in oblivione erunt coram me.
Pensemus si possumus dispensationem
superne pietatis. Stantibus si ceciderint
minatur penam lapsis vero ut re
surgere appetant promittit misericor
diam. Illos terret ne presumant in bo
nis istos removet ne desperent in
malis. Iustus es iram pertimesce
ne corruas. Peccator es presume
de venia ut surgas. Ecce iam lapsi su
mus nequaquam stare voluimus.
In pravis nostris desideriis iacemus.
Sed qui nos rectos condidit adhuc
expectat et provocat ut surgamus.
Sinum pietatis sue aperit nosque ad
se per penitentiam recipere querit.

Sed penitentiam digne agere non possumus
nisi modum quoque eiusdem peniten
tie cognoscamus. Penitentiam quippe
agere est et perpetrata mala plangere
et plangenda non perpetrare. Nam qui
sic alia deplorat ut tamen alia com
mittat, adhuc penitentiam agere
aut ignorat aut dissimulat. Quid
enim prodest si peccata luxurie quis de
fleat et tamen avaritie estibus
anhelet? aut quid prodest si ire cul
pas iam lugeat et tamen adhuc in
vidie facibus tabescat? Sed minimum
est valde ut qui peccata deplorat mi
nime committat, et qui plangit vicium
perpetrare vicia timeat. Nam cogitan
dum summopere est ut qui se illici
ta meminit commisisse, ob aliquibus se
etiam licitis studeat abstinere, quatenus
per hoc conditori suo satisfaciat. Ut qui
commisit prohibita, sibimetipsi abscidere
debeat etiam concessa, et se reprehen
dat in minimis qui se meminit deliquis
se in maximis. Minima sunt que lo
quor si hec sacri eloquii testimo
nio non confirmo. Lex veteris
testamenti alienam uxorem concu
pisci prohibet; a rege vero fortia inbe
ri militibus vel desiderari aquam
non penaliter vocatur. Et cuncti no
vimus quod David mucrone concu
piscentie transfixus alienam coniu
gem appetiit et abstulit, cuius cul
pam digna verbera sunt secuta,
et malum quod perpetravit perpe
tue lamenta correxit. Qui tamen
longe post contra hostium cuneos
sederet, aquam bibere de cisterna
de bethlehemica desiderio voluit,

cuius electi milites mediae catervas ad
versariorum medias erumpentes, aquam
quam rex desideraverat illesi detule
runt. Sed vir flagellis eruditus se
metipsum protinus cum periculo militum
aquam desiderasse deprehendit, eamque
domino fundens libavit sicut illic scrip
tum est: Libavit eam domino. In sacrificio
quippe domini effusa aqua convertitur,
quia culpam concupiscentie macta
vit penitentiam reprehensionis sue.
Qui ergo quondam concupiscere ali
enam coniugem nequaquam timuit, post
etiam quia aquam concupisset ex
pavit. Quia enim illicita se perpetrasse
meminerat, contra semetipsum tam ri
gidus etiam a licitis abstinebat. Sic
agimus penitentiam, si ea que commi
simus perfecte deploramus. Pensemus
supernas divitias conditoris nostri:
peccare nos videt et pertulit; qui nos
ante culpam peccare prohibuit, etiam
post culpam expectare ad veniam non
desistit. Ecce ipse nos quem desperi
mus vocat, aversi ab illo sumus et ta
men non avertitur. Unde bene per
ysayam dicitur: Et erunt oculi tui
videntes preceptorem tuum, et aures
tue audient verbum post tergum mo
nentis te. Quasi in faciem homo sum
monitus quando ad iustitiam con
ditus precepta rectitudinis accepit.
Sed cum hec eadem precepta contemp
sit, quasi conditori suo dorsum mentis
in faciem dedit. Sed ecce adhuc post
tergum sequitur et monet, qui iam a no
bis contemptus est, et tamen nos
ad se vocare non cessat. Quasi dor
sum ei in faciem dedimus, cum verba
despicimus cuius precepta calcavimus.

Sed stans post tergum nos adversus revocat / qui et videt quod despicit et tamen precepta clamat / patientiam exspectat / Pensate ergo fratres karissimi si cuilibet vestrum loquenti famulus suus sibi contra se superbiret terga in faciem mitteret / numquid non contemptus dominus eius superbiam feriret / Volunta districte animadversionis infligeret / Ecce nos peccando auctori nostro terga in faciem dedimus / et tamen sustinemur / Ecce aversos benigne revocat / Et qui ferire nos adversantes potuit / ut revertamur munera promittit / Tanta ergo conditoris nostri misericordiam nostri reatus emolliat / ut homo qui malum quod fecit opere perpetrare potuit / saltem exspectatus erubescat /

No Rem fratres breviter refero quam dilecto venerabili Mariano cum presbitero meo atque presbitero nunc autem Syracusane episcopo narrante cognovi / Huic ita quod si solerter auditis caritati vestre non leviter suffragari credo / Nostris temporibus Victorinus quidam exstitit qui alio quoque nomine Emilianus appellatus est / non inopis substantie iuxta mediocritatem vite / Sed quia plerumque reatum generat in rerum opulentia carnis culpa in quodam facinore lapsus est / quod debuisset perimescere ac de mortis sue immanitate cogitare / Reatus ergo sui consideratione compunctus erexit se contra se / cuncta mundi huius omnia reliquit monasterium petiit / in quo monasterio tante humilitatis tanteque sibi districtionis exstitit / ut cuncti fratres qui illic ad amorem divinitatis convenerant / suam cogerentur vitam despicere / dum illius viderent penitentiam / Studuit namque tanto mentis nisu cruciare carnis voluntates proprias frangere / furtivas orationes querere / cotidianus se lacrimis lavare / despectum sui appetere / oblata a fratribus venerationum timere / Hic itaque nocturnas fratrum vigilias prevenire consueverat / Et quia mons in quo monasterium situm est gibbo latere in secretiori parte peminebat / illuc consuetudinem fecerat ante vigilias egredi / ut se cotidie in fletu penitentie quanto secretius tanto liberius macteret / Contemplabatur namque districtionem venturi iudicis sui / et eam iam concordans puniebat in lamentis reatum sui facinoris / Quadam vero nocte abbas monasterii vigilans hunc latenter egredientem intuitus lento pede secutus est / Quem dum in secreto montis latere cerneret in oratione prostratum exspectare voluit quando surgeret / ut ipsam eius longanimitatem orationis exploraret / Tunc ecce subito celitus lux emissa super eum qui in oratione prostratus erat fusa est / tantaque se in illo claritas sparsit / ut tota pars regionis illius ex eadem luce candesceret / Quam abbas ut vidit intremuit et fugit / Cumque post longum hore spatium idem frater ad monasterium redisset / abbas eius ut discerneret an sciret se effusionem tanti luminis agnovisset requirere studuit dicens / Ubi fuisti / At ille latere se posse credens in monasterio se fuisse respondit / Quo negante abbas compulsus est dicere quod vidisset / At ille videns se deprehensum / hoc quoque quod abbatem latebat aperuit dicens / Quando super me vidisti lucem de celo descendere

Vox etiam pietatis venit dicens: Dimissum est peccatum tuum. Et quidem omnipotens deus potuit peccatum eius tacendo relaxare, sed loquendo providentiam radiando pluribus exemplo suae misericordiae vera ad penitentiam voluit corda convertere. Audiamus fratres karissimi quod persecutorem summum Saulum dominus de celo prostravit et allocutus est eum. Ecce unus eodem tempore peccator et penitens vocem de celestibus audivit. Illi autem dictum est: Quid me persequeris? Iste vero meruit audire: Dimissum est tibi peccatum tuum. Merito longe est inferior iste peccator penitens quam Paulus, sed quia adhuc hanc mire de Saulo loquimur, tranquillitatem nostris anhelantes licet audenter dico quia Saulus propter superbiam vocem increpationis, iste vero propter humilitatem vocem consolationis audivit. Hunc humilitas quia straverat divina pietas erigebat; illum quia superbia erexerat divina severitas humiliabat. Habete ergo fratres karissimi fiduciam de misericordia conditoris nostri. Cogitate que fecistis, recogitate quae fecit. Largitatem summe pietatis aspicite et ad misericordem iudicem adhuc expectat cum lacrimis venite. Considerantes namque quam iustus sit peccata vestra nolite negligere; considerantes vero quam pius sit nolite desperare. Prebet apud deum nobis fiduciam deus homo; est nobis magna spes penitentibus quia advocatus noster factus est iudex noster, Ihesus Christus dominus noster, qui cum patre vivit et regnat etc.

Secundum Lucam vi capitulo

In illo tempore dixit Ihesus discipulis suis: Estote misericordes sicut et pater vester misericors est. Et reliqua. **Omelia Bede.**

Hoc in loco nichil aliud nobis precipi estimo nisi ut ea facta quae dubium sit quo animo fiant in meliorem partem interpretemur. Quod enim scriptum est: Ex fructibus eorum cognoscetis eos, de manifestis dictum est quae non possunt bono modo fieri, sicut sunt stupra vel blasphemie vel furta vel ebrietas, et si qua sunt talia de quibus nobis iudicare permittitur. De genere autem ciborum quia possunt bono animo et simplici corde sine vitio concupiscentie quicumque humani cibi indifferenter sumi, prohibet apostolus iudicari eos qui carnibus vescebantur et vinum bibebant ab eis qui se huiusmodi alimentis temperabant: Qui manducat inquit non manducantem non spernat, et qui non manducat manducantem non iudicet. Ad hoc etiam pertinet illud quod alio loco dicit: Nolite ante tempus iudicare quoadusque veniat dominus qui et illuminabit abscondita tenebrarum et manifestabit cogitationes cordis. Sunt ergo quedam facta media que ignoramus quo animo fiant, quia et bono et malo fieri possunt, de quibus temerarium est iudicare maxime ut condempnemus. Horum autem veniet tempus ut iudicentur, cum dominus illuminabit abscondita tenebrarum et manifestabit cogitationes cordis. Duo sunt autem in quibus temerarium iudicium cavere debemus: cum incertum est quali animo factum sit quid, vel cum incertum est qualis futurus sit qui nunc vel malus vel bonus apparet. Dimittite et dimittemini; date et dabitur vobis. Dimittere nos iniurias, dare beneficia iubet, ut et nobis peccata dimittantur et vita detur eterna. Qui summa brevi (?) omnia cuncta quae latissime de conversatione (?) cum iniunxit mandaverit comprehendendo concludit: Mensuram bonam et confertam et coagitatam et supereffluentem dabunt in sinum vestrum. Huic simile est quod alibi dicit: ut et ipsi recipiant vos in eterna tabernacula; non enim pauperes ipsi sed Christus mercedem tribuit, qui etiam

Hunc particulam: Nolite ante tempus iudicare expositam in omelia vigilie Petri et Pauli apostolorum require.

[illegible]

fecit redituris est quam tamen summam
dare dicuntur quia promerende illius
occasionem dederunt cum nichil egestas
miserie vel inopie sencientes fratrum suorum se
et tollerati patienciam et beneficia suste-
tati et ad ipsam agnoscens fidei dila
gratia pronotati Eadem quippe mensura qua
mensi fueritis remecietur vobis et apostolus
ad elemosinam Chorinthios hortans
Inter alia dicit Hoc autem dico qui parce
seminat parce et metet et qui seminat in bene-
diccionibus de benediccionibus et metet post
autem et de omnibus qui mente manu et lingua
vel gerimus accipi quia tu reddes sin-
gulis inquit secundum opera eorum dice-
bat autem illis in similitudinem Numquid
potest cecus cecum ducere nonne ambo in fo-
veam cadunt Sensus hunc sine pedet
de superioribus ubi de danda elemosina
et iniuria dimittenda precipitur Si te
inquit ira contra volentem et conten-
pnentem filargiria ceciderit numquid
tua mente viciata vicinum eius cu-
rare poteris Nec ille solus qui iniuriam
fecit et non tu etiam qui ferre nesci-
bas reus deputaberis Ac si minorem te
tranquillitatis perdere eius improbitas inve-
nerit et ille ad penitenciam monebi-
tur penitentie primo donaberis quia
certe videntur oculos qui est corde sereno
dirige caritas ad lumen Non est disci-
pulus super magistrum perfectus autem
omnis erit si sit sicut magister qui ulcisci
de eis potuit non fecit sed iam et in-
iurias per ipsos maluit persecutores pa-
ciendo patienter. Hunc imitatores ca-
dem necesse est discipuli qui primi ho-
mines sunt regnum perfectionis sequitur
Quid autem vides festucam in oculo fra-
tris tui trabem autem que in oculo tuo
est non consideras Et hoc ad superiora

respicit ubi cecum a ceco duci idem
peccantem a peccatore castigari non posse
premonuit Multi cum superbia vel odio
filargiria vel alio quolibet crimine
preventi levia hec aut nulla indi-
centes acrius corripiunt eos quos
subito viderint ira turbatos oculis
mentis oppositi puritate statim quasi
festina occurrente mutasse atque in me-
moriam divini precepti quo ait Noli-
te condempnare et non condempnabi-
mini magis amant vituperare et
dampnare quam emendare atque corri-
gere Et quomodo potes dicere fratri tuo

fratris tui festucam de oculo
tuo ipse in oculo tuo trabem non vides
Hec enim sententia Aug. si verbis grata
qui ira ille peccavit tu odio reprehen-
dis. quantum autem inter festucam
et trabem. tantum distat inter iram
et odium. Odium est enim ira inve-
terata quasi que vetustate ipsa tantum
accepit. et merito appellatur trabes
fieri autem potest ut si irascaris homini
volens eum corrigas. si autem oderis
hominem non potes eum velle corri-
gere. Et ideo impossibile dicitur ut fe-
stucam fratris oculo demat qui suo
trabem gestat in oculo Ypocrita eice
primum trabem de oculo tuo. et tunc per-
spicies ut educas festucam de oculo fra-
tris tui id est primo abs te expelle odi-
um et deinceps poteris iam eum quem
diligis emendare Et est vere multum
cavendum et molestum ypocrisis
genus a simulatorum genus qui
cum omnium viciorum accusationes odi-
o et livore suscipiant. etiam consulto-
res videri se volunt Et ideo pie
cauteque vigilandum est ut cum aliquem
reprehendere vel obiurgare necessitas
coegerit Primo cogitemus utrum tale
sit vicium quod nunquam habuimus
vel quo iam caruimus et si nunquam
habuimus cogitemus et nos homines
esse et habere potuisse si vero habui-
mus et non habemus tangat memo-
riam communis infirmitas ut illam
reprehensionem aut obiurgationem
non odium sed misericordia precedat ut
sive ad correctionem eius propter quem
id facimus. sive ad perversionem valu-
erit. nam incertus est exitus nos
tamen de simplicitate oculi nostri se-
curi simus Si autem cogitantes
nosmetipsos invenimus in eo vicio in quo
est ille quem reprehendere parabamus non
reprehendamus neque obiurgemus sed tamen
congemiscamus et non illum ad obtemperandum
nobis sed ad pariter conandum invitemus
Raro ergo et magna necessitate
obiurgationes adhibende sunt. ita tamen
ut etiam in hiis ipsis non nobis sed
deo ut serviatur instemus ipse est enim
finis ut nichil duplici corde faciamus
ut auferentes trabem de oculo nostro invidi-
e malicie vel dissimulationis videamus
eicere festucam de oculo fratris. Et sanctus Aug. et s. aug.

Modo enim evangelium legeretur
audivimus dominum dicentem No-
lite iudicare ut non iudicemini In quo
enim iudicio iudicaveritis iudicabimini
eciam est hoc quod ipse dominus in alio lo-
co evangelii dixerit Nolite secundum
faciem iudicare sed iustum iudicium
iudicate. non enim sibi divina lectio con-
traria esse potest. sed intellectum so-
brium querit In conversatione humana
dilectissimi sunt aliqua que possibile
reprehendimus sunt vero que sine peccato
iudicantur aperta ergo mala iudicari
et argui debent Illa vero que aut
ignoramus aut bono utrum aut ma-
lo animo fiant scire non possumus
iudicare penitus non debemus Verbi gratia
Vides hominem frequentius ieiunare
congaude et noli nimis laudare quia
potest hoc pro humana gloria fieri
sed et noli vituperare quia potest et pro deo
et pro anime remedio ieiunare Vidisti
alium iudicato ieiunio publice velle pran-
dere cum dilectione ammone Si dixerit
se pro stomachi lassitudine ieiunare non
posse crede et noli iudicare quia utrumque
potest fieri ut propter gulam vel luxuriam pran-
dere velit et pro infirmitate ieiunare non posse

Vidisti aliquem subditis suis severitatem
disciplinae imponere et indulgentiam
tardius dare noli iudicare crudelitatem
quia forsitan non fiebat morbo iracun-
die sed zelo discipline et amore iusticie
iuxta illud quod scriptum est Zelus domus
tue comedit me. Forte aliquis vicinus
vel amicus tuus dum animum suum
in rebus sibi satis necessariis occupa-
tum habet tardius te salutaverit aut
tardius occurrit quam dubierit debu-
erit Noli eum iudicare. noli malignitati
credere et magis hoc aut per oblivio-
nem tunc per negligentiam quam per de-
spectum vel superbiam factum crede
quia et tibi forte hoc ut est humana
fragilitas frequenter evenit ut rebus
aliis nimis intentis aliquid minus
caute aut minus sollicite fecisti videre
et tamen noluisti probat te malo animo
iudicare Iustius ergo et in hiis simili-
bus que utrum bono an malo animo
fiant. scire non possimus melius est
ut peccatum acceptam in meliorem partem declive-
mus quia tollerabilius est nos in hoc
pervenire ut eos qui mali sunt bonos
esse credamus quam ut consuetudine
iudicandi etiam de bonis quod mala
est suspicemur. De istis ergo rebus que
sunt deo note et nobis incognite peri-
culose valde proximos iudicamus de quibus
eciam dominus dicit Nolite iudicare ut
non iudicemini || De illis vero que aperta
sunt et publica mala iudicare et re-
darguere cum caritate tamen et amore
et possumus et debemus odio habentes
non hominem sed peccatum non viciosum
sed vicium detestantes morbum poci-
us quam egrotum Nam publicus adul-
ter raptor assidue ebrius proditor et
superbus si iudicati vel castigati non fue-
rint implebitur in eis illud quod verissime

martir Ciprianus de talibus dixit
Omni peccatum verbis adulantibus
palpat peccandi fomitem subministrat
Ad hanc rem pertinet fratres karissimi eciam
illud quod in hac ipsa evangelica
lectione audivimus Quid enim vides fe-
stucam in oculo fratris tui. et tra-
bem in oculo tuo non vides Vidisti
hominem subito irasci. noli iudicare
sed expecta paululum. forsitan qua-
cito irascitur tam velociter mitigatur
Quid tamen festuca quid trabes
significat videamus. subita enim ira-
cundia festuca est. Illa vero que in
longum tempus protrahitur trabes
efficitur Ut ergo irasci et cito pla-
cari festuca est. fratres Ira iracundia
in corde diu servata trabes est ergo
ira inveterata convertitur in odium
Et quia qui odium servat in corde
alium iudicare presumit in cuius oculo
non trabem sed festucam esse cognoscit
Nam cordis oculum festuca turbat
trabes excecat Quod dixi fratres
karissimi de divino testimonio approbare
Quomodo ira cordis oculum
turbat audi psalmistam. turbatus
est prae ira oculus meus Quomodo
aut odium oculum cordis excecat
audi Johannem evangelistam testatur
Qui inquit odit fratrem suum in te-
nebris est et in tenebris ambulat
et nescit quo vadit quia tenebre exce-
caverunt oculos eius. secundum hoc ergo
per subitaneam iracundiam cordis
oculus turbatur per odium lumen
claritatis extinguitur Ergo nos
fratres karissimi capitula quedam et
iudicula qualiter hoc in clerici et acci-
pere debeat in summo Nam vos deo pro-
prio melius carpere et observare po-

de publ. iudic.

testis ut hec que dixi veracius vestris cor-
dibus inserantur / breviter repeto quod
suggessi. In hiis enim rebus sicut iam supra
dixi periculose alios iudicamus quia du-
bium est utrum dubie bono an malo a-
nimo fiant. ieiunare vigilare elemo-
sinas facere animo / et a cibariis vel
abstinere vel non abstinere / et reliqua
hiis similia que et pro deo et pro humana
gloria fieri possunt / et quia quorumvis
quo animo fiant iudicare penitus
non debemus propter hoc dixit dominus
Nolite iudicare ut non iudicemini
propter apertam vero iniquitatem dictum
est argue obsecra increpa cum omni
paciencia et doctrina / et illud quod supra
iam memoravimus iustum iudicium iu-
dicate. Hec enim facimus si diligenter
sicut credimus considerare et cum gra-
dei sollicitudine deo auxiliante observa-
re valeamus non de propriis peccatis enim
dei ad interiora liberetur. Maxima enim
pars generis humani indiscreto iudicio
ad reprehendendum prompta et parata esse
patitur. cum tamen se non ita velit
ab aliis iudicari. quomodo vult ali-
os iudicare / Propterea scriptura di-
vina monet dicens Prius quam
interroges ne vituperes quemquam et cum
interrogaveris corripe iuste. Omnis homo
prius se vult interrogari et postea si
reus est patienter reprehendi. Et quia
hoc nobis omnes volumus ab aliis fieri
iustum est ut hoc in aliis studeamus
implere. Prius enim paciencia inter-
rogemus et solliciti simus et cum aliquid
certius agnoverimus tunc aut si ma-
la sunt reprehendamus / aut bona defendere
velimus / propter illud quod scriptum est omnia
quecumque vultis ut faciant vobis ho-

mines et vos facite illis similiter. Hec est
enim lex et prophete. Et quia sicut ipsi vide-
tis plures homines de ecclesia nostra absen-
tes esse videntur et illis qualitercumque
ammonicionem in alia basilica faciamus
et forsitan inspirat illis et deus. ut vel
ibi parumper sine salute conveniant. Cui
est honor et gloria in secula seculorum amen. Dnica v p f trinit

In illo tempore cum turbe irruerent in ihesum
ut audirent verbum dei et ipse stabat
secus stagnum genesareth. Omelia bede.
Stagnum genesareth idem dicunt
esse quod mare galilee vel mare
tyberiadis / sed mare galilee ab adia-
cencia provincia dictum / mare tyberia-
dis a proxima civitate. que olim thene-
reth dicta / sed ab herode tetrarcha in-
staurata ad honorem tyberii cesaris
tyberias est appellata / Porro genesar
a laci ipsius natura quia crispantibus
aquis de se ipsa sibi excitare auram
perhibetur / greco vocabulo quasi gene-
rans sibi auram dicitur / Neque enim in
stagni morem sternitur aqua / sed fre-
quentibus auris spirantibus agitatur hausti
dulcis et ad potandum habilis / Sed hebre-
e lingue consuetudine / omnis aquarum
congregacio sive dulcis sive salsa ma-
re nuncupatur / qui lacus inter fluente
iordanem centum xl stadiis in longi-
tudine et xl extenditur in latitu-
dine / quia ergo stagnum sive mare
presens seculum designat / dominus secus ma-
re stetit / postquam vite labentis morta-
litatem devincens in ea qua passus
est carne stabilitatem perpetue quietis
adiit / Turbarum comitatus ad eum
gencium in fide concurrencium ty-
pus est de quibus ~~ysaias~~ et fluent
ad eum omnes gentes et ibunt
populi multi et dicent Venite ascen-

Dni v p f trinit
v. ca°
bede

dam ad montem dei. Et vidit duas
naves stantes secus stagnum. Due na-
ves posite secus stagnum circumcisionem et
preputium figurant. Quas bene ihesus
vidisse perhibetur quia in utroque populo no-
vit dominus qui sunt eius et eorum cor a
fluctibus seculi vite huius ad future
vite tranquillitatem quasi ad soliditatem
litoris videndo hoc est ad misericordiam
visitando provehit. Piscatores autem
descenderant et lavabant retia. Pisca-
tores sunt ecclesie doctores qui nos re-
the comprehensos et de profundo ad lumine
elatos quasi pisces litori sic hic vi-
ventium advehunt. Quasi enim quedam
retia piscantium sunt complexe pre-
dicantium dictiones que eos quos cepe-
rint infideliter non amittant unde et re-
tia quasi retinentia sunt vocata.
Sed hec retia modo laxantur in cap-
turam modo lota plicantur. Quia
non omne tempus est habile doctrine
sed interdum corrigenda lingua doctoris nunc
sui met cura gerenda. Ascendens autem
in unam que erat symonis rogabat
eum a terra reducere pusillum et
sedens docebat de navicula turbas.
Navis symonis est ecclesia primitiva
de qua paulus ait. Qui operatus est
petro in apostolatu circumcisionis
operatus est michi inter gentes. Be-
ne una dicta quia multitudinis cre-
dentium erat cor unum et anima una.
De qua docebat turbas id est quia de auc-
toritate ecclesie usque hodie gentes ad
celorum regnum invitat. Ut autem
cessavit loqui dixit ad symonem. Duc
in altum et laxate retia vestra in cap-
turam. Quod primo rogavit symonis
navem a terra reducere pusillum
significat vel temperate verbo ad tur-
bas utendum vel eis terrena precipiant

ret sic circumcisis mysteria sacramentorum
recederent ut ea penitus non intelli-
gant ut prius proximis regionibus
gentibus predicandum. Nec quod di-
cit iterum petro. Duc in altum et
laxate retia vestra in capturam
ad remotiores gentes quibus postea
predicatum est pertineat. Et respondens
symon dixit illi. Preceptor per totam
noctem laborantes nichil cepimus.
In verbo autem tuo laxabo rethe. Nisi
dominus edificaverit domum in vanum
laboraverunt qui edificant eam. Nisi dominus
illuminaverit cor auditorum doctor in
nocte laborat. nisi in verbo superne gratie
laxata fuerint instrumenta disposi-
tionum frustra vocis sue predicator re-
ticulum mittit. quia fides populorum
non sapientia verbi compositi sed divine
vocationis munere provenit. Et cum hoc
fecissent concluserunt piscium multitu-
dinem copiosam. Rumpebatur autem
rethe eorum pre multitudine piscium.
Rethe rumpebatur quia nunc ad confessio-
nem fidei etiam cum electis reprobi
tanti intrant qui etiam quoque here-
sibus scindunt. Rumpitur autem rethe
sed non elabitur piscis quia suos dominus
etiam inter persequentium scandala ser-
vat. Et annuerunt sociis qui erant in
alia navi ut venirent et adiuvarent
eos. Alia navis ut predictum est etiam
de gentibus que et ipsa non sufficiente
una navicula piscibus impletur electis
quia novit dominus qui sunt eius etiam
per ipsum certus est numerus electorum.
Quamquam tot in iudea credituros non
invenit. quot ad fidem vitamque pre-
destinatos novit etiam quasi alteri-
us navis receptacula piscibus que-
rens simul ceterarum quoque gentium fidelium
gratia replet. Et bene rupto rethe

foria navis adtollitur. Tempore ante Iudas proditor, ante Simon Magus pisces nequissimi capti sunt, ante Ananias et Saphira fide ficte subdole temptabant ingredi, ante ut Iohannes testatur, multi discipulorum eius abierunt retro et iam non cum illo ambulabant. Et deinde Barnabas et Paulus ad gentium sunt apostolatum segregati. Et venerunt et repleverunt ambas naviculas ita ut mergerentur. Harum impletas navium usque ad finem seculi crescit. Sed quod implete merguntur hoc est submersioni premuntur. Non enim submerse sed tamen sunt periclitate. Apostolus exponit dicens: In novissimis diebus erunt tempora periculosa et erunt homines se ipsos amantes. Nam mergi naves est homines in seculum cupiditate elati per fidem fuerant morum pravitate relabi, qualis et ipse Petrus ad huc infirmitate positus hoc loco demonstrat. Unde et hic sequitur: Quod cum videret Simon Petrus procidit ad genua Ihesu dicens: Exi a me domine quia homo peccator sum. Quia carnales quique in ecclesia regimen spiritualium inquibus maxime Christi persona eminet a se quodammodo repellunt. Non enim hec voce lingwe dicunt bonis ministris dei ut eos a se repellant, sed voce actuum et operum morum suorum suadent a se recedi, ne per bonos regantur, et eo vehementius quo deferunt eis honorem et tamen factis a se recedere amonent. Hanc honorificentiam eorum signaverit Petrus cadens ad pedes domini. Honoris autem in eo quod ait: Exi a me quia homo peccator sum. Quod tamen non fecit dominus. Non enim recessit ab eis,

sed eos subductis navibus ad litus perduxit, significat in bonis et spiritualibus viris non esse oportere hanc voluntatem, ut potestatis turbarum commoti quasi secum tranquilliusque vivant ministerium ecclesiasticum deserant. Et ait ad Simonem Ihesus: Noli timere. Confortat dominus timorem carnalium animosque fragilium consolando erigit, ne quis vel de sue conscientie culpa tremens vel de aliorum innocencia stupens sanctitatis iter formidet agredi. Quod autem sequitur: Ex hoc iam homines eris capiens, ad ipsum Petrum specialiter pertinet. Exponit enim ei dominus quid sit piscium captura significet, quod scilicet ipse sicut per retia pisces sic aliquando per verba sit capturus homines, totusque sancti huius ordo qui in ecclesia cuius ipse typum tenet cottidie geratur ostendat. Quod vero subiungitur: Et subductis ad terram navibus relictis omnibus secuti sunt eum, potest significari finem temporis quo ab huius mundi salo qui Christo inheserunt penitus recedent. Sciendum est autem hanc eandem non esse lectionem quam Matheus et Marcus binos de naviculis piscatores, primo Petrum et Andream deinde filios Zebedei, a domino narrant esse vocatos. Non enim eos Lucas innuit a domino vocatos, sed tamen Petro fuisse predictum quod homines esset capturus insinuat, quod non ita intelligendum est quasi iam pisces numquam fuisset capturus. Nam post et resurreccionem domini legimus eos esse piscatores. Unde datur eos intelligi ad capturam piscium ex more remeasse, ut postea fieret quod Matheus et Marcus narrant, quando eos binos vocavit. Tunc enim non subductis ad terram navibus tamquam cura redeundi, sed ita eum secuti sunt

Ambr.

tanquam vocantem et iubentem ut sequerentur. **Omelia Ambrosii**

Ascendens autem in unam navim que erat simonis rogavit ut educeret a terra aliquantulum. Ubi dominus multis impertiit varia genera sanitatum nec tempore nec loco cepta studia sanandi turba cohiberi potuit. Vespere incubuit sequebantur stagnum occurrit urgebatur non ascendit in petri navim. Hec est illa navis que adhuc secundum matheum fluctuabat secundum lucam repletur piscibus ut et principia ecclesie fluctuantis et posteriora exuberantis agnoscas. Pisces enim sunt qui hanc enavigant vitam. Adhuc ibi discipulis xpistus dormit hic precipit. Dormit enim tepidis perfectis vigilat. Quemadmodum dormiat xpistus audisti dicentem in propheta. Ego dormio et cor meum vigilat. Et sanctus matheus recte non pretermittendum putavit eterne iudicium potestatis. Ubi imperat ventis non est ea humana doctrina sicut audistis verbo imperat spiritibus sed celestis maiestatis insigne quod perturbatum sedatur mare et divine vocis imperio obsequuntur elementa atque impossibilia sensum accipiunt obsequendi. Divine misterium gratie revelatur fluctus intumescunt seculi verbo in mundo spiritus conquiescit. Non alterum alter refellitur sed utrumque celebratur. Habes miraculum in elementis habes doctrinam in misteriis. Ergo quia sanctus matheus illam prelibaverat sanctus lucas eam sibi navem in qua petrus piscaretur elegit. Non turbatur ista que petrum habet turbatur illa que iudam habet. Et si multa illic discipulorum merita navigabant tamen adhuc eam perfidia proditoris agitabat. In utraque petrus sed qui suis meritis firmus est turbatur alienis. Caveamus igitur perfidum caveamus proditorem ne per unum plurimi fluctuemur. Ergo non turbatur hec navis in qua prudentia navigat abest perfidia fides spirat. Quemadmodum enim turbari poterat cui preerat is in quo ecclesie firmamentum est. Illic ergo turbatio ubi modica fides hic securitas ubi perfecta dilectio. Denique cum aliis imperatur ut laxent retia sua. Soli tamen petro dicitur Duc in altum hoc est in profundum disputationum. Quid enim tam altum quam altitudinem divitiarum videre scire filium dei et professionem divine generationis assumere quam licet mens non queat humana plene rationis investigatione comprehendere fidei tamen plenitudo complectitur. Nam et si non licet michi scire quemadmodum natus sit non licet tamen nescire quod natus sit. Seriem generationis ignoro sed auctoritatem generationis agnosco. Non interfuimus cum ex patre dei filius nasceretur sed interfuimus cum a patre dei filius diceretur. Si deo non credimus cui credimus. Omnia enim que credimus vel visu vel auditu credimus. Visus enim sepe fallitur. Auditus in fide est. Num asserentis persona discutitur. Sed angeli dicerent nephas putaremus non credere. Deus asserit probat filius refulgens sol fatetur tremens terra testatur. In hoc altum disputationis ecclesia a petro ducitur ut videant hinc resurgentem dei filium hinc spiritum sanctum profluentem. Que sunt autem apostolorum retia que laxari iubentur nisi verborum complexiones et quasi quedam rationis sinus et disputationum

recessus qui eos quos ceperint non amittunt Et bene aptiori instrumento piscandi rethia sunt que captos non perimunt sed reservant de profundo ad lumen extrahunt fluctuantes de inferis ad superna transducunt Sed et aliud aptiori piscandi genus quo genere solum petrum piscari dominus iubet dicens mitte hamum et eum piscem qui primus ascenderit tolle magnum quidem est et spiritale documentum quo sancti viri sublimioribus potestatibus docentur dedere esse subiecti inter condicionem regis terre putant esse solvendam Si enim carissimus filius dei solvit qui nichil possidebat tu autem qui seculi sequeris lucrum cur seculi obsequium non recognoscis cur te supra seculum quadam animi arrogantia facis cum seculo sis misera cupiditate subiectus Ponditur ergo didragma quod erat precium nostre redemptionis corpori in lege promissum ex ore prelatum non ociose in ore piscis inventum Ex ore enim tuo iustificaberis Est enim precium immortalitatis est nobis vera confessio quia scriptum est ore confessio fit ad salutem Et fortasse primus hic piscis primus est martir in ore habens didragma hoc est precium censum. Didragma nostrum xpistus est. Habebat ergo primus ille martir Stephanus in ore thesaurum xpistum in passione loquetur Sed revertamur ad propositum locum dictantes aptiorem humilitatem ubi supra Preceptor inquit per totam noctem laborantes nichil cepimus in verbo autem tuo laxabo rethe Et ego domine scio quia nox michi est quando non imperas. nemo ad huc dedit nomen

suum ad huc noctem habeo nisi iaculum vocis per epiphaniam et ad huc nichil cepi nisi prius cepero ut iubeas in verbo tuo laxabo rethia Omnia tua presumpcio humilitas fructuosa qui nichil ante ceperant magnam verbo dei concludunt piscium multitudinem Non hoc humane facundie opus sed superne vocacionis est munus Cedunt disputaciones hominum fide sua plebs credit Rumpuntur rethia nec labitur piscis vocantur ad iuvamen socii qui erant in alia navi Que est illa alia navis nisi forte iudea ex qua Iohannes et Iacobus eliguntur Facta est iudea sanctificacio eius hoc est de sinagoga ad navem petri hoc est ad eccliam convenerunt ut implerent ambas naviculas Omnes enim in nomine domini genua flectunt sive iudeus sive grecus et omnia et in omnibus cristus Sed michi tumultus iste suspectus est ne plenitudinem suam navesque pone mergantur Oportet nam et hereses esse ut probentur boni possumus tamen et aliam ecclesiam intelligere navem alterius ab sua enim plures ecclesie derivantur ecce alia solitudo patri cui ea sua preda suscepta est sed monet prius quemadmodum servare possit recedo quis sit quemadmodum possit capere discipulos quos in illo capit verbo credidit. negat suam predam. negat suum munus Exi inquit a me domine quia peccator sum Ammirabatur enim dona divina et quod plus merebat hoc timebat minus dic et tu exi a me domine quia peccator sum Et respondeat tibi dominus Noli timere indulgeri

dño peccatum fateri noli timere etiam que
tua sunt dño deferre quia que sua sunt
nobis ille concertit nescit in vide nescit
carpe nescit auferre. Vides quia bona
que tantum debent hominibus ut benefi-
ciendi habeant peccatum. Dñica vj p [illegible]
In illo tempore dixit ihesus discipulis suis
Amen dico vobis nisi habundaverit
iusticia vestra plus quam scribarum
et phariseorum non intrabitis in reg-
num celorum et cetera. Omelia bede
Amen dico .i. vere vel fideliter
quia illi magna docebant et
modica faciebant / vel quia alia man-
data de lege respuebant que non ama-
bant / Vere enim dicuntur pharisei di-
visones / quia legem dei non recte
distinxerant / Iusticia phariseorum erat
non occidant / iusticia vestrum est qui
in tractu sunt in regnum dei ne vero
irascantur / Minimum est ergo non occi-
dere / et qui illud solverit minimus vocabitur in
regno celorum vocabitur / Qui autem
illud impleverit ut non occidat
non continuo magnus erit
et ydoneus regno celorum / sed
tamen ascendit aliquem gra-
dum / perficitur autem si nec irascitur
quod si perfecerit multo remotior erit
ab homicidio / quapropter qui docet ut
non irascamur / non solvit legem / ne
occidamus et in corde dum non irasci-
mur innocentiam custodiemus / Et cetera
Audistis quia dictum est antiquis
Non occides Qui autem occiderit reus
erit iudicio / gravius est occidere quam
verba contumelie ingerere / ubi occisio
reum facit iudicio / hic autem ubi verba
facit concilio / Ego autem dico vobis
quia omnis qui irascitur fratri suo
reus erit iudicio / In quibusdam codi-
cibus additur sine causa / Ceterum
in veris codicibus diffinita sententia
est et ira tollitur scriptura dicente / omnis
qui irascitur fratri suo reus erit iu-
dicio / Si enim iubemur verberanti alte-
ram prebere maxillam / et inimicos
diligere / et orare pro persequentibus /
omnis ire occasio tollitur / Reddendum
est ergo sine causa / quia ira viri iu-
sticiam dei non operatur / Qui autem
dixerit fratri suo racha. Hoc verbum
proprie hebreorum est / Racha enim dicitur
kenos .i. inanis et vacuus / quem nos
possimus vulgari iniuria absque cerebro
nuncupare / Sed de ocioso sermone
reddituri sumus rationem / quanto ma-
gis de contumelia / sed et signanter
additur / Et qui dixerit fratri suo
racha. Frater enim nullus est nisi
qui eundem nobiscum patrem habet
Cum ergo similiter credat in deum et
Christum dei noverit sapientiam / qua ratione
eloquens stulticie denotari potest / Qui
autem dixerit fatue reus erit gehenne
id tormenti et superioribus subcludit
Quid enim eque ineptum credenti dicere
Gehenna est duplex pena ubi cor-
pus et anima puniuntur / Quid inter-
est inter reum iudicio / et reum concilio
et reum gehenne ignis / Nam hoc
postremum quod gravissimum so-
nat admonet gradus quosdam fac-
tos a levioribus ad graviora donec
ad gehennam ignis veniretur / Et
ideo sicut levius est reum esse iudi-
cio quam reum esse concilio / ita le-
vius est reum concilio quam reum
esse gehenne ignis / Oportet quoque
levius esse indignatum fratri suo ira-
sci quam dicere racha / Et rursum
levius est dicere racha quam dicere
fatue / Non enim reatus ipse haberet

gradus, nisi etiam gradatim peccata commemo-
rarentur. Unde autem hic verbum ob-
scurum positum est, quia nec grecum
nec latinum est racha, cetera vero in
sermone nostro usitata sunt. Nonnulli
autem de greco trahere voluerunt inter-
pretationem huius vocis putantes pannosum
dici racha, quoniam grece dicitur pannus
rachos. A quibus tamen cum queritur
quid dicatur grece pannosus, respondent
racha. Deinde possit latinus interpreta-
tionis ubi posuit racha pannosum po-
nere, et sic uti verbo quod in latina
lingua nullum sit, et in grecis inusita-
tum. Gradus itaque sunt in istis peccatis ut
primo quisque irascatur, et eum motum
retineat corde conceptum. Iam si co-
torserit vocem indignantis ipsa commotio-
ne non significantem aliquid, sed illum
animi motum ipsa eruptione testan-
tem qua feriatur ille cui irascimur,
plus est utique quam si surgens ira si-
lentio premeretur. Si vero non solum
vox indignantis audiatur, sed etiam
verbum quod iam certam vituperationem
eius in quem profertur designat et
notet, quis dubitet amplius quam
esse si solus indignationis sonus ede-
retur. Itaque in primo unum est, id est
ira sola; in secundo duo, ira et vox iram
vituperationis expressio. Unde ergo tres
sunt reatus: iudicii, concilii, gehenne
ignis. Nam in iudicio adhuc defensi-
oni datur locus; in concilio autem quamquam
et in iudicio soleat tamen quia interesse
aliquid hoc loco fateri cogit ipsa di-
stinctio, videtur ad concilium pertine-
re sententie prolatio, quando non iam
cum ipso reo agitur utrum damnan-
dus sit, sed inter se qui iudicant confe-
runt quo supplicio damnari oporteat
quem constat esse damnandum. Ge-
henna vero ignis nec damnationem

habet dubiam sicut iudicium, nec dam-
nati penam sicut concilium. In gehen-
na quippe certa est et damnatio et
pena damnati. Videntur ergo aliqui
gradus in peccato et in reatu. Sed quibus
modis invisibiliter exhibeantur meritis
animarum quis poterit dicere? Si offers
munus tuum ad altare et ibi recorda-
tus fueris quia frater tuus habet aliquid
adversum te, relinque ibi munus tuum
ante altare. Altare itaque spiritualiter in interio-
ri dei templo ipsam fidem accipere possumus,
cuius signum est altare visibile. Quodli-
bet enim munus offerimus deo, sive propheti-
am, sive doctrinam, sive orationem, sive
ymnum, sive psalmum, et si quid tale aliud
spiritualium donorum occurrit, acceptum
esse non potest deo nisi fidei sinceritate
fulciatur et ei fixe atque immobiliter im-
ponatur, ut possit integrum atque illiba-
tum esse quod loquimur. Nam multi
heretici non habentes altare, id est veram
fidem, blasphemias pro laude dixerunt,
terrenis scilicet opinionibus gravati, votum
suum tamquam in terram proicientes. Sed
debet esse sana etiam offerentis inten-
tio. Propterea cum tale aliquid oblaturi
sumus deo in corde nostro, id est in interiori
dei templo — templum enim dei sanctum
est, quod estis vos — si in mentem venit quod a-
liquid habeat adversum nos frater, id est
si nos in aliquo lesimus, tunc ipse habet
adversus nos. Nam nos habemus adversus
illum si ille nos lesit; non enim veniam
postulabis ab eo qui tibi fecit iniuriam,
sed tantum dimittes sicut tibi a domino dimit-
ti cupis quod ipse commiseris. Quod si
in propinquo est, pergendum ad illum; quod si lon-
ge, mentem tamen reconciliari debes cui
lesit quod deum est. Cum omnibus hominibus
pacem habete. Hic namque dicit [illegible]
Si ergo offers munus tuum ante alta-
re et ibi recordatus fueris quia frater

tius habet aliquid adversum te, redimior tibi imponatur reconciliationis necessitas. Quando diu non possumus placere illi, iustitia ac consequenter munera nostra offerimus deo. Unde dominus nos ammonet dicens: Dum in istius vite mas-rimus, ad pacem et ad concordiam coherentiam iuxta apostolum dicentem: Si fieri potest quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Si hoc prius coram deo feceris et pergis ad eum non pigro motu corporis, sed celerrime dilectionis affectu, atque inde veniens offer munus tuum. [illegible] s. august.

ead[illegible] s. aug.

Amen dico vobis inquid dominus discipulis suis: nisi habundaverit iustitia vestra plus quam scribarum et phariseorum, non intrabit in regnum celorum. Id est non solum illa minima legis precepta que inchoant homines, sed etiam ista que a me adduntur, qui non veni solvere legem sed adimplere. Perveniunt non intrabit in regnum celorum. Sed dicas michi: si de illis mandatis minimis quid superius loquitur: dixit minimum vocari in regno celorum quisquis unum eorum solverit et secundum suam consuetudinem docuerit; maximum autem vocari qui ea fecerit et sic docuerit et ex eo iam in regnum celorum futurum esse quia magnus est. Quid opus est addi precepta legis minimis si in regno potest esse magnus quisquis qui ea fecerit et sic docuerit? Quapropter sic est accipienda illa sententia: Qui autem fecerit et docuerit sic magnus vocabitur in regno celorum, id est non secundum illa minima sed secundum ea que ego dicturus sum. Que sunt autem ista? Ut habundet iustitia super scribarum et phariseorum, quia nisi habundaverit iustitia non intrabit in regnum celorum. Ergo qui solvit illa minima et sic docuerit minimus vocabitur; quia qui fecerit minima et sic docuerit non iam magnus habendus et ydoneus regno celorum est, sed tamen non etiam minimus quia ille qui solvit vel faciendo vel docendo. Ut autem sit magnus atque illo regno aptus facere debet et docere sicut Christus nunc docet, id est ut habundet iustitia eius super scribarum et phariseorum. Iustitia phariseorum est ut non occidant; iustitia eorum qui intraturi sunt in regnum dei ut non irascantur sine causa. Minimum est ergo non occidere, et qui illud solverit minimus vocabitur in regno celorum; qui autem illud impleverit ut non occidat, non continuo magnus erit et ydoneus regno celorum, sed tamen ascendit aliquem gradum. Perficietur autem si nec irascatur sine causa; quod si fecerit multo remotior erit ab homicidio. Quapropter qui docet ut non irascamur non solvit legem ne occidamus, sed implet potius, ut et foris dum non occidimus et in corde dum non irascimur innocentiam custodiamus. Audistis ergo inquit quia dictum est antiquis: Non occides; qui autem occiderit reus erit iudicio. In lege enim iudicabatur utrum occideret et ipse occideretur. Ego autem dico vobis, id est novus homo vobis novis nova loquor: Quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Videndum est quantum intersit inter iustitiam phariseorum et christianorum que introducit in regnum dei. Ibi enim occisio reum facit iudicio; hic autem iracundie motus reum facit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo racha reus erit concilio. Hoc verbum proprie hebreorum est racha [illegible] dicitur, id est inanis et vacuus, quem nos

possimus in iniuria vulgari absque ce-
bro nuncupari. sed si de ocioso sermone
reddituri sumus rationem quanto ma-
gis de contumelia. Sed et signanter
additur Qui dixerit fratri suo racha. Frater
enim nullus est nisi qui eundem
nobiscum patrem habet. Cum
ergo similiter credit in deum, et Christum
dei noverit sapientiam, qua ratione stulti-
cie elogio denotari potest. Ego autem
dico vobis quod omnis qui irascitur fratri
suo sine causa reus erit iudicio. Qui
autem dixerit fratri suo racha reus erit
concilio. Qui autem dixerit fratri suo
fatue reus erit gehenne ignis. Quid
interest inter reum iudicio et reum conci-
lio et reum gehenne ignis. Nam hoc
posterius gravissimum sonat et admo-
net gradus quosdam factos a leviori-
bus ad graviora donec ad gehennam
ignis veniretur. Et ideo sicut levius
est reum esse iudicio quam reum esse
concilio, ita levius esse reum conci-
lio quam reum esse gehenne. Igitur
Oportet ut levius esse intelligatur
irasci sine causa fratri quam dicere
racha, et rursum levius est dicere
racha quam dicere fatue. Non enim rea-
tus ipse haberet gradus nisi grada-
tim etiam peccata commemorentur. Unum
autem hic verbum obscurum positum
est, quia nec grecum nec latinum est
racha, cetera vero in sermone nostro
usitata sunt. Nonnulli autem de greco
trahere voluerunt interpretationem huius
vocis, putantes pannosum dici ra-
cha, quoniam grece dicitur pannus rachos.
Quibus tamen cum queritur quid
dicatur grece pannosus, non respon-
dent racha. Deinde non posset lati-
nus interpres ubi posuit racha panno-
sum ponere, nec uti nomine quod et latina

lingua nullum et in greca inusitatum.
Probabilius ergo est quod audivi a quodam
Hebreo cum id interrogassem. Dixit enim
esse vocem non significantem aliquid,
sed indignantis animi motum exp-
rimentem. Has interiectiones grammatici
vocant particulas orationis significantes
animi commoti affectum, velut cum dicitur
a dolente heu vel ab irascente hem.
Que voces quarumcumque linguarum sunt
proprie, nec in aliam linguam facile trans-
feruntur. Que tamen utique cogit tam
grecum interpretatorem quam latinum,
vocem ipsam ponere, cum quomodo
eam interpretetur non inveniret. Gra-
dus itaque sunt in istis peccatis ut primo
quisque irascatur et eum motum retine-
at corde conceptum. Iam si extorserit
vocem indignanti ipsa commocio non
significantem aliquid, sed illum animi
motum ipsa erupcione testantem, qua
feriatur ille cui irascimur, plus est
utique si surgens ira silencio premeretur.
Si vero non solum vox indignantis
audiatur, sed etiam verbum quo iam certam
eius vituperationem ingerens proferat
designet, et non quis dubitet amplius
esse hoc quam si solus indignationis
sonus ederetur. Itaque in primo unum est,
idem ira sola; in secundo duo, ira et
vox que iram designat; in tertio tria,
et ira et vox que iram signat, et in
voce ipsa certe vituperationis expressio.
Unde nunc etiam tres reatus iudicii con- A
cilii et gehenne ignis. Nam in iudicio
defensioni datur adhuc locus. In con-
cilio quamquam et iudicium esse soleat,
tamen quia interesse aliquid habere
loco fateri cogit ipsa distinctio, videtur
ad concilium pertinere sententie prolacio,
quando non iam cum ipso reo agitur
utrum dampnandus sit, sed inter se

qui iudicarent quo supplicio dampna-
ri oporteat. quem constat esse damp-
nandum Gehenna vero ignis nec
dampnacionem habet dubiam sicut
iudicium nec dampnati penam sicut
concilium In gehenna vero ignis cer-
ta est et dampnacio et pena damp-
nati. Videntur ergo aliqui gradus in
peccatis et in reatu sed quibus modis invi-
sibiliter exhibeantur meritis animarum
quis potest dicere Audiendum est itaque
aliquid quantum inter sit inter iusticiam
phariseorum et iusticiam maiorem que
in regnum celorum introducit quod
cum sit gravius occidere quam verbo
irrogare convicium ibi occisio reum facit
iudicio hic autem ira reum facit iudicio
quod trium illorum peccatorum levissimum est
quia illi questionem homicidii inter ho-
mines agitabant hic autem omnia
divino iudicio per dimittuntur Ubi finis
dampnacionis est gehenna ignis Quisquis
autem dixerit quod graviori supplicio
in maiore iusticia punitur homici-
dium si gehenna ignis punitur con-
vicium cogit esse intelligi differencias ge-
hennarum Sane in tribus istis sentenciis
subaudicio verborum intuenda est Habet
enim prima sentencia omnia verba necessa-
ria ut nichil subaudiatur Qui irasci-
tur inquit fratri suo sine causa reus erit
iudicio In secunda vero cum ait Qui di-
xerit fratri suo racha subauditur sine
causa ita adiungitur reus erit iudicio
concilio Iam in tercia ubi ait Qui autem
dixerit suo fatue subaudiuntur fratri
suo et sine causa hoc est unde defendi-
tur quod apostolus Galatas vocat stul-
tos quos eciam fratres nominat non
enim id facit sine causa. ideo autem hic
frater subaudiendus est quia de inimi-
co postea dicitur quomodo ipse eciam
tractandus sit maiore iusticia

Sequitur Si ergo obtuleris munus
tuum ad altare. et ibi recordatus fu-
eris quod frater tuus habet aliquid
adversum te relinque ibi munus
tuum ante altare et vade prius re-
conciliari fratri tuo et tunc veniens
offer munus tuum Hinc utique apparet
de fratre dictum esse superius quoniam
sentencia que sequitur ea coniunctione
connectitur ut superiori attestatur Non
enim ait Si autem obtuleris
munus tuum in altare sed ait Si ergo
obtuleris munus tuum ad altare Nam
si irasci non est phas fratri suo sine
causa nec dicere racha nec dicere fa-
tue multo magis nephas est animo
tenere aliquid ut in odium indignacio
convertatur ad quod pertinet eciam quod
alio loco dicitur Non occidat sol super
iracundiam vestram Iubemur ergo
superillaturi munus ad altare si fueri-
mus recordati aliquid habere adver-
sum nos fratrem munus ante altare re-
linquere ac pergere ac reconciliari fra-
tri deinde venire et munus offerre Quod
si accipiatur ad literam fortassis aliquis
credat fieri ita oportere Si presens
frater est non enim diucius differri
potest cum munus tuum relinquere
ante altare iubearis Si ergo de ab-
sente et quod fieri potest eciam trans-
mare constituto aliquid tale veniat
in mentem absurdum est credere ante
altare munus relinquendum quod post
terras et maria peragrata offeras deo
Et ideo prorsus intro ad spiritualia
refugere cogimur ut quod dictum
est sine absurditate possit intelligi
altare itaque spiritualiter et in interiore dei
templo ipsam fidem possumus acci-
pere cuius signum est altare visibile
Quodlibet enim munus offerimus

deo sive prophetiam sive doctrinam sive o-
racionem sive ymnum sive psalmum
et si quod tale aliud spiritualium donorum
animo occurrit acceptum esse deo non
potest nisi fidei sinceritate fulciatur et ea
fixe atque immobiliter tamquam altari in-
ponatur ut possit integrum atque
illibatum esse quod loquimur. Nam
multi heretici non habentes altare
idest veram fidem blasphemias pro lau-
de dixerunt terrenis et opinionibus
aggravati votum suum in terram pro-
iciens. sed debet esse sana etiam offeren-
tis intencio et propterea cum tale aliquid
oblaturi sumus in corde nostro idest in in-
teriori dei templo Templum enim dei sanc-
tum est inquit quod estis vos et in interiori
homine habitare christum per fidem in cordi-
bus vestris si in mentem venerit quod
aliquid habeat adversum nos frater
idest si nos eum in aliquo lesimus tunc
enim ipse habet adversum nos. Nam nos
adversum eum habemus si ille nos
lesit ubi non opus est pergere ad
reconciliacionem non enim veniam postu-
labis ab eo qui tibi fecit iniuriam sed
tantum dimittes sicut tibi dimitti a
domino cupis quod ipse commiseris pergen-
dum est ergo ad reconciliacionem cum in
mentem venerit quod nos forte fratrem
in aliquo lesimus. pergendum est ergo
non gressibus. sed motibus animi
ut te humili affectu prosternas fratri
tuo cara cogitacione in conspectu
eius cui munus oblaturus es itera-
tum etiam si presens sit poteris enim non
simulato animo lenire atque in gratiam
revocare veniam postulando si hoc
prius coram deo feceris pergens ad
eum non pigro motu corporis sed cele-
rrimo dilectionis affectu atque inde mos
atque intencionem revocans ad id

quod agere ceperas offeras munus tuum
. Omni autem hoc fecerit ut fratri
vel non irascatur sine causa vel ra-
cha non dicat sine causa vel eum fa-
tuum non appellet sine causa quod totum
superbissime admittitur. vel forte si ali-
quo horum lapsus fuerit quod est
unum remedium supplici animo veni-
am deprecatur. quisquis inanis iacta-
cie spiritu non inflatur Beati ergo
pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum
celorum. Dm. vi s. marci — dm vi s marci

In illo tempore Cum multa turba esset
cum ihesu nec haberent quod mandu-
carent Convocatis discipulis ait illis
Misereor super turbam quia ecce iam
triduo sustinent me nec habent quod
manducent et cetera. Omelia gregorii — om gg

In hac lectione considerandum est quod in
uno eodemque redemptore nostro distinc-
ta operatio divinitatis et humanitatis
atque error eutitetis qui unam tantum
in eo operationem dogmatisare pre-
sumit procul a christianis finibus repellen-
dus. Quis enim non videat hoc quod super
turbam misereri dominus ne in via vel
vie longioris deficiat labore esse affec-
tu compassionis humane fragilitatis
Quod vero de septem panibus et pau-
cis piscibus quatuor milia hominum saciavit
dominus opus est virtutis divine quod
hoc miraculo designatur quod viam
seculi presentis aliter incolumes transi-
re nequimus nisi nos gratia redemptoris
nostri alimento sui verbi reficiat hoc vero
typice inter hanc refectionem et illa
quinque panum ac duorum piscium
distat. quod illa veteris instrumenti
spiritali gratia plena esse signata est
hic autem novi veritas ac gratia testa-
menti fidelibus ministranda monstrata est
Denique utraque refectio in monte celebra-
ta est ut aliorum evangelistarum narracio

declarat. Quia utrumque scriptura testatur recte intellecta altitudinem nobis celestium preceptorum mandat et perfectorum veraciter altitudinem Christi qui est mons domus domini in vertice montium comprobata esse predicat. Cui etiam edificata super se civitatem sive domum domini id est ecclesiam in alta honore extollit operumque et virtutis manifestam gentibus exhibet. Ipse hanc ab infimis delectationibus abstractam pane celi reficit atque ad appetitum superne suavitatis dato pignore cibis spiritualibus accendit. Misereor super turbam inquit quia ecce iam triduo sustinent me nec habent quod manducent. Quare triduo dominum turba sustinuerit Matheus exponit plenius qui ait: Et ascendens in montem sedebat ibi et accesserunt ad eum turbe multe habentes secum mutos clodos cecos et alios multos et proiecerunt eos ad pedes eius et curavit eos. Turba ergo dominum propter sanationem infirmorum suorum sustinet. Cum electi quique fide sancte trinitatis lucidi dominum pro suis suorumque peccatis anime vulneribus perseveranti instancia supplicant. Item turba dominum triduo sustinet quando multitudo fidelium peccata que perpetraverint penitencia declinans ad dominum se in opere in locutione atque in cogitatione convertit. Et si dimisero eos ieiunos in domum suam deficient in via. Quia videlicet conversi peccatores in presentis vite via deficiunt si in sua conscientia sine doctrine sancte pabulo dimittantur. Ne ergo lassentur huius peregrinationis itinere pascendi sunt sacra ammonitione. Valde autem pensanda est pia sententia que processit ex ore veritatis qua dicitur: Quidam enim ex eis de longe venerunt. Est aliquis

qui nil fraudis et nichil carnalis corruptionis expertus ad obsequium dei servicium festinavit. Iste de longinquo non venit quia per incorruptionem et innocentiam proximus fuit. Alius nulla impudicicia, nullis flagiciis inclinatus, solum autem coniugium expertus ad ministerium spirituale conversus. Nec iste venit de longinquo quia usum coniugii concessa per licita non erravit. Alii vero post carnis flagicia, alii post falsa testimonia, alii post facta furta, alii post illatas violencias, alii post perpetrata homicidia ad penitenciam redeunt atque ad obsequium dei serviciumque convertuntur. Hii videlicet ad dominum de longinquo veniunt. Quanto enim quis plus in pravo opere erravit tanto ab omnipotente domino longius recessit. Dentur ergo alimenta eis eciam qui de longinquo veniunt quia conversis peccatoribus doctrine sancte cibi prebendi sunt ut in deum vires reparent quas in flagiciis amiserunt. Item Iudei quicumque in Christo crediderunt de prope ad illum venerunt quia legis et prophetarum erant verbis edocti de illo. Credentes vero ex gentibus de longe utique venerunt ad Christum quia nullis pagine sacre monimentis de eius erant fide premoniti. Et responderunt ei discipuli sui: Unde istos poterit quis hic saturare panibus in solitudine? Et interrogavit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem. Bene septem panes in misterio novi testamenti ponuntur in quo septiformis gracia spiritus sancti plenius fidelibus cunctis et tradenda revelatur et credentibus datur. Neque ordeacei esse perhibentur

sicut alii de quibus quinque sunt hominum
milia saturati ne iterum in lege vi-
tale anime alimentum corporalibus
sacramentis obtegitur ordei etenim medul-
la tenacissima palea tegitur. Et precepit
turbe discumbere super terram. Supra in
refectione quinque panum turba super fenum
viride discumbebat nunc ubi septem
panibus reficienda est supra terram
discumbere precipitur quia per scripturam
legis carnis desideria calcare et comprime-
re iubemur. Omnis enim caro fenum et omnis
gloria eius tamquam flos feni. In no-
vo autem testamento ipsam quoque terram
ac facultates temporales derelinquere pre-
cipimur vel certe mons in quo turba domi-
nicis panibus reficiebatur altitudinem
ut supra diximus redemptoris nostri
signat. Ibi super fenum hic super terram
reficitur. Ibi enim celsitudo Christi propter
carnales homines interdum ipsa
carnali spe et desiderio tegitur. Hic autem
remota omni cupiditate carnali convi-
vas novi testamenti spei permanen-
tis firmamentum tamquam ipsius mon-
tis soliditas nullo feno composito conti-
nebat. Et accipiens septem panes
gratias agens fregit et dabat disci-
pulis suis ut apponerent et apposuerunt
turbe. Dominus accipiens panes dabat
discipulis suis ut ipsi acceptos turbe
apponerent quia spiritualia dona scientie
tribuens apostolis per eorum ministerium
voluit ecclesie sue per orbem vite ciba-
ria distribui. Quod autem fregit
panes quos discipulis suis dabat aper-
tionem designat sacramentorum quibus
ad eternam salutem nutriendus erat
mundus. Cum enim ait dominus ipse Nemo
novit filium nisi pater neque pa-
trem quis novit nisi filius et cui vo-
luerit revelare quid nisi panem vite

nobis per se capiendum demonstravit
ad cuius interiora cernenda per nos ipsos
penetrare nequimus. Quo contra propheta
miserabilem quorundam famem de-
plorans dicebat. Parvuli petierunt
panem nec erat qui frangeret eis.
Quod est aliis verbis dicere Indocti
quesierunt pabulum verbi dei quo
ad virtutem bone operationis convalesce-
rent refecti. Nec erat magis scien-
tibus qui eis scripture archana patefa-
ceret eosque ad viam veritatis instrueret.
Accepturus autem ad frangendum pa-
nes dominus gratias agit ut et ipse quantum
de salute generis humani congaudeat
ostendat et nos ad agendas semper
deo gratias semper informet cum vel ter-
reno pane carnem vel animam celesti
superna gratia largiente reficimus.
Et habebant pisciculos paucos et ipse
benedixit et iussit apponi. Si in panibus
septem scriptura novi testamenti desig-
natur in cuius lectione per gratiam sancti
spiritus internas mentium epulas inveni-
mus. Quid in pisciculis quos benedicens
preter dominus turbe iussit apponi nisi sanctos
accipimus illius temporis quo eadem condi-
ta est scriptura vel quorum ipsa scriptura
fidem et vitam et passiones continet
qui turbulentis huius seculi fluctibus
erepti ac divina benedictione consecrati
refectionem internam ne huius mundi tu-
mentibus ex cursu deficiamus exemplo
sue ac vite prebuerunt vel mortis. Et
manducaverunt et saturati sunt. Mandu-
cant de panibus domini ac de piscibus et sa-
turantur qui audientes verba dei et
exempla intuentes ad perfectam vite cor-
rectionem per hoc optitati atque assurgere
festinant. Quibus apte congruit psal-
miste Edent pauperes et saturabuntur
et laudabunt dominum qui requirunt eum

Vnient corda eorum in spiritualium seculi-
Quod est aperte dicere audiunt humiles
verbum dei et faciunt ad laudem non
suam sed superni largitoris cuncta que
bene egerint referunt Vnde merito
ad vitam interioris hominis ut potum panem-
que saturati perveniunt. Quod contra tar-
dis auditoribus exprobratur Manduca-
stis et non estis saturati Manducant
namque et non saturantur qui panem
verbi audiendo degustant sed non facien-
do que audiunt. nichil ex hijs interne
dulcedinis quo cor eorum reficiatur
in ventrem memorie recipiunt. Et su-
stulerunt quod superaverat de fragmentis
septem sportas Quod turbis saturatis
superat apostoli sustollunt et septem sportu-
las implent quia sunt altiora perfec-
tionis precepta vel potius exhortamenta
et consimilia que generalis fidelium mul-
titudo nequid faciendo et implendo at-
tingere. Quorum exemplis illos ipse
respicit qui maiore spiritus sancti gratia
pleni generalem populi dei conversationem
mentis atque operis sublimitate transce-
dunt quales dicitur Si vis perfectus
esse vade vende omnia que habes etc.
Vnde bene sporte quibus dominorum
condita sunt fragmenta ciborum iuxta
septiformem spiritus sancti gratiam septem
panes fuisse memorantur Nam quia
iuncto et palmarum folijs solent con-
texi merito misteriorum significacione
ponuntur Iuncus quippe super aquas
nasci consueuit palma vero victricem
manum ornat Et iunceis vasis recte
comparantur electi cum radicem cordis
ne forte ab amore eternitatis arescat in
ipso fonte vite collocant assimilantur
et eis que de palmarum sunt folijs contexta
cum indeficientem eterne retribucionis me-
moriam puro corde retinent Et bene
turba quamuis reliquias domini prandij

non capit manducasse tamen et satura-
ta esse narratur Quia sunt nonnulli
qui et si omnia sua relinquere nequeunt
tamen esurientes et sitientes iusticiam
saturantur cum audiendo mandata
legis dei ad vitam perveniunt eternam
Erant autem qui manducaverant qua-
si quatuor milia hominum et dimisit eos.
Bene quatuor milia ut ipso etiam
numero docerentur evangelici se pastos
esse cibis. Lectio omelie venerabilis bede

Ait evangelista in presenti lectione cum
turba multa esset cum ihesu nec
haberent quod manducarent Convo-
catis discipulis ait Misereor turbe huic
Sed requirimus quod ait superius in
illis diebus cum turba multa esset
Superius enim accesserunt iudei ad sal-
vatorem accusantes discipulos eius
eo quod non lotis manibus manduca-
rent. quos dominus redarguit quia ea
que de corde malo prodeunt ea potius
hominem coinquinarent Et relictis
illis venit in finibus genezar ubi mu-
lier chananea que est mater gentilium
pro filia sua i. pro ecclesia domini deprecatur
que tamen dum postulavit donec acce-
pit quod petebat post hoc iterum
curavit mutum et surdum Ergo in
hijs diebus cum multitudo populi
concurrisset nec haberent quid man-
ducarent turbas enim hic omnes gen-
tes significare credimus intelligimus
pro quibus ipse dominus misericordia movetur
quod non haberent quod manduca-
rent quia gentes legem non habe-
bant. i. quinque libros moysi non pro-
phetas non predicationem sancti iohan-
nis quia gentes non per legem sed
per fidem venerunt ad salvatorem
qui triduo perseverant hoc est in na-
tivitate in passione in resurrectione
domini sive in patre et filio et spiritu sancto

pseuerare enim est perficere in confessione
Sicut ipse dominus ait Qui autem perseue-
rauerit usque ad finem saluus erit Dicat
ergo dominus non habent quod manduc-
cent quia legem non habent et ieiu-
nos eos dimittere nolo ne deficiant
in via ut qui per fidem christi crediderint
per fidem christi pascerentur Quidam autem
eorum de longe venerunt quidam enim
erant gentes adeo currendo parabola et
modo omnis qui peccat longe est a deo
Dicunt discipuli eius Unde istos quis
poterit saturare panibus in solitudine
adhuc apostolos tenebat in credulitas de-
nec misteria reuelarentur nec recorda-
bantur quid fecerat de quinque panibus
et duobus piscibus Et interrogauit
eos ihesus quot panes haberent qui
dixerunt septem Et precepit turbe
ut discumberent super terram Et
accipiens panes gratias egit et dedit
discipulis ut apponerent et pisces si-
militer benedixit et posuit ante illos
Et manducauerunt et saturati et sustu-
lerunt septem sportas plenas Erant
autem qui manducauerunt quasi qua-
tuor milia exceptis mulieribus et infantibus
Et uirtutes quedam domini manifestissime
credimus esse factas in primi sed si aliud
latet in misteriis ipsa gratia donante
requiramus In superiori enim lectione de
quinque panibus et duobus piscibus quinque
milia hominum satiauit hic quatuor
milia ibi duodecim cophinos sustule-
runt hic septem sportas plenas ibi
discipuli suggesserunt dicentes desertus
locus est et hora preteriit dimitte tur-
bas ut euntes in castella emant es-
cas hic penitus tacent discipuli sed
ipse dominus est per eis sollicitus Videamus
quare taceant quia nec domini dimissi
fuerant predicare gentibus sed potius

ad oues perditas domus israhel prior ergo
illa parabola pertinet ad iudeos ista uero
ad gentes Ibi quinque panes fuerunt hoc
est quinque libri moysi. hic ergo septem
panes qui sunt septiformis spiritus dei
sicut ait sanctus ysaias propheta Spiritus
sapientie et intellectus spiritus consilii et
fortitudinis spiritus noticie et pietatis
et replebit illum spiritus timoris domini
Ibi duodecim cophini pleni qui sunt xii
apostoli pleni spiritu sancto. hic septem
ecclesie seu septem candelabra aurea
Ibi duo pisces id est duo testamenta sic-
binis liber omnium prophetarum siue sancti
iohannis predicatio hic indifferenter minus
ponitur que sunt dona gratiarum sicut
ait apostolus alii datur sermo per spiritum sapi-
encie. alii sermo sciencie. alii prophe-
cie alii genera linguarum. alii interpretatio
sermonum omnia vero hec operatur
unus atque idem spiritus ibi super fenum recu-
buit et hic super terram utrumque est una
conuersatio una gratia una uirtus una
deitas Ibi super fenum hoc est mortifica-
te opera carnis Omnia enim caro fe-
num ait propheta. hic super terram discu-
buit id est opera terrena conculcauerunt
Ibi quinque milia sunt refecta qui unus
pertinet ad iudeos Nam post ascensionem
domini loquente sancto petro quinque milia
sunt baptisati. hic quatuor milia hoc
est de tota terra omnes gentes a quatuor
cardinibus celi de septiformi spiritu sancto
constat esse repletas in uitam eternam
Et ideo dilectissimi nos qui non per legem
sed per fidem credimus in domino nostro ihesu christo
qui non corporibus sed spiritus gratia sumus
redempti qui non ex quinque libris moysi
sed ex septiformi spiritu sancto simus
repleti sicut beatus ysaias prophetauerat
dicens Spiritus sapiencie et intellectus

Dominica viii post matthei

omelia

spiritus consilii et fortitudinis spiritus sciencie
et pietatis et implevit eum spiritus timoris
domini. Huius septiformi spiritu sancto in
quo vocati sumus permaneamus repleto do-
no spiritus sancti. Prestante domino. Dominica viii post [illegible] Matth.
In illo tempore dixit Jesus discipulis suis.
Attendite a falsis prophetis qui veniunt
ad vos in vestimentis ovium intrinsecus
autem sunt lupi rapaces. Omelia.
Hoc de omnibus intelligi potest qui a-
liud habitu ac sermone promittunt
aliud opere demonstrant. Sed specialiter
de hereticis intelligendum est qui videntur con-
tinencia castitate ieiunio quasi quadam
pietatis se veste circumdare. Intrinsecus vero
habentes animum venenatum simpliciorum
fratrum corda decipiunt. Ex fructibus eorum
anime quibus innocentes ad ruinam tra-
hunt lupis rapacibus comparantur. Non
potest arbor bona fructus malos face-
re neque arbor mala fructus bonos facere.
Queramus ab hereticis qui duas inter se
contrarias dicunt esse naturas si iuxta
intelligentiam eorum arbor bona fructus
malos facere ~~facere~~ nequaquam potest quomodo
moyses arbor bona peccavit ad aquam
contradictionis / et david uria interfecto cum
bersabee concubuit petrus quoque in pas-
sione domini negavit dicens Nescio hominem
Aut qua consequentia iethro socer moy-
si arbore mala qui utique in deum israhel
non credebat dederit consilium moysi
bonum achior oloferni aliquid utile sit
locutus et comitus dixerit quod benedictum
amplius comprobavit. Corrumpunt mores
bonos confabulaciones pessime et cum
non invenerint quod respondeant nos
inferimus et iudam arborem quondam
bonam fecisse fructus malos postquam
prodidit salvatorem et paulum arborem
malam eo tempore quo persequebatur ecclesiam
Christi fecisse postea fructus bonos quando
in vas electionis de persecutore translatus est.

Tam diu arbor bona fructus non facit
fructus malos quam diu in bonitatis
studio perseverat. Et mala arbor manet
in fructibus peccatorum quam diu ad
penitentiam non convertitur. Nemo
permanens in eo quod fuit incipit esse
quod non dum cepit. Omnis arbor que
non facit fructus bonos exciditur et
in ignem mittitur. Qua unus quisque
per versus prevalidam iudicii sententia
de terra succiditur eradicatur in ge-
hennem ignem mittitur qui hic boni
operis fructum fecisse non invenitur.
Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos
qui sunt fructus quibus invenientes cog-
noscimus arborem malam. Dicit apo-
stolus Manifesta opera carnis que sunt
fornicaciones immundicie luxurie ydo-
lorum servitus veneficia inimicicie
contenciones emulaciones animosita-
tes dissensiones hereses invidie ebrie-
tates comessaciones et his similia que
predico vobis sicut predixi quoniam qui talia
agunt regnum dei non consequentur.
Et qui sunt per quos cognoscimus arborem
bonam. Idem ipse apostolus consequenter
dicit fructus autem spiritus est caritas
gaudium pax longanimitas benignitas
bonitas fides mansuetudo continencia
etc. Non omnis qui dicit michi domine
domine intrabit in regnum celorum sed qui
facit voluntatem patris mei qui in ce-
lis est ipse intrabit in regnum celorum.
Regna celorum sola officia verborum non
obtinent. Neque qui dixerit domine domine
inquid domine non erit nisi dictum fuerit
a nobis et que officii sanctitatis est nobis
in participando cum celesti regni iter obe-
diencia potius voluntatis non dei inven-
patio reperta sit. Ergo sicut supra dixe-
rat eos qui habent vestem vite bone
non recipiendos propter dogmatum ne-
quitiam ita nunc econtra asserit his

quidam accommodant fidem, qui cum possint integritatem fidei corporis vivant, et doctrinae integritatem malis operibus destruant. Utrumque enim Dei servis necessarium est, ut et opus sermone, et sermo operibus compleatur. Huic sententiae potest videri illud contrarium: Nemo potest dicere Dominus Iesus Christus nisi in Spiritu Sancto. Sed mos est Scripturae dicta pro facto accipere, ut statim cum subsequentibus hyperbolice refutari eos qui iactant sine operibus scientiam Dei, et audiant a Salvatore: recedite a me operarii iniquitatis, nescio vos. Et apostolus ad Titum similiter loquitur: Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Eum enim secundum Salvatoris sententiam qui mandata Dei et docens operibus bonis confirmaverit et docuerit sic homines, hic maximus vocabitur in regno caelorum; qui autem docuerit et non fecerit, minimus vocabitur in regno caelorum.

Ead. f. Origenis

Quod penitus supra speciosum et oblatum magis Dominus nominavit, hoc nunc apertius falsos prophetas ostendit, per quos multi in perditionem abhominabilem abierunt, qui primo in Iudaea apparuerunt et modo in perfidia totum mundum impleverunt. Sed illi prius falsi prophetae fuerunt qui verissimos Domini prophetas usque ad mortem persecuti sunt, sicut Ieremiam et Michaeam et alios quam multos. Isti autem nunc falsi prophetae et falsi christiani nisi qui sunt, nisi qui veraces christianos sine iniuria persequuntur et opprimunt aliquando, si detur copia, etiam gladiis sine intermissione verbo sive pravis moribus et exemplis. Idcirco omnes praemonens Dominus adhortatus est dicens: Attendite a falsis prophetis. Attendite diligentius, observate cautius, ut non seducamini, ut non circumveniamini, ut non fallamini. Attendite, scilicet hoc est considerate, quia non sunt oves sed lupi in vestimentis ovium; quia non sunt religiosi, sunt ~~enim~~ irreligiosi in signa religiositatis; quod non sunt christiani sed veritate vacui christianorum persecutores. Attendite a falsis et cetera. Quos et beatus apostolus ad Ephesios loquens designabat dicens: Scio enim quod post discessionem meam intrabunt in vos lupi rapaces, lupi graves. Lupi graves ergo nominantur omnes infideles et heretici qui gregem sanctam ecclesiae opprimunt et persequuntur vel molestiis frequentant, qui sine intermissione rapere et conterere non desinunt. Aliqui inveniunt pertinaciae alienae aliquid in ipsos pertinaces, quos multo magis etiam satagunt animas rapere et secum miserabiliter ad perditionem deducere, et vestimentum ovium habere dicuntur quod nomen habeant christianitatis. Vel quia assimulant se iustos iustitiae figuram religiositatis mentientes. Praeterea itaque nonnullos seducere intendunt dulcibus sermonibus, multis scandalum inferentes. Isti sunt de quibus iterum ait apostolus: per suos dulces sermones et blandos seducunt corda innocentium. Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Nolite vestitum attendere sed ad opera. Nolite vestimentum considerare sed inspicite figuram fallaciae. Expl[...] praedicant si apostolis contraria annuntiant, martires magnificant si martyrium persecutores probantur. Apostoli et martires sancti non persecutionem fecerunt, sed persecutionem pertulerunt; non maledixerunt sed maledicta sustinuerunt; non blasphemaverunt Deum, sed a blasphematoribus interfecti sunt. Isti autem omnia iniustissima, omnia irreligiosissima implere curant: sanctos persequuntur, fideles opprimunt, Deum etiam si non verbis moribus

blasphemant. propterea ex fructibus eorum
cognoscetis eos. Numquid colligunt
de spinis uvas aut de tribulis ficus. ma
nifeste dominus per hanc similitudinem
declaravit quia nullus prudentium ad
spinas pergens uvarum dulcedinem
non querit aut super tribulos incedens
ficorum colligit suavitatem. Ita
ergo nullus sapientum vel prudentum
ambiguaris veritatem hereticis aut irre
ligiosis aut infidelibus sanctitatis dul
cedinem flagrantiam aut bonitatis sua
vitatem poterit invenire sed pessima
quippe illos et maligna reperiet. Sicut
enim spine et tribuli omnia quecumque
carpere possunt attrahunt detinent et con
scindunt ita omnes infideles heretici
et preterea male viventes etiam qui
rectam videntur fidem tenere per humanam
potenciam et corruptibilem principa
tum proximos morum et prava exem
pla omne quodque apprehendere possunt
conscindunt attrahunt atque diripiunt.
Quantos hii sibi tales socios astrinxerunt
quantos alienos labores abstulerunt
quantas animas post se deperditi
sunt in perdicionem. Merito itaque dominus
spinas vel tribulos appellavit in aspe
ritate in stimulis in amaritudine in lesio
ne in malignitate in impietate. Omnia
enim ista in spinis inveniuntur omnia hec
ab infidelibus hereticis et falso nomine christianis
consummantur. Quis ad spinas et tribu
los mittens manum vel approximans
ibi non dilaceratur aut non conscinditur
aut etiam manum non cruentatam in
veniat. Quis ergo hereticis manum
porrigens aut caput humilians incon
sultus a sanctis spiritus aut incruentatus
ab anime vulnere invenietur. Quis
se iniquiorum factis accomodavit non
ab eorum inquinationibus peccati aculeo

perfertur. Tales enim antiquitus in deli
fuerunt qui debebant uvas afferre pro
tulerunt spinas et qui debuerunt
suavitatem ostendere in amaritudine
asperitatis conversi sunt. Quomodo
conversa es inquit dominus in amaritudinem
vitis aliena expectavi enim ut
faceres uvas et fecisti spinas. Sic
ergo omnis arbor bona fructus bonos
facit. mala autem arbor malos
fructus facit. Arbores hic nominat
dominus. non arbores vere signat istius
mundi silvas. non de arboribus talibus
loqui iste enim sine spiritu sine anima
sine mente nec benigne nec in benigne
nec omnino intelligunt quid sint aut
quomodo sint. sed parvum figura
homines signat et de hominibus loquitur
qui propria voluntate seu bonum fruc
tum seu malum proferunt. Non potest
enim infidelis audire asper amarus
dulcissimos fidei fructus efficere quia
nec vult nec cupit nec potest. Ita
fidelis religiosus dulcissimus benignus
infidelium asperos et malos facere
fructus non potest quia nec vult nec
cupit scit enim quod non bonum est propter
quod inconspecienciabiliter differens dominus
ait Non potest arbor bona fructus ma
los facere neque arbor mala fructus
bonos facere. Non potest malus si bonus
ad quo est in benignus et infidelis reli
giositatis et benignitatis fidei fructum
ostendere ita et bonus fidelis benignus
in religiositatis et infidelitatis fructum non
potest facere in fide et timore dei per
manens. Agnosce et considera quem
modum loquitur dominus. Non dixit
enim non potest iste malus converti
et effici bonus sed usque quo est malus
usque hoc bonum fructum non potest facere

fornicator usque est fornicator usque hic casti-
tatis fructum non affert. Nam infidelis usque
quod in infidelitate permanserat fidei fruc-
tum non potest facere ita induit castus
usque quo munde caste vivit usque hic ipsum
adhuc mundicie fructu alienus est similiter
fidelis religiosus usque quo fidem servat
usque quo religiositatem perficit usque ab
omni infidelitate et irreligiositate in-
fructuosus est. In voluntate ergo est
hominum et in potestate omnis cuiusque
eligere sive bonum sive malum propter-
ea docentur ho[…]mines a lege
et prophetis ab evan[…]gelistis et ab apo-
stolis ab ipso c[…]dno et ab hiis
qui doctores […]ecclesie sunt ut ma-
lum delinquant […] et ad bonum se
convertant ut infidelitatem deserant
et fidem custodiant et faciant et con-
ferant non spinas et tribulos ut
male et infructuose arbores sed fla-
grantes sanctitatis fructum portan-
tes quatenus volantes angeli sicut aves
celi super bonos illos fructus tamquam
super ramos compactissimos requiescant
non suam lassitudinem reficientes
sed illorum sanctitati inherentes. Talis
arbor fuit bona et benigna ille qui
ait Ego autem sicut oliva fructifi-
[cans] in domo dei et iustus sicut palma
florebit. Talis arbor fuit iudas usque
in apostolica vocatione permansit usque
in amplius stetit ministerio quando autem
propria voluntate velut inutibili corde
sui malum accepit dyabolum tunc
ipse tortuosus effectus est bonitate
sua insidiam et malum auferens
fructum dominum et salvatorem tradi-
dit. Mala arbor fuit impiius manas-
ses quando templum dei ydolis ad-
implevit quando iherusalem inno-
centium sanguine maculavit sed

iterum propria voluntate effectus est
bonus quando bone penitentie attu-
lit fructum. Omnis arbor que non fa-
cit fructum bonum excidetur et in igne
mittetur. Hoc et ab hominibus fit ut
nullus prudentium arborem fructi-
feram excidat et in ignem mittat sed
infructiferas et spinosas excidant
arbores atque in ignem mittant quanto
magis ipse omnium sciens deus omniumque cog-
nitor dominus non bonos et benignos fruc-
tiferos operarios abscidit nec in igne
mittit sed malos et infideles spinosos
et asperos iniquos atque inutiles qui
ab omni opere bono reprobati sunt istos
abscidit et in ignem inextinguibilem
mittit. Omnis enim arbor que non facit
fructum bonum et non tantum fructum
sed etiam bonum fructum. Multe qui-
dem arbores fructificant sed malum
et inutilem fructum sic et multi ho-
mines malum irreligiositatis et infide-
litatis et perversitatis fructum afferunt.
Ubi hoc clare demonstrat dominus quia
omnis arbor que non facit fructum
bonum excidetur et in ignem mittetur.
Omnis arbor id est omnis homo sive
rex sive regulus sive princeps sive sub
principe senior sive subsenior nulli
parcetur nulli honor deferetur sed
omnis arbor sive dives sive pauper
sive primus sive liber sive servus si-
ve iuvenis omnis arbor infructifera non
ferens fructum abscidetur. Talis ar-
bor fuit nabuchodonosor quando ait
Quis est deus qui vos liberet de mani-
bus meis. Ideo dictum fuit ideo absci-
dite hanc arborem et evellite eam.
Sed cum tunc conversus fuisset ait
Ego nabuchodonosor oculos meos
ad celum levavi et intellectum meum
laudavi et magnificavi Tunc [illegible]

radicis eius confirmatus est et in me-
lius restitutus est. tunc super regnum
suum constabilitus est. Talis arbor in-
fructifera fuit filius eius balthasar
qui tercia eadem nocte morte abscisus
deperiit. Talis arbor fuit et ille di-
ves qui abscisus est et in ignem missus
est in quo igne sine mora constitutus
et gemens ait Crucior in hac flamma
Ita ergo omnis arbor non ferens fruc-
tum bonum excidetur astantibus ange-
lis si messores vel secatores angeli sunt
secundum ewangelium dictum. necesse est
quia bene abscidentes. ipsi angeli sunt
aut adhuc abscidetur audito doctri-
nam cum ait iohannes securis ad radicem
arborum posita est Omnis ergo arbor que
non facit fructum bonum excidetur et
in ignem mittetur. non ideo ut lignum
more ardeat et deficiat sed in ignem
mittetur eternum de quo ait dominus Ite
maledicti in ignem eternum qui para-
tus est dyabolo et angelis eius. attendamus
o filii dei instanter agamus omnibus
viribus nostris ut non simules efficiamur
per hos talibus appropinquemus nec in aliquo
unquam cum infidelibus seu inique agen-
tibus ducimur. Idcirco nos dominus ista
omnia docet parvulorum parabolas instru-
ens ut nos ab infidelibus longius separe-
mus ut ab iniquitatibus operariis moribus
segregemur. De quibus adhuc inferius
dicit Ex fructibus eorum cognoscetis eos
Tu autem o homo si porrigas vel depo-
nas manum supra spinam si calces su-
pra tribulum. si respicias oculo ad fruc-
tuosam arborem sentis et intelligis quid
est hoc tangis aut quod calcas aut quod
vides et non avertere et non ibi appli-
care non intelligere in inimicos dei here-
ticos quare non avertere ab ministris
veritatis adversariis quare non odio

habes irreligiosos ydolorum doctores et
falsos xristianos Cur non separaris
ab hominibus inique agentibus quare
non cognoscis eos secundum fructum eorum
Aliquando sicut spine depungunt dis-
rumpunt et evellunt etiam aliqui
iterum sicut tribuli sub pedibus occulte
subpungunt et evellunt quos per infi-
delitatem doctrinam falsitatis stimulis
in mittentes per exempla malorum
acumina incautos posteriora sauci-
antes sed secundum fructum eorum cog-
noscetis eos here[...] prudenciam here-
et in diligencia [...] secundum fructum
eorum cogno[...] scitis eos habere
doctores hereticos [...] principes aban-
dite illis aver[...]tite vos ab in-
fidelibus. non app[...]antes irreligiosis
et avertite ab alienis non communica-
mente tenebrarum operariis ut etiam
non dapnemini cum eis in igne. In
hiis adhuc dominus loquens et de ipso
errore manifestius atque clarius dis-
putans ait Non omnis qui dicit michi
domine domine intrabit in celum in regnum
celorum audiant hoc hii qui dubitant
de fide audiant hoc nobiles et mutantes
isti qui duplici sunt corde illi qui xristum
nominant nomine. sed abnegant in
virtute nolentes enim bene ex corde deum
gentium confiteri pereunt et regnum
eius quoperientes fiunt. Non omnis qui
dicit michi domine domine intrabit in reg-
num celorum Non in sermone est reg-
num dei sed in virtute. Non in nomine
solo satisfacies deo et domino. sed invoca-
cione dilectionis et caritatis in confessione
sine mendacio et in assercione veri-
tatis in observacione mandatorum eius
et in operibus bonis Non omnis qui dicit
michi domine domine intrabit in regnum
celorum sed qui facit sed qui operatur
sed qui adimplet voluntatem patris

mei qui in celis est. Et quomodo efficitur voluntas patris ita ut credatur filius eius. ita ut confiteatur unigenitus eius coequalis patris substantia natus. Hoc enim opus dei ut credatis in eum quem misit ille ait dominus. Sed qui facit voluntatem patris mei qui in celis est. Prima voluntas dei hec est ut credatur filius ut unigenitus confiteatur adoretur ut creator omnium genitus consideretur in sinu patris in una substancia cum patre qui sic facit voluntatem patris iste intrabit in regnum celorum. Sed infideles heretici non intrabunt qui non sic credunt quia sic non confitentur quia sic non faciunt voluntatem patris. Ideo quia nichil eos iuvat Christianum nomen qui fidem non habent et amore nichil eos iuvat nomen dei qui non invocant sicut debet dominus in veritate invocari. Non omnis ergo qui dicit michi domine domine intrabit in regnum celorum. Sed qui facit voluntatem patris mei qui in celis est. Audite desides audite negligentes audite inutiles qui sic sperate qui in[illegible] salvari posse quod Christiani appellamini qui Christiane opus non facit. Ut Christiani vocemini nec mores Christianorum impletis. Ad nos qui est in terra hic est verbum ad nos fideles hec locutio nominat. O homo qui dicis domine domine nisi in timore servies domino nisi clamaveris mandata eius adimplevi si omnem eius feceris voluntatem. nisi te ab omni iniusticia et viciositate abstinueris nisi ab omni malicia averteris omnemque iniquitatem deposueris atque iniquitatem omnem despexeris. Gratis clamas vociferans gratis exaltas vocem tuam dicens domine domine [illegible] michi obest tua vocis cum dominum tuum nominans non times sicut dominum

nec et in timore servieris. Hoc enim hic manifestius ostendens dominus ait: Non omnis qui dicit michi domine domine nomine tantum honorificatus. non omnis qui a sive facto sed tantum ore me dominum appellat introibit in regnum celorum sed qui opera digna meo nomini facit et conversionem dignam mee sanctificationi adimplet. Hec est enim [illegible] voluntas patris. sanctificatio vera castitas vera immaculata vera fides vera religiositas vera. Hec est voluntas patris ut nos operibus demonstret ipsi [illegible] et cum [illegible] patre astante et adiuvante ipso domino nostro Ihesu Christo cum eo cum patre et filio et spiritu sancto. Hom. **Dominica ix post trinitatis**

In illo tempore dixit Ihesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam erat dives qui habebat villicum et hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona illius et cetera. **Omelia primum**

In villico hoc quem dominus eiciebat de villicatione et laudavit eum quod in futurum sibi prospexerit non omnia debemus ad imitandum sumere. Non enim ait dominus est faciendum est in aliquo fraudibus ut de ipsa fraude elemosinas faciamus aut eos quibus recipi volumus in tabernacula tamquam debitores dei et domini nostri [illegible] est intelligi cum iusti et sancti significentur hoc loco qui eos introducunt in tabernacula eterna qui eis in necessitatibus suis terrena bona communicaverunt de quibus etiam dicit ore si quis alicui calicem aque frigide dederit tantum in nomine discipuli non perdet mercedem suam. Sed e contrario dicuntur iste similitudines ut intelligamus si laudari potuit ille a domino cum fraudem faciebat quanto amplius placeant domino deo qui secundum eius preceptum illa opera faciunt. Villicos [illegible] vocabulo dicimus eos qui pecunias habent non iam domini sunt sed

dom. ix post trinitatis

aut primum

actione potius rei dispensatores esse putandos qui si iuxta huius servi exemplum se duobus finiende villicationis ac rationis reddende tempus previderint facile terrore dilationis simul et dilatione mundati plus sibi de annuis conquirendis in futuro quam divitiis in presenti colligendis prospicere curabunt.

Ait villicus intra se quid faciam quia dominus meus aufert a me villicationem fodere non valeo. Ablata quippe villicatione fodere non valemus quia finita hac vita in qua tantum licet operari nequaquam ultra bone conversationis fructum ligone devote compunctionis licet inquirere. Mendicare erubesco et cetera. Mendicare confusionis est illorum scilicet pessime genus mendicandi quo virgines ille fatue mendicasse referuntur que ingruente tempore nuptiarum oleo virtutum deficiente sapientibus dixerunt date nobis de oleo vestro quia lampades nostre extinguuntur. De quo Salomon ait propter frigus piger arare noluit mendicabit ergo in estate et non dabitur ei.

Convocatis itaque singulis debitoribus domini sui dicebat primo quantum debes domino meo. At ille dixit Centum cados olei. Dixitque illi accipe cautionem tuam et sede cito scribe quinquaginta. Deinde alii dixit tu vero quantum debes. Qui ait Centum choros tritici. Ait illi accipe litteras tuas et scribe octoginta. Cados grece amphora est continens urnas tres. Chorus vero modios complectitur triginta. Quod autem de centum cadis quinquaginta sibi fecit a debitore et de centum choris tritici octoginta ad nichil aliud valere arbitror nisi ut ea que similiter mandat sacerdotes et levitas indoctos quisque operatur in ecclesia abundet iusticia eius super scribarum et phariseorum ut cum decimas dederint isti dimidias dent sicut non de fructibus sed de ipsis bonis suis que fecerunt Zacheus aut certe duplicat decimas ut duas decimas dando super impendia maiora. Nisi forte quis simpliciter accipiendum putet quod et dominus omnis indigentia cuiuslibet pauperis sive debitoris vel ex dimidia vel certe ex quinta parte quantum viginti vel quinquaginta ad centum sunt alleviandi certa sue nunc sit mercedis donandi.

Et laudavit dominus villicum iniquitatis quia prudenter fecisset quia filii huius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. Audiant sapientes huius seculi ut stultam sapientiam deserant et sapientem dei stulticiam querant discere. quanti eorum sapientiam divina experientia estimavit quos non vere prudentes sed in generatione sua prudentes esse commemorat. Iuxta hoc quod alibi dicitur ve qui sapientes estis in oculis vestris et coram vobismetipsis prudentes memor et amatores et cetere vite filios lucis appellandi non aliud eos qui sapientes sunt ut faciant mala bene autem facere nescierunt quos filios arguit esse tenebrarum. filii autem lucis et filii huius seculi vocantur quomodo filii regni et filii perditionis cuiusque enim agit quisque operas eius cognominatur et filius.

Et ego dico vobis facite vobis amicos de mamona iniquitatis ut cum defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula. Mamona iniquitatis ob hoc appellat istam pecuniam quam possidemus ad tempus. mamona divicie interpretantur. Nec sunt iste divicie nisi iniquis qui in eis constituunt spem atque copiam beatitudinis sic a iustis vero cum hec possidentur est quidem ista pecunia sed non sunt

illis diuinae nisi celestes et spirituales qui
in egentiam suam spiritualiter suppletos
exclusa egestate miserie beatitudinis
copia ditabuntur Si autem hii qui
prebent elemosinam de iniquo mam-
mona faciunt sibi amicos a quibus
in eterna tabernacula recipiantur quanto
magis hii qui spirituales largiuntur
elemosinas qui dant cibaria conseruis
suis in tempore suo certissima debet spe summe
retributionis erigi et largitorem omnium bo-
norum dominum nostrum ihesum christum cum
patre et cetera. Omelia eiusdem Johannis

Quis sit vilicus iniquitatis cui dominus
noster laudatur cum vellet inuesti-
gare de quo fonte processerit reuolui
volumen ewangelicum et inter cetera
reperi quod appropinquantibus saluatori
publicani et peccatores ut audirent eum
murmurabant pharisei et scribe dicentes
quoniam iste peccatores recipit et manducat
cum eis qui locutus est eis parabolam
centum ouium et vnius perdite que in-
uenta pastoris humeris reportata est
Et cum esset posita statim intulit Dico
vobis quia ita gaudium erit in celo super
vno peccatore penitenciam agente quam
super nonaginta nouem iustis qui non
habent opus penitencie. Aliam quoque
parabolam decem dragmarum et vnius
perdite atque reperte cum proposuisset simili
eam fine compleuit Sic dico vobis
gaudium erit coram angelis dei super
vno peccatore penitenciam agente Tertiam quoque
parabolam proposuit hominis duos filios ha-
bentis diuidentis inter eos substantiam cuius
minor facultatibus perditis egere cepisset
et comederet siliquas porcorum cibum reuer-
sus est ad patrem susceptus est alter fi-
lius quoque in inuidus senior patris voce cor-
ripitur quia letari debuit et gaudere
quia frater eius mortuus fuerat et
reuixit perierat et inuentus est Has

tres parabolas contra phariseos et scribas lo-
cutus est qui nolebant accipere peniten-
tenciam peccatorum et publicanorum salutem
Dicebat autem ad discipulos suos hanc
dubium quin parabolam sicut prius ad scri-
bas et phariseos qua parabola ad clemenciam
hortaretur discipulos et aliis verbis di-
ceret dimittite et dimittetur vobis Et
in oratione dominica libera fronte postulare
dimitte nobis debita nostra et cetera Ordine est
ergo parabola ad clemenciam discipulos
prouocantis Homo quidam erat diues
qui habebat vilicum siue dispensatorem
hoc autem yconomos signat vilicus
autem proprie ville gubernator est Unde
et a villa vilicus nomen accepit Ycono-
mos autem tam pecunie quam frugum
et omnium que dominus possidet dispensator est
Unde et yconomicus Zenophontis pulcher-
rimus liber est qui non gubernatorem
ville sed dispensatorem vniuerse domus
Tullio interpretante signat Iste igitur dispen-
sator accusatus est ad dominum suum quod
dissipasset substantiam eius Cui vocato
dixit Quid hoc audio de te Redde racio-
nem villicationis dispensationis Neque enim
iam vltra dispensabere Cui dixit intra
metipso Quid faciam quia dominus meus
aufert a me dispensationem fodere non
valeo mendicare erubesco Scio quid faciam
ut quando sublata michi fuerit dispen-
satio suscipiant me in domos suas Voca-
tis itaque singulis debitoribus domini sui et dixit
primo Quantum debes domino meo Cui dixit
ait ei Centum cados olei Dixit illi Accipe
cautionem tuam et sede cito scribe quin-
quaginta Deinde ad alium dixit Tu vero
quantum debes At ille respondit Centum
choros tritici Dixit ei Tolle cautionem tuam
et scribe octuaginta Et laudauit dominus
vilicum siue dispensatorem iniquitatis
quod prudenter fecerit quia filii seculi

huius prudentiores sunt filiis lucis in generatione
sua Et ego dico vobis facite vobis ami-
cos de iniquo mamona ut cum defece-
ritis recipiant vos in eterna tabernacula
Qui fidelis est in minimo et in maiori fidelis
est qui in minimo iniquus est et in maiori
iniquus erit Si ergo iniquo mamona
fideles non fuistis quod verum est quis
credet vobis Et si in alieno fideles non
fuistis quod vestrum est quis dabit vobis
Nemo servus potest duobus dominis servire
aut enim unum habet odio et alterum dili-
get aut unum audiet et alium contemp-
net non potestis deo servire et mamo-
ne Audiebant hec omnia pharisei qui erant
avari et deridebant illum Totum huius
parabole textum posui ut non nobis in-
tellectum aliunde queramus et in parabola
certius utamur invenire personas sed
interpretemur eam quasi parabolam hoc
est similitudinem que ab eo dicitur
quod ab altero parabolam assimulatur
quasi umbra premium veritatis est
Si ergo dispensator iniquus mamone do-
mini voce laudatur quod de re iniqua
sibi iustitiam preparaverit et passus
dispendium dominus laudat dispensatoris
prudentiam quod adversus dominum quidem
fraudulenter sed pro se prudenter egerit
quanto magis Christus qui nullum
dampnum sustinere potest et pronus est
ad clementiam laudabit discipulos suos
si in eos qui credituri sibi sunt misericor-
des fuerint Denique post parabolam in-
tulit Et ego dico vobis facite vobis ami-
cos de iniquo mamona Mamona autem
non hebreo sed syro lingwa divicie
nuncupantur quod de iniquitate collecte
sunt Si ergo iniquitas bene dispensa-
ta vertitur in iustitiam quanto magis
sermo divinus in quo nulla est iniquitas
qui apostolis traditus est si bene fuit dispen-
satus dispensatorem levabit in celum

quam obrem sequitur Qui fidelis est
in minimo hoc est in carnalibus et in multo
fidelis erit i. in spiritualibus qui autem
in parvo iniquus est ut non det fratribus
ad utendum quod a deo est omnibus
creatum iste spiritualem pecuniam dividen-
do iniquus erit ut non pro necessitate
sed pro personis doctrinam domini dividat
Si autem carnales divicias non
fideliter non bene dispensat veras
eternasque divitias doctrine dei quis
det vobis Et si in hiis que aliena
sunt alienum autem nobis est omne
quod seculi est infideles fuistis ea que
vestra sunt et proprie homini deputata
quis credet vobis Unde corripit ava-
riciam et dicit eum qui amat pe-
cuniam deum amare non posse et
et apertius insinuat si velint amare
deum esse pecunias contempnendas
Unde et scribe et pharisei qui erant
avari adversum se dictam intelli-
gentes parabolam subsannabant
eum carnalia et certe potencia
spiritualibus ac futuris et quasi incerta
preponentes Theophilus antiochie
ecclesie septimus post petrum apostolum
episcopus qui quatuor evangelistarum
in unum opus dicta compingens in-
genii sui nobis monumenta dimisit
hoc super hac parabola in suis commenta-
riis est locutus Dives qui habebat
villicum sive dispensatorem deus
omnipotens est quo nichil est dicius huius
dispensator Paulus qui ad pedes
gamaliel sacras litteras didicit
legem domini susceperat dispensandam
qui cum cepisset credentes in christo
persequi ligare occidere et omnem
domum sui dissipare severiter correptus
est a domino Saule Saule quid me
persequeris durum est tibi contra stimulum

calatitate. dixitque in corde suo. Scio quid faciam quia magister fui et melius regere esse discipulus et operarius fodere non valeo omnia enim mandata legis que terre incubabant tamquam destructa et legem et prophetas usque ad iohannem baptistam esse finitos mendicare erubesco ut qui doctor fuerim indoctorum rector gentium et a discipulo anania salutis mendicare doctrinam. Scio itaque igitur quod michi vale esse intelligo ut postquam ejectus fuero de villicatione mea recipiant me christiani in domos suas. Cepitque eos qui prius versabantur in lege et sic in proposito viderant ut arbitrarentur se in lege iustificandos docere legem abolitam et prophetas preterisse et que ante pro lucro fuerant reputari in stercora. Vocavit itaque duos de plurimis debitoribus primum qui dicebat centum cados olei eos scilicet qui fuerant ex gentibus congregati et magna indigebant misericordia dei et de centenario numero qui plenus est atque perfectus scribere quinquagenarium qui proprium penitentium est nota electam Iob et illam in evangelio parabolam in qua alteri quingenta alteri quinquaginta denarii dimittuntur. Secundum autem vocavit populum iudeorum qui tritici mandatorum dei nutritus erat et debebant ei centenarium numerum et coegit ut de centum octoginta faceret id est crederet in dominum resurrectionem que octavi diei numero continetur et de octo complet decalibus ut de sabbato transiret ad primam sabbati. Observant causa adiunno sebitatur quod bene fecerit et proposuit sua in evangelii clementiam de legis austeritate imitatus sit

ex quod se quesierit quare notetur villicus iniquitatis iudici qui lege est iniquus erat villicus qui bene quidem offerebat sed non bene dividebat credens impatientem sed filium pregnans habens deum omnipotentem sed christum suum negans prius deinde. itaque erat paulus apostolus in transgressione legis filius quondam lucis qui in lege servati christum qui dei patris verbum sumere est providerunt ambrosius mediolanensis episcopus quid de hoc loco senserit in commentariis eius legere poteris. Origenis et didimi in hanc parabolam explanationem invenire non potui et utrum oblita sit temporum vetustate an ipsi non scripserint incertum habeo michi interim pervenit interpretationem hoc videtur quod de iniquo mammona debeamus nobis amicos facere non quoslibet pauperes sed eos qui nos possint recipere in domos suas et eterna tabernacula ut cum eis parva plurimum recipiamus ab eis magna et dantes aliena vestra suscipiamus et seminantes in benedictione metamus benedictionem. Dixi cum sermone ut per eum invenit

Dnica x p trinit

Cum appropinquaret ihesus iherusalem videns civitatem flevit super illam dicens quia si cognovisses et tu. Et quidem in hac die tua que ad pacem tibi. nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.

Omelia Gregorii

Lectionem brevem sancti evangelii breviter si possum volo sermone percurrere ut illa in ea per expositionem detur intentio qui sciunt opprime multa cogitare. Quod flente domino illa iherosolimorum subversio describitur que a vespasiano et tito romanis principibus facta est nullus qui historiam eversionis

eiusdem legis ignorat. Romani enim prin-
cipes denunciantur cum dicitur: Quia
venient dies in te et circumdabunt te
inimici vallo et circumdabunt te et co-
angustabunt te undique et ad terram
consternent te et filios tuos qui in te
sunt. Hoc quoque quod additur: Et non
relinquent in te lapidem super lapidem
Ipsa etiam eiusdem civitatis transmi-
gratio testatur, quia dum nunc in eo
loco constructa est ubi extra portam
fuerat dominus crucifixus prior illa Ihe-
rusalem ut dicitur funditus est ever-
sa. Cui quoque qua culpa eversionis sue
pena fuerat illata subiungitur: Eo
quod non cognoveris tempus vi-
sitationis tue. Creator quippe omnium
per incarnationis sue misterium hanc
visitare dignatus est, sed ipsa timo-
ris et amoris illius ~~non~~ recordata
non est. Unde et per prophetam in incre-
patione cordis humani aves celi
ad testimonium deducuntur. Cum
dicitur: Milvus in celo cognovit tempus
suum, turtur et hirundo et ciconia cu-
stodierunt tempus adventus sui, po-
pulus autem meus non cognovit iudi-
cium dei. Sed querendum nobis est
quid sit quod dicitur: Videns civitatem
flevit super illam dicens: Quia si cog-
novisses et tu. Flevit etenim pius re-
demptor ruinam perfide civitatis
quam ipsa civitas sibi non cognosce-
bat esse venturam. Cui a flente domino
recte dicitur: Quia si cognovisses et
tu, subaudis fleres, que modo quia nescis
quod immineat exultas. Unde et subditur:
Et quidem in hac die tua que ad pacem
tibi sunt. Cum enim carnis se voluptati-
bus daret et ventura mala non pro-
spiceret in die sua que ad pacem ei po-

terant habebat. Cur ergo bona presentia
ad pacem habuit manifestatur cum
subditur: Nunc autem abscondita
sunt ab oculis tuis. Si enim a cordis
eius oculis mala que imminerent
abscondita non essent, leta in pro-
speris non fuisset. Unde mox
etiam pena que de romanis ut di-
xi principibus ~~ut dixi~~ imminebat ad-
iuncta est, quia destructa. Quid dominus fe-
cerit subditur: Quia ingressus tem-
plum cepit eicere vendentes de
illo et ementes dicens illis: Scrip-
tum est quia domus mea domus
orationis est, vos autem fecistis illam
speluncam latronum. Qui enim narra-
vit mala ventura, protinus in tem-
plum ingressus est ut de illo vende-
tes et ementes eiceret, profecto inno-
tuit quia ruina populi maxime
culpa sacerdotum fuit. Eversionem
quippe describens sed vendentes de
templo et ementes feriens, mox
effectu sui operis ostendit unde ra-
dix prodiit perditionis. Sunt autem
clarum tamen aliis testantibus didicimus in
templo columbe vendebantur. Et
quid per columbas nisi spiritus sancti do-
num accipitur. Sed vendentes et
ementes de templo eliminat quia
vel eos qui per manus impositionem ma-
num tribuunt, vel eos qui donum
sancti spiritus emere nituntur dampn-
nat. De quo mox subditur: Domus
mea domus orationis est, vos autem
fecistis illam speluncam latronum.
Qui enim ad accipienda munera in tem-
plo residebant profecto quia quibus-
dam non dantibus lesiones ingere-
rent, dubium non erat domus dei.

oronis spelunca latronum facta fuerat qui ad hoc in templo assistere noverant ut aut non dantes munera studerent ut corporaliter perimerent aut dantes spiritualiter necare. Quia vero redemptor noster predicationis verba nec indignis ingratis subtrahit postquam discipline vigore eiciendo perversos tenuit donum mox gratie ostendit. Nam subditur Et erat cotidie docens in templo. Hoc iuxta historiam breviter tractando discurrimus. Sed quia eversa Iherusalem nominatur atque eversionem suam in melius commutatam quia expulsos latrones de templo atque iam ipsum templum erutum scimus debemus operibus peioribus intorsimus aliquam similitudinem trahe atque eversis edificiis parietum morum ruinam time. Videns enim civitatem flevit super illam dicens Quia si cognovisses et tu. Hoc semel egit cum periturum civitatem esse denuntiavit. Hoc cotidie redemptor per electos suos agere nullatenus cessat, cum quosdam post bonam vitam ad mores reprobos prorupisse considerat. Plangit enim eos qui nesciunt cur plangantur. Quia iuxta Salomonis verba letantur cum male fecerint et exultant in rebus pessimis. Qui si dampnationem suam que eis imminet agnovissent, semetipsos cum lacrimis delictorum plangerent. Vere autem perdite anime sententia que subditur convenit Et quidem in hac die tua que ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Sua hic diem habet anima perversa que ad transitoria gaudens in tempore cui ea que assunt ad pacem sunt. Omnia enim

Omnia tunc futura vel tunc ea que abscondita tibi in hac die tua ad pacem et tibi est fleres

ex rebus temporalibus letatur, dum honoribus extollitur, dum in carnis voluptate resolvitur, dum nulla venture pene formidine terretur, pacem habet in die sua, que gravare dampnationis sue scandalum in die habebit aliena. Tunc enim affligenda est, ubi iusti letabuntur. Et cuncta que modo ei ad pacem sunt, tunc in amaritudinem rixe vertentur, quia rixam secum incipit, cum dampnationem quam patitur non expavit, cum aspicientibus malis sequentibus oculos clausit. Unde ei dicitur Nunc autem abscondita sunt ab oculis. Perversa quippe anima rebus presentibus dedita, inferius voluptatibus resoluta abscondit sibi mala ~~presentia~~ sequentia, quia providere refugit futura que presentem perturbant letitiam. Dum ~~[illegible]~~ impia vite oblectationem se dedit, quid aliud quam clausis oculis ad ignem vadit. Unde scriptum est In die bonorum ne immemor sis malorum. Et unde Paulum dicitur Qui gaudent tamquam non gaudentes sint. Quia et si qua est presentis temporis ita est agenda letitia, ut numquam amaritudo sequentis iudicii recedat a memoria. Quatenus dum mens pavida venientis ultionis timore transfigitur, quantum in presenti letitia, tantum post ira subsequente temperetur. Hinc namque scriptum est Beatus homo qui semper est pavidus. Qui enim vero mente est dure corruit in malum. Sequentis enim ire iudicium tanto tunc districtior portabitur, quanto nunc minus pars nunc timetur. Sequitur Quia venient dies in te et circumdabunt te inimici tui vallo. Qui inquam sunt humane anime inimici maiores quam maligni spiritus qui hanc exeuntem

Sophonie
Dies illa dies ire dies angustie
Ducunt in bonis dies suos
Job xxi

Las mich ein gut mut haben der pfaff mache mir sulch rede betrübst du mir das gemute

y me du mosist gar liche freude an dir y me ...

obsident. Obsident quam in terrenis amore positam deceptoriis delectationibus fovent; quam vallo circumdant, quia ante mentis eius oculos reductis iniquitatibus quas perpetravit, hanc ad societatem sue dampnationis trahentes coartant, ut in ipsa iam extremitate vite deprehensa et quibus hostibus circumclusa sit videat, et [tamen] evadendi aditum invenire non possit, quia operari iam bona non licet, que [cum] licuit agere contempsit. Quibus adhuc apte quod sequitur intelligi valeat: Circumdabunt te et coangustabunt te undique. Maligni quippe spiritus undique animam coangustant, quando ei non solum operis, verum etiam locutionis atque insuper cogitationis iniquitates replicant, ut que prius se in multa dilataverat in scelere, ad extremum de omnibus angustetur in retributione. Sequitur: Et ad terram consternent te et filios tuos qui in te sunt. Tunc anima per cogitationem reatus sui ad terram consternitur, cum caro quam vitam suam credidit redire ad pulverem urgetur. Tunc in morte filii eius cadunt, cum cogitationes illicite que modo ex illa prodeunt in extrema vite ultione dissipantur, sicut scriptum est: In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Que scilicet dum cogitationes intelligi etiam per lapidum significationem valent. Nam sequitur: Et non relinquent in te lapidem super lapidem. Perversa etenim mens cum perverse cogitationi adhuc adversiorem addicit, quid aliud quam lapidem super lapidem ponit? Sed in destructa civitate super lapidem lapis non relinquitur, quia dum ad ultionem suam anima ducitur, omnis ab illa cogitationum suarum destructio dissipatur. Que cuncta idcirco patiatur, hoc adiungitur: Eo quod non cognoveris tempus visitationis tue. Perversam namque animam omnipotens deus modis multis visitare consuevit. Nam assidue hanc visitat precepto, aliquando aut flagello, aut miraculo, ut et vera que nesciebat audiat, et tamen adhuc superbiens atque contempnens aut dolore compuncta redeat, aut beneficiis devicta malum quod fecit erubescat. Sed quia sue visitationis tempus minime cognoscit, in extremo vite inimicis traditur, cum quibus in eterno iudicio dampnationis perpetue societate colligatur. Sicut scriptum est: Cum vadis cum adversario tuo ad principem, in via da operam liberari ab illo, ne forte tradat te iudici, et iudex tradat te exactori, et exactor mittat te in carcerem. Adversarius quippe noster est in via sermo dei contrarius nostris carnalibus desideriis in presenti vita. A quo ipse liberatur qui preceptis eius humiliter subditur. Alioquin adversarius tradet te iudici, et iudex tradet te exactori, quia ex sermone domini contemptor reus peccator tenebitur in examine iudicis. Quem iudex exactori tradet, quia hunc maligno spiritui ad ultorem trahere permittitur, ut compulsam animam exigat ipse ad penam, que ei ad culpam sponte consensit. Exactor quippe mittit in carcerem, qui per malignum spiritum in inferno detruditur, quousque dies iudicii veniat, ex quo iam in inferni ignibus simul et ipse cruciatur. Expleta igitur perditione civitatis, quam nos ad perditionis anime similitudinem traximus, protinus subditur: Et ingressus in templum cepit eicere vendentes et ementes in illo. Sicut templum dei

in civitate est, ita in plebe fideli vita
religiosorum. Et saepe nonnulli religi-
onis habitum sumunt et dum sacro-
rum ordinum locum percipiunt sanctae
religionis officium in commercium terre-
nae negotiationis trahunt. Vendentes
quippe in templo sunt qui hoc quod quo-
busdam iure competit ad pretium largi-
untur. Iustitiam enim vendere est hanc
pro premii acceptione servare. Ementes
vero in templo sunt qui dum hoc
quod proximo debitum
est nolunt dumque rem iustam debitam
facere contempnunt dato patronis
premio emunt peccatum quibus bene
dicitur Domus mea domus orationis
vocabitur. Vos autem fecistis illam spelun-
cam latronum. Quia dum multi per-
versi locum religionis tenent ibi mali-
tiae suae gladiis occidunt ubi iustifi-
care proximum orationis suae intercessione
debuerunt. Templum quoque et domus
dei est ipsa mens atque conscientia fidelium
quae si quando in laesionem proximi per-
versas cogitationes profert quasi in
spelunca latrones resident et simpli-
citer gradientes interficiunt quando in eos
qui in nullo rei sunt laesionis gladios
defigunt. Mens enim fidelium non iam
domus orationis sed spelunca latronum
est quando relicta innocentia et sim-
plicitate sanctitatis illud conatur a-
gere unde valeat proximis nocere.
Sed quia contra perversa haec omnia
verbis redemptoris nostri paginas inde-
sinenter instruimur. Nunc vero quid hoc
agitur quod factum fuisse perhibe-
tur cum dicitur: Et erat cottidie do-
cens in templo. Cum enim mentes
fidelium ad cavenda mala subtili-
ter erudit cottidie veritas in templo
docet. Sed sciendum nobis est quod

veritatis verbis mentes erudimur si ex-
trema nostra formidolose et indesinenter
aspicimus. Iuxta hoc quod per quendam
sapientem dicitur: In omnibus operibus
tuis memorare novissima tua et
in aeternum non peccabis. Pensare ergo
cottidie debemus quod percussae voce
nostri redemptoris audivimus: Et quidem
in hac die tua quae ad pacem tibi nunc
autem abscondita sunt ab oculis tu-
is. Dum enim districtus iudex sustinet
et ad hunc manum non exerit in percus-
sione et dum aeternae ultionis
flagellum esse quaedam tempus securitatis
videtur debemus pensare malum
quod sequitur. Perituros gementes
gementes vitare ea quae commisimus
peccata indesinenter aspicere aspicientes
flere flentes abstergere. Nulla nos
prosperitas transitoriae laetitiae dissol-
vat nec mentis nostrae oculos ea quae
sunt transitoria obstruant ne caecos
ad ignem ducant. Si enim districte
pensetur cuius sit ponderis in praesenti
tempore vitae cognoscitur cuius ne-
gligenti et futura non prospicienti
dicitur: Et quidem in hac die tua quae
ad pacem tibi, nunc autem abscondita
ab oculis tuis. Nam cogitandum valde
est quantum nobis terribilis hora
nostrae resolutionis quae paene mentis
quanta autem tunc omnium malorum
memoria quae oblivio transactae fe-
licitatis quae formido et consideratio
iudicis. Quid ergo nobis est de praeteritis
ad delectationem debet quando currentibus
currentibus simul non valet currere
quod manet quando et hoc funditus
finitur quod diligitur et aliud incipit
ubi dolor nunquam finitur. Tunc malig-
nus spiritus egrediente anima sua

opera requirunt tunc mala que sua
fuerint replicant ut secum ad tormenta
trahant Sed cur e diverso solum
modo animam dicimus cum ad electos
quosque egredientes veniunt ut suum
in illis si prevaleant aliquid requirant
no Unus autem in hominibus extitit qui
ante passionem suam libere dice-
re potuit Iam non multa loquar vobiscum
venit enim princeps mundi huius et in
me non habet quicquam quia enim
hunc mortalem hominem vidit sum-
in illo mundi princeps aliquid invenire
posse credidit qui sine ullo peccato animi-
di corruptione cepit qui sine peccato
ad mundum venit hoc de se contra mundi
principem nec Petrus dicere presumpsit
qui audire meruit Quecumque liga-
veris super terram erunt ligata et in celis et
quecumque solveris super terram erunt
soluta et in celis hoc nec Paulus di-
cere presumpsit qui priusquam mortis
debitum solveret ad celi tercium secreta perve-
nit hoc nec Johannes dicere ausus
est qui pro amore precipuo in redempto-
ris sui pectore in cena recubuit Na-
tum propheta dicit Ecce enim in iniquita-
tibus conceptus sum et in delictis pe-
perit me mater mea Sine culpa in
mundo esse non potuit qui in mundum
venit hinc namque idem propheta ait Non
iustificabitur in conspectu tuo omnis
vivens hinc Salomon ait Non est
homo iustus in terra qui faciat
bonum et non peccet hinc Iohannes
dicit Si dixerimus quia peccatum non
habemus nos ipsos seducimus et veritas
in nobis non est hinc Iacobus ait In
multis enim offendimus omnes Constat
enim quia omnes qui de carnis delectatione
concepti sunt Incorruptum procul dubio

vel actione vel locutione vel cogita-
tione aliquid suum princeps huius mundi
habuit Sed idcirco illos vel potest
rapere vel prius tenere non potuit
quia eos ille a debitis suis eripuit.
qui pro nobis sine debito mortis debi-
tum solvit et nos ideo subire ho-
stis nostri debita iura non te-
nent quia pro nobis mediator dei et
hominum homo Christus Ihesus gratuite red-
didit quod non debebat Qui enim
pro nobis mortem carnis indebitam
reddidit nos a debita morte libera-
vit Dicit ergo Venit enim princeps huius
mundi et in me non habet quicquam
Unde nobis cogitandum est et cum
magnis cottidie fletibus cogitandum
quam serius quam terribilis sua
in nobis opera requirens audire no-
stri exitus princeps huius mundi veni-
et Si etiam ad deum carne mori-
entem venit et in illo aliquid quesi-
vit neque invenire nil potuit quid
utique nos miseri dicturi quid acturi
sumus qui innumerabilia mala commisimus
quid requirenti adversario et mul-
ta sua in nobis invenienti dicemus
nisi solum quod nobis est certum
refugium solida spes quia unum
cum illo facti sumus in quo princeps
huius mundi et suum aliquid requi-
sivit et invenire nihil potuit et
solus est inter mortuos liber et capti-
vam servitio teneri libertate solvi-
mur quia ei qui vere liber est uni-
mur Constat enim nos negare pos-
sumus sed veraciter [illegible] fatemur quia
princeps huius mundi [illegible] habet in nobis
multa sed tamen mortis nostre tempore
iam nos rapere non valet quia eius
membra effecti sumus in quo non est

quidquam. Sed quid prodest quod eidem
redemptori nostro per fidem iungimur
si ab eo moribus disiungamur. Ipse enim
dicit. Non omnis qui dicit michi domine
domine intrabit in regnum celorum
sed qui facit voluntatem patris mei
qui in celis est. Recta ergo opera cum
fidei iungenda sunt. Quia quem feriis
precotidiana lamenta diluimus
et nisi factas iniquitates surgen-
tia ab amore dei et proximi recta opera
recte fidei iungenda separant. Nulla quippe
possumus fratribus impendere bona re-
cusemus. Caput enim aliter redemp-
toris nostri membra efficimur nisi
inherendo deo et compatiendo proximo.
Sed quia ad amorem dei et proximi
plerumque corda audientium plus
exempla quam verba excitant, ca-
ritati vestre indicare studeo quod is
qui presto est filius meus Epypha-
nius diaconus de Ysauria provincia
exortus in bitinia factum terra li-
caonie solet narrare mirabile. Ait
enim quod inibi quidam Martirius
nomine vite valde venerabilis mo-
nachus fuit qui ex suo monasterio visi-
tationis gratia ad aliud monaste-
rium tendebat cui spiritualis pater
preerat. Pergens itaque leprosum quen-
dam quem diversis vulneribus elepha-
tinus morbus per membra fedaverat
invenit in via volentem ad suum hospi-
tium redire et pre lassitudine non
valentem. Ipso vero itinere habere se
perhibebat hospitium quo idem marti-
rius monachus ire festinavit. Vir
autem dei eiusdem leprosi lassitudi-
ni misertus pallium quo vestiebatur
in terram protinus proiecit et expandit
ac desuper leprosum posuit eumque

suo pallio undique constrictum super
humeros suos levavit secumque
veniens detulit. Cumque iam mona-
sterii foribus propinquaret spiritualis
pater eiusdem monasterii magnis
clamare vocibus cepit. Currite ia-
nuas monasterii citius aperite quia fra-
ter martirius venit dominum portans. Sta-
tim vero ut martirius ad monasterii
aditum pervenit is qui leprosus
esse putabatur de collo eius desiliens
et in ea specie apparens qua recognosci ab
omnibus solet forma redemptor
humani generis deus homo
ihesus christus ad celum martirio as-
piciente rediit. Cuique ascendens dixit
Martiri tu me non erubuisti super
terram. Ego te non erubescam super
celos. Qui sanctus vir mox ut est
monasterium ingressus, pater ei mona-
sterii dixit. Frater martiri ubi est
ille quem portabas. Cui ille respondit
dicens. Ego si scivissem quis esset, pe-
des eius tenuissem. Tunc idem mar-
tirius narrabat quia cum eum por-
taret pondus eius minime sensisset.
Nec mirum. Quomodo enim pondus eius
sentire potuisset vel portare qui por-
tantem portabat. Qua in re pensan-
dum nobis est quantum fraterna
compassio valeat, quando nos om-
nipotenti deo compassionis misericor-
die visceribus coniungat. Inde etenim ei
qui est super omnia appropinquamus unde
nos per compassionem proximi etiam
sub nosmetipsos deponimus. In rebus
corporalibus certum est. Nemo alta tan-
git nisi qui tenditur. In rebus vero spiritua-
libus certum est, quia quanto plus
per compassionem attrahimur, tanto al-
tius verius appropinquamus. Ecce enim

redemptor humani generis ad edifi
cationem nostram innuere sufficit quod
in extremo iudicio dicturum se esse
perhibuit. Quamdiu fecistis uni ex mini[mis]
et ante iudicium hoc nobis ostenderet
quod dixisset ut videlicet denunciaret
quia qui se ipsum bona opera indigen
tibus exhibet ei hec specialiter impendit
cuius hec amore exhibuit et tanto in
se plus quisquis maiorem mercedem
recipit quanto nec eum despicit qui
amplius despiciendus videtur. Quid
enim in humana carne sublimius
carne christi que est super angelos
exaltata. Et quid in humana car
ne abiectius carne leprosi que tu
mescentibus vulneribus scinditur exa
lantibus fetoribus impletur. Sed ecce
in specie leprosi apparuit et is qui
est venerandus super omnia videri de
spectus infra omnia dedignatus non
est. Cur hoc nisi ut nos sensu tardi
ores amoneret quanto quisquis ei
qui in celo est festinat assistere hu
mani intra et compati etiam abi
ectis et despectabilibus fratribus non re
cusat. Loqui caritati vix decerne
ram subbrevitate sed quia non est
in homine nostro cuius deserere sermo
retineri non potest quem disponit
ipse de quo loquimur Jhesus cristus
dominus noster qui vivit et [regnat] Dominica xi s. Luce

In illo tempore dixit Jhesus ad quosdam
qui in se confidebant tamquam iusti
et aspernabantur ceteros parabolam
istam. Duo homines ascenderunt in
templum ut orarent unus pha
riseus et alter publicanus. Omelia Augustini

Publicanus humiliter orans ad
[S]adillo prefate videte hoc est certe
membra premere de quibus est dici

Deus autem facit vindictam electorum suorum
clamantium ad se. Phariseus autem
morte iactatus ad ea de quibus terribilis
in conclusione sententia subditur. Veni
tamen filius hominis veniens putas
inveniet fidem in terra. Phariseus stat
hec apud se orabat dicens Deus gra
tias tibi ago quia non sum sicut ce
teri hominum raptores iniusti adulteri
velut etiam hic publicanus. Quatu
or sunt species quibus omnis tumor
arrogantium demonstratur. Cum
bonum aut a semetipsis habere se esti
mant aut sibi datum desuper pro ce
dunt aut ipsius se hoc accepisse me
ritis putant aut certe cum iactant
se habere quod non habent aut de
spectis ceteris singulariter videri appetunt
hec quod habent. Qua phariseus
iste iactantie peste laborasse depre
henditur cum hodie de templo absque
iustificatione descendit qua bonorum
operum merita sibi quasi singulariter tri
buens oranti se publicano pretulit.
Jeiuno bis in sabbato decimas do omnium
que possideo. Hinc ezechiel propheta de
ostensis sibi celestibus animalibus scribit ma
nifeste. Et totum corpus plenum erat
oculis in circuitu ipsorum quatuor cor
pora quippe animalium idcirco plena
oculis describuntur quia sanctorum
actio ab omni parte circumspecta et bona
desiderabiliter providens mala solerter
cavens. Sed nos sepe dum aliis rebus
intendimus sic ut alia negligamus
Et dum negligamus ibi procul dubio
oculum non habemus. Nam ecce pha
riseus ad exhibendum abstinentiam
ad impendendum misericordiam ad refe
rendas deo gratias oculum habuerat
sed ad humilitatis custodiam non habebat

Et quid prodest quod contra insidias hostium pene tota civitas caute custoditur si unum foramen apertum relinquitur unde ab hostibus intretur. Et publicanus a longe stans nolebat nec oculos ad celum levare sed percuciebat pectus suum dicens Deus propicius esto michi peccatori. Amen dico vobis descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. Quantam venie fiduciam digne penitentibus prebet quod publicanus qui reatum nequicie sue perfecte cognovit flendo confessus est et si iniustus ad templum venit iustificatus a templo rediit. Typice autem phariseus Iudeorum est populus qui ex iustificationibus legis extollit merita sua Publicanus vero gentilis est qui longe a deo positus confitetur peccata sua quorum unus superbiendo recessit humiliatus alter lamentando appropinquare meruit exaltari. Quia omnis qui se humiliat exaltabitur. Et de utroque populo prefato et de omni superbo et humili recte potest intelligi sicut de illo quod alibi legimus Ante ruinam exaltabitur cor et ante gloriam humiliabitur. Orna(?) propter et de verbis elati pharisei quibus humiliari debuit et meruit possumus ex diverso formam humilitatis quam sibi sumere (?) assumere. Ut sicut ille confidentis et peior vitiis et suis virtutibus est elatus in ruinam ita nos non modicum peccata sed et meliora virtutibus iniquitate humiliemur ad gloriam ornate unusquisque nostrum hec apud se simpliciter ac suaviter observet Deus omnipotens miserere supplici tuo qui non sum sicut nimium servi tui contemptu seculi sublimes iusticie merito glorie castitatis laude angelici solent etiam multi illorum qui post flagicia publica penitendo tibi meruerunt esse devoti etiam si quid boni tua gratia largiente fecero sive quo quid agam qua vel discretione perficiat ignoro. Quia ut scriptura dicit Iudicia dei abissus multa. Hic enim novit omnia et non est quicquam absconditum coram oculis eius ipse enim solus vivit et regnat deus per omnia secula seculorum Amen.

Eadem est Bede presbyteri ead. est bede presbyteri

Quia parabolam suam dominus qua semper orare et non deficere docebat ita conclusit ut diceret veniente in terra difficile fidem in terra repperiendam ne quis sibi forte de superabundancia fidei congratulatione vel etiam confessione blandiretur mox altera iuncta parabola diligentius ostendit adeo fidei non verba precipua sed verba in quibus maxime regnat humilitas. Unde et hoc supra cum fidem grano sinapis minuto quidem compositione fragrancia compararet quasi apponendo subiunxit Cum feceritis omnia que precepta sunt dicite quia servi inutiles sumus etc. Contra superbi cum nequaquam omnia sed modicum eorum que precepta sunt faciant non solum mox de sua iusticia presumunt sed et infirmos quosque despiciunt atque ideo quasi fide vacui cum oraverint non exaudiuntur. Duo homines ascenderunt in templum ut orarent unus phariseus et alter publicanus. Publicani humiles omnes ad illa pertinent unde hic est ecclesie membra pertinet de quibus supra dicitur Deus autem faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se. Phariseus autem merita iactantes ad eas de quibus tribulis in conclusione sententia subditur Verumtamen filius hominis veniens putas inveniet fidem in terra. Phariseus stans hec apud se orabat dicens Gratias ago tibi domine deus quia non sum sicut ceteri homines.

raptores iniusti adulteri velut etiam
hic publicanus. Quatuor sunt species
quibus omnis timor arrogantium demon-
stratur cum bonum aut a semetipsis habere
se estimant. aut si sibi datum desuper
credunt. aut pro suis se hoc accepisse meri-
tis putant. aut certe cum iactant se habere
quod non habent. aut despectis ceteris
singulariter videri appetunt habere quod habent.
In quarta phariseus iste iactancie peste
laborasse deprehenditur quid ideo
de templo absque iustificatione descen-
dit quia bonorum operum merita sibi
quasi singulariter tenens ac tanti publica-
no se pretulit dicens Ieiuno bis in
sabbato decimas do omnium que possideo
Ezechiel propheta describens fidei celi
animalia dixit et totum corpus o-
culis plenum in circuitu ipsorum quatuor
corpora quippe animalium in circuitu ple-
na oculis describuntur quia sanctorum
actio ab omni parte circumspecta est bona
desiderabiliter providens mala solerter
cavens. Sed nos sepe dum aliis in-
tendimus sic ut negligimus et ubi
intendimus sic ut negligimus ibi procul dubio oculum non
habemus. Nam ecce phariseus ad ex-
hibendam maiestatem ad abstinentiam ad re-
ferendas deo gratias oculos habuerat
sed humilitatis custodiam non habebat
Et quid prodest quod contra hostium
insidias pene tota civitas caute cu-
stoditur si unum foramen apertum relin-
quitur unde ab hostibus intretur.
Et publicanus a longe stans nolebat nec
oculos ad celum levare sed percutie-
bat pectus suum dicens Deus propicius
esto michi peccatori Dico vobis descendit
hic iustificatus in domum suam ab illo
quantumcumque venie fiduciam digne penitenti

prebet quod publicanus qui reatum neque
ac sua esse perfecte cognovit flevit con-
fessus est. Et si iniustus ad templum
venit iustificatus a templo rediit.
Porro autem phariseus maiorum prelatus quam
iustificationibus suis extollit merita
sua publicanus vero gentiles qui
longe a deo positus confitetur peccata
sua quorum unus superbiendo recessit
humiliatus alter lamentando appropin-
quare meruit exaltatus quia omnis
qui se exaltat humiliabitur et qui se humi-
liat exaltabitur Et de utroque populo per
fato et de omni simplici vel homine recte
potest intelligi et illud quod alibi legi-
mus Ante ruinam exaltabitur cor
et ante gloriam humiliabitur. Quapropter
et de ubis elati pharisei quibus humili-
ari meruit possimus exemplis formam
humilitate qua sublimemur assimilare
ut sicut ille consideratione et peiorum bonis
et suis virtutibus est elatus ad ruinam
ita nos non solum in ad pigricia sed
et meliorum virtutibus inspectis humilie-
mur ad gloriam qualiter vivus simus
vero hoc apud te supplice ac submissus
obsecrant Deus omnipotens misericors supplici
tuo quia non sum sicut nimii secun-
dum contemptu seculi sublimes iusticie
mito gloriosi castitatis laude angeli-
ci velut etiam multi illorum qui post
flagicia publica penitendo tibi me-
ruerunt esse devoti qui etiam si quid
boni tua gracia largiente fecero quam
sine quam faciam qua te ac districtione
pereat ignoro. Dominica xij secundum marci — Dominica xij secundum marci

Illo tempore exiens ihesus de finibus
tiri venit per sydonem ad mare galilee
inter medios fines decapoleos et
reliqua. Omelia Bede — bede

Surdus iste et mutus quem mira-
bili curatum a domino cum eius
legeretur audiuimus genus designat
humanum in hiis que ab errore dya-
bolice deceptionis diuina meruit gra-
cia liberari. Obsurduit namque homo
ab audiendis uite verbis postquam mor-
tifera serpentis verba contra deum cum
dus audiuit mutus a laude conditoris
effectus est ex quo cum seductore collo-
quium habere presumpsit et muto clau-
sit aures ab audienda inter angelos
laude creatoris quas ad audiendam
eiusdem creatoris vituperacionem sermonibus
hostis in tantum apperuit muto claust-
os ad predicandum cum angelis lau-
dem creatoris quod velut ad meliorandum
eiusdem opus creatoris ubi vetiti
preuaricatione suis implevit et heu
miser genus humani defectus quod in radi-
ce vicioso germinauit vitiosius multo di-
latari cepit in propagine temporis ita ut
veniente in carne domino exceptis pau-
cis in iudea fidelibus totus pene mun-
dus ab agnicione et confessione veritatis
surdus careret et mutus. Sed ubi super-
habundauit peccatum superhabundauit et gracia.
Venit namque dominus ad mare galilee
ubi nouerat egrotare quem sanaret.
Venit sue gracia pietatis ad tumentia
turbida et instabilia gentium corda
quibus nouerat esse qui ad suam gra-
ciam pertinerent. Et bene inter medios
fines decapoleos ad mare galilee
ubi egrotum sanaret venisse perhibe-
tur quia relicto ob perfidiam populo qui deca-
logi mandata acceperat ceteras venit
ad gentes ut sicut johannes ait filios
dei qui erant dispersi congregaret in
unum. Et adducunt inquit ei surdum

et mutum et deprecabantur eum ut in-
ponat illi manum. Quia ipse surdus sal-
uatorem non potuit agnoscere mutus
rogare nequibat adducunt eum amici
et proximi salute domino supplicant. Sic ni-
mirum sit in spirituali necesse est cura oe
geratur ut si quis humana industria
ad auditum confessionemque veritatis co-
nuerti non potest diuine pietatis offe-
ratur aspectibus atque ad sanandum
eum superne manus flagitetur auxilium.
Nec tardat celestis medicina
si intenta precantium non hesitat nec
deficit oratio. Unde statim subiungitur
quia apprehendens egrotum ihesus
de turba seorsum misit digitos suos
in auriculas et expuens tetigit linguam
eius. Digitos quippe surdo in auriculas
mittit ut audiant cum per dona gracie
spiritualis dominum non credentes ad audi-
tum sui verbi conuertit. Expuens
linguam muti loqui ut audiat ta-
git cum et misterium predicacionis
racionem fidei quam confiteri debeat
prestat. Per digitos namque domini spiritus
sancti dona significantur et ipse dominus
dicens Si ego in digito dei eicio demo-
nia. Quod alius ewangelista mani-
festius ponit Si ego in spiritu dei eicio
demonia. Et psalmista ubi ait Quoniam
uidebo celos opera digitorum tuorum i.
videbo sanctos non sue virtute nito
sed tui numine spiritus a terrenis seppo-
sitos et celesti factos conuersacione sublimes.
Sputum quoque capitis et oris domini
verbum est eius quod opem invisibilis
diuinitatis humano amictu visibiliter
mundo ut sanari posset monstrare dig-
natus est. Notandum sane quod dominus
primus quam auriculas linguamque sa-
nandi tangeret egroti apprehendens
seorsum eum duxit de turba. Primum

namque salutis spes est quoslibet afflictos
uitiorum cumulis turbas deserere
et sic ad suscipiendam suauitatem munda
humiliter caput inclinare Neque uelatus
saluari putandus est quamdiu quis
inordinatis motibus ad hoc semper uariis
is uerbis delectatur turbulentis cogita-
tionibus ~~quo~~ non timet deuastari atque in-
spirante et adiuuante deo turbidam
priste conuersationis uitam mutauit
qui inspirationem diuine gratie corde con-
cepit qui uerbo doctrine celestis confes-
sionem uere didicit fidei restat ut con-
festim optata suauitatis gaudia con-
signatur Unde bene postquam de turba
segregat infirmum dominus postquam
digitos in auriculas mittit postquam
sputo tangit linguam illius suspexit
Suspirans in celum ingemuit ~~Unde~~
~~nobis speranda salus~~ Et ait illi ef-
feta quod est adaperire et statim aperte
sunt aures eius et solutum est uin-
culum lingue eius et recte sanatiuaque
egrum dominus suspicit in celum et inge-
muit ut ubi nobis speranda salus
et qua compunctionis uel lacrimarum sit
deuotione querenda ac petenda sig-
nificet suspiciens in celum ingemuit
quia nos quos ad celestia possiden-
da creauit longe in terrestria deiectos
esse doluit suspiciens in celum inge-
muit ut nobis qui a celestibus gau-
diis per terrena oblectamenta dissen-
simus ad hec per gemitum et suspiria
insinuaret esse redeundum Quod autem
ait Effeta quod est adaperire per
aures dicit sanandas quas surdi-
tas diutina clauserat sed ad audi-
endum iam tactus patefecit ipsius
Unde crede mos in ecclesia inoleuit ecce
ut sacerdotes illius typus eos ad perci-

piendis baptismi sacramentis preparant
primus inter cetera consecrationis eorum
dia de saliua sui oris nares tangunt
et aures dicentes Effeta Per saliuam
quidem oris sui gustum quo initi-
andi sunt superne sapientie designan-
tes per tactum uero narium ut abiec-
tis delectationibus noxiis solum Christi se
amplectantur odorem de quo dicit apostolus
Christi bonus odor sumus deo in omni
loco et ut meminerint si iuxta ex-
emplum beati Job donec superest halitus
in eis et spiritus dei in naribus eorum
non loqui iniquitatem labiis nec lin-
gua mendacium meditari debere per
tactum aurium ut relicto auditu
lingue nequiorum audiant uerba Christi
et faciant ea similes uiri pruden-
ti qui edificauit domum suam super
firmam petram et bonus quisque
nimirum fratres bene qui baptisma Christi
uite suscepit hoc ordine consecratus
est Omnes quidem qui salutare laua-
crum uel proximo hoc pasche tempore
uel aliquando alias uite suscepti
sunt quomodo sunt ordine consecran-
di Unde multum necesse est ut quibus
dominus in nobis pristinos abluere et sancti-
ficare dignatus est ipsi passim commi-
nare et pusillis pro timore timeamus
Sed et qui si sentiunt nequitie sordi-
dantes maculam festinemus rursum
lacrimarum et penitentie fonte mun-
dari renouemus animum puritate
quam nobis auditu fidei diuinitus
constitit fuisse collatam cauentes
de apostoli quod quibusdam exprobrans
ait Et a ueritate quidem auditum
auertent ad fabulas autem conuertentur

X corrige

corrige

cohibeamus linguam a malo que confes-
sione fidei sanctificata est ne inquinemus
ipsa qua benedicimus deum et patrem
maledicere homines qui ad ymaginem
dei facti sunt Qui enim putat se religi-
osum esse non refrenans linguam suam
huius vana est religio Ecce enim de-
[illegible] aperte sunt aures eius et solutum
est vinculum lingue eius et loquebatur
recte Qui ergo loqui recte baptismate
nostre tempore didicimus corde credendo
ad iustitiam ore autem confessionem
faciendo ad salutem Curandum summo
opere est ne post baptisma ad iniusta
et nociva verba declinemus Si enim
ipso iudice attestante Omne verbum
ociosum quod locuti fuerint homines
reddent de eo rationem in die iudicii
quid putamus fieri de illis qui non
solum ociosa sed et criminosa loquuntur
qui impudicicie lascivie et blasphemie
et quod maxime inimicabilet detractio-
nis sermonibus serviunt non timent qui
proferunt mendacia testes fallaces qui
seminant inter fratres discordias non
solum amabis antes linguam quam satis
est castigare loquelis si non imitata
psalmista inclinemus aurem nostram in
verba oris dei si non os meum loqua-
tur sapientiam et meditatio cordis mei pru-
dentiam sed et cunctos simul interiores et
exterioresque hominis nostri sensus qui tincti
in baptismo abluti sunt operum mundicie
et bonis operibus serviemus sursum semper
ornatos curato aut surdo et muto vi-
deamus quid sequitur Et precepit eis ne
illis ne cui dicerent Quanto eis autem
precipiebat tanto magis plus predicabat
et eo amplius admirabantur dicentes
Bene omnia fecit et surdos fecit audire

et mutos loqui Ornare fides bonum hanc accu-
credimus nequaquam nam estimandum est
quod unigenitus dei filius signum
faciens et abscondi hoc voluit et con-
tra voluntatem illius sit patefactum in
turbas nec potuerit silencio signum
tegere si vellet quod potuit facere tacitum
an forte nobis exemplum dare voluit
ut virtutum opera facientes vicem
iactantie pompam gloriamque vitemus
humanam ne bona nostra actio per
vulgi favorem superne retributionis mu-
nere privetur Et tamen sciamus opera
nostra si digna imitatione sunt nulla-
tenus posse celari sed ad utilitatem
fraterne correctionis ipso dispensante
patefieri qui dicit Non potest civi-
tas abscondi supra montem posita
Et alibi Omnia que in tenebris dixistis
in lumine dicentur et vera ita om-
nibus modis intelligenda est domini dispen-
satio precepti quod non ita tantum
dictum quis estimet quasi bona fa-
cientes fratres nos tacere debeamus
presertim cum dominus dicat Luceat
lux vestra coram hominibus ut videant
opera vestra bona sed ut propria que
fratribus ostendimus non laudem ab
illis sed profectum queramus hoc est
enim quod sequitur Et glorificent
patrem vestrum qui in celis est.
Nam qui ea intentione bona osten-
dunt opera ut ipsi soli laudentur
non autem ut laudantes in bono pro-
ficiant neque ut pater qui in celis
est glorificetur tales nimirum tribu-
li in temptatione plectendi sunt quia dicitur
Amen amen dico vobis receperunt
mercedem suam. Sed et hoc dicendum
quia si illi virtutes divinas facere
nequiverunt qui tacendi preceptum

accipiant multo amplius sic nobis diuine gratie precibus semper insistendum qui cottidianis interim nos verbis ac celestibus alimoniis refecti percipimur dicente apostolo Johanne Qui audit dicat veni id est qui dulcedinem superne aspirationis mente concepit qui verbum exhortationis quo valuit proximum suum confortare debeat dicat neque quam quod nouit silentio abscondat sed ipsum potius fratribus aperiendo communicet Si enim ea que nouimus bene proximis dicere bona non negligimus aderit ille in quo sunt omnes thesauri sapientie absconditi et per interim apte cognitionis ad perfectum nos lumen veritatis intimare dignabitur ihesus christus dominus noster vnigenitus patris Qui cum eo viuit et regnat

Dominica xiij post trinitatis

Illo tempore dixit ihesus discipulis suis Beati oculi qui vident que vos videtis et reliqua **Omelia Bede**

Non oculi scribarum et phariseorum qui corpus tantum domini videre sed illi beati oculi qui eius possunt cognoscere sacramenta de quibus dicitur Et reuelasti ea paruulis Beati oculi oculorum quibus et se et patrem filius reuelare dignatur Dico enim vobis quod multi prophete et reges voluerunt videre que vos videtis et non viderunt et audire que auditis et non audierunt Abraham exultauit ut videret diem christi vidit et gauisus est Ysaias quoque et Micheas et multi alii prophete viderunt gloriam domini qui et propterea videntes sunt appellati Sed omnes a longe aspicientes et salutantes per speculum in enigmate viderunt Apostoli autem in presentia habentes dominum conuescentes ei et quecumque voluissent interrogantes nequaquam per angelos et varias visionum species opus habebant doceri Quos vero lucas multos reges et prophetas dicit Matheus apertius prophetas et iustos appellat Ipsi sunt enim reges magni quia temptationum suarum motibus non consentiendo succumbere sed regendo preesse nouerunt Et ecce quidam legisperitus surrexit temptans eum et dicens Magister quid faciam et vitam eternam possidebo Legisperitus qui de vita eterna dominum temptans interrogat occasionem ut reor temptandi de ipsis domini sermonibus sumpsit ubi ait Gaudete quod nomina vestra scripta sunt in celis Sed ipsa temptatio declarat quam vera sit illa domini confessio qua patri loquitur quod abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis Et ille dixit ad eum In lege quid scriptum est quomodo legis At ille respondens ait Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex omnibus viribus tuis et ex omni mente tua et proximum tuum sicut te ipsum Dum legisperito respondit perfectum nobis saluator iter vite celestis ostendit Cum primo dilectionem dei et proximi legis scripta proponenti dicat Recte respondisti hoc fac et viues Deinde post inductam parabolam respondenti illum fuisse vulnerati proximum qui fecit misericordiam in illo adiecit Vade et fac similiter id est tali mente studio proximum tuum necesse habentem diligere et sustentare memento Apertissime declarans solam esse dilectionem dei et proximi non verbotenus ostentatam sed per operis exercitationem probatam que perpetuam ducit ad vitam Ille autem volens iustificare se ipsum dixit ad ihesum Et quis est proximus meus

Quanta inanis glorie dementia be-
spitus obvolvi favorem captandum
quo sapienter respondisse iactaret
primi se legis fructus ignorare ma-
datum vere inepta salvatoris sinceritate
sapiens et prudens in lege. sed quia
non humiliari cum parvulis Christi sed se
ipsum iustificare desiderabat beatos ocu-
los columbarum innocentie carere lo-
cos in quibus Christi archana videre
posset accipere recusans. Cui profecto
dominus ita rursum temperavit sermonem ut et
omnem qui misericordiam faceret cuilibet proxi-
mum doceret Et tamen hec eadem
parabola specialiter ipsum dei filium qui nobis
per humilitatem proximus fieri dignatus
est designaret. neque enim ita proximum
quem sicut nos diligere iubemur super
Christo interpretari debemus ut moralia
mutue fraternitatis instituta sub allegorie
regulis exterminare et auferre conemur
Suspiciens autem Ihesus dixit homo
quidam descendebat ab Iherusalem in Iericho
Homo iste Adam intelligitur in genere
humano. Iherusalem civitas pacis illa cele-
stis civitas beata a qua lapsus in hanc mor-
talem miseramque vitam devenit. que
bene Iericho que luna interpretatur significat
variis videlicet defectuum laboribus erro-
ribusque semper mutatam. Et incidit in latrones
latrones dyaboli et angelos eius intel-
lige in quos qui descendebat incidit
nam nisi prius intus intumesceret
foris temptatus tam facile non caderet
vera est enim satis sententia que dicit
ante ruinam exaltabitur cor tuum et etiam
despoliaverunt enim gloria et immortalitate
et innocentie veste privaverunt. hec est
enim prima stola quam iuxta aliam pa-
rabolam luxurioso filius penitentia

rediens adornatur. et qua prothoplasti
amissa cognovit se esse nudos tuni-
casque pellitias nature mortalitatem in-
duti sunt. et plagis impositis abierunt
semivivo relicto. plage peccata sunt quibus
nature humane integritatem violando
seminarium quoddam ut ita dicam
augende mortis fessis membris visceribus
abierunt autem non ab insidiis alique-
tenus cessando sed quasi ... insidiarum
fraudes occultando. semivivum relin-
querunt quia beatitudinis vite immorta-
lis opinere sed non sensum rationis
abolere valuerunt. Ex qua enim parte
sapere et cognoscere deum potest. ex qua
vero peccatis contabescit et miseria deficit
mortuus est. letiferoque vulnere sedatus
Accidit autem ut sacerdos quidam descen-
deret eadem via. et viso illo preterivit
similiter et levita cum esset secus locum
et videret eum pertransiit. Sacerdos et
levita qui viso sancio pertransierunt
sacerdotium et ministerium veteris testamenti
est ubi plagis decrete mundi languentem
vulnera monstrari tantum non autem
curari poterant. quia impossibile
erat ut ait apostolus sanguine vitulorum
et agnorum et hircorum auferre peccata
Samaritanus autem quidam iter facie-
ns venit secus eum et videns eum misericordia
motus est. Samaritanus qui interpretatur
custos dominum significat. cui rectissime pro-
pheta ne hos possit latrones incurrere
supplicat inquiens Custodi me a la-
queo quem statuerunt michi et a scan-
dalis operantium iniquitatem. Eum propter
nos homines et propter nostram salutem
descendens de celo iuxta prius iter arri-
puit et venit secus eum qui vulneribus

tabescebat inflictis. v in similitudine
hominis factus et habitu inventus ut ho-
compassionis iure susceptoris finitimus
et nunc factus est collatione vicinus et ap-
propinquans alligavit vulnera eius infundens
oleum et vinum. peccata que in hominibus
invenit redarguendo cohibuit spem
venie penitentibus et terrorem pene peccan-
tibus incutiens. Alligat enim vulnera dum
precipit penitentiam agere. et infundit
oleum dum addit Appropinquabit enim reg-
num celorum. Infundit et vinum dum
dicit Omnis arbor que non facit fruc-
tum bonum excidetur et in ignem mitte-
tur. Et imponens in iumentum suum duxit
in stabulum et curam eius egit. Iumen-
tum eius caro in qua ad nos venire
dignatus est. in quo sanctum posuit
quia peccata nostra portavit in corpore suo
in ligno. et iuxta aliam parabolam in-
ventam que perierat ovem humeris
suis impositam reportavit ad gregem.
Itaque imponi in iumento est in ipsam in-
carnationem christi credere eiusque misteria
imitari simul et ab hoste incursione
tueri. Stabulum autem est ecclesia pre-
sentis ubi reficiuntur viatores de peregrinatione
hac mortali patriam redeuntes. Et bene
iumento impositum duxit in stabulum
quia nemo nisi baptizatus nisi corpori
christi adunatus ecclesiam intrabit. Et altera
die protulit duos denarios et dedit sta-
bulario et ait Curam illius habe. Altera
dies est post dominicam resurrectionem. Nam
et ante quidem per evangelii sui gratiam
illuminaverat hos qui in tenebris et in um-
bra mortis sedebant sed potior resur-
rectione celebrata perpetue lucis splendor
effulsit. Duo denarii sunt duo testamen-
ta in quibus eterni regis nomen et imago
continetur. finis enim legis christus. Quem

altera die prolati dantur stabulario
quia tunc aperuit eis sensum ut in-
telligerent scripturas. Altera die stabu-
larius denarios quorum precio vulnera cu-
raret accepit. quia spiritus sanctus
adveniens docuit apostolos omnem veri-
tatem quo gentibus erudiendis suffi-
cere atque evangelium predicare sufficerent.
Et quodcumque supererogaveris ego
cum rediero reddam tibi. Supererogat
stabularius quod de duobus denariis
non accepit cum dicit apostolus De vir-
ginibus autem preceptum domini non habeo
consilium autem do. Sane quia et dominus
ordinavit hiis qui evangelium annun-
ciant de evangelio vivere. sed non usus sum
hac potestate ne quem vestrum gravarem. Domi-
nus rediens quod promiserat debitor
reddet cum veniens in iudicio dicet
dicet Quia super pauca fuisti fidelis
supra multa te constituam intra in gau-
dium domini tui. Quis horum tibi videtur
tibi proximus fuisse illi qui incidit in
latrones. At ille dixit Qui fecit mi-
sericordiam in illum. Iuxta litteram mani-
festa est domini sententia nullum nobis
amplius quam qui miseretur esse pro-
ximum. Iherosolimite enim non sacerdos
non levita eadem gente patria in eadem
urbe nati et nutriti. sed eorum gentis
accola quia magis misertus factus
est proximus. Sanctiori autem intellectu quia
nemo magis est proximus quam qui vulnera
nostra curavit diligamus eum quasi do-
minum deum nostrum diligamus quasi proximum.
Nichil enim tam proximum quam caput
membris. diligamus etiam eum qui imita-
tor christi est. hoc est enim quod sequitur
Et ait illi Ihesus Vade et tu fac simi-
liter. et vere te proximum sicut te ipsum
diligere manifestes quicquid vales

in eius vel in corporali vel in spirituali vite
sublevandi devotius operare. Evangelium dominica xiii

Audivimus fratres dilectissimi ewangelio ca-
nente in presenti lectione hominem
qui descendebat in latrones / ecce quidam
legisperitus surrexit temptans illum /
qui surrexit qui iacebat prius. qui
sedebat / sed quantum pravitas sua ad-
vertit hic legisdoctor et sine fide iacebat
in lege. Nam ipse predixit enim ewangelista
dicens / surrexit temptans eum. surrexit
enim non corpore / sed anima dixit. surrexit
quidem ut staret / non enim sine causa
predixit enim ewangelista quod contingat de
ipsius legisdoctore advertere possimus
dicentem magister quid faciendo vitam et-
ternam possidebo. hoc est quod ait dominus
ad eum. Si recte offeras et non recte di-
vidas peccasti. bene quidem et recte inter-
rogat sed non recto corde dividit / sed
dicit aliquis quomodo magistrum vocat non
dominum / hominem enim confitetur non
deum / ideo ait ewangelista surrexit temptans
eum / dixitque ei dominus in lege quid scrip-
tum est quomodo legis. At ille respon-
dens dixit diliges dominum deum tuum
ex toto corde tuo et ex tota anima tua
et ex omnibus viribus tuis et ex omni
mente tua et proximum tuum sicut te
ipsum / videtis ergo quia recte offert
et non recte dividit / dixit quidem
que legerat sed non implevit. Ex
scriptum erat Si enim diligeret do-
minum ex toto corde et ex tota ani-
ma et ex tota mente in presenti haberet
deum quem diligeret / et non vocas-
set magistrum sed deum / ideo dominus inter-
rogat in lege quid scriptum est quomo-
do legis ut ex suis responsis iustificaretur
aut condempnaretur. Denique ait ei dominus
Recte respondisti hoc fac et vives.

laudavit dominus responsum quod ipse
ante in veteri testamento per sanctum
Moysen tradiderat in tabulis lapide-
is. Unde tamen laudavit factum
sed ait hoc fac et vives. Vivere enim
dicit dominus in vitam eternam. ille autem
volens iustificare se. quia se putabat
non ante deum / sed ante hominem
stare. Dixit et quis est meus proximus
Nemo enim est magis proximus homi-
ni quam deus / et misericors et creator
novit omnia et potest curare / sed
quia in spiritu divino hic legisperitus
doctor et non factor erat / et volens
iustificare se / tamquam qui non haberet
proximum / certe vel ipsum quem magistrum
vocabat proximum sibi cognovisset / sed
quod puto dici tacere possimus
Omnis incredulus vel temptator
nec deum nec hominem proximum
habet. Unde suscipiens Ihesus dixit
ad verbum eius / sicut in presenti audi-
vimus fratres dilectissimi / homo quidam de-
scendebat de iherusalem in iericho et inci-
dit in latrones qui etiam despoli-
averunt eum / et plagis impositis a-
bierunt semivivo relicto. Accidit au-
tem ut sacerdos quidam descenderet ea-
dem via et viso illo preterivit. Similiter et le-
vita cum esset secus locum et videret
eum pertransiit / Samaritanus autem
quidam iter faciens / venit secus eum
misericordia motus est / appropians alligavit
vulnera eius infundens oleum et
vinum / et imponens illum in iumentum
suum duxit ad stabulum et curam
egit eius. et altera die protulit duos
denarios et dedit stabulario et ait
curam illius habe et quodcumque
supererogaveris ego cum rediero
reddam tibi. et ait dominus ad legisdoctorem

quis horum trium videtur tibi pro
ximus fuisse illi qui incidit in latrones.
Respondit legisdoctor, ille qui fecit
misericordiam in illo. O legisdoctor quemadmodum
dixisti nunc proximum non Helias aut forsi
tan inquam fecerat misericordiam, et ideo
ignorabas quis esset proximus tibi.
Videtis ergo dilectissimi quia
dominus noster ipse est dei virtus et dei sapi
entia, sola interrogacione domini et sua re
sponsione convictus est legisdoctor, tamen
inspirante deo, de homine qui incidebat
in latrones vel samaritano qui fecit
misericordiam vicinius distinxit. Hominem quem
dominus in parabola ostendit descendentem
quem aliud esse advertimus nisi Adam,
Adam quem ipse in principio suis manibus con
plasmaverat ad vitam eternam, et tamen con
tinentiis sua voluntate prevaricatus
incidit in latrones, idest in demones.
Ideo ait: Homo quidam descendebat,
non invitus sed voluntate descendit
de celestibus ad terrena, sive infernalia.
Ideo incidit in latrones, idest in malos ange
los apostatas, quos ipse dominus prodit
dicens: Omnes qui ante me venerunt
fures fuerunt et latrones. Qui et
expoliaverunt eum, et eius exspoliaverunt
animam, prevaricatione decidit in
mortem et amisit vitam eternam.
Exspoliaverunt vite spiritum, et
factus est homo indignus in aliam vi
ventem. Unde et propter nos omnes
morimur dicente apostolo: Et per unum
hominem peccatum intravit in mundum, et
per peccatum mors, ita ut omnes
homines pertransiit in quo omnes
peccaverunt. Ergo ad omne genus
hominum pertinet hec parabola. Omnes
enim peccaverunt et indigent gla

dei. Accidit autem ut sacerdos descenderet
eadem via. Sacerdos dei legem annun
ciat, descendit quia lex nichil mundi
per sanctum Moysen et nullam sani
tatem contulit homini, idest generi
humano, quod viciis et peccatis vul
neratum tenebatur a latronibus
qui sunt demones. Similiter et levi
ta qui typum ostendit prophetarum
cum videret eum pertransiit. Lex enim
cognicio peccati, peccata arguit, indulgen
ciam non largitur. Ergo videns eum
pertransiit, quia sanitas hominis
semivivo gratie reservabatur. Sed quid
tam diu protrahitur sermo? tandem
ex toto corde et ex tota anima et totis
viribus ex tota mente suscipiamus
quem dominum samaritanum iter facientem.
Ergo venit samaritanus iter faciens
et videns eum misericordia motus est. Hoc
de sacerdote et levita non est dictum
quod sint misericordia moti. Lex enim non
habet misericordiam sed iudicium et vindictam.
Ita quod iam veniamus ad dominum
sa marita(n)um. Hic samaritanus
do minus noster ad quem iudei blas
phemantes dixerunt: Tu sama
ritanus es et demonium habes.
Et cum audisset dominus: Ego demoni
um non habeo. Samaritanum se esse
non negavit. Samaritanus custos in
terpretatur. Ipse est ergo domin(us)
noster qui descendit de celo custodire
et salvare animas nostras. De quo
propheta ante predixerat: Ecce non
dormitabit neque dormiet qui custo
dit Israel. Israel enim interpretatur deum
videns. Omnis itaque homo qui deside
rat deum videre, a custode deo cus
toditur. Et appropians alligavit
vulnera eius infundens oleum et

vinum. Ex hoc debemus advertere quia
propter vulnera nostra eciam de celestibus
ad terrena descendebat. Defectus scientiam
ligaturas et oleum et vinum. Anima
enim nostra vires atque potencias dissoluta ac
disrupta erat et semiviva erat, dicen
te propheta: Dissipata sunt ossa mea se
cus infernum. Ergo per gratiam miseri
cordie appropinquavit anime eius corde
desiderantibus, celestem manum alligavit
in baptismo et perduxit ad sanitatem
per remissionem peccatorum, vulnera autem
infundens oleum et vinum. Oleum eas
mate spiritus sancti per quem omnes
tristicie et dolores anime deponuntur.
Vino et calice passionis sue nostras ani
mas compungere et letificare dignatus
est. Post hoc imposuit in iumentum
suum et duxit in stabulum. Iumen
tum samaritani id est domini nostri Ihesu Christi
est corpus quod attraxit ex virgine
in quo omnia nostra suscepit peccata
et affixit illud cruci. Stabulum vero
est ecclesia ubi nos etiam passionem
reportare et congregare dignatus
est et cura spirituali omnia sanat vulne
ra nostra. Post hoc alia die id est post
resurrectionem protulit duos denari
os et dedit stabulario ut curam illius
haberet. Stabularius doctor est ecclesie
qui iussu dei apostolo spiritualem exhibet cu
ram. Duos denarios quos accepit id est
duo testamenta patris et filii. Unam
deitatem, unam potestatem exprimunt si
gnantem. Omnis enim denarius sui regis
exprimit figuram unitatem ita et hii
duo denarii patris et filii exprimunt
sacramentum. Deinde ait ad stabularium
in hoc est doctorem ecclesie: Et quod super
erogaveris ego in redeundo reddam
tibi. O felices doctores katholici qui

bene noverunt vulnera animarum
languencium curare, qui tam ydone
um habent ipsum dominum fideiussorem
dicentem: Ego cum rediero reddam
tibi, id est cum venerit in maiestate sua
reddens singulis secundum opera eorum.
Et sicut stabulario quod super duo testa
menta erogavit, id est doctrinam et fructum
spiritus sancti omnibus sanctis red
diturum se ipse dominus pollicetur. Et ad
iecit dominus dicens ad legisdoctorem:
Quis horum trium videtur tibi fuisse
proximus illi qui in latrones incidit?
Et respondens legisdoctor ait: Qui fe
cit misericordiam. Tandem cognovit legisdoc
tor quis esset proximus sibi nisi nos
venisset samaritanus, id est dominus noster,
nos ad sic vulnerati et semivivi
iacentes in peccatis nostris. Ad quem
iterum ait dominus dicens: Vade et tu
fac similiter. Unde dilectissimi legis
doctor hoc noluit audire, nos qui
audivimus in salvatorem audiamus et
faciamus misericordiam ut possimus iterum
consequi misericordiam. Clamat: Beati misericor
des quoniam ipsis miserebitur deus. Qui
a permissa prestare dignetur. **Dominica xiiii secundum Lucam** Dominica xiiii secundum Lucam

In illo tempore dum iret Ihesus
in Ierusalem transibat per mediam Sa
mariam et Galileam et cum ingre
deretur in quoddam castellum occur
rerunt ei decem viri leprosi. Et
reliqua. Omelia beati ~~Augustini~~ **bede.**

Leprosi non absurde intelligi pos
sunt qui scienciam vere fidei
non habentes varias doctrinas profite
tur erroris. Non enim vel abscondunt
imperitiam suam sed pro summa peritia
proferunt imperitiam et iactanciam ser
monis ostentant. Nulla porro falsa

doctrina est que non aliqua bona ministrat. Vera ergo falsis inordinate permixta in una disputatione vel narratione hominis tamquam in unius corporis colore apparentia significant lepram tamquam veris falsisque coloribus humana corpora variantem atque maculantem. Hii autem vitandi sunt ecclesie ut si fieri potest longius remoti magno clamore interpellent Christum. Unde et apte subiungitur: Qui steterunt a longe et levaverunt vocem suam dicentes Iesu preceptor miserere nostri. Et bene vel salvatorem Iesum preceptorem nominant quia cum eius verbis se errare significant sicut salvandi humiliter preceptorem vocant. Quicumque ad cognitionem preceptoris redeunt mox ad formam salutis recurrunt. Nam sequitur: Quos ut vidit dixit Ite ostendite vos sacerdotibus. Et factum est dum irent mundati sunt. Nullum dominus eorum quibus hec corporalia beneficia prestitit invenitur misisse ad sacerdotes nisi leprosos, quia videlicet sacerdotium iudeorum figura erat futuri sacerdotii regalis, quod est in ecclesia quo consecrantur omnes pertinentes ad corpus Christi summi et veri principis sacerdotum. Et quisquis vel heretica pravitate vel superstitione gentili vel iudaica perfidia vel etiam scismate fraterno quasi variis coloribus perfusus ad gratiam convenerit necesse est ut ad ecclesiam veniat coloremque fidei verum quem accepit ostentat. Cetera vero indicia tamquam valitudinis et quasi membrorum anime atque sensuum proprium interius in conscientia et intellectu dominus sanat et corrigit. Unus autem ex illis ut vidit

quia mundatus est regressus est cum magna voce magnificans deum et cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens. Unus iste qui magnificans deum regressus est unius esse devotam Christo humilitatem significat. Qui bene cadens ante faciem domini gratias egit. Ille enim vere gratias deo agit qui repressis presumptionis sue cogitationibus quam infirmus in semetipso infirmus sit humiliter videt, qui nichil sibi virtutibus tribuit, qui bona que agit esse divina conditoris agnoscit. Unde et recte subiungit: Et hic erat samaritanus. Samaritanus quippe interpretatur custos, quo nomine ille populus aptissime significatur qui gratias agendo ei a quo accepit tribuit omne quod accepit, quod David cum cantans illud de psalmo: Fortitudinem meam ad te custodiam, quia tu deus susceptor meus es, deus meus misericordia eius preveniet me. Cadit autem in faciem qui mala que perpetrasse sentit erubescit; ubi enim cadit homo ibi confunditur. Respondens autem Iesus dixit: Nonne decem mundati sunt et novem ubi sunt? Si unum additur ad novem quedam effigies unitatis impletur, denario fit tanta complexio ut ultra non progrediatur numerus nisi rursus ad unum redeatur, et hec perfinitalis numeri regula custodiatur. Novem itaque indigent uno ut quadam unitatis forma coagulentur et decem sint. Unus autem non eis indiget ut custodiat unitatem. Quamobrem ut unus ille qui gratias agit unice ecclesie significatione

approbatus atque laudatus est / isti illi no
nem qui gracias non egerunt reprobi
effecti sunt / a consorcio unitatis exclusi
sunt / ideoque tales in nonenario nu[mer]o
tamquam imperfecti remanebunt et
merito eos salvator noster quasi ignotos
requirit. Scire enim dei eligere est / nesci
re probare est. Non est inventus qui
rediret et daret gloriam deo nisi hic
alienigena. Secundum corpus quidem
facile est videre hominem posse non habere
lepram et tamen animi non esse boni.
Secundum significacionem autem huius mi
raculi conturbat considerantem / quo
modo dici possit ingratus deo non
facile est etiam illud videre fieri posse
ut quisque in ecclesie societate doctrinam
integram veramque assequatur / et omnia
secundum catholice fidei regulam disse
rat / distinguat creatorem a creaturis
ex quo manifestatur varietate men
dacio / tamquam lepra caruisse et
tamquam ingratus sit deo in domino
mundatori suo / quia superbiam gracia
agendarum pia humilitate non sternit
similisque efficitur eis de quibus dicit
apostolus. Qui cum cognovissent deum
non ut deum magnificaverunt aut gra
cias egerunt. Quod enim dicit eis de
mundo cognovisse ostendit quidem aliquos
fuisse mundatos / sed tamen statim accu
sat ingratos. Et ait illi surge vade
quia fides tua te salvum fecit. Qui deuo
tus ante deum cecidit / surgere et ire
precipitur / quia qui infirmitatem suam
subtiliter cognoscens humiliter iacet / per
divini verbi consolacionem surgere ad
fortia opera / et crescentibus cottidie me
ritis / ad perfectiora passim proficere iubetur.
Si ergo fides salvum fecit eum / qui
agendas salvatori et mundatori suo

gracias inclinavit / ergo perfidia perdi
dit eos / qui de acceptis beneficiis deo gracias
agere neglexerunt / Unde apparet et hic lectio
superiori in racione coniungitur quod
ibi fidem per humilitatem augeri debere
parabola docet decimatus / hic autem ma
infestius ipsis rebus ostenditur / non
fidei tantum humilitatem convenit / sed opo
rtunum fidei operacionem esse / quae salvum
faciat credentem / de eoque gloria / patri
qui in celis est. Dominica xv martini
In illo tempore dixit iesus discipulis suis. Nemo potest duobus
dominis servire et reliqua. Omelia bede
Qui sint duo domini demum ipse
ostendit cum dicit Non potestis
deo servire et mammone. Mammon a
pud hebreos sive syros divicie nuncu
pantur / congruit et punicum nomen /
Nam lucrum punice mamona dicitur.
Audiat hoc avarus / audiat zacheus /
non posse simul divicias et Christo servire /
et tamen non dixit qui habet divicias /
sed qui servit diviciis / Nam diviciarum
servus est / divicias custodit ut servus /
Qui autem servitutis excussit iugum / dist
ribuet eas ut dominus / Aut enim unum odio
habebit et alterum diliget / aut unum susti
nebit et alterum contempnet / Patie
tur diurnum et pretiosum deum quisque
servit mamone / sua enim cupiditate
implicatus subditur dyabolo / et non enim
diligit / quis enim est qui diligit dya
bolum / sed tamen alterum sustinebit.
non dixit odio habet / nullus enim fere
conscientia deum odisse potest / contemp
net autem id est non timet ideo inquit
Dico vobis ne solliciti sitis anime vestre
quid manducetis neque corpori vestro
quid induamini. Ut intelligas cum qui
dedit animam multo plus et facilius
escam daturum / et qui corpus dedit

dominica xv martini

bede

multo satius datum est vestimentum eius hoc loco quam solet verum ad animam cibus cibus preveat cum anima incorrupta sit ipse autem cibus incorporeus Sed animam hoc loco pro vita mea nominat positam cuius vitalitas est alimentum istud corporeum secundum statum significationem dictum est etiam ut qui amat animam suam perdet eam et pastor bonus animam suam ponit quod ne deficiat vita accipimus contrarium erit illi sive quod dictum est quid prodest homini si totum mundum lucretur anime vero sue detrimentum faciat Nonne anima plus est quam esca et corpus plus quam vestimentum Quod dicit istius modi est qui maiora prestitit utique et minora prestabit Respicite volatilia celi que non serunt neque metunt neque congregant in horrea et dominus pascit illa Simpliciter ergo accipiendum est quod si volatilia absque cura et erumpna dei aluntur providencia que hodie sunt et cras non erunt quorum anima mortalis est et cum esse desierint semper non erunt quanto magis homines quibus eternitas repromittitur dei reguntur arbitrio Nonne vos pluris estis illis id est cariores vos estis et plus valet quia racionales estis Quis autem vestrum cogitans potest adicere ad staturam suam cubitum unum Et de vestimento quid solliciti estis id est cuius potestate aut ductu factum ut ad hanc staturam corpus vestrum producatur eius providencia vestiri potest Considerate lilia agri quomodo crescunt non laborant neque nent Candi erat de vestimento documentum sed datum est palmicio Sed ista documenta non allegorice distinguenda sunt ut queramus quid significent aves celi aut lilia agri posita sunt enim ut de rebus minoribus maiora persuadeantur aut persuadeantur Dico autem vobis quod nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis In omni gloria id est in omni varietate vero deliciarum sicut in magnitudine regni sit unum ex istis subauditur liliis et tenera [illegible] quod regum purpura vel picture textrinum possunt floribus comparari quod rubet ut rosa quod candet ut lilium viole vero purpuram nullo [illegible] murice preo culorum magis quam sermonum iudicium est Si autem fenum agri quod hodie est et cras in clibanum mittitur sicut deus sic vestit quanto magis vos minime fidei Hic intelligitur quod [illegible] lilium non spiritualiter [illegible] sed qualiter permultis direxit herbis quanto magis nos minime fidei ille enim est minimus in fide qui non est perfectus in caritate Caritas enim omnia credit fides enim a modico incipit sed crescendo ad perfectum perficit Unde et apostoli domino dicunt Auge nobis fidem quam perfectam paulus omnem nominat dicens Et si habuero omnem fidem etc Nolite ergo solliciti esse dicentes quid manducabimus aut quid bibamus aut quo operiemur Hec enim omnia gentes inquirunt Scit enim pater vester quia his omnibus indigetis Labor exercendus est sollicitudo tollenda Hoc quod dicitur Ne solliciti sitis etc Carnali autem cibo

ex vestimento accipiamus. Vectes de spiritualibus cibis et vestimentis semper esse solliciti debemus. Querite ergo primum regnum dei. Hic primum pro ordine posuit pro propinquitate, ac si diceret querite precipue ante omnia et super omnia regnum dei et iusticiam eius et hec omnia adicientur vobis. Et insuper id est de concepto regno quicquid opus fuit in presenti vita adiciet vobis. Dominica xv post trinitatis.

In illo tempore ibat homo ad civitatem que vocatur naym et cetera. Omelia.

Naym civitas est galilee in secundo miliario tabor montis contra meridiem iuxta endor, qui est vicus grandis in quarto miliario eiusdem montis et ad meridiem. Et ibant cum illo discipuli eius et turba copiosa. Cum autem appropinquaret porte civitatis ecce defunctus efferebatur filius unicus matris sue. Defunctus hic qui extra portam civitatis nimirum est intuentibus elatum, significat hominem letali criminis funere sopitum, cadaverque insuper anime mortem non cordis adhuc cubili tegentem, sed ad multorum notitiam per locutionis operisve indicium per sue civitatis hostia propalantem. Unicus filius matris sue. Pulchre. Quia licet multis collecta personis una sit perfecta et immaculata virgo mater ecclesia, singuli quique tamen fidelium universalis se esse ecclesie filios rectissime fatentur. Nam et ecclesia quando ad fidem imbuitur filius est, quando alios imbuit mater. Unde non materno circa parvulos agebat affectu qui ait: filioli mei quos iterum parturio donec formetur Christus in nobis.

Et hec vidua erat et turba civitatis cum illa. Viduam esse ecclesiam sive animam que sponsi dominique sui morte se redemptam meminit, agnoscitur. Domino ante initium multa hominum turba viduam comitabatur, ut viso tanto miraculo multi testes multi dei fierent laudatores. Quam cum vidisset dominus misericordia motus est super eam dixitque illi: Noli flere. Desiste igitur quasi mortuum flere quem mox vivum resurgere videbis. Ubi mistice non nati dogma confirmatur, qui de sua iniquitate simplex status homines ponitentia emendatorum exultat coram veramque matrem eciam devotorum suorum spirituali compunctione plorantem spe vite redonande negat consolari. Unde et simpliciter evangelista prius dominum misericordia motum esse super matrem, ac si sic filium suscitare testatur, ut in uno nobis exemplum imitande pietatis ostenderet, in alio fidem mirande potestatis astrueret. Et accessit et tetigit loculum. Hi autem qui portabant steterunt. Loculus in quo mortuus effertur male secura desperati peccatoris consciencia est. Qui vero sepeliendum portant vel mundana spiritualia que hominem rapiunt in interitum, vel lenocinia blandientium sunt venenata sociorum, que peccatum nimirum dum favoribus tollant accumulant, peccantesque contemptu quasi aggere terre obruunt, de quibus alibi dicitur: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Mortuos quippe mortui sepeliunt, cum peccatores quique sui similes alios noxio favore

pruriebant congestaque pessime adulatio
nis mole ne quia aliquando spe resur
gendi portantur opprimit Quo ergo
loculum tangente funeris baiuli ste
terunt quia superni formidine iudicii
attacta consciencia et carnalium sepe
affluenciam voluptatum et iniuste lau
dancium turba cohercens ad se ipsum
revertitur vocaturque ad vitam sal
vatori Unde recte sequitur Et ait
Adolescens tibi dico surge et resedit qui
erat mortuus et cepit loqui et dedit
illum matri sue. Resedit quippe qui
erat mortuus cum interna compunc
cione revixerit peccator Incipit loqui
cum reducti indicia vel vite tutore
que prius [illegible] ostendit Redditur
matri cum per sacerdotalis decreta iudicii
communioni sociatur ecclesie Accepit autem
omnes timor et magnificabant deum
dicentes quia propheta magnus surre
xit in nobis Quanto desperacior ante
mors ad vitam revocatur tanto plu
res eodem corrigunt exemplo Vide
David prophetam vide apostolum petrum
quorum quo gradus altior eo casus
gravior quo autem gravior casus eo
pietas erigentis altior et gratior quo
vero gratior in eis divina pietas ap
paruit eo certior cunctis penitentibus
spes salutis apparuit ut merito omnes
qui audiunt dicant quia deus visi
tavit plebem suam non tantum mo
do verbum suum semel incarnando
sed etiam demonstrando ut et iusticia
ri debeamus semper in corda mittendo
Dominica xvii post trinitatem Secundum lucam xiiii

dnica xvij p luc

In illo tempore Cum intraret ihesus in do
mum cuiusdam principis phariseorum
sabbato manducare panem et ipsi
observabant eum Et ecce homo quidam
ydropicus erat ante illum Omelia Bede

bede

Ydropicus morbus ab aquoso humore
vocabulum traxit grece enim aqua
ydor vocatur Est autem humor sub
cutaneus de vicio vesice natus cum
inflacione turgente et anhelitu feti
do Proprium est ydropici quanto ma
gis habundat humore inordinato
tanto amplius sitit Et ideo recte
comparatur ei quem fluxus carnali
um voluptatum exuberans aggravat
Comparatur diviti avaro qui quanto
est copiosior divitiis quibus non bene
utitur tanto ardencius talia concu
piscit Et respondens ihesus dixit
ad legisperitos et phariseos Licet sab
bato curare At illi tacuerunt Ex
dicitur respondisse ihesus ad hoc respi
cit quod premissum est et ipsi observa
bant eum Dicitur autem non ad cogitacio
nes hominum Sed merito interrogati ta
cent quia contra se dictum quidquid
dixerint vident Nam si licet sabbato
curare quare salvatorem ut curet
observant Si non licet curare ipsi
pecora sabbato curant Ipse vero ap
prehensum sanavit et dimisit Pulchra
dispensacione dominus ante legisperitos et
phariseos ydropicum curat et mox
contra avariciam disputat Ut vi
delicet per huius egritudinem corporis in illis
exprimeretur egritudo cordis Denique
post multas disputaciones eius hor
tamenta subiunctum est audiebant
autem hec omnia pharisei qui erant
avari et deridebant illum Ydropicus
quippe quo amplius bibit eo amplius
sitit et omnis avarus sitim multi
plicat qui cum ea que appetit
adeptus fuerit ad appetenda alia

anhelat. Et respondens dixit ad illos
Cuius vestrum asinus aut bos in
puteum cadet, et non continuo ex
trahet illum in die sabbati. Sic obs
ervatores suos phariseos convincit ut
eosdem etiam avaricie in sabbato
contempnet. Si vos inquit in sabbato
asinum aut bovem aut aliud quod
libet animal in puteum incidens eri
pere festinatis non animali sed avari
cie vestre consulentes quanto magis
ego hominem qui multo melior est
pecore debeo liberare. Congruenter autem
ydropicum animali quod cecidit
in puteum comparavit. Humore enim
laborabat. Sicut et illam mulierem quam
xviii annis alligatam dixerat et ab
eadem alligatione solvebat compa
ravit iumento quod solvitur ut ad
aquam ducatur. Et bene utroque
loco bovem posuit et asinum quia
sapientes quosque et ebetes sive ut
supradictum est utrumque populum eos
significare sentiamus eum videlicet cuius
cervicem iugum legis attrivit, atque
eum quem quilibet seductor repertum
quasi brutum animal et nulla voce
pertinens quo voluerit errore subtra
xit. Omnes salvator ad menies satha
ne vinculis astrictos omnes in uno
concupiscencie puteo dimersos invenit.
Non enim est distinctio omnes enim pec
caverunt et egent gloria dei iusti
ficati gratis per gratiam ipsius per redemp
tionem que est in Christo Ihesu. Dicebat
autem ad invitatos parabolam intendens
quomodo primos accubitus eligerent
dicens ad illos Cum invitatus fuerit
ad nuptias non discumbas in primo
loco. Aperta quidem ad litteram est hec

autem ammonitio salvatoris docens
humilitatem non solum apud deum
sed etiam apud homines esse lau
dabilem. Sed quoniam hanc evangelista
non frustra parabolam vocat breviter
intuendum est quod etiam mistice
suggerit. Nuptias appellari Christi et eccle
sie coniunctionem multis locis apparet
omnibus notum est in quorum patre
filii nuptiarum quamdiu sponsus
est cum illis lugere. Aliud simile
factum est regnum celorum regi qui
fecit nuptias filio suo et misit ser
vos suos vocare invitatos ad nup
tias. Has ergo nuptias quisquis invita
tus adierit, id est ecclesie membris fidei
gratia compositus, non discumbat in primo
loco. Hoc est non se de meritis glorians
quasi ceteris sublimior extollat. Eque
sedeat iuxta alterius loci parabolam
veste nuptiali vestitus hoc intuitu
fulgore choruscans appareat sed ad ipsum
imum intuitum habitum loco devote
humilitatis adoriet. Ne forte honora
tior te sit invitatus ab eo et veniens
is qui te et illum vocavit dicat tibi
da huic locum et tunc incipies cum
rubore novissimum locum tenere. Hono
ratiori post invitato dat locum ille
qui de longe sue conscientie excellentia
fervidior factus certa illorum qui se in
Christo secuti sunt agilitate preitur et cum
rubore novissimum locum tenet qui
de aliis meliora cognoscens omnemque
de sua operatione celsum sentiebat hu
miliat dicens cum propheta Egenus
sum ego et in laboribus a iuventute mea
exaltatus autem humiliatus sum et con
fusus. Sed cum vocatus fueris va
de recumbe in novissimo loco. Quanto
magnus es in omnibus humilia te in

omnibus et cum psalmista gloriatur
humiliatus sum usque quaque domine
vivifica me secundum verbum tuum ma
nifeste significans ita se adiuvari posse
vivificari si desursum ipse virtutibus
humilia sentiret Et cum venerit qui
te invitavit dicat tibi amice ascende
superius Veniens dominus quem humilem
invenerit animam nomine beatificans
superius ascendere precipiet eamque eum hu
miliavit se sicut parvulus hic maior
erit in regno celorum Tunc erit tibi
gloria coram discumbentibus pulchre dicitur
tunc erit tibi gloria ne ante querere
incipias quod tibi servatur in fine
Unde Salomon ait Hereditas ad quam
festinatur a principio in novissimis
benedictionibus carebit Post autem et hec
dicta intelligi quia et in novissimo loco
recumbens invenitur Dominus veniens
sublimatus quia cottidie ad suas
nuptias invitat cottidie mores fide
habitus examinans dividit et
superbos despiciens humilibus sepe tan
ta sui spiritus munera prestat ut
eos merito simul discumbencium hoc
est in fide quiescentium cetus et una
nimi admiratione glorificent stupescens
in auctore sui laudatione prosiliat di / pradet
cens Michi autem nimis honorati sunt
amici tui deus nimis confortatus
est principatus eorum Unde si se
exaltat humiliabitur et qui se humiliat
exaltabitur Et ostendat conclusione ma
nifeste claret precedentium dominum sermo
nem typice intelligendum Neque enim
qui se coram hominibus exaltat hu
miliabitur aut qui se in conspectu
hominum humiliabit exaltabitur ab eis
Sed econtrario non numquam qui se

vel in aperte dignitate vel in alia quo
libet acquirenda gloria sublevat
usque ad finem exaltari non cessat
similiter et humilis quilibet at vere
cundus in sua qua contentus est
usque ad vite terminum mediocritate
perseverat et ideo quia mota veritate
sententiam omnes qui se instante
demerit allevat humiliabitur adhuc
et qui pro inde se de beneficiis humiliat
exaltabitur ab eo incunctanter pen...
bus sensum premissus sermo redemp
toris quo primos in nuptiis accubi
tus querere vetat cogimur inoz tpm fia iiij post marte

In illo tempore Respondens
unus de turba dixit Magister at
tuli filium meum ad te habentem spiritum
mutum et reliqua Omelia Bede

Notandum est quod semper loca
rebus congruunt in monte dominus
orat transformatur archana discipulis
sue maiestatis aperit in inferiora
descendens turbe occursu excipitur
miserorum fletu pulsatur sursum
discipulis misteria regni dei reserat
deorsum turbis peccata infidelitatis
exprobrat sursum patris vocem hiis
qui sequi se poterant deorsum spiritus
malos abicit qui vexabantur ex
pellit Unde etiam nunc pro qualitate
meritorum alios ascendere aliis vero
non desistit descendere Nam carna
les ad huc et incipientes quasi yma
petentes confortat docet castigat per
fectos autem quorum conversacio in celis
est sublimius extollendo glorificat
liberius de eternis instruit et sepe ea
que a turbis non audiri queunt reve
lat docet De lunatico autem hunc quem

descendens de monte dominus sanauit
Marcus quidem surdum mutumque
Matheus vero lunaticum fuisse com-
memorat significat autem eos de quibus
scriptum est Stultus ut luna mu-
tatur qui nunquam in eodem statu per-
manentes nunc ad hec nunc ad illa
vicia mutati crescunt atque decrescunt
qui muti sunt non confitendo fidem
surdi nec ipsum aliquatenus veritatis
audiendo sermonem Spumat autem
cum stulticia tabescunt stultorum namque
et languentium atque ebetum est spu-
mas saliuarum ore demittere Stri-
dunt dentibus cum iracundie furore
flammescunt arescunt cum ocio tor-
pente languescunt et nulla virtutis
industria confortati eneruati viuunt
Quod autem ait Et dixi discipulis tu-
is ut eicerent illum et non potuerunt
latenter accusat apostolos cum impossibi-
litas curandi nonnunquam non ad imbecilli-
tatem curantium sed ad eorum qui
curandi sunt fidem curatur referenda
dicente domino fiat tibi secundum fidem
tuam Qui respondens eis dicit O genera-
tio incredula quamdiu apud vos
ero quamdiu vos patiar Non quo
tedio superatus sit mansuetus ac mitis
qui non aperuit sicut agnus coram ton-
dente os suum nec in verba furoris
erupit sed quia in similitudine me-
dici si egrotum videat contra sua pre-
cepta se gerere dicat Usquequo acce-
dam ad domum tuam quousque artis
perdam industriam me aliud iubente
et te aliud perpetrante In tantum non
est iratus homini sed vicio et per unum ho-
minem iudeos arguit infidelitatis et
statim intulit Afferte illum ad me

et attulerunt eum Et cum vidis-
set illum statim spiritus conturbauit
illum et elisus in terram volutabatur
spumans Allatum domino puerum spiritus
turbat et elidit quia sepe dum co-
nverti ad deum post peccata conamur
maioribus nouisque antiqui hostis
pulsamur insidiis Quod ob id utique
callidus facit aduersarius ut vel o-
dium virtutis incutiat vel expulsionis
sue vindicet iniuriam Sic est enim ut
de specie cananee ad gentem ex cetu sunt
primordiis tot grauissima inferebat
certamina persecutionum quod suo regno
dolebat subito animarum illata fuisse
dispendia Et interrogauit patrem eius
quantum temporis est ex quo hoc
ei accidit At ille ait ab infantia et
frequenter eum et in ignem et in aquas
misit ut eum perderet Erubescat Iuli-
anus qui dicere audet omnes homines
absque vllo peccati contagio nasci in carne
tamquam innocentes per omnia ut fuit
adam quando creatus est Quid enim
habuit iste puer ut ab infantia de-
monio vexaretur acerbissimo si nullo
originalis peccati vinculo tenebatur
quem constat nullum adhuc nullum
sensum proprium potuisse habere peccatum
Confiteatur catholicus quia nemo
immunis a noxia paterne preuaricatio-
nis nascitur et innotet gratiam dei
qua liberetur de corpore mortis per
ihesum christum dominum nostrum Intelligat
scriba doctus in regno celorum
in hoc demoniaco adhuc curato sal-
uationem fidelium esse designatam
qui originalis culpe reatu astricti
veniunt in mundum nec ipsi nisi unige-
niti redemptoris ihesu christi fide sunt et

gratia salvandi. Quod autem dictum est quia frequenter eum et in ignem et in aquas misit maxime humane vecordie fatuorum designat. Ignis namque ardor ad furorem iracundie referendus est, aqua ad voluptates carnis que dissolvere mentem per delicias solent. Vel certe igne fervor denominatur quo adulterantium corda succensa sunt et in aquas que solent extinguere caritatem. Sed si quid potes adiuva nos misertus. Ihesus autem ait illi: Si potes credere omnia possibilia credenti. Aptum dominus responsum reddit petenti. Iste enim ait: Si quid potes adiuva nos, et dominus ait inquit: Si potes credere possum vos misertus adiuvare, quia fides non ficta omnia que salubriter petit impetrare meretur. Quod contra leprosus qui fideliter clamabat: Domine si vis potes me mundare, congruum sue fidei accepit responsum: Volo mundare. Et continuo exclamans pater pueri cum lacrimis clamabat dicens: Credo domine adiuva incredulitatem meam. Nemo repente fit summus sed in bona conversatione a minimis quisque inchoat ut ad magna perveniat. Alia namque sunt virtutum exordia aliud profectus aliud perfectio. Si enim et ipsa fides ad perfectionem suam non quibusdam gradibus perducitur, iste interrogatus an crederet non responderet: Credo domine adiuva incredulitatem meam. Si enim credebatur incredulitatem cur dicebat? Si autem incredulitatem se habere noverat quomodo credebat? Sed quia per occultam inspirationem gratie per meritorum suorum gradibus fides crescit, uno eodemque tempore is qui necdum perfecte crediderat simul et credebat

et incredulus erat. Et cum videret Ihesus concurrentem turbam comminatus est spiritui immundo dicens illi: Surde et mute spiritus ego tibi precipio exi ab eo et amplius ne introeas in eum. Comminatio domini dei est virtus imperii. Non autem puero qui vim patiebatur sed demoni qui inferebat comminatus est, quia peccantem emundare desiderat vitium utique increpando et execrando debet exterminare sed hominem amando refovere. Bene autem dominus qui spiritum immundum compescit ab homine simul ne amplius in eum ingrediatur imperat, quia ille veraciter admonitus potestate seu oratione liberatur qui ad peccata a quibus penitendo semel mundatus est vitat male vivendo non reverti. Et exclamans et multum discerpens exiit ab eo. Exiturus ab homine spiritus immundus discerpsit eum ac furenti clamore terruit merito, quia plerumque dyabolus dum de corde expellitur acriores temptationes generat quam prius generaverat quando hoc quietus possidebat. Et factus est sicut mortuus ita ut multi dicerent quia mortuus est. Ihesus autem tenens manum eius elevavit eum et surrexit. Quem hostis impius iam fugere compulsus stravit ac mortuo similem reddidit, hunc pius salvator dextre sue miti tactu levavit, quia sicut verum se esse deum potentia salvandi docuit, ita etiam verum se habere carnis naturam more tactus humani declaravit. Negat namque manicheus insanus

em velaaten carne indutum fuisse
sed ipse cum tot languentes suo
errore mundavit illuminavit thesum
illius et ante quam nati essent desp
navit Et cum introisset domum di
scipuli eius secreto interrogabat eum
Quare nos non potuimus eicere eum
et dixit eis hoc genus in nullo pot
exire nisi in oratione et ieiunio Dum
docet apostolos quomodo demon nequ
sinus debeat expelli omnes instruunt
ad vitam ut sciamus nonnumquam graviora
quaeque vel immundorum spirituum vel ho
minum [illegible] temptamenta ieiuniis
et ordi[illegible]bus esse superanda ira
quoque [illegible] dum cum adulterium nos
irrum[illegible] scelerum sint accensa
hoc re[illegible]medio singulari posse pla
cari Ieiunium autem generale est non
solum ab escis sed etiam a cunctis
illecebris abstinere carnalibus immo
ab omnibus vitiorum continere passio
nibus Sic et oratio generalis non in
verbis solum est quibus divinam
clementiam invocamus verum etiam
in omnibus que in obsequium nostri con
ditoris fidei devotione gerimus teste
paulo qui ait Semper gaudete sine
intermissione orate Quemadmodum enim
omnibus horis atque momentis sine int
missione potest invocare sermonibus
Sed tamen sine intermissione oramus
cum ea sola opera gerimus que nos
pietate nostri commendent auctori quo mi
nimum ieiunio et qua oratione muni
te dum invictas antiqui hostis debella
bimus et propulsabimus insidias feria sexta
Illo tempore Rogabat ihesum Secundum lucam
quidam phariseus ut manducaret cum
illo et ingressus domum pharisei
discubuit Omelia beati Gregorii

Rogitanti michi de marie penitencia
flere magis libet quam aliquid
dicere Cuius enim vel saxeum pectus
ille huius peccatricis lacrime ad exem
penitendi non emolliant Conside
ravit namque quid fecit et noluit mo
derari quid faceret Super convivan
tes ingressa non iussa venit inter
epulas lacrimas obtulit Discite quo
dolore ardet que flere inter epulas
non erubescit Hanc vero quam lucas
peccatricem mulierem Iohannes ma
riam nominavit Illam esse mariam
credimus de qua marcus septem de
monia eiecta fuisse testatur Et quid
per septem demonia nisi cuncta scelera
designantur Quia enim septem diebus
omne tempus comprehenditur recte
septenario numero universitas figuratur
Septem ergo demonia maria ha
buit que universis viciis plena fuit
Sed ecce quia turpitudinis sue macu
las aspexit lavando ad fontem
misericordie cucurrit convivantes non eru
buit Nam quia semetipsam graviter
erubescebat intus nichil esse credi
dit quod verecundaretur foris Quid
ergo miramur fratres mariam
venientem an dominum suscipientem
Suscipientem dicam an trahentem
Dicam melius trahentem et susci
pientem quia nimirum ipse eam per
misericordiam traxit intus qui per
mansuetudinem suscepit foris
Sed iam textum sancti evange
lii percurrentes ipsum quoque or
dinem quo venerit sananda videamus
Attulit alabastrum unguenti et stans
retro secus pedes lacrimis cepit

rigare pedes eius et capillis sui ca-
pitis tergebat et osculabatur pedes eius
et unguento ungebat. Liquet fratres
quod illicitis actibus prius mulier
intenta sibi unguentum pro odore sue
carnis adhibuit. Quod ergo sibi tur-
piter exhibuerat, hoc iam deo lau-
dabiliter offerebat. Oculis terrena
concupierat, sed eos per penitenciam
conterens optius flebat. Capillos
ad composicionem vultus exhibuerat,
sed iam capillis lacrimas tergebat.
Ore superba dixerat, sed pedes domini
osculans hoc redemptoris sui vesti-
giis figebat. Quot ergo in se habuit
oblectamenta, tot de se invenit ho-
locausta. Convertit ad virtutum
numerum criminum, ut totum serviret
deo in penitencia quicquid ex se deum
contempserat in culpa. Sed hoc pha-
riseus intuens despicit, et non solum
venientem peccatricem mulierem, sed
eciam suscipientem dominum reprehen-
dit, dicens intra se: Hic si esset propheta
sciret utique que et qualis est muli-
er que tangit eum, quia peccatrix
est. Ecce phariseus veraciter apud se
superbus et fallaciter iustus egram repre-
hendit de egritudine, et medicum
de subvencione. Qui ipse quoque de ela-
tionis vulnere egrotabat et ignorabat.
Inter duos autem egros medicus
aderat, sed unus eger in febre in-
tegrum sensum tenebat, alter vero
in febre carnis eciam sensum per-
diderat mentis. Illa quippe flebat quod
fecerat. Phariseus autem de falsa
iusticia elatus vim sue valitudinis
exaggerabat. Inegritudine ergo
et sensum perdiderat qui hoc ipsum

quod a salute longe esset igno-
rabat. Sed inter hec nos gemitus
tangit quosdam nostri ordinis vi-
ros intueri, qui sacerdotali officio
prediti, si quid fortasse iuste exterius op-
ris vel tenuiter egerint, protinus
subiectos despiciunt et peccatores
quosque in plebe positos dedignantur,
eisque compati ad culpam suam
confitentibus nolunt, atque velut pha-
risei more apertatricem mulierem tan-
gi despiciunt. Que profecto mulier
si ad pharisei pedes venisset, immi-
tibus repulsa discederet. Indigna
enim se alieno peccato crederet.
Sed quia hunc veri sui iusticia
non replebat, de alieno vulnere
non egrotabat. Unde nobis necesse est
semper ut peccatores quosque conspicimus,
nosmetipsos prius in eorum cala-
mitatibus defleamus, quia fortasse
et in similibus lapsi sumus, aut labi pos-
sumus, si lapsi non sumus. Et si tan-
tum magisterii debet semper virtute
disciplinae vitia persequi, oportet ta-
men ut sollicite discernamus,
quia districtionem debemus vitiis, com-
passionem nature. Nam si castigandus
peccator est, nutriendus est proximus.
Quando vero iam per penitenciam per-
cutit in se ipso quod fecit, iam noster
est proximus, peccator non est, quia cum
dei in se iusticiam contra se erigit, et
hoc in se punit quod iusticia divina
reprehendit. Sed iam iste superbus et ar-
rogans qua sententia convincatur
audiamus. Duo nobis quippe debitorum
paradigmata opponuntur, quorum unus
minus, alter amplius debebat, et utrisque
debito dimisso, quis amplius largitorem

debiti diligat interrogatur / Quibus
verbis primus ille respondit. Ille plus
diligit cui plus dimittitur. Qua in re
est est notandum / quia dum sua se-
tencia phariseus convincitur / quasi
freneticus phrenim funem portat quo
ligetur / Enumerantur ergo bona peccatricis /
numerantur mala falsi iusti cum di-
citur: Intravi in domum tuam aquam pedi-
bus meis non dedisti; hec autem lac-
rimis rigavit pedes meos et capillis
suis tersit. Osculum michi non de-
disti; hec autem ex quo intravit non
cessavit osculari pedes meos. Oleo ca-
put meum non unxisti; hec autem unguen-
to unxit pedes meos. Post enumeratio-
nem subinfertur sententia / Propter quod
dico tibi remittuntur ei peccata multa
quia dilexit multum. Quid fratres karissimi
esse credimus dilectionem [illegible] nisi ig-
nem / quid culpam nisi rubiginem / Un-
de nunc dicitur / Remittuntur ei peccata
multa quia dilexit multum. Ac si ap-
te dicat: incendit plene peccati rubigi-
nem / quia ardet valde per amoris
ignem / tanto namque amplius peccati
rubigo consumitur / quanto peccatoris
cor magno caritatis igne crematur /
Ecce ea que ad medicum venerat egra /
sanata est / sed de salute eius adhuc
alii egrotant / Nam simul discumben-
tes commesti sunt morose dicentes: Quis
est hic etiam qui peccata dimittit. Sed
celestis medicus egros non respicit /
quos de medicamento fieri deteriores
videt / etiam eam autem / quam sana-
verat pietatis sue sententia erigit dicens:
Fides tua te salvam fecit. Vade in pace.
Fides etenim eam salvam fecit / quia
hoc quod peciit / posse accipere non du-
bitavit / Sed ipsam quoque spei certitudi-
nem iam ab illo acceperat / a quo spem /

etiam salutem querebat / Superius at-
que precipitur / ut ancillatur itinere
in viam scandali vestigiis non ducimur /
Unde et per Zachariam dicitur: Ad di-
rigendos pedes nostros in viam pacis.
Tunc etenim gressus nostros in viam pa-
cis dirigimus / quando per illud aucto-
rum iter pergimus / in quo ab aucto-
ris nostri gratia non discordamus /
Hec autem fratres karissimi historica
expositione transcurrimus / nunc si placet
ea que dicta sunt / mistico intellectu
discutiamus / Quem namque phariseus
de falsa iustitia presumens / nisi iu-
daicum populum / quem peccatrix mulier
que ad vestigia domini veniens et plo-
ravit / nisi conversam gentilitatem
designat / Que cum alabastro venit
unguentum fudit / retro secus pedes
stetit / lacrimis pedes rigavit et ca-
pillis tersit / eosque quos perfundebat
et tergebat pedes / et osculari non
desiit / Nos ergo nos ista mulier ex-
pressit / si toto corde ad dominum post
peccata redeamus / si eius penitentie
luctus imitemur / Quid namque unguen-
to nisi odor bone opinionis exprimitur /
Unde et Paulus dicit / Christi bonus
odor sumus deo in omni loco / Si igitur
recta opera agimus / quibus odore
bone opinionis ecclesiam respergimus /
Quid aliud in domini corpore unguen-
tum fundimus / Sed secus pedes domi-
ni stetit / Contra enim eum stamus / cum in pec-
catis positi eius itineribus renitebamur /
Sed si ad veram penitentiam post
peccata convertimur / iam retro secus pe-
des stamus / quia eius vestigia sequimur /
que impugnabamus / lacrimis mulier
pedes rigat / quod nos quoque veraciter
agimus / si quibuslibet membris inclinamur (?)
domini / per compassionis affectum

ad dirigendos pedes

Credo quod illud de odore unguenti [illegible] [illegible] [illegible]

Nota

dom

inclinemur. si sanctis eius in tribulacione
compatimur. si eorum tristiciam no-
stram putamus. Capillis mulier pe-
des quos rigaverat tersit. Capilli
vero superfluunt corpori. Et quid habun-
dans terrena substancia nisi capil-
lorum speciem gerit. Sed tenet que
dum ad usum necessitatis superfluit ex-
abscisa non sentit. Capillis ergo
pedes domini tergimus. quando sanc-
tis eius quibus ex caritate conpati-
mur. eciam ex hiis que nobis super-
nota fluunt miseremur. quatenus sic mens per
compassionem condoleat. ut ecia lar-
ga manus effectum doloris ostendat.
Rigat namque lacrimis pedes redemp-
toris. sed capillis suis non tergit qui
utcumque proximorum dolori compatitur.
sed tamen eis ex hiis que sibi superflu-
unt non miseretur. plorat et non ter-
sit qui verba quidem doloris tribuit.
sed non ministrando que desunt inde
dolorem minime abscidit. Osculatur
mulier quos pedes tersit. quod nos
quoque plene agimus. si studiose dili-
gimus quos ex largitate tenemus.
ne gravis nobis sit necessitas. et
cum manus necessaria tribuit animus a di-
lectione torpescat. potest quoque per pe-
des ipsum misterium eius incarna-
cionis intelligi. quo divinitas terram
tetigit quia carnem assumpsit. Ver-
bum enim caro factum est et habitabit
in nobis. Osculamur igitur redemp-
toris pedes. cum misterium incar-
nacionis eius ex toto corde diligimus.
Unguento pedes eius ungimus. cum
ipsam humanitatis eius potenciam
sacri eloquii bona opinione predi-
camus. Sed hec phariseus videt et
invidet. quia cum iudaicus populus
gentilitatem deum predicare
conspicit. sua ipse se malicia
tabescit. Sed redemptor factum
eiusdem mulieris quasi gentilitatis
bona enumerat. ut iudeus in quo malo iace-
at agnoscat. Nam sic phariseus re-
tunditur ut perennem sit dampnum per-
fidus ille populus ostendat. Intravi
in domum tuam aquam pedibus me-
is non dedisti. hec autem lacrimis
rigavit pedes meos. aqua quippe
extra nos est. lacrimarum humor
intra nos est. Rem vero videlicet infidelis
ille populus. nec aquam que extra se e-
rat benignam pro domino tribuit. Conversa
autem gentilitas pro eo non solum rerum
substanciam. sed eciam sanguinem
fudit. Osculum michi non dedisti
hec autem ex quo intravit non ces-
savit osculari pedes meos. Osculum
quippe dilectionis est signum. et infidelis
ille populus deo osculum non dedit
quia eum ex caritate amare noluit
cui ex timore serviuit. Vocata autem
gentilitas redemptoris sui vestigia
osculari non cessat. quia in eius
continuo amore suspirat. Unde et
sponse voce de eodem redemptore
suo in canticis canticorum dicitur. Osculetur
me osculo oris sui. Osculum recte
conditoris sui desiderat. qui se ei
obsequi per amorem parat. Oleo
caput meum non unxisti. si pedes
dei misterium eius incarnacionis
accipimus. congrue per caput ipsius
ipsa divinitas designatur. Unde etiam
et paulum dicitur. Caput Christi deus.
Iudeum quippe et non iuste quasi
in homine iudaicus populus ille fate-
batur. Sed de Christo dicitur. Oleo

caput meum non unxisti / quia ipsam
quoque divinitatis potenciam / in qua se
credentes plus credere spopondit / digna
laude predicare neglexit / Hec autem
unguento unxit pedes meos / quia dominum
in carnacione eius misterium gentili-
tas credidit / summa laude etiam eius
yma predicavit / Sed etiam iam re-
demptor noster / ut cuncta bona tota
dit per sentenciam / subditur / propter quod
dico tibi remittuntur ei peccata multa
quoniam dilexit multum. ac si aperte
dicat / et si durum est valde quod resecuit
habundat tamen amoris igne / quo
etiam dura consumantur / libet michi
hec consideracionem tante pietatis in
tueri peccatricis mulieris opera que pentitentis
cum estimacione veritas aput se si
nat / que eius adversarios subtracta
distribucione emundat / Sed pharisei prandium
dominus destinabat / sed apud penitentem
mulierem mentis epulis delectabatur
/ Aput phariseum veritas pascebatur
foris / aput peccatricem mulierem sed tamen
conversam pascebatur intus / Unde et
et ei sancte ecclesie quam sub specie humilis
feminam querit / in cantico canticorum
dicens / Indica michi quem diligit anima
mea / ubi pascas / ubi cubes in meridie /
Meridiem quippe humilis dominus applicat /
mystice assumptam carnem / antiquior
unde filius patrum / Ferventior vero
in meridie estus ardescit / et umbrosum
locum humilibus querit / quem estus
ignis non afficit / Humilibus ergo cordibus
dominus requiescit / que amor presentis seculi
non incendit / que carnis desideria non
exurunt / que immensa insitis ariditatibus / in huius mundi concupiscentiis non
arescunt / Unde et Marie dicitur / Spiritus
sanctus superveniet in te / et virtus altissimi
obumbrabit tibi / Umbrosa ergo loca
in meridie / humilibus ad pascendum que-
rit / quia talibus mentibus dominus pascitur /
que prospectum gratie temporalibus te-
poralibus desideriis non urantur / plus
ergo penitens mulier pascebat intus /
plus quam phariseus dominum pasce-
bat foris / quia ab estu carnalium se
humilibus redemptor noster ad illius men-
tem fugerat / quam post vitiorum ignem
penitencie umbra temperabat / Pen-
semus quante pietatis sit peccatricem
mulierem / non solum ad se admittere
sed ei etiam ad tangendos pedes prebere
/ Consideremus ergo graciam dei
misericordie / et dampnemus multitu-
dinem reatus nostri / Ecce peccatores vi-
det et sustinet / resistentes tollerat /
et tamen cottidie per linguam clemen-
ter vocat / Confessionem nostram compunc-
to corde desiderat / et cuncta que deli-
quimus relaxat / Temperavit nobis distric-
cionem legis misericordia redemptoris /
In illa quippe scriptum est / Si quis
hoc vel illud fecerit morte moriatur /
Si quis hoc vel illud fecit lapidibus
obruetur / Apparuit conditor et re-
demptor noster in carne / confessioni
peccatorum non penam / sed vitam
promittit / Mulierem sua vulnera con-
fitentem suscepit / et sanatam dimittit /
Inflexit ergo ad nostram duriciam
legis / quia quos iste iuste illa dampnat
/ ille misericorditer liberat / Unde be-
ne in lege quoque scriptum est / quia ma-
nus Moysi erant graves / sumentes
igitur lapidem posuerunt subter eum
sedit Aaron / et Hur iste sustentabat ma-
nus eius / Moyses quippe sedit in lapi-
de cum lex requievit in petra / Sed
hec eadem lex manus graves ha-
buit / quia peccantes quosque non

misericordie protulit / sed secreta districtione
pensit. Aaron vero fortitudinis est mons /
Hur autem ignis interpretatur / quid itaque
iste mons fortitudinis significat nisi
redemptorem nostrum / de quo per prophe-
tam dicitur. Sicut in novissimis die-
bus preparatus mons domus domini
in vertice montium / aut quid per ignem
nisi spiritus sanctus figuratur / de quo
idem redemptor noster dicit. Ignem veni
mittere in terram. Aaron ergo et Hur gra-
ves moysi manus sustinent / atque suste-
tando leviores reddunt / quia media-
tor dicitur dei et hominum / cum igne sancti
spiritus veniens mandata legis gra-
via / que dum carnaliter tenerentur
portari non poterant / tollerabilia
nobis per spiritualem intelligentiam oste-
dit / quasi cum manus moysi leves red-
didit / quia pondus mandatorum legis
ad virtutem confessionis retorsit.
Hanc nobis penitentibus misericordie
promissionem nunc innotuit / cum per pro-
phetam dicit. Nolo mortem peccatoris
sed ut convertatur et vivat. Hinc iterum
sub inducte specie dimisse anime per
eundem dicitur / Si dereliquerit vir ux-
orem suam / et illa recedens duxerit
virum alium / numquid revertetur ultra
ad eam / numquid non polluta et conta-
minata erit mulier illa. Tu autem
fornicata es cum amatoribus multis /
tamen revertere ad me dicit dominus.
Ecce paradigma turpis mulieris dedit /
ostendit / quod post turpitudinem
recipi non possit / sed hoc ipsum paradig-
ma quod protulit pietate vicit / cum dicit
fornicantem mulierem nequaquam recipi
posse / et tamen fornicantem animam
recipiat et expectat. Pensate fratres
pondus tante pietatis / dicit quod fieri

non potest / et demonstrat quod hoc ipse
facere et contra morem potest / Ecce
vocat et quos inquinatos dimittat
hos etiam amplecti querit / quos
deseruit esse ipse queritur. Nemo ergo
tante misericordie pondus perdat. Nemo obla-
ta remedia divine pietatis abiciat.
Ecce superna pietas aversos revocat
/ et nobis redeuntibus sue clementie sinum
parat / Unusquisque igitur penset quo de-
bito constringitur / quando illum deus
expectat nec contemptus exasperatur /
Qui ergo permanere voluit / redeat qui stare
contempsit / saltim post lapsum surgat /
Quanto nos amore redemptor noster
expectat / insinuat enim per prophetam dicens
Attendi et auscultavi / Nemo quod bonum
est loquitur / non est qui recogitet vel
corde suo et dicat / quid feci. Ecce nos
mala recogitare debuimus / sed quia cogi-
tare recta noluimus / Ecce adhuc susti-
net ut recogitemus / videte tante pietatis
sinum / Consideratur apertum nobis misericordie
gremium / quos male cogitantes per-
didit bene recogitantes querit / Ad nos
fratres igitur semper oculos mentis reducite
/ penitentem peccatricem mulierem in
exemplum vobis imitationis ante ferte /
quicquid vos in adolescentia / quicquid in iuven-
tute deliquisse meministis deflete / Mores
opinionumque maculas / lacrimis tergite /
amemus iam redemptoris nostri vestigia que
peccando contempsimus / Ecce ut diximus
ad recipiendos nos superne pietatis sinus
apertum / nec maculosam nobis vitam con-
tempnitur / profecto quod inspiratorem veracem
prophetam / ut hic iam mundicie con-
cordamus / venientes nos deus amplecti
/ quia peccatorum vita esse indigna eius non potest /
que fletibus lavatur in christo ihesu domino
nostro cum quo vivit et Sabbato [illegible]
xiii

In illo tempore dixit Ihesus turbis similitudinem hanc: Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua et venit querens fructum in illa et non invenit. Et reliqua. Omelia Gregorii.

Dominus et redemptor noster per evangelium suum aliquando verbis loquitur, aliquando rebus; aliquando aliud verbis, aliud rebus; aliquando hoc autem verbis quod rebus. Duas etenim res ex evangelio, fratres, audistis: ficulneam infructuosam et mulierem curvatam, et utrique rei est pietas impensa. Illud autem dixit per similitudinem, istud egit per exhibitionem. Sed hoc signat ficulnea infructuosa quod mulier inclinata, et hoc ficulnea reservata quod mulier erecta. Dominus vinee tercio venit ad ficulneam et fructum minime invenit. Et mulier que erecta est decem et octo annis erat curva. Hoc autem decem et octo annorum numero signatur quod tercio dominus vinee ad infructuosam ficulneam venisse perhibetur. Omnia igitur premittendo summatim totam expositionis iam lectionis ordinem singula disseramus. Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea et venit querens fructum in illa et non invenit. Quid arbor fici nisi humanam naturam significat, quid mulier inclinata nisi eandem naturam significando denunciat, que et bene plantata est sicut ficus et bene creata est sicut mulier. Sed in culpa propria est sponte lapsa, nec fructum servat operacionis nec statum rectitudinis amisit, que ad dei similitudinem condita dum in sua dignitate non persistit, dum ex plantata et creata fuerat servare contempsit. Tercio dominus vinee ad ficulneam venit, quia naturam generis humani ante legem, sub lege, sub gratia expectando, ammonendo, visitando requisivit. Dixit autem ad cultorem vinee: Ecce anni tres sunt ex quo venio querens fructum in ficulnea hac et non invenio. Venit ante legem, quia per naturalem intellectum quid unusquisque exemplo sui erga proximum agere debuisset innotuit. Venit in lege, quia precipiendo docuit. Venit post legem per graciam, quia pietatis sue potenciam exhibendo monstravit. Sed tamen tribus annis fructum se non invenisse conqueritur, quia quorundam pravorum mentes nec inspirata menti lex naturalis corrigit, nec precepta erudiunt, nec incarnationis eius miracula convertunt. Quid vero per cultorem vinee nisi prepositorum ordo exprimitur, qui dum preesse ecclesie videntur, domini vinee curam gerunt. Huius vinee enim primus cultor Petrus apostolus extitit. Hunc nos indigni sequimur in quantum per eruditionem vitam docendo, predicando, increpando laboramus. Sed cum magno iam timore audiendum est quod cultori vinee de infructuosa arbore dicitur: Succide eam; ut quid terram etiam occupat? Unusquisque iuxta modum suum in quantum locum presidere tenet, si fructum bone operacionis non exhibet, velut infructuosa arbor terram occupat, quia in eo loco in quo ipse est et in aliis operandi occasionem occupat. Is in hoc seculo potens quilibet, si fructum non habet bone operacionis, etiam impedimentum prestat ceteris, quia quicumque sunt sub illo exemplo pravitatis illius quasi umbra perversitatis eius premuntur. Stat desuper arbor infructuosa et subter terra sterilis iacet. Infructuose arboris desuper umbra densatur et solis radiis ad terram descendere nequaquam

promittitur quia dum subiecti quilibet
pastoris perversi perversa exempla con
spiciunt, ipsi quoque infructuosi rema
nentes veritatis lumine privantur.
Et pressi umbra calorem ignis non
accipiunt, quia inde remanent a deo
frigidi. Unde in hoc seculo male pungi
tur. Sed de hoc perniciose quolibet et
potente pene iam requisito deo non
est postquam se perdidit. Excrescendit
solummodo est cur et alios premit. Unde
bene et eiusdem vinee cultori dominus
dicit: Ut quid etiam terram occupat? quasi
locum quem tenet moribus operibus
non operetur. Sed tamen unum est pro
talibus deprecari. Nam cultor vinee
quid dicit audiamus: Domine dimitte
illam et hoc anno quousque dum fodiam
circa illam. Quid est circa ficulneam
fodere nisi infructuosas mentes in
crepare? Omnis namque fossa in imo est.
Et nimirum increpatio dum mentem
sibi demonstrat humiliat. Quotiens
ergo de peccato suo aliquem corripimus
quasi ex cultore sue debito circa
infructuosam arborem fodimus. Post
fossionem vero quid dicat audiamus:
Et mittam cophinum stercoris. Quid
est cophinus stercoris nisi memoria
peccatorum? Peccata etenim carnis stercora
vocantur. Unde et per prophetam dicitur:
Computruerunt iumenta in stercore
suo. Iumenta quippe in stercore suo pu
trescere est carnales quosque in feto
re stercoris luxurie finire vitam.
Nos itaque quotiens carnalem mentem
de suis peccatis increpamus, quotiens
ad eius memoriam vicia anteacta
reducimus, quasi infructuose arbori
cophinum stercoris versamus, ut ma
lorum que egit recolat et ad com
punctionis graciam quasi de stercore

pinguescat. Mittitur ergo cophinus
stercorum ad radicem arboris cum
pravitatis sue conscientia tangitur
memoria cogitationis. Cumque se per
penitentiam ad lamenta mens ex
citat, cumque se ad bone operationis
graciam reformat, quasi per tactum
stercoris redit ad fecunditatem operis.
Radix cordis plangit quod fecisse se
meminit, displicet sibi qualem fuisse
se recolit, intentionem contra se erigit
atque ad meliora animum accendit. Ex
stercore igitur ad fructum reviviscit
arbor, quia de consideratione peccati
ad bona se opera resuscitat animus.
Et sunt plerique qui increpationes au
diunt et tamen ad penitentiam re
dire contempnunt, et infructuosi deo hic
in seculo virides stant. Sed audiamus
quid ficulnee cultor adiungit: Siquidem
fecerit fructum; si autem, succides eam
in futuro. Quia profecto qui hic non
vult ad fecunditatem pinguescere
per increpationem illuc cadet unde iam
per penitentiam resurgere non valet.
Et in futuro succidetur quamvis hic
sine fructu viridis stare videatur.
Erat autem docens in synagoga sab
batis. Et ecce mulier que habebat spiritum
infirmitatis annis decem et octo. Pau
lo iam diximus ante quia hec tribus
adventibus domini ad infructuosam ficul
neam, quod decem et octo annorum numero ad cur
vam mulierem significat. Sexto enim
die homo factus est atque eodem die
opera domini cuncta opera domini perfecta
sunt. Senarius autem numerus
in ternarium ductus decem et octo facit. Quia ergo
homo qui sexto die factus est atque eodem

Sic perfecta opera habere noluit Et
ante legem sub lege atque in exordio in-
choantis gratie infirmus extitit decem
et octo annis mulier curva fuit Et
erat inclinata nec omnino poterat sursum
respicere Omnis peccator terrena cogitans
celestia non requirens sursum respicere
non valet quia dum desideria inferiora
sequitur a mentis sue rectitudine cur-
vatur Et hoc semper videt quod sine ces-
satione cogitat ad corda vestra fratres
karissimi redite quid horis omnibus
in cogitationibus vestre volvatis aspici-
te alius de honoribus alius de pecuniis
alius de prediorum ambitione cogi-
tat Cuncta hec in ymo sunt et quando
mens talibus implicatur a statu sue
rectitudinis flectitur et quia ad cele-
ste desiderium non assurgit ipsa incli-
nata sursum respicere nequaquam
potest. Sequitur ... Hanc cum vidisset
Jhesus vocavit eam ad se et dixit illi
Mulier dimissa es ab infirmitate
tua et imposuit illi manus et confe-
stim erecta est Vocavit et erexit quia
illuminavit et adiuvit ... Vocat sed non
erigit quando quidem per eius gratiam
illuminamur sed exigentibus nostris
meritis adiuvari non possumus plerumque
enim videmus que agenda sunt sed hec
opere non implemus Nitimur et in-
firmamur mentis iudicium rectitu-
dinem conspicit sed ad hoc operis
fortitudo succumbit Quia nimirum
iam de pena peccati est ut de dono
quidem possit bonum conspici Sed
tamen ab eo quod conspicitur conti-
gat per meritum repelli Assiduitas cum
culpa obligat mentem ut nequaquam
surgere possit ad rectitudinem Cona-
tur et labitur quia ubi sponte diu

perstitit ibi et cum noluerit coacta cadit
Hanc de hac nostri incurvatione ex per-
sona humani generis psalmista dicit
Incurvatus sum et humiliatus sum
nimis usquequaque Contemplatus ipse
quod ad supernam lucem intuendam
homo conditus fuerat sed peccatis
exigentibus foras missus mentis sue
tenebras portat superna non appetit
infimis intendit celestia nequaquam
desiderat terrena semper in animo versat
ex hoc quod de suo genere doluit Ipse
ipsum exclamavit dicens Incurvatus
sum et humiliatus sum nimis usquequaque
Contemplationem namque celestium per-
deret Si sola carnis necessaria homo
cogitaret incurvatus et humiliatus
esset sed tamen usquequaque non esset
Quem ergo a supernis cogitationibus
non solum necessitas deicit sed etiam
voluptas illicita sternit Non solum incur-
vatus sed usquequaque incurvatus est
Hinc alius propheta de immundis spiri-
tibus dicit Qui dixerunt anime tue
Incurvare ut transeamus recta quippe
stat anima cum superna desiderat
et nequaquam flectitur ad yma sed
maligni spiritus cum hanc in recti-
tudine sua stare conspiciunt per eam
transire non possunt Transire quippe
namque illorum est in mente illa desi-
deria spargere Dicunt ergo Incur-
vare ut transeamus quia si ipsa se
ad yma appetenda non deicit contra
hanc illorum perversitas inefficax
convalescit et transire per eam
nequeunt quam contra se rigidam
in superna intentione pertimescunt
Nos ergo fratres karissimi hos dicam ma-
lignis in nobis spiritibus damus
cum terrena concupiscimus cum ad temporalia

appetenda cui tamen. Videat ergo circa
conspicere et dorsa mentium ascenden-
tibus adversariis praebere terrena
semper intuetur. Qui curvus est et quo
pretio sit redemptus non meminit
quia yma querit. Hinc etiam per Mo-
ysen dicitur ut qui gibbo premitur
nequaquam ad sacerdotium promove-
atur. Et quamquam Christi sanguine redemp-
ti summi membra eiusdem summi sacer-
dotis efficimur. Unde nobis per Petrum
dicitur: Vos autem genus electum re-
gale sacerdotium. Sed qui gibbum
tollerat yma semper intuetur. A sacer-
dotio ergo repellitur, quia quisquis
solis terrenis intentus est ipse sibi testis
est quod membrum summi sacerdotis
non est. Hinc rursum pisces qui pe-
nulas non habent abesse fidelis populi
prohibentur. Pisces quippe qui pennu-
las [illegible] squamarum habent dare saltum
etiam super aquas solent. Quid ergo
pennatis piscibus nisi electe anime
figurantur, que perfecto sole in celestis
esse corpus transierunt, que modo den-
tium pennulis fulcite saltus dare per
celeste desiderium sciunt, ut superna
per contemplationem appetant, quamvis
in se ipsis iterum mortalitatis carne
relabantur. Si ergo iam bona pa-
trie celestis agnovimus, displiceat no-
bis [illegible] quod circa sumus.
Ponatur ante oculos mulier in-
clinata et arbor infructuosa. Recen-
seamus malorum que fecimus, mit-
tamus ad radicem cordis cophinum
stercoris, ut tunc in recordationibus fructu
pinguescat quod nobis penam ferebat.
Et si virtutum summa operari non possumus,
ipse deus [illegible] gaudet lamento opera-
ri iustitie inchoatione placebimus et
iusta que fecimus primum ut moveat
cit in fletibus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
mas gaudia mansit. Post dominicam [illegible]

In illo tempore accesserunt Dominica xvii post Trinitatis Matthei xxii
ad ihesum pharisei et interrogavit eum
unus legisdoctor temptans eum: Magister,
quod est magnum mandatum in
lege. Omelia primum alii dicit Iohannes

Convenerunt ergo pharisei ut
multitudine vincerent quem
ratione superare non poterant. A veritate
se nudos esse professi sunt qui mul-
titudine se armaverunt. Dicebant
enim apud se: Unus loquatur pro omnibus
et omnes loquamur per unum, ut si quidem
vicerit omnes videamur victores; si
autem victus fuerit vel solus videatur
confusus. O pharisei qui omnia propter
homines cogitatis et facitis. Sumus quidem
venientes cum uno vincendi causa
per unum enim tamen pone
per unum [illegible] quia uno victo ho-
mines non intelligunt omnes vos esse
victos. Utique conscientie vestre non
sentiunt se esse confusos. Levis est
enim consolatio qui in se ipso confusus
est quod ab aliis ignoratur. Magister,
quod est mandatum magnum in le-
ge. Magistrum vocat cuius non volt esse
discipulus. Simplicissimum interrogator
et malignissimus insidiator de magno
mandato interrogat qui nec minimum
observat. Ille vero debet interrogare
de maiore iustitia qui iam minorem
implevit. Dominus autem sic ei respondet
ut interrogationis eius fictam conscien-
tiam statim primo responso penetraret
dicens: Diliges dominum deum tuum ex to-
to corde tuo, non sicut tu qui devotionem
ostendis in ore et fraudem meditaris
in corde. Magnum autem et minimum
mandatum dicimus quantum ad dig-
nitatem mandatorum, non quantum ad uti-
litatem. Alioquin utilitas omnium man-
datorum una est et omnia mandata

ꝑ duum videntur esse mandatum,
ita sibi coherent ut alterum sine al-
tero esse non possit. Ut puta si interro-
gat te quis in edificatione domorum
que pars est melior, dicis fundamentum
sed quemadmodum edificacio non potest esse
nisi fuerit fundamentum, ita nec funda-
mentum esse potest nisi edificacio fu-
erit superposita, nec dicitur fundamen-
tum nisi sit edificacio, tunc fundamentum
dicatur. Ergo fundamentum edificacione
dignius est non utilius, sic et caput
dignius est quam membra, tamen
nec membra sine capite nec caput
sine membris. Sic digniores sunt sacer-
dotes quam populus sine sacerdotibus.
Non tamen utiliores, quia nec populus
sine sacerdotibus nec sacerdotes sine populo
esse possunt. Ita et dignius est hoc
mandatum Diliges dominum deum tuum
ex toto corde tuo, quam illud: non occi-
des, non concupisces, tamen utriusque uti-
litas una est. Nam qui diligit deum
non occidit, non concupiscit. Non di-
ligit dominum deum suum. Esse autem
minima mandata dominus manifestat
dicens: Si quis unum ex minimis manda-
tis istis solverit et docuerit sic homi-
nes minimus vocabitur in regno celorum.
Diliges inquit, non times, quia diligere
maius est quam timere. In incohato
enim cultu dei perfecto habet timorem,
perfectio autem dilectionem, dicente
Johanne: Perfecta dilectio foras mittit timo-
rem. Docet enim homo timet deum,
non enim diligit. Timor autem diligere
cepit. Nam non enim tantum modo ti-
met, sed etiam amplius diligere. Timere
enim servorum est, diligere filiorum. Timor
in servitute est, dilectio in libertate.
Nota bene: Qui in timore servit deo, penam quidem
evadit, mercedem autem non habet,
quia invitus fecit bonum propter timorem.
Non vult ergo deus ut timeatur ab ho-
minibus quasi dominus, sed ut diliga-
tur quasi pater, qui adoptionis
spiritum donavit hominibus. Nam si
consideramus ab initio creati hominis
causam, intelligimus quia deus ma-
gis se patrem voluit esse hominum quam
dominum. Non enim dixit tantum modo facia- Nota
mus hominem, sed faciamus hominem
ad ymaginem et similitudinem
nostram. Similare autem filius convenit
ad patres suos, non etiam servus
et dominos suos. Quid est diligere deum Quomodo amor dei si sit in homine cognosci debet
ex toto corde, ut cor tuum non sit in-
clinatum ad ullius rei dilectionem am-
plius quam dei, nec delecteris specie
mundi amplius quam dei, non in ho-
noribus, non in auro vel argento,
non in possessionibus aut vineis, non
in animalibus aut mancipiis, non
in ornamentis aut vestibus, non in filiis
aut parentibus aut amicis. Si hec
omnia cognoscimus tibi esse modo, ut
pre hiis omnibus deum ames. Si autem
in aliquo horum amor cordis tui
fuerit occupatus, iam ex toto corde
non ames deum. Pro quanta enim parte
cor tuum fuerit ad aliquam rem,
pro tanta parte minus est a deo. Ecce
si vir habeat uxorem, quomodo cog-
noscitur uxoris plena dilectio. Uxor Nota de uxore
neminem debet sapienciorem putare
quam virum suum, et si sit alter sa-
piencior, tamen illa sapienciorem esse
alterum non debet. Uxor etiam neminem
fortiorem debet putare quam virum
suum, et si sit alter fortior, tamen
illa intelligere non debet alterum
fortiorem. Uxor neminem debet

formosiorem putare quam virum
suum et si sit alter formosior tamen
coram oculis eius alter formosior
non debet apparere. propter eum odium
et perfectus amor rerum mundanarum non
cognoscit. ut puta si perfecte odias aliquem
qualiacumque faciunt apud illum omnia
tibi displicent sive que dicit sive
que agit. et si bona sint tamen tibi
mala videntur. Sic et si aliquem
perfecte amas quecumque sunt apud
illum placent tibi sive que loquitur
sive que agit. et si mala sint tamen
sibi bona videntur. Ergo et uxor si
videns aliquem dixerit quam sapi
ens vir. utinam meus esset talis. iam D
amor eius nunquam habet aliquid de
Nota non diligit deum tota qui credit incantationibus [illegible] D — perfecto amore. Si videns aliquem
dixerit quam formosus homo utinam
vir meus talis esset. iam amor eius
nunquam habet aliquid de perfecto amore
et quecumque per amplius aliquem lau
daverit in altero viro quam in suo
vero dilecto eius minor est ad viru
suum. Sic ergo et anima omnis
christiana que sponsa est Christi ita debet
diligere deum ut nichil sit in mundo
quod amplius amet quam eum
quecumque autem propter plus aliquid
laudantem presenti propter minus amat
deum. Quid est in tota anima dili
Diligere deum in tota anima — gere deum. i. certissimum animum
habere in veritate et firmum esse in
fide. alius est enim amor et alius a
mor cordis. amor cordis quodam
modo carnalis est ut etiam carna
liter deum amemus quod facere non
possumus nisi recesserimus ab amore
Nota bene Sicut casta — mundialium rerum. Sicut enim casta
mulier que virum suum amat nullum

amat. Si autem alterum amaverit
iam non amat virum suum. ita et
homo si amat deum mundum non
amat. si autem mundum amaverit
iam deum ex toto corde non amat.
Ergo cordis amor non intelligitur
sed sentitur in corde. quia quodam
modo carnalis est. amor autem mentis
non sentitur in corde sed intelligitur
quia amor anime. videlicet ut puta
dixeris tibi unum deum cognoscere omnia
et unum deum preesse omnia. Si iterum
intellectus tuus alicuius doctrine sedu
tione persuasus cepit dubitare de verba
dei in tota anima non diliges deum.
Item qui putat incantationes aliquid
posse. aut auguria intelligere divina
tiones aliquid nuntiare. ille non in tota
anima diligit deum. Qui autem dili
git deum qui omne bonum credit a
pud deum et omne bonum credit esse deum
contra deum non credit esse bonum.
Qui omnem virtutem et sapientiam
credit esse deum contra deum neque
sapientiam aliquam esse credit nec vir
tutem. Qui credit deum omnia facere
et sine deo nichil fieri posse. ille toto
mente diligit deum. Quid est in tota
mente diligere deum idest ut omnes sensus
tui qui pertinent ad mentem deo va
cent. tuus intellectus deo ministrat
tua sapientia circa deum est. tua
cogitatio ea que dei sunt tractat
tua memoria que bona sunt recordatur
tota mente diligit deum. Sicut apostolus
psallam intellectu et spiritu psallam et
mente. tuus autem intellectus que sunt dei
non intelligit aut non studium deum
sapit aut scientia illius vana est.

secularis aut recordatio eius non est vera
aut cogitatio displicens deo / ille non to-
ta mente diligit deum / Hoc est primum et
maximum mandatum / Secundum autem
simile est huic Diliges proximum tuum
sicut te ipsum. Videtur Christus non ad in-
terrogata respondere / illi enim interrogaverant
quod esset magnum mandatum primo
dixit diliges dominum deum si voluit et
alterum mandatum introducere debu-
it minimum dicere non secundum primum enim
ad primum respicit Sed inde quod volu-
it ostendere diliges dominum et primum
et magnum est / diliges autem proximum
magnum quidem est secundum autem non est
et ideo dixit simile est Considera ergo
misterium / qui est proximus nisi ille Christus
qui suscipiens carnem nostram frater
est proximus nobis / sicut in parabola
Christus ostendit cum dixit phariseus
et quis est meus proximus introducit
hominem a latronibus vulneratum et
a sacerdote despectum / a samaritano
autem receptum / qui est ipse Christus
ergo primum mandatum est et maximum
deum diligere patrem diligere secundum
et simile filium dei diligere id est Christum
Vel autem simpliciter intelligamus pro-
ximum nostrum omnem hominem ex
fidelem / qui hominem amat fidelem
simile est sicut qui deum amat / quia
ymago dei est homo sicut regi in yma-
gine sua honoratur vel contempnitur
sic et deus in homine vel diligitur
vel oditur Non potest deum odire
qui amat hominem / nec potest deum ama-
re qui hominem odit Sicut ait Johannes
apostolus Qui dicit se deum diligere
et non diligit fratrem suum mentitur
Si enim fratrem quem videt non diligit
deum quem non videt quomodo potest
diligere Quis honorat regem et con-
tempnit ymaginem eius / aut quis
honorat ymaginem et auctorem contemp-
nit ymaginis / aut ita quomodo pharisei
sciebant quidem quod esset magnum
mandatum in lege sed temptantes
interrogabant volentes eis ostendere / quia
non sufficiebat eis solius dei patris
agnitio ad salutem / non solum dixit
diliges dominum deum tuum in toto cor-
de tuo / et in tota anima tua sed addi-
dit Diliges proximum tuum sicut te
ipsum / qui erat ipse alioquin si ad so-
lam interrogationem eorum respondisset
sufficeret dicere / diliges dominum deum tuum
et non adderet proximum tuum sicut te
ipsum. Sicut quod alibi dicit. Hec est vi-
ta eterna ut agnoscant te deum ve-
rum solum. et quem misisti Jhesum
Christum Et inde quia non dixit. cog-
nosces dominum deum tuum sed diliges
quia cognoscere dominum deum penes
proximum est humane nature diligere
autem eum religiosi cordis et recti
Et quicumque dilexerit deum ex corde
non est possibile ut non perveniat
ad filii eius agnitionem id est proximi
Ipsa enim dilectio dei que in eo habitat
illuminans eum prestat ei ducatum
ut post patrem agnoscat et filium
In his duobus mandatis universa
lex pendet et prophete / qui proximum
suum diligit nec occidit nec mechatur
ille quem diligit nec concupiscit
rem illius quem diligit / nec mulierem
eius invadit / sicut odium omne ma-
lum suggerit sic dilectio omne bonum
Unde ait apostolus Et fidem que per cari-
tatem operatur aut ita quomodo de
patre et filio omnes prophetaverunt et

et legis predicatio constabat per quos
prophetas agnoscens quibus primum suum
idest filium dei ad primum et magnum
mandatum perveniebat ut diligeret
dominum deum melius agnoscens eum
per ipsum. **Dominica xix secundum matheum**
In illo tempore ascendens ihesus in naviculam
transfretavit et venit in civitatem suam
et ecce offerebant ei paraliticum iacen-
tem in lecto etc. **Jo. ut bede Aug.**
Christum in humanis actibus
divina gessisse misteria et re-
bus visibilibus invisibilia exercuisse
negocia lectio hodierna monstravit
Ascendit inquit in naviculam et trans-
fretavit et venit in civitatem suam
Nonne ipse est qui fugatis fluctibus
maris profunda nudavit ut israeliticus
populus inter stupentes undas sicco
vestigio velut montium concava tran-
siret Nonne hic est qui petri pedi-
bus marinos vertices inclinavit
ut iter liquidum humanis gressibus
solidum preberet obsequium Et quid
est quod ipse sibi maris sic denegat
servitutem ut brevissimi laci transitum
sub mercede nautica transfretaret As-
cendit inquit in naviculam et transfre-
tavit Et quid mirum fratres christus
venit suscipere infirmitates nostras et sua
nobis conferre remedia aufferre
ante tedia suavitate [illegible] medicus
qui non fert infirmitates curare
nescit et qui non fuerit cum infirmo
infirmatus infirmo non potest conferre
sanitatem christus ergo si in suis man-
sisset virtutibus commune cum hominibus
nil haberet et nisi implesset carnis
ordinem carnis in illo otiosa esset
susceptio Sustinuit ergo has neces-
sitates ut homo verus humanis
necessitatibus probaretur Ascendit

ut credentes in se ad celestem patriam
tranquilla navigatione perducat
et municipes civitatis sue faciat
quos humanitatis sue fecit esse con-
sortes Non ergo christus indiget na-
vi sed navis indiget christo quia sine
celesti gubernatore navis ecclesie per
mundanum pelagus per tanta et tanta
discrimina ad celestem portum non va-
let pervenire. Hec diximus fratres quan-
tum ad intelligentiam spiritualem verum
ipsius historie ordinem prosequamur
Ascendens inquit in naviculam trans-
fretavit et venit in civitatem suam
Creator rerum orbis dominus posteaquam
se propter nos nostra angustiavit carne
cepit habere humanam patriam ce-
pit civitatis iudaice esse civis parentes
habere cepit parentum omnium ipse
parens ut invitaret amor attraheret
caritas vinciret affectus suaderet hu-
manitas quos fugaverat dominatio me-
tus disperserat et fecerat vis potentie
exortes Venit in civitatem suam
et obtulerunt ei paraliticum iacentem
in lecto Et videns inquit ihesus fidem
illorum dixit paralitico Confide fili
Remittuntur tibi peccata tua audit ve-
niam et tacet paraliticus nec ulla reddit
graciam quia plus corporis quam anime
tendebat ad curam et temporales erump-
nas resoluti corporis sic deflebat ut eter-
nas penas resolucionis anime non
defleret graciorem sibi presentem vitam
iudicans quam futuram merito christus
offerencium fidem respicit et dementiam
despicit sic iacentis ut fidei aliene suf-
fragio paralitici anima ante curaretur
quam corpus Respiciens inquit fi-
dem illorum Cernitis hoc loco

fratres dum non querere insipientium
voluntates · non expectare ignora
ciam fidem · non infirmum stulta desi
deria prestolari · sed ad alterius fide
subvenire · et vere ira fratres quando
medicus languentium aut querit
aut respicit voluntates cum semper
contraria desiderare aut reprimere mi
nus hinc est quod nunc ferrum nunc
ignem nunc amara pocula ingerit
et appoint invitis ut curam sani sen
ciat quam sentire non poterant egro
tantes / Et si homo iniurias despicit
maledicta contempnit ut sanitatem pro
te vita conferat et salutem quanto
magis xpistus medicus bonitate divina
morbis sauciatos peccatorum et fronte
si oportet laborantes ad salutem eciam
invitos attrahit et nolentes Qui be
nivus fides est delinquens mentibus nec
omnes paralisim pendere et animam
nostram virtutibus destitutam iacere in inter
stitiis / invenio / fuerat nobis quando
dominum xpistum et invitis cottidie noxias
despicit voluntates et ad salutaria
remedia nos pertrahit et perurget in
vitos · Fili inquit remittuntur tibi
peccata tua hec dicens deum se volebat
intelligi quia pro homine oculis ad
huc latebat humanis virtutibus cum
et signis comparabatur prophetis qui per
ipsum fecerant et ipsi virtutes peccata
autem dare veniam quia penes homines
non est et est singulare deitatis insigne
deum se peccatoribus inserebat humanis
probat phariseorum livor Nam cum
dixisset remittuntur tibi peccata Respon
derunt pharisei hic blasphemat quis
enim potest dimittere peccata nisi solus deus
nos pharisee qui sciendo nescis confite
do negas cum testaris impugnas

si deus est qui dimittit peccata tua tibi
xpistus deus non est · qui in uno indul
gentie sue munere tocius mundi
probatur abstulisse peccata Ecce inquit
agnus dei qui tollit peccata mundi
Vt autem possis maiora capere eius di
vinitatis insignia audi cum pectoris
tui se penetrasse secretum aspice
eum ad cogitacionum tuarum latebras
pervenisse intellige cum pectore tui
nudare consilia Et cum vidisset
inquit Ihesus cogitaciones eorum
dixit eis Quid cogitatis mala in
cordibus vestris Quid est facilius
dicere remittuntur tibi peccata tua
aut dicere surge et ambula Vt
autem sciatis quia filius hominis habet
potestatem dimittendi peccata dixit
paralitico surge et tolle lectum tuum
et vade in domum tuam et surrexit
et abiit in domum suam Scrutator
animorum previdens mencium mag
consilia et dimittitur sue potenciam
operis attestacione monstravit deum
dissipati corporis membra componit
nervos stringit iungit ossa complet
viscera firmat virtutem et gressus
ad cursum suscitat in vivo cadavere
iam sepultos tolle inquit lectum tuum
hoc est porta porta portantem onere
multa dies ut ei fuit infirmitatis
testimonium sit probato sanitatis ut lec
tus doloris tui sit nunc curacionis
Iudicium ut recepte fortitudinis
magnitudinem ponderis asserat mag
nitudo vade in domum tuam ut pa
ria fide curatus in hys mdayte per
fidie iam non morer Dominica xx post trinitatem in xx post trinitatem

Jn illo tempore d.i.d.s. parabolam hanc
Simile factum est regnum celorum
homini regi fecerit qui nupcias filio suo

et misit servos suos ut invitarent ad nuptias et nolebant venire. Omelia XXXVIII

Lectionis evangelice fratres karissimi volo si possum sub brevitate transcurrere ut in fine eius valeam ad loquendum largius vacare. Et quidem dum prius est ad hunc modum hec apud Matheum ipsa sit lectio que apud Lucam sub appellatione cene describitur. Ex quibus sunt nonnulla que sibi dissona esse videntur quia hic prandium illic cena memoratur. Hic qui ad nuptias non dignis vestibus intravit repulsus est. Illic nullus qui intrasse dicitur repulsus esse perhibetur. Una ergo vice colligitur quod et hic per nuptias presens ecclesia et illic per cenam eternum et ultimum convivium designatur. Quia ad hanc nonnulli exituri intrant et illic quisquis semel intraverit ulterius non exibit. Sed si quis forte contendat hanc eandem esse lectionem ego melius puto salva fide de alieno intellectui cedere quam contentionibus deservire. Quia et intelligi congrue fortassis potest quod deiecto eo qui cum nuptiali veste non venerat quod Lucas tacuit Matheus dixit. Quod vero ille cenam hic prandium dicit nequaquam nostre intelligentie obsistit quia cum ad horam nonam apud antiquos cottidie prandium fieret ipsum quoque prandium cena vocabatur. Sepe autem me dixisse memini quod plerumque in sancto evangelio regnum celorum presens ecclesia nominatur. Congregatio quippe iustorum regnum celorum dicitur. Quia enim per prophetam dominus dicit Celum sedes mea est. Et Salomon ait Anima iusti sedes sapientie. Paulus etiam dicit Christum dei virtutem et dei sapientiam.

Liquido colligere debemus quia si deus sapientia anima autem iusti sedes sapientie dum celum dicitur sedes dei celum ergo est anima iusti. Hinc per psalmistam de sanctis predicatoribus dicitur Celi enarrant gloriam dei. Regnum ergo celorum est ecclesia iustorum quia dum eorum corda in terra nichil ambiunt per hoc quod ad superna suspirant iam in eis dominus quasi in celestibus regnat. Dicatur ergo Simile est regnum celorum homini regi qui nuptias fecit filio suo. Iam intelligit caritas vestra quis est iste rex regis filii pater. Ille nimirum cui psalmista ait Deus iudicium tuum regi da et iusticiam tuam filio regis. Qui fecit nuptias filio suo. Tunc enim deus pater deo filio nuptias fecit quando hunc in utero virginis humane nature coniunxit quando deum ante secula fieri voluit hominem in fine seculorum. Sed quia ex duabus personis credamus unitam. Ex duabus quippe atque in duabus hunc naturis existere dicimus. Sed de duabus personis compositum credimus ut nefas vitamus. Apertius atque securius dici potest quia in hoc pater filio regi nuptias fecit quo ei per incarnationis misterium sanctam ecclesiam sociavit. Uterus autem genitricis virginis huius sponsi thalamus fuit. Unde et psalmista ait In sole posuit tabernaculum suum et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Tanquam sponsus quippe de thalamo processit quia ad coniungendam sibi ecclesiam incarnatus deus de incorrupto utero virginis exivit. Misit ergo servos ut ad istas nuptias amicos invitarent. Misit semel misit iterum quia incarnationis dominice predicatores

et primum prophetas et postmodum apostolos. Servos autem suos ad invitandum misit, quia incarnationem unigeniti et per prophetas dixit futuram et per apostolos nuntiavit factam. Sed quia hii qui prius invitati fuerant ad nuptiarum convivium venire noluerunt, in secunda invitatione iam dicitur: Ecce prandium meum paravi, tauri mei et altilia mea occisa sunt et omnia parata. Quid in tauris vel altilibus, fratres karissimi, nisi novi ac veteris testamenti patres accipimus? Quia enim vulgo loquor etiam ipse mihi notum est verba evangelice lectionis explanare. Altilia enim saginata dicimus, ab eo enim quod est alere altilia quasi alitilia vocamus. Cum enim in lege scriptum est: Diliges amicum tuum et odio habebis inimicum tuum, accepta tunc iustis licentia permissum fuerat ut dei suorumque adversarios quanta possent virtute comprimerent eosque more gladii ferirent, quod in novo procul dubio testamento compescitur cum per semetipsam veritas predicat dicens: Diligite inimicos vestros, benefacite hiis qui oderunt vos. Quid ergo per tauros nisi patres veteris significantur? Qui dum ex permissione legis acceperant ut adversarios suos odii retributione percuterent, ut ita dixerim quid aliud quam tauri erant qui inimicos virtute corporee cornu feriebant? Quid vero per altilia nisi patres novi testamenti figurantur? Qui dum gratiam pinguedinis interne percipiunt, a terrenis desideriis nequaquam in infimis ad sublimia contemplationis sue pennis sublevantur. In imo quippe cogitationem ponere quid est aliud quam ariditas mentis? Qui autem intellectu celestium iam pennata desidia despiciunt, delectationibus intimis velut pinguescunt quasi largiore alimento pinguescunt. Hac enim pinguedine saginari cupiebat psalmista cum dicebat: Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea. Tauri ergo predicatores dominice incarnationis misit persecutionem ab infidelibus, et sunt prophete et postmodum sancti apostoli predicatores invitatis et venire nolentibus dicit: Tauri mei et altilia mea occisa sunt et omnia parata. Ac si aperte diceretur: patrum precedentium mortes aspicite et remedium vite cogitate vestre. Notandum vero quod in priori invitatione nil de tauris et altilibus dicitur; in secunda autem iam tauri et altilia mactata memorantur. Quia omnipotens deus cum verba eius audire nolumus, adiungit exempla, ut omne quod impossibile credimus tanto nobis ad superandum fiat facilius, quanto per hoc transisse iam et alios audimus. Sequitur: Illi autem neglexerunt et abierunt, alius ad villam suam, alius ad negotiationem suam. In villam ire est labori terreno immoderate incumbere; in negotiationem vero ire est actionum secularium lucris inhiare. Quia enim alius intentus labori terreno, alius vero mundi huius actionibus deditus, misterium incarnationis dominice pensare et secundum illud vivere dissimulat, quasi ad villam vel negotium pergens venire ad nuptias regis recusat. Et plerumque quod est gravius nonnulli vocantis gratiam non solum respuunt sed etiam persequuntur. Unde et subditur: Reliqui vero tenuerunt servos suos et

contumeliis afflictos occiderunt. Sed rex ista cognoscens missis exercitibus suis perdidit homicidas illos et civitatem eorum succendit. Homicidas perdidit quia persecutores interimit. Civitatem eorum igne succendit, quia illorum non solum anima sed caro quoque in qua habitaverunt eterne iehenne flamma cruciatur. Missis vero exercitibus extitisse homicidas dicitur, quia in hominibus omne iudicium per angelos exhibetur. Quid nam sunt illa angelorum agmina nisi exercitus regis nostri. Unde et isdem rex noster dominus sabbaoth dicitur. Sabbaoth quippe exercituum interpretatur. Ad perdendos ergo adversarios suos exercitum mittit, quia omnium vindictam dominus per angelos exercet. Cuius videlicet potenciam nunc nostri patres audiebant. Nos autem fratres non cernimus ubi erunt predictores. Ubi iam sunt superbi illi martirum persecutores. Ubi illi qui contra conditorem suum tumentem cervicem erexerunt et de huius mundi gloria mortifera tumebant. Ecce iam mors martirum floret in fide viventium, et hii qui contra illos de crudelitate sua gloriati sunt nec usquam ad memoriam nostram veniunt vel ut inimici mortuorum. Rebus ergo cognoscimus quod in parabolis audimus. Sed is qui invitantem se contempsit concupiscit regis filii sui nuptias vacuas non habebit. Ad alios mittit quia et si apud aliquos laborat, quandoque tamen sermo dei veniens est ubi requiescat. Unde et subditur: Tunc ait servis suis: Nuptie quidem parate sunt, sed qui invitati erant non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum et quoscumque inveneritis vocate ad nuptias. Si in

scriptura sacra vias actiones accipimus, exitus viarum intelligimus defectus actionum, quia illi plerumque facile ad deum veniunt quos in terrenis actibus prospera nulla comitantur. Sequitur: Et egressi servi eius in vias congregaverunt omnes quos invenerunt malos et bonos et implete sunt nuptie discumbencium. Ecce iam ipsa qualitate convivancium aperte ostenditur quia per has regis nuptias presens ecclesia designatur, in qua cum bonis et mali conveniunt. Permixta quippe est diversitate filiorum, quia sic omnes ad fidem generat ut tamen omnes per immutationem vite ad libertatem spiritualis gracie culpis exigentibus non perducat. Quousque namque hic vivimus, necesse est ut viam presentis seculi permixti pergamus. Tunc autem discernimur cum pervenimus. Boni etenim soli nusquam sunt nisi in celo, et mali soli nusquam sunt nisi in inferno. Hec autem vita que inter celum et infernum sita est, sicut in medio subsistit ita utrarumque partium cives communiter recipit, quos tamen sancta ecclesia et nunc in discretione suscipit et postmodum in egressione discernit. Si igitur boni estis quamdiu in hac vita subsistitis equanimiter tolerate malos. Nam quisquis malos non tolerat, ipse sibi per intolerantiam suam testis est quia bonus non est. Abel enim esse renuit quem Cain malicia non exercet. Sic in tritura aree grana sub paleis premuntur. Sic flores inter spinas oriuntur. Et rosa que redolet crescit cum spina que pungit. Duos quippe filios habuit primus homo, unus eorum electus est, alter reprobus fuit. Tres Noe filios archa

No(ta) superbis et persecutoribus

No(ta) bo(ni) permixta [illegible]

no(ta)

No(ta)

continuit. Sed ex his duo electi
sunt et unus reprobus fuit. Duos
Habraham filios habuit, sed unus
reprobus, alter electus fuit. Duos Ysaac
filios habuit, sed unus electus, alter
reprobus fuit. Jacob duodecim filios
habuit, sed ex his unus primogeni-
tam venditus est, alii vero primogeni-
tam venditores fratris fuerunt. Duodecim
apostoli electi sunt, sed unus in his ad-
mixtus est qui probaret videlicet qui
probarentur. Septem sunt dyacones ab
apostolis ordinati, sed sex in fide recta per-
manentibus unus exstitit auctor erro-
ris. Nulla hac ergo ecclesia nec mali esse
sine bonis, nec boni sine malis possunt.
Ante itaque acta tempora, fratres karissimi, ad
mentem reducite et vos ad malorum
tolerantiam roborate. Si enim filii
electorum sumus, restat necesse est ut per
eorum exempla gradiamur. Boni
ergo non fuerunt qui malos tolera-
re recusaverunt. Hinc namque est quod
de se ipso beatus Job asserit dicens:
Frater fui draconum et socius stru-
tionum. Hinc per Salomonem sponsi
voce sancte ecclesie dicitur: Sicut lilium inter
spinas, sic amica mea inter filias.
Hinc ad Ezechielem dicit Dominus: Fili
hominis, increduli et subversores tecum
sunt, et cum scorpionibus habitas. Hinc
Petrus beati Loth vitam significat
dicens: Justum Loth oppressum a nephando-
rum iniuriosa conversatione eripuit.
Aspectu enim et auditu iustus erat,
habitans apud eos qui de die in di-
em animam iusti iniquis operibus cru-
ciabant. Hinc Paulus discipulorum
vitam laudabat et roborabat dicens:
In medio nationis prave et perverse,

inter quos lucetis sicut luminaria
in mundo, verbum vite continentes.
Hinc Johannes Pergamum ecclesie attesta-
tur dicens: Scio ubi habitas, ubi sedes
est Sathane, et tenes nomen meum
et non negasti fidem meam. Ecce,
fratres karissimi, pene omnia percurren-
do agnoscimus quia boni non fuerunt
quem malorum pravitas non pro-
bavit. Ut ita loquar, ferrum nostre
anime nequaquam perducitur ad sub-
tilitatem acuminis, si hoc non eraserit
aliena lima pravitatis. Terrere autem
debet nos quod in ecclesia et multi
mali et pauci sunt boni. Quia ar-
cha in undis diluvii, que huius ecclesie
typum gessit, et ampla in inferioribus
et angusta in superioribus fuit, quam
in summitate etiam sua ad unius men-
suram cubiti exegerunt. Inferius quippe
quadrupedia atque reptilia, superiores
vero aves et homines habuisse cre-
denda est. Ibi lata exstitit ubi bestias
habuit, ibi angusta ubi homines
servavit, quia nimirum sancta ecclesia
in carnalibus ampla est, in spiritali-
bus arta est. Ubi enim bestiales homi-
nes tolerat, ibi latius sinum la-
xat; ubi autem eos habet qui spiritali
ratione suffulti sunt, illic quoque ad
summum dicitur, sed tamen quia pau-
ci sunt angustatur. Lata quippe via
est que ducit ad perditionem, et multi
sunt qui vadunt per eam; et angusta
est que ducit ad vitam, et pauci sunt
qui inveniunt eam. Ideo usque archa an-
gustatur in summis, quousque ad men-
suram cubiti unius perducatur, quia
in sancta ecclesia quanto sanctiores
nonnulli sunt, tanto pauciores que

Nota bene pessimi boni [?]

Nota de archa noe que figurat ecclesiam

infimo ad illud pervenimus, qui solus
homo in hominibus et sine conceptione
alicuius natus est sanctus, qui in mundo
pestilentie vero factus est sic pass-
no venitus in medio sito. Tanto ergo ma-
gis mala toleranda sunt, quanto
et amplius habundant, quia in
aree tritura pressa sunt grana
que servantur in horreis, et grandes
acervi palearum qui ignibus comburun-
tur. Sed iam qui largiente deo nup-
tiarum domum, id est sanctam ecclesiam
intrastis, solliciter fratres aspicite
ne aliquid dementis vestre habitu
rex ingrediens reprehendat. Cum
magno enim cordis timore pensan-
dum est, ut protinus subditur: Intra-
vit autem rex ut videret discumben-
tes et vidit ibi hominem non vestitum
veste nuptiali. Quid fratres karissimi op-
mi per nuptialem vestem putamus?
Si enim vestem nuptialem baptisma
vel fidem dicimus, quis sine baptis-
mate et fide has nuptias intravit?
Eo enim ipso foris est quo necdum cre-
de caritate didit. Quid ergo debemus intelligere
nuptialem vestem nisi caritatem?
Intrat quoque ad nuptias, sed cum
nuptiali veste non intrat, qui in
sancta ecclesia assistentes fidem habent
sed caritatem non habent. Recte
enim caritas nuptialis vestis vocatur,
quia hanc conditor noster habuit
dum ad sociande sibi ecclesie nuptias
venit. Sola quidem dilectione dei ac-
tum est ut eius unigenitus mentes
sibi electorum hominum uniret. Unde et Johannes
dicit: Sic enim deus dilexit mundum
ut unigenitum filium suum
daret pro nobis. Qui ergo ad nuptias

venit per caritatem, eandem caritatem
innotuit esse vestem nuptialem. Quis
ergo vir qui in ecclesia positus deo cre-
didit, iam ad nuptias intravit, sed
cum nuptiali veste non venit, si
caritatis gratiam non custodit. Et
certe fratres si quis ad carnales
nuptias esset invitatus, vestem
mutaret congaudere se sponso et
sponse, et in ipso sui habitus decore
ostenderet, inde coram se intro gau-
dentes et festa celebrantes despectis
vestibus erubesceret. Nos addi nup-
tias venimus et cordis veste muta-
re dissimulamus. Congaudent angeli
cum ad celum assumuntur electi.
Qua ergo hec mente spiritualia festa
conspicimus, qui nuptialem vestem,
id est caritatem, que sola nos speciosos
exhibeat, non habemus. Sciendum est
vero quod in duobus lignis superiori
scilicet et inferiori vestis texitur, ita in
duobus preceptis caritas habetur,
in dilectione scilicet dei et dilectione scilicet
proximi. Scriptum quippe est: Diliges
dominum deum tuum ex toto corde tuo
et ex tota anima tua et ex tota men-
te tua, et diliges proximum tuum sicut
no te ipsum. Qua in re notandum est quia
in dilectione proximi mensura ponitur
amoris, cum dicitur: Diliges proximum
tuum sicut te ipsum. Dei autem dilectio
nulla mensura constringitur, cum dicitur:
Diliges dominum deum tuum ex toto cor-
de tuo et tota mente tua. Non enim
iubetur quisque quanto diligat, sed
ex quanto, cum dicitur ex toto. Quia
ille veraciter deum diligit qui sibi
de se nichil relinquit. Duo ergo hec ne-
cesse est ut caritatis precepta custodiat

quisquis habet in nuptiis vestem nup-
tialem timeat. Hinc est enim quod apud
Ezechielem prophetam porte istius ciui-
tatis in monte constitute vestibulum
duobus cubitis mensuratur. Quia nimi-
rum accessus nobis celestis ciuitatis
non panditur in hac ecclesia, que procul
dubio ad hanc foris est vestibulum, dei et
proximi dilectio non tenetur. Hinc
est quod cortina tabernaculi maior
tectus bis tinctus videtur. Vos estis
fratres quod est cortine tabernaculi qui
presidem in vestris cordibus secreta ce-
lestia velatis. Sed cortinis tabernaculi
bis tinctus debet inesse. Coccus quippe
ignis speciem tenet. Quid vero caritas
est nisi ignis. Sed ista caritas esse
bis tincta debet ut intingatur per
amorem dei et proximi. Qui enim sic
amat deum ut per contemplationem illius
negligat proximum, coccus quidem est
sed bis tinctus non est. Rursum qui
sic amat deum ut tamen contemplationem
dei prius amoris dilectionem relinquat
coccus est sed bis tinctus non est.
Ut ergo caritas nostra bis tincta coc-
cus esse valeat, et ad amorem dei et
proximi se accendat, quatenus nec com-
passione proximi contemplationem
relinquat dei nec plus quam decet
contemplationi dei inherens compas-
sionem abiciat proximi. Omnis vero
homo inter homines viuens sic ad
eum anhelet quem desiderat, cum
quo currebat. Et sic hinc ad interiora
ferat ut ab illo nullatenus torpe-
at ad quem festinabat. Sciendum quoque
est quod ipsa dilectio proximi in duobus
preceptis subdividitur sicut quidam

Dilectio proximi

sapiens dixit: Omne quod tibi odisti fieri
vide ne tu ipse alteri facias. Et per semetip-
sam veritas predicat dicens: Omnia que vultis
ut faciant vobis homines et vos ea-
dem facite illis. Si enim et quod impendi
nobis volumus aliis impendamus,
et quod nobis non volumus hoc aliis
facere ipsa dempta caritatis iura
illesa seruabimus. Sed nemo tamen
quempiam diligit se hoc protinus
caritatem putet nisi prius ipsam
vim sue dilectionis examinat. Nam
si quis quemlibet amat sed propter deum
non amat caritatem non habet sed
se putat. Caritas vero vera est cum
in deo diligitur amicus et propter deum
diligitur inimicus. Ille autem propter deum
diligit eos quos diligit qui iam et
eos diligere a quibus non diligitur
scit. Probari etenim caritas per solam
odii adversitatem solet. Unde et per se-
metipsum dominus dicit: Diligite inimicos
vestros et benefacite his qui ode-
runt vos. Ille ergo securius amat
qui propter deum et illum amat
a quo se intelligit non amari. Mag-
na sunt hec, alta sunt hec et multis
ad exhibendum difficilia. Sed tamen
ista est vestis nuptialis. Quisquis hanc
recumbens in nuptiis non habet
tamen sollicitus metuat ingredien-
tem regem, nequando mittatur fo-
ras. Ecce enim dicitur: Intrauit rex
ad nuptias ut videret discumbentes
et vidit ibi hominem non vestitum
veste nuptiali. Nos sumus fratres
qui nuptiis verbi discumbimus
qui iam unam fidem in ecclesia tenemus
qui scripture sacre epulis pascimur
qui coniunctam deo ecclesiam congaudemus

Considerate ergo si iam nuptialem vestem
ad has nuptias venistis, cogitationes
vestras sollicita inquisitione discutite,
de rebus singulis corda vestra tractate,
si iam contra illum odium habetis,
si contra felicitatem alienam ulla
vos invidie face succenditis. Si potestatem
iam malitiam nemo cogitet festinare.
Ecce rex ad nuptias ingreditur et
cordis vestri habitum contemplatur,
atque ei quem caritate vestitum non
invenit, protinus iratus dicit: Amice
quomodo huc intrasti non habens ve-
stem nuptialem? Mirandum valde e[st]
fratres vere quod hunc et amicum
vocat et reprobat, ac si ei apertius di-
cat: Amice et non amice: Amice per
fidem, sed non amice per operationem. At
ille obmutuit, quia quod dici sine
gemitu non potest, in illa districtione
ultime increpationis omne argumen-
tum excusationis cessat, quippe quia
ille foris increpat qui testis consci-
entie intus animum accusat. Sciendum vero
hec sciendum, quia quisquis hanc ve-
stem virtutis habet, sed tamen ad
huc perfecte non habet, ad patris regis
ingressum desperare debeat non debet,
quia ipse quoque spem nobis psalmista
tribuens dicit: Imperfectum meum viderunt
oculi tui et in libro tuo omnes scri-
bentur. Sed quia hec pauca cum con-
solatione habuimus et infirmitatis
diximus, nunc ad eum qui hanc omnino
non habet verba vertamus. Sequitur:
Tunc rex dixit ministris: Ligatis pedibus
eius et manibus mittite eum in te-
nebras exteriores. Ibi erit fletus et
stridor dentium. Ligantur tunc pedes
et manus per districtionem sententie, qui modo
a pravis operibus ligari noluerunt
per meliorem conversationem vite, vel cer-
te tunc ligat pena, quos modo a bonis
operibus ligavit culpa. Pedes vero
qui visitare infirmos negligunt, ma-
nus vero que nichil indigentibus
tribuunt, a bonis operibus iam voluntate
ligate sunt. Qui ergo nunc sponte
ligantur in vitiis, tunc inviti in supplicio
ligantur in morte vite. Bene autem
dicitur quod in exteriores tenebras
proiciatur. Interiores ergo tenebras
dicimus cecitatem cordis, exteriores
vero tenebras eternam noctem damp-
nationis. Tunc ergo dampnatus
quisque non in interiores sed in exteriores
tenebras mittitur, quia illic invitus
proicitur in noctem dampnationis, qui
hic sponte cecidit in cecitatem cordis.
Ibi fletus et stridor dentium perhibetur,
ut illic dentes strideant qui hic de
edacitate gaudebant, illic oculi de-
fleant qui hic per illicitas concupiscentias
versabantur in mundo, quatenus singula
queque membra supplicio subiaceant
que hic singulis quibusque viciis sub-
iecta serviebant. Sed repulso uno
in quo est omne malorum corpus expr-
imitur, generalis sententia protinus subin-
fertur, qua iam dicitur: Multi autem
sunt vocati pauci vero electi. Tre-
mendum valde est fratres quod
audimus. Ecce nos omnes iam vocati
per fidem ad celestis regis nuptias ve-
nimus, incarnationis eius misterium
et credimus et confitemur, divini verbi
epulas sumimus. Sed futuro die in
die iam rex intraturus est, quia

vocati sunt nonnumquam, si sunt electi
nescimus. Tanto ergo necesse est ut unus-
quisque nostrum in humilitate se deprimat
quanto si sit electus ignorat. Non-
nulli enim bona nec incipiunt, nonnulli
vero in bonis que inceperint minime
persistunt. Alter pene totam vitam
ducere in pravitate conspicitur, sed iuxta
finem vite declinans a pravitate
sua per districte penitentie lamenta
revocatur. Alter electam videtur du-
cere vitam, et tamen contingit ut
ad erroris nequitiam iuxta finem
vite declinare. Alius bonum bene in-
choat et melius consummat. Alius
in malis actibus a prima etate se
deicit, et in eisdem operibus semper
se ipso deterior consummatur. Tan-
to ergo sibi unusquisque sollicite me-
tuat quanto ignorat quod restat.
Quia sepe dicendum est et sine ob-
livione retinendum, multi sunt voca-
ti pauci vero electi. Sed quia non-
numquam mentes audientium plus
per exempla fidelium quam docentium
verba convertunt, volo vobis aliquid
dicere de proximo, quod corda vestra tan-
to formidolosius audiant quanto eis
hoc de propinquo sonat. Neque enim vos
longe antegestas dicimus, sed eas de
quibus testes existunt, qui se inter-
fuisse referunt, memoramus. Tres
sorores pater meus habuit, que cunc-
te sacre virgines fuerant, quarum
una Tharsilla, alia Gordiana, alia E-
miliana dicebatur. Uno omnes ar-
dore converse, uno eodemque tempore sacrate,
sub districtione regulari degentes
in domo propria socialem vitam ducebant.
Cumque essent diutius in eadem con-
versatione, ceperunt cottidianis incre-
mentis in amore conditoris sui
Tharsilla et Emiliana succrescere, et dum
solo essent hic cottidie corpore, animo
ad eterna transire. Econtra Gordiane
animus cepit a calore amoris interni
cottidiana detrimenta tepescere,
et paulisper ad huius seculi amorem
redire. Crebro autem Tharsilla dicere
Emiliane sorori sue cum magno do-
lore ac gemitu solebat: Video Gordi-
anam sororem nostram de nostra sorte non
esse. Perpendo enim quia foras defluit
et cor ad id quod professa est non custo-
dit. Quam curabant blanda cotti-
die redargutione corripere atque a levi-
tate morum ad gravitatem sui ha-
bitus reformare. Que quidem resume-
bat vultum subito gravitatis inter
verba correctionis, sed cum eiusdem
correptionis hora transisset, consue-
bat protinus et superducta gravitas ho-
nestatis mox perierat. Ad levia verba redi-
ebat, preclarissime gaudebat societate
laicarum, eique persona valde onero-
sa erat quecumque huic mundo dediti
non erant. Quadam vero nocte
huic Tharsille amite mee, que inter
sorores suas virtute continue ora-
tionis et afflictione studiose et abstinen-
tie singularis gravitate vite venerabi-
lis in honore et culmine sanctitatis
pervenerat, sicut ipsa narrabat, per
visionem Attavus meus Felix huius
Romane ecclesie antistes apparuit, ei-
que mansionem perpetue claritatis osten-
dit dicens: Veni, quia in hac te lucis
mansione suscipio. Que subsequenti
mox febre correpta ad diem pervenit

contremuimus. Et sicut nobilibus feminis di-
tissimis morientibus multi conveniunt qui
earum proximos consolentur, eadem
hora ad egressum eius multi viri ac
femine circa eius lectulum steterunt,
inter quas mater quoque mea adfuit.
Tunc subito illa sursum respiciens Ihe-
sum venientem vidit. Et cum magna
animadversione cepit circumstantibus cla-
mare dicens: Recedite, recedite, Ihesus
venit. Cumque in eum intenderet quem
videbat, sancta illa anima carne soluta
est. Tantaque subito fragrantia mira o-
doris dispersa est, ut ipsa quoque suavi-
tas cunctis ostenderet illuc auctorem
suavitatis venisse. Cumque corpus eius
ex more mortuorum ad lavandum esset
nudatum, longe orationis usu in cubiti-
bus eius et genibus camelorum more in-
venta est obdurata cutis excrevisse.
Et quid vivens spiritus eius
semper egerit, caro mortua testabatur.
Hec autem gesta sunt ante dominici
natalis diem. Quo transacto mox
Emiliane sorori sue per visionem noc-
turne visionis apparuit dicens: Ve-
ni, ut quia diem natalem sine
te feci, sanctum epiphanie iam te-
cum faciam. Cui illa protinus de sorore
sue Gordiane salutem requirit: Et si so-
la venio, sororem meam Gordianam
cui dimittam? Cui sicut asserebat
tristi vultu iterum dixit: Veni. Gor-
diana etenim soror mea inter laycas
deputata est. Quam visionem mox
molestia corporis est secuta atque ita
ut dictum erat ante diem apparitio-
nis diem eadem molestia ingra-
vescente defuncta est. Gordiana au-
tem mox ut solam remansisse se reperit,

ei pravitas excrevit. Et que prius
latuit in desiderio cogitationis, hoc
postea effectu prave actionis exer-
cuit. Nam oblita divini timoris, ob-
lita pudoris et reverentie, oblita conse-
crationis, conductorem agrorum suorum
postmodum maritum duxit. Ecce
omnes tres uno ardore conversi sunt
prius, sed non in uno eodemque studio
permanserunt, quia iuxta vocem
dominicam multi sunt vocati, pauci vero
electi. Hec igitur dixi, ne quis in bo-
no iam opere positus sibi vires boni
operis tribuat, ne quis de se in actione
confidat, quia et si iam novit ho-
die qualis sit, adhuc cras quid fu-
turus sit nescit. Nemo ergo iam de
suis operibus securus gaudeat, qui
adhuc in huius vite incertitudine quis
finis sequatur ignorat. Sed quia
rem retuli que nos quondam dist-
ricte perterruit, aliud adhuc eiu-
smodi refero, quod ex divina misericordia per-
territa corda vestra consoletur. Quod
tamen in sermone alio me dixisse
memini, sed vos nequaquam affuistis.
Ante biennium frater quidam in monaste-
rium meum quod iuxta beatorum
martirum Johannis et Pauli ecclesiam
situm est gratia conversationis venit,
quam diu regulariter protractus quan-
doque susceptus est. Quem frater suus
ad monasterium non conversionis stu-
dio sed carnali amore secutus est.
Is autem qui ad conversionem venerat
valde fratribus placebat, at contra
frater illius longe a vita eius ac
moribus discrepabat. Vivebat tamen
in monasterio necessitate potius quam
voluntate. Et cum in cunctis actibus

perversus consisteret pro statu suo
ab omnibus quamvis tolerabatur. Erat
enim levis eloquio, protervus actione,
cultus vestibus, moribus incultus;
ferre vero non poterat. Si quis
illi de sancti habitus conversatione
loqueretur. Facta autem erat
vita illius cunctis fratribus usque gravissi-
mus, sed tamen ut prius dixi de
pro fratris sui gratia erat cunctis
tolerabilis. Aegrotabatur valde
si quis sibi ali[quid] de spiritualitate
sine correctione [...] loqueretur.
Bona non solum [...] facere, sed etiam
audire non poterat. Numquam se ad sanctae
conversationis habitum venire iu-
rando, irascendo, deridendo testabatur.
Irruit autem pestilentia quae nuper
huius urbis populum magna ex parte
consumpsit; percussus in inguine
est perductus ad mortem. Cumque extre-
mum spiritum ageret, convenerunt
fratres ut egressum illius orando
protegerent. Iam corpus eius ab
extrema parte erat praemortuum,
in solo tantummodo pectore vitalis ca-
lor adhuc anhelabat. Cuncti autem
fratres qui eum exemplis iuvare non
poterant tanto pro eo enixius orare
coeperunt, quanto eum iam vide-
bant sub celeritate discedere. Tunc
repente coepit eisdem fratribus assisten-
tibus cum nisu quo poterat clamare
et orationes eorum interrumpere dicens:
Recedite, recedite. Ecce draconi ad de-
vorandum datus sum, qui propter po-
tentiam vestram devorare me non potest.
Caput meum in suo ore iam
absorbuit. Date locum ut
me amplius non cruciet, sed faciat

faciendum est. Si ei ad devorandum
datus sum, quare propter vos moras
patior? Tunc fratres coeperunt ei
dicere: Quid est quod loqueris, frater?
Signum tibi sanctae crucis imprime.
Respondebat ille ut poterat dicens:
Volo me signare, sed non possum,
quia a dracone premor. Cumque hoc
fratres audissent, prostrati in terra
cum lacrimis coeperunt pro ereptione
illius vehementius orare. Et ecce subito
coepit melioratus aeger quibus va-
lebat vocibus exultare dicens: Gra-
tias Deo. Ecce draco qui me ad de-
vorandum acceperat fugit; orationibus
vestris pulsus stare non potuit.
Pro peccatis meis modo intercedite, quia
converti paratus sum et saecularem vitam
funditus relinquere. Homo ergo
qui sicut iam dictum est ab extre-
ma corporis fuerat parte praemortuus,
reservatus ad vitam toto ad Deum
corde conversus est; longis et conti-
nuis in conversatione eadem flagellis
eruditus, atque ante paucos dies
excrescente corporis molestia defunc-
tus est; qui iam draconem moriens
non vidit, quia illum per cordis immu-
tationem vicit. Ecce fratres karissimi,
Gordiana quam superius dixi, a
sanctimonialis habitus excellentia
corruit ad poenam, et frater hic
de quo sermo narratur, ab ipso mortis
articulo rediit ad aeternam vitam.
Nemo ergo scit quid de se in occul-
tis Dei iudiciis agatur, quia mul-
ti sunt vocati, pauci vero electi. Quia
igitur nullus de se certum electum se
esse, restat ut omnes trepident, omnes
de sua actione formident, omnes

in sola divina iura gaudeant, illi de suis viribus praesumant, et quique praesumant perfidiam verborum. Sed ille qui nasci dignatus est assumere naturam nostram. Qui vivit etc. Dominica xxi post

Dominica xxi post [illegible] Ioh.

In illo tempore. Erat quidam regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cum audisset quia Ihesus adveniret a Iudea in Galilea, abiit ad eum et rogabat eum ut descenderet et sanaret filium eius. Incipiebat enim mori etc. Omelia Gregorii.

Lectio sancti evangelii quam modo audistis, fratres karissimi, expositione non indiget. Sed ne hanc taciti praeterisse videamur, exhortando potius quam exponendo in ea aliquid loquamur. Hoc autem nobis solummodo de expositione video esse requirendum: cur is qui ad salutem petendam venerat audivit: Nisi signa et prodigia videritis, non creditis. Qui enim salutem quaerebat filio, procul dubio credebat; neque enim ab eo quaereret salutem quem non crederet salvatorem. Quare ergo dicitur ei: Nisi signa et prodigia videritis, non creditis, qui ante credidit quam signum videret? Sed mementote quid petiit, et aperte cognoscetis quia in fide dubitavit. Poposcit namque ut descenderet et sanaret filium eius. Corporalem ergo praesentiam Domini quaerebat, qui per spiritum nusquam deerat. Minus itaque in illum credidit, quem non putavit salutem posse dare nisi praesens esset et corpore. Si enim perfecte credidisset, procul dubio sciret quia non esset locus ubi non esset Deus. Ex magna ergo parte diffisus est, qui virtuti non dedit in esse maiestati, sed praesentiae corporali. Salutem itaque petiit filio, et tamen in fide dubitavit, quia eum ad quem venerat et potentem ad curandum credidit, et tamen morienti filio esse absentem putavit. Sed Dominus qui rogatur ut vadat, quia non desit ubi invitatur indicat; solo iussu salutem reddidit, qui solo iussu omnia creavit. Qua in re hoc est nobis solerter intuendum, quod sicut alio evangelista testante dicitur, centurio ad Dominum venit et dicit: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus et male torquetur. Cui a Ihesu protinus respondetur: Ego veniam et curabo eum. Quid est quod regulus rogat ad eius filium veniat, et tamen ire corporaliter recusat; ad servum vero centurionis non invitatur, et tamen se ire corporaliter pollicetur? Reguli filio per corporalem praesentiam non dignatur adesse, centurionis servo non dedignatur occurrere. Quid est hoc nisi quod superbia nostra retunditur, qui in hominibus non naturam qua ad imaginem Dei facti sunt, sed honores et divitias veneramur? Cumque pensamus quae circa eos sunt, profecto interiora minime perpendimus; dum ea consideramus quae in corporibus despecta sunt, pensare negligimus quod sunt. Redemptor vero noster ut ostenderet quia quae alta sunt hominum sanctis despicienda sunt, ad filium reguli ire

xxvi

nolunt ad servum centurionis parati
ne fuit. Calcata est ergo superbia nostra
que nescit pensare homines propter homines
sola ut diximus que circumstant hominibus
pensat naturam non aspicit honorem
dei in hominibus non agnoscit. Ecce ire
non vult filius dei ad filium reguli.
Et tamen paratus est venire ad salu
tem servi. Certe si nos cuiuspiam ser
vus rogaret ut ad eum ire deberemus
protinus nobis nostra superbia in cogitatione
responderet tacita dicens Non eas quia
et te ipsum degeneras honor tuus despi
citur locus vilescit. Ecce de celo venit
qui servo occurrere in terra non despicit
et tamen humiliari in terra contemp
nimus qui de terra sumus. Quid ergo
vilius esse apud deum quid despecti
us potest quam servare honorem apud
homines et interni oculos testis non
timere. Unde in sacro evangelio ipse
dominus ad phariseos dicit Vos estis qui
iustificatis vos coram hominibus deus
autem novit corda vestra quia quod
hominibus altum est abhominabile est
apud deum. Notate fratres quod dicitur
Si enim quod hominibus altum est abho
minabile est apud deum cogitatio cor
dis nostri tantum apud deum in ymo
est quantum hominibus in alto et humili
tas cordis nostri tanto apud deum in alto
est quanto hominibus in ymo despici
tur. Nunc ergo si quid boni gerimus nulla
nos nostra inflet elatio non rerum
habundancia non gloria extollat.
Si de quibuslibet ex bonis affluentibus
intumescimus sumus deo despecti sumus.
Unde contra psalmista de humilibus dicit
Custodiens parvulos dominus. Cum quia
parvulos humiles appellat postquam sen
tenciam protulit consilium illius subiungit

llaturque quasi querentem quid ipse ad hoc
faceret adiunxit Humiliatus sum et libera
vit me. Hec ergo cogitate fratres hec
tota intencione pensate. Nolite in pro
ximis vestris huius mundi bona venerari
hoc propter deum honorate in hominibus
quibus tamen non estis commissi sed
qui facti sunt ad ymaginem dei. Sed
hunc proximis vestris nescit servare si
apud nosmetipsos prius in corde despici
nescit. Nam quis se ad huc rebus
transitoriis extollit nescit in proximo
venerari quod maneat. Nolite ergo
in vobismetipsis pensare quod habetis sed
quid estis. Ecce mundus qui diligitur
fugit. Sancti isti ad quorum tumbam
consistimus florentem mundum mente
despectu calcaverunt. Erat vita longa
salus continua opulencia in rebus fecun
ditas in propagine tranquillitas in diuturna
pace et tamen cum in semetipso re
floreret iam in eorum cordibus refloe
scens aruerat. Ecce iam in semetipso
mundus aruit et adhuc in nostris cordibus
floreescit. Ubique mors ubique luctus ubique
desolacio undique percutimur undique ama
ritudinibus replemur et tamen ceca
mente carnalis concupiscencie ipsas
amaritudines eius amamus fugientem
sequimur labenti inheremus. Et quia
labentem retinere non possumus cum
ipso labimur quem cadentem tenemus.
Aliquando nos mundus retraxit ad
nunc tantis plagis plenus ut ipse
nos iam mundus mittat ad deum. Pe
sate ergo quia nichil est quod temporaliter
currit. Finis temporalium ostendit quia
nichil sit quod transire potuit. Casus
rerum indicat quia res transiens et tunc

Dominica xxii secundum Matth.

ypre nichil fuit cum stare videtur. Hec ergo fratres karissimi sollicita consideracione pensate, inclinatis animorum cor figite ut dum terrena culmina adipisci contempnitis pneumatis ad gloriam quam perfecte tenetis perveniri [illegible] et cetera.

Dominica xxii secundum Matth.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile factum est regnum celorum homini regi qui voluit racionem ponere cum servis suis et reliqua.

Omelia [illegible] beati Augustini

Omelia [illegible] beati Augustini

Familiare est Syris et Palestinis maxime ad omnem sermonem suum parabolas iungere ut quod per simplex preceptum teneri ab auditoribus non potest per simile et exemplum teneatur. Precepit itaque dominus petro sub comparacione regis et domini et servi qui debitor decem milium talentorum a domino rogans veniam impetraverat ut ipse quoque dimitteret conservis suis minora peccantibus. Si enim ille rex et dominus servo debitori decem milia talentorum tam facile dimisit, quanto magis servi conservis suis debent minora dimittere. Quod ut manifestius fiat dicamus sub exemplo. Si quis nostrum commiserit adulterium, homicidium, sacrilegium, maiora crimina decem milium talentorum rogantibus dimittuntur, et si ipsi dimittamus minora peccantibus. Si autem ob factam contumeliam simus implacabiles et propter amarum verbum perpetes habeamus discordias, nonne nobis recte redigendi in carcerem et sub exemplo operis nostri hoc agere ut maiorum nobis delictorum venia non relaxetur.

Si autem allegoriam inquirat parabola quis querat, potest hec duos debitores sub typo duorum populorum accipe. Homo ergo hic et rex cui regnum celorum assimilatur qui racionem cum servis suis posuit deus melius intelligitur [illegible] redemptor in de[illegible] propheta dicit: Homo est et quis cognoscet eum. Et psalmista: Deus iudicium tuum regi da et iusticiam tuam filio regis, qui cum servis suis racionem facit quando unius cuiusque merita districte examinatus perpendit. De ipso enim scriptum est: Iudicabit orbem terre in equitate et populos in veritate sua. Et cum cepisset racionem ponere oblatus est ei unus qui debebat decem milia talentorum.

Cum autem non haberet unde redderet iussit eum dominus eius venundari et uxorem et filios et omnia que habebat et reddi. Servus hic qui decem milia talentorum debuit populus iudeorum est qui decalogo legis constrictus multarum transgressionum debitus fuerat obnoxius.

Quem dominus suus iussit venundari et uxorem et filios et omnia que habebat et reddi, quia non solum ipsum sed etiam sinagogam [illegible] prelatos simul et subditos cum tota substancia eorum propter delictorum magnitudinem incorrigibilis potestati tradidit nacionum ut quod noluerunt voto persolvere cogerentur tormento.

Procidens autem servus ille orabat eum dicens: Pacienciam habe in me et omnia reddam tibi. Sic et populus ille legalis postquam se sensit tribulacioni et angustiatum tandem penitenciam egit et ad preces conversus est et quod prius sponte noluit postea vi coactus se facere promisit.

Misertus autem dominus servi illius dimisit eum et debitum totum dimisit ei, quia sicut de eo scriptum est misericors et miserator est paciens et multum misericors, afflictorum preces suscipiens non solum in [illegible]

captivitatem absolvit sed etiam vincti
cum delicto in Christi ad mentem sui eis
dare promisit si perstiterint in incepto et
non fallerent in toto unde ex persona do-
mini ad punissionem illorum et penitentie
memoriam eos provocantis per ysayam
dicitur Memento horum iacob quoniam ser-
vus meus es tu israel non obliviscaris
mei delevi ut nubem iniquitates tu-
as quasi nebulam peccata tua revertere
¶ ad me quoniam redemi te. Sed quid servus
hic pertinax et ingratus postea fece-
rit audiamus Egressus autem servus
ille invenit unum de conservis suis
qui debebat ei centum denarios et
tenens suffocabat eum dicens Redde
quod debes. Procidens autem conservus
eius rogabat eum dicens Patientiam
habe in me et omnia reddam tibi. Ille
autem noluit sed abiit et misit eum
in carcerem donec redderet debitum.
Liberatus autem iudaycus populus de capti-
vitate. non solum redemptori suo gra-
tias minime egit sed etiam peccatis pristi-
nis peccata nova superaddiciens man-
tempta domini sui conservum suum hoc est
gentilem populum quasi sibi obnoxium
fatigare non distulit quasi ergo sibi
debitorem credens circumcisionem et ce-
rimonias legis ab eo exegerunt et Christi
gratiam quod ad salutem illis ydo-
nea non esset calumpniantes respuerunt
unde est illud quod in actibus apostolorum
quidam de heresi phariseorum pauli et
barnabe predicationi impedimentum
facientes affirmabant eos qui ex gen-
tibus crediderunt debere circumcidi et
observare legem moysi et non solum
hoc persuasit sed etiam tormentis co-
gebat sicut testatur apostolus paulus
tessalonicensibus scribens ait Vos enim
imitatores facti estis fratres ecclesiarum

dei que sunt in iudea in Christo ihesu quia
eadem passi estis vos a contribulibus
vestris sicut et ipsi a iudeis qui et dominum
occiderunt ihesum et nos persecuti sunt
et deo non placuerunt et omnibus hominibus
adversantur prohibentes nos gentibus
loqui ut salve fiant ut impleant
peccata sua semper pervenit enim super illos ira dei
usque in finem. Videntes autem conservi
illius que fiebant contristati sunt val-
de et venerunt et narraverunt omnia domino
que fiebant. Hii sunt autem conservi
isti qui primum et servum nequam domino re-
nunciant denunciant nisi apostoli et predica-
tores evangelii qui cottidie pro salute
credentium contra dolum persecutorum
dominum implorant sicut et apostoli in actibus
leguntur fecisse. Cum sacerdotes et magi-
stratus templi et saducei qui dolentes quod
docerent populum et annunciarent ihesu
resurrectionem ex mortuis flagellis cesos
denunciarent ne ultra loquerentur
ulli hominum at ipsi ad suos reversi le-
vaverunt vocem ad dominum et dixe-
runt Tu domine deus qui fecisti celum
et terram mare et omnia que in eis
sunt qui spiritu sancto per os patris
nostri david pueri tui dixisti quare
fremuerunt gentes et populi meditati
sunt inania astiterunt reges terre
etc. Convenerunt enim vere in civitate
ista adversus puerum sanctum tuum
ihesum Christum quem unxisti herodes et
poncius pilatus cum gentibus et
populis israel facere que manus tue de-
creverunt fieri. Et nunc domine respice
minas eorum et da servis tuis cum
omni fiducia loqui verbum tuum in eo
cum manum tuam extendas ad sanita-
tates tuas ad signa et prodigia fieri
per nomen sancti pueri tui ihesu Christi

Sequitur. Tunc vocavit eum dominus suus et ait illi: serve nequam, omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit et te misereri conservi tui sicut et ego tui misertus sum. Dimisit ergo dominus genti iudeorum sepius debita quando in angustiis constituti et penitentiam agentes illius misericordiam deprecabantur. Sed liberati ab angustiis nullam penitus compassionem vel misericordiam erga proximos pauperes habebant, quin potius omnes debitores suos ut scriptum est atrociter repetebant. Insuper etiam et prophetas et apostolos qui eis verbum reconciliationis afferebant iniquitate persequentes crudeliter trucidabant. Unde et meruerunt istud sentire quod subditur: Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus quoadusque redderet universum debitum. Tradidit quoque servum dominus perfidum et blasphemum populum iudeorum obsidionem suam in manibus Romanorum, quibus partim fame consumptis, partim gladio occisis, partim in captivitatem ductis, ita totam terram eorum vastaverunt ut et metropolim eorum Iherusalem a fundamento everterent templumque succenderent et omnem cultum eorum dissiparent. Factumque est quod ipse salvator ante eis predixit quia ita destruetur tota habitatio illorum penitus ut non relinquetur lapis super lapidem et sicut Daniel propheta desolatio permaneret usque in finem. Sine aliter tortoribus tradidit ergo, id est malignis spiritibus qui invidia nequissima animam malitiosam et incorrigibilem sine fine eternis cruciatibus puniunt. Quod autem sequitur: Sic et pater meus celestis faciet vobis si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris, formidolosa valde sententia est si iuxta mentem nostram sententia dei flectitur atque mutatur: si parva fratribus non dimittimus, magna nobis a deo non dimittentur. Et quia potest unusquisque dicere: nichil habeo contra eum, ipse novit, deum habet iudicem, non michi curetur [?] quid velit agere, ego ignosco ei; confirmat sententiam suam et omnem simulationem ficte pacis evertit dicens: Si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris. Ex quibus verbis constat si hec que in nos delinquuntur ex corde non dimittimus, et illud a nobis rursus exigitur quod nobis iam per penitentiam dimissum fuisse gaudebamus. Igitur dum pro indulti temporis spatium hic dum iudex sustinet, dum conversionem nostram is qui culpas examinat expectat, collatam [?] [illegible] divitiam [?] nostre formemus in proximis gratiam benignitatis et fiducialiter dico quia salutari hostia post mortem non indigebimus si ante mortem deo hostia ipsi fuerimus.

Dominica xxiii secundum Matheum

In illo tempore abeuntes pharisei consilium inierunt ut caperent Ihesum in sermone et reliqua. Omelia Bede.

Et observantes pharisei miserunt insidiatores qui se iustos simularent ut caperent Ihesum in sermone et traderent eum principatui et potestati presidis. Timentes enim comprehendere principes sacerdotum et scribe timuerunt populum atque ideo quod ipsi non poterant presidis manibus efficere temptabant ut velut ipsi a morte eius viderentur immunes. Nuper enim sub Cesare Augusto Iudea subiecta Romanis quando in toto orbe celebrata est descriptio stipendiaria facta fuerat et erat in populo magna seditio dicentibus aliis pro securitate et quiete quia Romani pro omnibus

Dominica xxiii secundum Matheum

Bede

inclitarent debere tributa persolui Pha
riseis qui sibi applaudebant de iusticia
e contrario nitentibus non debere populum
dei qui decimas solueret et primitias daret
et cetera que in lege scripta sunt huma
nis legibus subiacerent tunc seditionis
adeo fomes inualuit ut post dominicam passi
onem insistentibus sibi romanis patriam
regnum et gentem nobile illud cum sua
religione templum uno impetu uellent
perdere quam tributa rependere maluerint
Et interrogauerunt illum dicentes Magi
ster scimus quia recte dicis et doces et non
accipis personam sed in ueritate viam dei
doces licet nobis tributum dare cesari
an non. Blanda et fraudulenta interro
gatio illud prouocat respondentem ut ma
gis deum quam cesarem timeat et dicat
non debere tributa solui et statim audi
entes ministri presidis qui iuxta alios
ewangelistas affuisse leguntur seditionis con
tra romanum principem teneant. Conside
rans autem dolum illorum dixit ad eos
Quid me temptatis ostendite michi de
narium cuius habet ymaginem et inscrip
tionem. Sapiencia semper sapienter agit ut
suis potissimos temptatores sermonibus
confutentur. Ostendite michi inquit
denarium. Hoc est genus nummi quod
pro decem nummis computabatur et habe
bat ymaginem cesaris. Qui autem pu
tant interrogationem saluatoris ignorantia
esse et non dispensatione discant ex presenti
loco quod utique potuerit scire ihesus
cuius ymago esset in nummo. Sed interrogat
ut ad sermonem eorum competenter
respondeatur. Respondentes dixerunt
cesaris et ait illis Reddite ergo que
sunt cesaris cesari et que sunt dei deo
Cesarem non putemus augustum sed
tyberium significari priuignum eius qui

in locum successerat uitrici sub quo pas
sus est dominus. Omnes autem reges
romanorum a primo Gaio cesare qui impe
rium arripuerit cesares appellati sunt
petro quod ait Reddite que sunt cesaris
cesari id est nummum tributum et pecuniam
et que sunt dei deo decimas primicias
oblaciones ac uictimas sentiamus
quomodo et ipse tributum reddidit pro se
et petro et deo reddidit que dei sunt
patris faciens uoluntatem. Aliter
Reddite que sunt cesaris cesari et que
sunt dei deo. Quemadmodum a nobis
cesar exigit impressionem ymaginis
sue sic et exigit deus ut quemadmodum
illi redditur nummus sic deo anima lu
mine uultus eius illustrata atque sig
nata. Unde psalmista Signatum est
inquit in nobis lumen uultus tui domine
Hoc quippe lumen totum est hominis
et uerum bonum quod non oculis sed
mente conspicitur. Signatum autem
dixit in nobis tamquam denarius
signatur regis ymagine. Homo enim
factus est ad ymaginem et similitudinem
dei quam peccando corrupit. Bonum
ergo eius uerum est atque eternum
si renascendo signetur. Et non potuerunt
uerbum eius reprehendere coram plebe
et mirati in responso eius tacuerunt
qui credere debuerant ad tantam sa
pienciam mirati sunt quod calliditas
eorum insidiandi non inuenisset lo
cum Rogeius r. ce **Dominica xxiiii** — dominica xxiiii

In illo tempore loquente ihesu ad turbas
Ecce princeps unus accessit et adora
bat eum dicens Domine filia mea iam
defuncta est sed ueni impone manum
tuam super eam et uiuet et reliqua. **Omelia Bede** — bede

Ecce uir uenit cuius nomen erat
Jairus et ipse princeps iudeorum

sinagoge erat fideque priori lectione que
de abiectione sinagoge fideque ecce atque
iterum instauratione sinagoge finis
interpretati consequitur archisinagogi fi
lia moriens subiungitur quam du
sustitum expectat dominus preoccupat
emorroyssa mulier percipit sanitatem
fitque ut post veniens prior salute pot
atur Ethiopia enim eius preveniet deo
et cum plenitudo intraverit multitudo gentium
tunc omnis israel salvus erit principes
itaque sinagoge melius quam modo mo
yses intelliguntur Unde bene iairus .i.
illuminatus vocatur quia qui accepit
verba vite dare nobis et propheter ceteros
illuminat et ipse a spiritu sancto quo in talia
munera sciens vel docere possit illumina
tur Et cecidit ad pedes ihesu rogans
eum ut intraret domum eius Si ta
pit xpo deus pedes eius consequenter
incarnatio qua terram in te mortali
tetigit accipienda sunt Cecidit ergo
sinagogus ad pedes ihesu quia legislator
cum patrum tota progenie xpm in car
ne apparentem longe sibi dignitatis
gloria preferendum esse cognovit id
apti sedula devotione prestans quia
quod infirmum est dei fortius est hominibus
Rogavit eum intrare domum eius quia
continuis gaudiorum votis eius vide
desiderabat adventum Anima autem
mea inquit exultabit in domino et delectabitur
super ihesu eius Omnia ossa mea dicent
domine quis similis tibi et hoc est ad pe
des ihesu cadere eum super omnes sin
gulariter magnum pia fide dicere Quia
filia unica erat illi fere annorum xij
et hec moriebatur ipsa sinagoga que
sola legali institutione opposita quasi
unica moysi nata erat quasi duodecimo
etatis anno hec tempore pubertatis
appropinquante moriebatur quia nobiliter
prophete educata postquam ad intelligi
biles pervenerat per quas spiritales deo fe
tus gignere debuerat subito erroris
languore consternata spiritualis vite
vias ingredi despabiliter obmisit et si
non a xpo suscitaretur horrenda per ora
~~cucurrisset~~ commisisset in mortem contingit dum
ipse a turba comprimebatur ad puellam
sanandam domus a turba comprimitur
genti inde salutaria monita pre
bens quibus egrotum vires eius con
scienciam erigeret noxia carnalium
exemplorum estus consuetudine gravatam
Et mulier quedam erat in fluxu san
guinis ab annis xij mulier sanguine
fluens ecclesia est ex gentibus congregata
que ingenito carnalium delectationum
polluta fluxu atque actu vim fucat
segregata fidelium Sed dum verbum
dei iudeam salvare decerneret paratam
iam promissamque aliis percipit spe
certa salutem Notandum quod archisi
nagoga duodecimus sit filia et mulier
hec ab annis xij sanguine fluxerit
hoc est eodem que hec nata sit tempore
illa cepit infirmari una enim pene
eademque seculi huius etate et sinago
ga in patriarchis nasci et gentium na
tio per orbem cepit ydolatrie sanie
fedari Nam et gemine fluxus san
guinis hoc est ydolatrie et super prostitucione
et super hiis que carnis et sanguinis
oblectatione patrantur potest intelli
gi Unde et pulcra satis refert histo
ria tempore quo david adhuc puer goliam
gigantem stratum sternunt philistei
in domini finibus .i. sanguinis finiste

castrametatos quia videlicet deus ad bella
dum mundi principium similis apparens
non nisi modo opibus infructuosis
sed etiam religionum spiritualissime dedi
tos gentilium populos invenit Ergo quon
dam synagoga viguit laboraverunt circa
defectus illius hinc est virtus quia
illorum delicto salus facta est gen
tibus que in medicos erogaverat
omnem substantiam suam Nec absur
de potuit curari medicos sive falsos
intelligere theologos sive peritos legum
atque doctores secularium qui multa de
virtutibus vicijsque subtilissime disputan
tes utilia se invenisse credendi que
instituta mortalibus dare promittebant
sed etiam ipsos ad mundos [illegible] sufficit
qui velut hominibus consulendo se iam
pro deo colendos ingerebant quibus vias
suum audiendis gentilitas quanto ma
gis naturalis industrie vires expe
derat tanto minus potuit ab inique
sive sorde curari Unde bene marcus
de hac muliere scribens ait Et fuerat
multa perpessa a compluribus medicis
et erogaverat omnia sua et nichil quid
profecerat sed tamen magis deterius
habebat Sed ubi populorum incredulorum egro
tare utrumque seculo cognovit ad ce
medicum cepit et ipsa languoris
sui sperare preter et queritare reme
dium accessit retro et tetigit fimbri
am vestimenti eius et confestim ste
tit fluxus sanguinis eius Accedit
ad dominum tangitque eum et perfidi vitare
appropinquat. accedit autem retro sive
iuxta verbum quod ipse ait Si quis mi
ministrat me sequatur Et alibi Vade
post dominum deum tuum ambulabis
sive quia presentem in carne dominum non
videns temporalis partis dispensatio
nis sacramentis eius iam per fidem

cepit vestigia subsequi. tangit autem
fimbriam vestimenti eius et vindicatur
restringit sanguinis quia beatus vere
mundandus qui vel extremam partem
verbi fidei manu contingerit Nam
nimis valde qui eius vel in pectore
recumbere vel caput meat pistico
nardo per ungere cum et ille magnus
fuerit qui se indignum dicebat eius
calciamenta portare magna et
illa que ungere pedes eius et capillis
eius tergere meruit Et ait ihesus
quis est qui me tetigit Nam ut quem
ipse nesciat docetur. sed ut virtus
fidei quam noverat primo quam ipse
dederat in muliere declaretur interrogat
Negantibus autem omnibus dixit ei petrus
et qui cum illo erant preceptor turbe te
comprimunt et affligunt et dicis quis est
qui me tetigit Genera turbe quantitatis
passim comprimunt una credula mulier
dominum tangit quia qui diversis in ordia
te glomeratum heresibus affligitur solo
katholice ecclesie fideliter corde quaeritur
Nam sicut quidam videntes non vident
et audientes non audiunt ita etiam
tangentes non tangunt quia non
fideliter xpm tangunt Unde cuidam
amanti quidem sed non dum plene
credenti dicit Noli me tangere nondum
enim ascendi ad patrem meum aper
te docens quod sit eum veraciter tan
gere patri scilicet equalem credere et dixit
ihesus Tetigit me aliquis Nam et
ego novi virtutem de me exisse Dicit
pelagius si placet se suo conamine
salvari dicimus autem nos quod vana
salus hominis nisi faciens [illegible]
qua curatur omnibus iniquitatibus
nostris et sanet omnes languores no
stros non [illegible] sed de[illegible]
[illegible] Non ergo latet eum
qui fimbriam tetigerit incarnationis

Nota

mysteria ad maiora capienda preveniat
perfecte amando crediderit et ipse dixit illi
filia fides tua te salvam fecit Vade in
pace ideo filia quia fides tua te salvam
fecit Nec fides fides dixit fides tua te
salvam factura est sed te salvam fecit
Nunc enim quod credidisti iam salva fac-
ta es Adhuc illo loquente venit quidam
ad principem synagoge dicens ei quia
mortua est filia tua Noli vexare illum
salvata profluvio sanguinis mulie-
re mox filia principis mortua nunciatur
quia dum ecclesia vitiorum labe mundata
et ob fidei meritum filia est cognominata
continuo synagoga perfidie simul et invidie
quo loco soluta est perfidie quidem quia
in Christum credere noluit invidie vero
quia ecclesiam credidisse doluit Scriptum
est enim in actibus apostolorum Sequenti autem
sabbato pene universa civitas convenit
audire verbum domini Videntes autem
turbas iudei repleti sunt zelo et contra-
dicebant hiis que a paulo dicebantur
maledicentes Nam dum coram multi-
tudine Noli vexare illum per eos ho-
die qui dicitur qui adeo destitutum
synagoge statum vident ut restaura-
ri posse non credant ideoque resuscita-
tione illius supplicandum esse non esti-
mant Sed que impossibilia sunt apud
homines possibilia sunt apud deum
Unde sequitur Jhesus autem audito hoc
verbo respondit patri puelle Noli
timere crede tantum et salva erit Pater
puelle cetus doctorum de quo dominus
ait Super cathedram moysi sederunt
scribe et pharisei etc Quia si credere ipse
voluerit etiam subiecta synagoga sal-
va erit Et cum venisset domum
non permisit secum quemquam intrare
nisi petrum et iacobum et Johannem

et patrem et matrem puelle Sup
publice vidue filius suscitatur hic
removentur plures arbitris puto
ergo quod inde quoque quantas dum
videantur quia vidua mater unici
non patiebatur moras et ideo ne ea
plus efficeretur maturitas addita
Est etiam forma sapientie in vidue
filio cito etiam credituram in archi-
synagogi filia credituros Unde iudeos
sed complurimos peccatores flebat ac
omnes et plangebant illam Nunquid
nunquid possunt filii sponsi lugere quam-
diu cum illis est sponsus Venient autem
dies cum auferetur ab eis sponsus
et tunc ieiunabunt et tunc synagoga
quia sponsi letitiam quam venire pos-
sit amisit quasi inter plangentes
mortua iacens ne hoc quidem ipsum
quod plangatur intelligit Et iterum dixit
Noli flere non est mortua sed dormit
hominibus mortua erat qui suscita-
re nequiverunt Deo autem dormiebat
cuius dicione et anima recepta vi-
vebat et caro resuscitanda quiesce-
bat Unde mos christianus obtinuit ut
mortui qui resurrecturi esse non du-
bitantur dormientes vocentur sicut
apostolus ait Nolumus vos ignora-
re fratres de dormientibus ut non
contristemini sicut ceteri qui spem non
habent Sed iuxta allegoriam tunc anima
que peccaverit ipsa morietur tamen
ei quo resuscitari Christo meruit non
quidem mortua fuisse sed ei obdor-
misisse dici potest Et deridebant eum
scientes quia mortua esset Omnia
verbum resuscitantis deridere quam
credere malebant merito foras ex-
cluduntur indignum qui miracula

resurgentem viderent Ipse autem tenens
manum eius clamavit dicens puella
surge In marco scriptum est ait illi Ta-
litha cumi quod est interpretatum puella
dico tibi surge Et confestim surrexit
Ubi diligenter lector inquirat quare re-
rax evangelista dictum salvatoris exponens
interposuit de suo tibi dico cum in syro
sermone quem posuit non plus sit
dictum quam puella surge tenens ergo
manum puelle ihesus suscitavit ea
quia nisi mundate fuerint manus
iudeorum que sanguine plene sunt syna-
goga corpus mortua non consurgit
Et reversus est spiritus eius et surre-
xit continuo Marcus ita dicit Et con-
festim surrexit puella et ambulavit
spiritualiter insinuans quia quisque
a morte anime christo sibi manum confor-
tantem respiscit non modo a sordibus
consurgit viciorum sed et in bonis continuo
proficit operibus Et iussit illi dare man-
ducare ad testimonium quidem vite
resuscitatam manducare et precepit
ut non fantasma sed veritas crederetur
Sed et si quis a spirituali morte surre-
xerit celesti necesse est mox pane sa-
cietur et divini scilicet verbi et sacro sancti
altaris particeps efficitur Nam iuxta
moralem intellectum tres illi mortui
quos salvator in corporibus suscitavit
tria genera resurrectionis animarum
significant. si quidem in occulto consensu
male dictum prebendo latente tamen
cogitatione peccati sibi mortem consciscunt
Sed tales se innuisse suscitare significans sal-
vator suscitavit filiam sua archisyna-
gogi non dum foras elatam sed in domo
mortuam quasi vicium in corde secre-
tum tegentem Alii non solum noxie

delectationi consentiendo sed et ipsum
malum quo delectantur agendo
mortuum suum quasi extra portas
efferunt quos si se peniteant resusci-
tare demonstrans suscitavit iuvenem
filium vidue extra portam civitatis
elatum reddit matri sue quasi quia
resipiscentem apta tenebris anima
civitati restituit ecclesie sicut et superna
doctrina eandem vero non solum
cogitando vel faciendo illicita sed et ipsa
peccandi consuetudine se quasi sepeli-
endo corrumpunt verum nec ad hos
erigendos minor sit virtus et gratia
salvatoris si tamen assint cogitatio-
nes sollicite que super corum salu-
te velint devote christo sororis immigi-
lent Nam ad hoc intimandum resu-
scitavit lazarum quatuor dies iam
in monumento habentem et sorore
attestante iam fetentem quia pessima
noxios actus solet fama comitari
Notandum autem quod quanto gra-
vior anime mors ingruerit tanto
acrior necesse est ut resurgere me-
reatur penitentis fervor insistit quia
occulte vulnus ostendens dum iacentem
in conclavi mortuam modesta levique
voce resuscitat dicens puella surge
quam ad obscelicitatem resuscitandi
iam mortuam fuisse negaverat
delatum autem foris iuvenem plu-
ribus ut reviviscere debeat dictis
corroborat Cum ait Iuvenis dico
tibi surge Quatriduanus vero mor-
tuus ut longa preminente sepulcri
claustra deponere posset fremuit
spiritu ihesus turbavit se ipsum lac-
rimas fudit rursum fremuit et voce
magna clamavit lazare veni foras
et sic tandem qui erat desperatus discussis
tenebrarum pondere vite lucique redditur

Sed et hoc notandum quia publica
noxa publico eget remedio levia autem
peccata leviori et secreta querunt penite
ncia deleri puella in domo iacens paucis
arbitris exurgit eisdemque ne miraculum
vulgarent indicitur Et stupuerunt inquit
parentes eius quibus precepit ne alicui
dicerent quod factum erat Iuvenis
extra portam turba multa comitante
atque intuente suscitatur Lazarus de mo
numento vocatus in tantum populis in
notuit ut ob eorum qui videre testimonium
plurime domino turbe cum palmis
occurrerent et multi propter illum abirent
ex iudeis et crederent in Ihesum Occultum
vero mortuum dominus nunciante disci
pulo agnoscit quia per eius correpcione
dominum qui peccaretur vivi deficiunt
dimitte inquit ut mortui sepeliant
mortuos suos id est mali malos noxiis
laudibus tegunt Et quia non adest
iustus qui corripiat in misericordia oleum
peccatoris non impinguet caput eorum etc.

Explicit liber omeliarum per manus
Iacobi finitus sabbato ante dominicam
Oculi mei Sub anno domini Mo ccco
lxxxo nono

Anno domini millesimo ccc^mo lxxxviii
[illegible]

Jhūe Jn mad

